

LIBER DIVINAE LVCIS, SECVNDVM DIVINAE, ET EVANGELICAE SCRIPTVRAE LVCEM, IN CENTESIMI NONI PSALMI EXPOSITIONEM, ET INCLVSORVM MYSTERIORVM HVMANAE REDEMPTIONIS, ECCLESIAE SACRAMENTORVM, in Eucharistiæ sacramento transubstantiationis; vniuersali resurrectionis, & iudicij; & resuscitantium corporum esse, sediumque electorum qualitatis, Gehennæ ignis, damnatorum pœnæ; & aliarum multarum rerum;

ITEM TRACTATVS DE POENITENTIA.

EXPONITVR ETIAM QVID sit peccatum maximum: & peccatum contra Spiritum sanctum:

ET TAM DIFFICILIS, QVAM mysteriosa horum trium prophetarum visio, Ezechielis, Isaiæ, & Joannis. Et vltimò tractatur, quod natura humana, cum angelica, ad suæ regenerationis in gloriæ punctum peruenta, in tanto electorum numero, quanto angelica angelorum concurret;

DIVINA MEDIANTE GRATIA, (ET DIVINAE pturæ luce, à qua liber nomen accipit) ab idiota Ferdinando de las Infantas presbytero Cordubense compositus: & extra omnem prætensionem

PATRI LVMINVM, TRINO, VNIQVE DEO DICAtus: & in omnibus S. R. Ecclesiæ subiectus.

Ex idiomate Italico (præsente Authore) in Latinum traductus.
COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus Authoris, Excudebat Bertramus Bucholtz.
Anno M, DC. III.

EX commissione Decani Facultatis Theologicæ ego Henricus Coffræus Ercklensis Theol. Licentiatus, Professor, & Collegij Theologici Fiscus, librũ à Domino Ferdinando de las Infantas Cordubense presbytero conscriptum, in quo hæc cõtinentur: Expositio psalmi centesimi noni constans capitib. centum & viginti septem: Tractatus de pœnitentia capitib. duodecim: De visione Ezechielis capitib. octo: De æquali numero beatorum hominum & angelorum capitib. viginti & vno, &c. perlegi, nihilq; inueni, quod Catholicæ fidei bonisque moribus sit dissentaneum. Coloniæ, vigesima die Septembris. Anno M.DC III.

INDEX BREVIS MATERIARVM, QVAE HOC IN OPERE EX professo ad longum tractantur, & explicantur.

De sacramentis Ecclesiæ à cap. xv. & vltra. fo. 39.

De transubstãtiatione in sanctissimo Eucharistiæ sacramento: & septem sacramentorum vnione, in hoc corpore Domini consistentiũ. à cap. xxiii. & vltra. fo. 52.

De vniuersali resurrectione, & iudicio. cũ ampla decimi octaui Psalmi expositione. à ca. Liiii. et. vltra. fo. 166.

De resuscitatorum corporum qualitate: & alijs notabilibus. cap. Lvi. fo. 170.

Tractatus,

Quid sit delictũ maximũ. à cap. Lxix. & vltra. fo. 207.

Quid sit peccatum contra spiritum sanctum. à cap. Lxxvij. & vltra. fo. 231.

Declaratur locus sancti Ioannis, Qui non diligit: manet in morte: (& alij plures loci difficillimi scripturæ) in quo includuntur omnia peccata contra Spiritum sanctum. cap. Lxxxix. fo. 255.

Tractatus De alijs peccatorum generibus contra Spiritum sanctum. à cap. cx. et vltra. fo. 264.

Tractatur iterum ad maiorem declarationem, de resuscitatorum corporum esse: sediumqûe electorum qualiate: & de humiliatione Christi: & de alijs notabilib. à

cap.CIII.& vltra.fo. 303.

De resurrectione Christi.cap.CVI.fo. 314

De humilitate: Id est, de proprio loco iudicij hominis. cap.CVII.fo. 317

De loco in quo iudicium habebitur vniuersale, prout prophetatum est: & de effectu iudicij.cap.CVIII.fo. 319.

Aliæ rationes, ad maiorem declarationem effectus iudicij hominis.cap.CIX.fo. 322

Explicatur illud Christi, Sicut fulgur exit ab oriente, & paret vsque ad occidentem : cum multis alijs locis scripturæ.cap.CX.fo. 326

Declaratur mysterium vxoris Lot conuersæ in statuam salis: & significatio ipsiusmet salis, cum applicatione multorum aliorū locorum scripturæ.cap.CXI.fo. 329.

De terribili tuba vniuersalis iudicij: de materia eius, & effectibus: cum expositione multorum aliorum locorum scripturæ.ca.CXII.fo. 333.

Declaratur mysteriosa victoria Gedeonis , contra Madianitas, & præcedens signum angelicum.cap.CXIII fo. 335.

De noua vnione carnis & spiritus , in noua pace & gloria resurgendo: cum applicatione, & declaratione illa Esau, & Iacobi: id est, ipsius carnis, & spiritus: & de præcedenti lucta quam habuit cum angelo vsque mane. & alijs: cap.CXIIII.fo. 340.

Decla-

Declaratur, & applicatur notabilis illa, & mysterio-sa figura transitus populi electi Israelis per Iordanis flu-men pedibus siccis: & mysterioſi diuini ordines ibidē ob-ſeruati. cap. cxv. fo. 342.

Exponitur illud Domini, Sol obſcurabitur & luna nō dabit lumen ſuum. Et ſtellæ cadēt de cælo. Et illud de A-pocalypſi, Et plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ: Etiam: Amē. & alia inexplicabilia. cap. cxvi. fo. 345.

De debito vſu ſacrarū imaginis Chriſti, & ſanctorum, ſecundum ſacram ſcripturam. cap. cxvii. fo. 346.

Exponitur illud Domini, Et tunc parebit ſignum filij hominis in cælo: & illud Danielis, Iudicium ſedit, & li-bri aperti ſunt: & ipſorum librorum qualitas, illorum-qúe characteris. & multa aliæres inexplicabiles. cap. cxviii. fo. 353.

Tractatur de qualitate patientium corporū damnato rum, & an ſint eiuſdem maſſæ, agilitatis, & ſubtilita tis gaudentium iuſtorum in gloria. cap. cxix. fo. 357.

Exponitur illud Domini, Exibunt angeli, & ſepara-bunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in cami-nū ignis. & c. & quid rei ſit ipſe caminus ignis: & mul-ta aliæres conſideratione digna. cap. cxx. fo. 358.

Quid ſit Gehenna: & de metaphorica eius applicatio ne Euangelica. & alia. cap. cxxi. fo. 360.

Explicatur & applicatur locus ſcripturæ, Ignis, grā-

do, fames, et mors, &c. & q vna & altera natura, angelica & humana, in damnatis sint communes post peccatum in affectibus præteritorum vitiorum, & effectibus carnalibus: & similiter in punitione & pœna ipsorum delictorum. cap. cxxii. fo. 360.

Quòd in ipsis elementis reperiatur testimonium huius extraordinarij ignis & pœnæ damnatorum. & alia multa. cap. cxxiii. fo. 364.

Exponitur, & applicatur locus ille Euãgelij, Lucerna corporis tui est oculus tuus. &c. ad probandum quod corpora damnatorum erunt eiusdem qualitatis, massæ, agilitatis, & subtilitatis electorum, cum resurrexerint. cap. cxxiiii. fo. 365.

Tractatur an corpus damnati, cum sit Gehenna & locus tormenti ipsius animæ: participet tormentum suũ, quantumuis sit de eadem massa, agilitate, & subtilitate corporis iusti. & alia inexplicabilia. cap. cxxv. fo 367.

Meditatio de iustitia sententiæ Domini, æternæ gloriæ & pœnæ, vtrinq; irreuocabiliter promulgata. cap. cxxvi. fo. 371.

Exponitur versus vltimus, De torrente in via bibet: &c. ad quem reducitur incomprehensibilis abyssus humiliationis Christi. cap. cxxvii. fo. 375.

Tractatus de Pœnitentia. fo. 378.

Tractatus,

In quo exponitur tam difficilis, quàm mysterioſa horum trium prophetarum viſio, Ezechielis, Eſaiæ, & Ioannis: et mediante Dei gratia, quomodo ſimul concordent, declaratur: à glorioſo Euangeliſta incipiendo. fo. 424.

Tractatus,

In quo ex ſacra ſcriptura latè oſtenditur, admodum probabile eſſe, quod natura humana ad ſuæ regenerationis in gloria terminum euecta, parem cũ angelica habebit electorum numerum. fo. 457.

AD

Caue tu sapiens lector, qui indoctum hunc leges librum, ne idiotam in scribendo, vel alio modo, sicut iniustè aliqui fecerunt, deleas autorē: dona tibi, & labores alienos applicando: vt iustus Deus non deleat te de libro vitæ: cùm gloriam eius defraudas simul. 1. Cor. 1 Nam, Quæ stulta sunt mundi (ait Apostolus) elegit Deus, vt confundat sapientes: &c. vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.

ERRATA SIC CORRIGANTVR.

Pag.99 Columna prima, versu primo, sic lege fit.
Pag.103. Col.1. v 19 pone (ante vltra:&) post parturientem.
Pag 106. Col.2. v.19 à fine, animo: lege, anima.
Pag 109 Col 1 v 1. saluatoris. lege, saluationis.
Pag 138. Col.1. v.3. matirie, lege, materia.
Pag.142 Col.1, v.5 pe, lege, per.
Pag.148. Col.2. v.13. à fine lauando: lauando: lege tantùm, lauando.
Pag.147. Col.2. v.12 à fine, santisme: lege, sanctissime.
Pag 164. Col.2. v.17. simititudine. lege, similitudine.
Pag 207. Col.1 v.4. à fine humanum. lege, humanam.
Pag.27. Col.1. v.3 Dominus.) lege, (Dominus.
Pag.53 Col.1. v.3. à fine, vniuersali. lege, immortali.
Pag.231 Col.1. v.14 die. lege, dic.
Pag 220 Col.2. v.3. prædicatione. Ionæ, lege, prædicatione Ionæ.
Pag 224. Col.2. v.1. simulati. lege, stimulati.
Pag.253. Col,2. v.1. sument &. lege, sumentes.
Pag.342. Col.2. v.3. in fine. resuscitanda. lege, resuscitando.
Pag 594. Col.2. v.11. & ille. lege, est ille.
Pag 398. Col.2. v 5. passibili lege, possibili.
Pag 399. Col.2 à fine. Eurcas. lege, Turcas.
Pag.382. Col.2. v 18 à fine. iudex. lege, index.
Pag 465 col.1, v.1. prelentem. lege, præsentem.

CAP. I.

Psal.109. DIXIT DOMINVS DOMINO MEO: SEDE A DEXTRIS MEIS. &c. Dixit Dominus Domino meo. Vna ex maioribus difficultatibus, quæ in scripturæ sacræ declaratione ordinariè occurrunt, est proprijs verbis dicere, proprioque loquendi modo, explicare conceptus: quādo Domini Dei gratiā, & per cōtinuatæ orationis ex parte nostra medium, ad tantum tamque difficile opus importantissimæ & necessariæ, ad aliquam tam profundorum quàm ipsorū sublimium mysteriorum cognitionē peruenitur: aut per particularem reuelationem, cui facere illam vult: (vtrumque, per voluntatē diuinam & Spiritus sancti medium, effectuatum) certior & tutior via, per quam, prosperè res omnis, & abundanter adimpletur. 1.Cor.12. *Alij quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ: &c. (ait Apostolus) alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum, &c.* Verba propria ipsius spiritus Dei Creatoris, primæ rerū omnium & principalis causę, sunt effectus: per quos propriè, conceptus suos æternos dicit, explicat, antè & post peccatū, creando effectualiter & redimendo. Psal.18. *Cœli enarrant gloriam Dei, (ait scriptura sacra) & opera manuum eius annuntiant firmamentum. &c.* Et principalis causa mirabilis ipsius operis vniuersalis creationis, hominis cum reliquo omni in ipso minori mundo humano, contento: nō alia fuit, quā manifestatio extrà, sui Creatoris Dei: cum sit naturā communicabilis. & huiusce alterius maioris & mirabilioris, incarnationis verbi, & se, hominem faciendi, & patiēdi mortem, post peccatum, in vniuersalem ipsius culpæ remissionem: nō fuit solum, ipsius peccati redemptio: quæ licet magna: respectu maioris huiusce alterius & importantioris causę manifestationis sue in carne, retrò manet: Sed fuit causa præsertim, effectualis continuatio ipsius manifestationis extrà: finis principalis rerum omnium: ab ipsa culpa impedita: & per ipsius incarnati verbi medium, tamq; glorioſos effectus, (dominanter creando, & voluntariè redimendo) propria verba & loquendi modum ipsius spiritus Dei, cōtinuatæ: suum esse potentiæ, sapientiæ, iustitiæ & bonitatis iusinitæ, manifestando. diuina sua quatuor attributa, in quatuor elementis (terra scilicet aqua, aēre, & igni) significata. quasi litteræ quattuor, & verbū vnum, naturaliter intra (quoad attributa) & effectualiter extra, inquantum litteræ & verbum, admirabile suum & ineffabile no men æternum, proferentia. Vnde, hac in ratione, nouæ vnionis Dei & hominis simul, & voluntariæ dominationis in terra, homine primo peccante, à Dæmonio tyrānisatæ: & ab ipso humili Christo Dei filio, moriendo & resurgendo recuperatæ: Dixit Dominus Domino meo: &c. Hoc est, non cum Primo Adamo, (æternus Pater) & dominatore in terra per innocentiam, à peccati malitiā, simul cum ipso imperio euacuatam: Sed cùm secundo Adamo Christo filio suo, particulariter loquendo: vniuersali dominatore & domino per naturā, innocentiam, gratiam, & gloriam, in vniuersali culpæ ipsius redemptione: *Quem constituit hæredem vniuersorum, (vt scriptum est) per quem fecit et secula.* & per principem Apostolorum (inquantum homo) *Non enim David ascēdit in cælum: dixit autem ipse: Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Certissimè sciat ergò omnis domus Israel, quia & Dominum, eum & Christum fecit Deus hunc Iesum, quem vos crucifixistis.* Dixit Dominus Domino meo: &c. duo distincta hoc in sermone perspiciūtur domi-

Hebr.1. Act.2. Psal.109.

nia. Hoc est: Dixit Dominus: quoad dominium Patris, & ipsius trini & vnius Dei: Spiritus sanctus per Dauid, à persona generantis Patris incipiendo: cum generato verbo Filio eius (incarnādo) inquantū homine, particulariter loquendo. Domino meo: quo ad dominiū Filij, verbi incarnati: de quo mysterio suæ incarnationis, mortis & resurrectionis in hominis redēptionē, vniuersalis resurrectionis & iudicij, hoc in psalmo tractat. & cōsequēter duæ manifestationes (hoc est, intrà, & extrà) ipsius inuisibilis & incōprehēsibilis Dei, intelligūtur: Duo distincta Dominia. Hoc est: Nō dominiū in manifestatiōe intrà: Patre, nō per potētiā, auterius, sed per naturalē cōmunicationē esse potētiæ, sapiētiæ, iustitiæ & bonitatis infinitæ ipsius trini & vnius Dei, æternè Filiū generātē. ex qua integra cōmunicatione Esse et cōprehēsibilitatis diuinę, procedit tertia persona et reciproc⁹ amor Spiritus sanctus: non ex Patre, nec ex Filio, solū: integra ipsa communicatione Esse, et cōprehensibilitatis diuinæ contradicente: sed ab vtroq;, distinctè et reciprocè: Esse ipsius trini et vnius Dei, in vna cōprehēsibilitate, Esse et æqualitate personarū, testificāter et distinctè manifestādo. Dominus Pater, Dominus filius, Dominus Spiritus sanctus. (ait ipse diuinus Spiritus, per Athanasiū) & tamē non tres Domini: sed vnus est Dominus. Ita quòd nullū est dominium in manifestatione intrà: quia non esset aliter, integra manifestatio: si filius, Patri, & Spiritus sanctus, esset vtriq; submissus: & per potentiā, & nō per naturalē & integrā cōmunicationē, vnici & cōmunis esse potētię & dominij, cū cæteris omnib. attributis (in illo potētiæ deficiēte) manifestatus. & hac in ratione, nō loquitur cū Filio, inquantū Deo, & manifestatione intrà: sed in quātū homine, & manifestatione extrà: in qua vtrūq; dominiū consistit, & ipsius Dei & hominis simul: quia in manifestatione intrà nō est dominium. Quanā ratione, in manifestatiōe intrà nō est dominiū? Quia nō est effectus: (Hęc est ratio) cū non sit generatus à Patre Filius, nec procedens ab vtroq; Spiritus sanctus, per effectum potentiæ, sapiētiæ, etc. quia si esset ita, nō esset Deus Filius, nec Creator & æternus, vt Pater: nec etiam Spiritus sanctus sed creaturæ, vterq; à precedente causa effectuatus. Sed non ita est: Quia causa & cōmunicatio, sunt vna & eadē res: Patre, absq; anterioritate vlla generāte: & Spiritu sancto, ex Patre & ex Filio procedente. Vnde, cū sint causa & effectus, vna & eadē res, tēporalē omnē anterioritatem & posterioritatē euacuans, non est ratio effectus. & consequēter, nō est dominium. Vna est causa, in manifestatione intrà: non tres causę. Vnus Deus: nō tres Dij. sicut dicit: *Athan.* *Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sāctus. Et tamē nō tres Dij: Sed vnus est Deus: Ita Dominus Pater. (cōcludendo) Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus. & tamē nō tres Domini, sed vnus est Dominus. &c.* Vna dominatio diuina: in manifestatione extrà, (& nō intrà) effectualiter demōstrata. Ita quòd dicēdo: Dixit Dominus Domino meo: &c. intelligitur: (& sic intelligi debet) Dominus: quo ad tres oēs personas diuinas, & vnū solum Dominum Deum. Domino: quo ad Filiū: & nō quo ad Deum in manifestatione intrà: sed in quātū homine, particulariter, & in manifestatione extrà. qua in ratione, Meo: Hoc est, in quantū Deo & homini simul: propheta, in persona humanæ naturæ, sic dicēte: vt ipsius Redēptoris: in ipso redēptionis effectu, et manifestatione extrà simul ipsius Dei: natura humana in Christo simul cum diuina, in ipsomet dominio, virtute & potestate diuina causaliter & effectualiter cōcurrēte. Vnde intrat: Quē cōstituit hæredē vniuersorū, (vt dictū est) Hoc est vniuersalis dominij, in quātū homine. quod homini fuit in principio datū: manifestationi extrà ipsius Dei redēptioni & iustificatiōi hominis cōueniēs) per quē fecit & seculā: in quātū Deum.

Sed sciēdū est: quod in humana dominatione

tione non consistit, (accepta simpliciter) divina manifestatio: homine sui ipsius & rerum omnium creatarū, in ipso minori mūdo humano contētarum, dominante: quia in hoc omni, non est proportio, manifestationi extrā, ipsius Creatoris, in carne cōueniēs. Sed cōsistit, in quantū quod ipsum dominiū, non hominis, sed Creatoris est proprium: ipsi homini, à principio, ad talē effectū manifestationis ipsius Dei in carne, simul cū libero arbitrio datū & trāslatū: cū libertate, virtute & potestate diuina, obediētiæ legē seruando: & simul ipsum Deū, in seipsum proportionaliter, in superi naturali sua imagine manifestando. Quia, sicut in manifestatione intrā, nō per potētiā, etc. dominando: Sed per naturalem communicationem ipsius esse potētiæ, sapiētiæ, &c. generādo, effectualiter: ita, in manifestatione extrā, correspōdenter, nō per potētiā & superius dominiū, sed per ipsius potētiæ & superioris dominij potestatisq; diuinæ cōmunicationē, ipsi homini, (vt dictū est) ad talē manifestationis effectū, datā & trāslatā, effectuatur. Sed hæc est differētia: quod ipsa prærogatiua, nō per cōmunicationem ipsius esse potētiæ, sapiētię, &c. naturaliter: sicut intrā: Sed per communicationem per gratiā, vsus ipsi⁹ dominij, & esse superioris potētiæ, accidētaliter, (vt manifestatione ipsius Dei in carne, cōueniebat) cōceditur: disproportionis ipsius cōueniēs, inter Deum, & hominē, ante peccatū, & ipsius culpæ, ad gratiā, post peccatū, in cōsecutione ipsius, redemptione, & iustificatione ipsius peccatoris, temperando. (Hoc suo loco declarabitur) qua in ratione, omnia Deus homini subijciēdo, (hoc est, quò ad irrationalia, vt dicit: *Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues & boues vniuersas: insuper & pecora campi. &c.* nō subiecit hominē nec mulierē, alij homini, nisi post peccatū. Sicut scriptum est: *Mulieri quoq; dixit: Multiplicabo ærumnas tuas, & cōceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Vnde Dominus Deus, amisso ab homine in terra, post peccatū vniuersali dominio, in ipsius culpę testimoniū & pœnā, per secūdas causas vniuersi mundi gubernatiōe prospera tēpora & aduersa, elementā (alē partē, cœlesti, & spiritui, carnē, (in spirituali) in duab⁹ istis regionib. significatos, & ipsū hominē, alij homini, & plerunq; malo, & nō semper bono dominio, et oēs vniuersali morti subijciēdo. quante peccatū nō erat. *Non enim pluerat Dominus Deus super terrā (dicit, quò ad primū) & homo nō erat qui operaretur terrā: Sed fons ascēdebat è terra, irrigās vniuersam faciem terræ. &c. &, Sub viri potestate eris, ait mulieri, vt dictū est, (quò ad secundum) & ipse dominabitur tui.* (in qua, ipsa caro inimicus malus & instrumentum peccati, est significata) Adæ verò dixit: Quia audisti vocem vxoris tuæ, (&c.) maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cūctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, &c. Et hoc non per iustitia solùm, sed per particularē misericordiā, sic ordinatū: quæ simul semper comites incedunt. Sicut per Dauid: cōcludēdo: Sede à dextris meis: Donec ponā inimicos tuos, scabellū pedū tuorū. &c. varios ipsos effectus misericordiæ & iustitiæ, significādo. propria verba & loquēdi modus ipsius spiritus Dei: æternos suos cōceptus manifestatiōis suæ in carne, nō verbis & humano difficili loquēdi modo: Sed effectibus, & diuino facili modo loquēdi, & omnia in tēpore suo, effectualiter explicādo: per nouas istas vias & ordinem nouę vnionis Dei & hóminis simul, prospera tēpora & aduersa breuē et æruinosā vitā, (in locū perpetuæ et delitiosæ) à repentina et amara morte terminatā: et ab ipso Christo in nouā tēte redēptore, cum humanis alijs miseriis, ad exēplū nostrū, et occasionē pœnitētiæ, passa voluntariè et amplexata: pœnitentem hominem et in pœnitentia operantem, ad veram vitam, et verum æternū quę delitiarū et æternæ gloriæ paradisum, reuocando. Semper, et nihilominus, (mutatione ista et nouo communium miseriārū et mortalitatis humanæ iugo nō obstā-

Psalm. 8.

Gen. 3.

te(in dominio pristino & potestate diuina & beneplacito,in velle saluare se vel cõdemnare,permanentem.hoc in principio, Dixit Dominus Domino meo & loquendi modo quo Dominus Deus filio suo loquitur inquantũ homini,significatum: diuinũ ab humano Dominio distinguendo. Vnum solum dominiũ & potestas diuina: à principio & donec stabit mundus homini data: manifestationi in carne ipsius Dei, conueniens.

CAP. II.

Sede à dextris meis.etc. Sancta Catholica & Apostolica Romana Ecclesia, semper à Spiritu sãcto dictata:per vtrũq; symbolũ,Apostolicũ & Romanũ nos docet,quod Saluator & Dominus noster Iesus Christus ad dexterã Patris sui Dei sedeat.Oportet scire, quomodo sedeat quandoquidem Pater, spiritus est, & membra corporalia non habet, dextram, neque sinistram. & ipsemet saluator,cum esset ab Apostolis rogatus, vt eis Patrem ostenderet: dicente Philippo nomine omnium: *Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis*: ad vltimum concludendo respondet:*Non credis quia ego in Patre,& Pater in me est?* & non dicit, quòd ad dextram est, apud Patrem:sed,quod in Patre est,& Pater in eo: & sic dicendo docet nos,& vnitatẽ essentiæ, & distinctionem personarum. neque Pater per Propqetã dicit,Sede à dextera mea: sed à dextris meis. vnde etiam scire oportet, quomodo Deus plures dexteras habeat: & in quo dextræ istæ diuinæ cõsistant. & quod nõ ideo psalmus hic,cũ Symbolo discordet:dicẽdo hic in plurali,*Sede à dextris meis*:& ibi in singulari,*Sedet ad dexteram Patris.* Id quod Dominus replicat concludendo,rei omnis resolutio est.*Tanto tempore vobiscum sum: & non cognouistis me?Philippe,qui videt me, videt & Patrẽ.&c.* Videre Christum in terra, & in cœlo,illũ à principio considerando in quãtũ Deũ,quòd, vniuersum per ipsum verbum æternum factum est, in incarnationis suæ testimonium & lucem:& in quantũ hominem, per mediũ suæ incarnationis vitæ & mortis,perq́ue signa mirabilia & miracula ab ipso facta, & in virtute meritoq́ue eius infinito,per medium Apostolorũ & innumerabilium sanctorum suorũ,quamdiu durabit mundus,continuata:est videre illũ in vnitate & æqualitate Patris, virtute,potentia & maiestate infinita,in quantũ Deũ: sicut ipse significat dicendo:*Nõ credis quia ego in Patre,et Pater in me est?* Sed cũ sit q́ omnia ista beneficia,præuiso lapsu hominis attribuũtur misericordiæ suæ, significatæ per dextrã,vtpote illã,qua propriè per bonitatẽ suam magis vti vellet: (vnde ipsa fidelis spõsa eã misericordiam petẽdo dicit:Deus cui propriũ est misereri semper & parcere)ad explicandum varios eius effectus,per mediũ ipsius incarnati verbi & Sanctorũ suorũ,vt dictũ est,cõtinuè operatos:&à reciproco amore Spiritu sãcto ex Patre & ex Filio procedente,effectuatos:dicit Filio Pater inquantũ homini: Sede à dextris meis; Hoc est:Esto tu filius meus,à me semper honoratus, in effectibus misericordiæ meæ, quos ego per medium tuum faciam,vt fem per feci. Et quod hæc verba, sint à Patre, vnigenito Filio suo dicta declarat ipsemet Saluator Pharisæis,(qui mysterium hoc vnionis Dei & hominis simul nescientes, credebant,quòd Messias,purus homo futurus erat,de progenie Dauid)dicendo: *Quid vobis videtur de Christo,cuius filius est? Dicunt ei Dauid. Ait illis:Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum,dicens: Dixit Dominus Domino meo:Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum Dominum,quomodo filius eius est? & nemo poterat ei respondere verbum:neque ausus fuit quisquam ex illa die eũ amplius interrogare. &c.* nec etiam nos fideles aliam super hoc expositionem quærere debemus. Et quòd nulla sit inter psalmum

Io.m. 14.

Mat 22.

psalmum & symbolum discordantia: in quantum quod vnus in plurali dicat: sede à dextris meis: alter verò in singulari: sedet ad dexteram Patris: per eundem prophetam declaratur: & ex psalmo octuagesimo octauo colligitur, incipiente: *Misericordias domini in eternum cantabo. etcæt.* Hoc quò ad effectus varios, ipsius vnicæ misericordiæ diuinæ. sicut in quantum quod omnes procedant ab vnico fonte ipsius charitatis Deo, subiungit in singulari, dicendo: *Quoniam dixisti: In æternum misericordia ædificabit in cælis. &c.* Istud erit post vniuersale iudicium: & cum hoc concentesimo nono, & Symbolo, concordat: vt dictum est. Quia, sicut in primo aduentu, honoratus est à Patre Christus in quantum homo, per medium ipsius vniuersalis redemptionis, signa & miracula, in virtute sua & merito, vt dictum est, quamdiu stabit mundus continuata: quæ totidem misericordiæ sunt & beneficia, quibus ipsa æterna charitas, variè & distinctè cum genere humano vtitur, & semper est vsa. qua in ratione & mysterio, dicit in plurali: Sede à dextris meis: & in octuagesimo octauo similiter. Misericordias domini, &c. Ita etiã in secundo aduentu, & in æternũ honorificabitur Christus ab electis suis, vnaque Pater, ab ipso Saluatore filio suo Deo simul & homine, per medium suæ sanctissimæ humanitatis: in conseruatione ipsorum resuscitatorũ corporum elementalium, in indissolubili vnione cum suo spiritu, in ipso spiritu Deo, in æternum misericordiam suam in eis ædificando. Quoniam dixisti: (hoc est, quia tu dixisti: ita erit infallibiliter adimplet um, non obstante perpetua & vniuersali ruina ipsius fragilis & mortalis ædificij humani per peccatum) In æternum misericordia ædificabitur in cælis: præparabitur veritas tua in eis. &cæt. Quoniam tu dixisti: In æternum misericordia ædificabitur in cælis: præparabitur veritas tua in eis. Hoc est, præparabitur veritas tua in eis. (ab hac vltima clausula incipiendo) cum sint in terra primum ipsi electi, & quamdiu durabit mundus, per gratiam, in sacramẽtorum virtute regenerati: & deinde, per hanc viam in nouissimo die, in Christo resuscitando: In æternum misericordia ædificabitur in cælis: cum sint in virtute sua regenerati per gloriam, & in cælo, in æternũ in ipsomet Christo sustentati: Et hoc: Quoniam tu dixisti: Quia tu dixisti: & ita infallibiliter complebitur. Præparabitur veritas tua in eis. Veritas tua: Hoc est, misericordia tua. quia, *Vniuersæ viæ homini, misericordia & veritas.* &c. omnes ipsas vias & effectus æternæ suæ charitatis, in ipsis dextris significatos: & per ipsum verbum Dei Filium incarnatum viam, veritatem & vitam; effectuatos: ad vnicam misericordiam (vt dictum est) & æternam veritatem suam reducendo. Vnde, Sancta Romana Ecclesia, fidelis eius & vniuersalis sponsa, dicendo. *Sedet ad dexteram Patris*, circulum perfectum facit: vtrumque adu ctum in æternitate sua in quantum Deum comprehendendo: dictante suo perpetuo Spiritu sancto, ipsa numerorum discordantia simul concordante, sicut per Dauid: *Misericordia in æternum ædificabitur in cælis: &, Misericordias Domini in æternum cantabo: (Incipiendo)* quod electis attribuitur: & secundo non repugnat, dicendo: *Misericordia in æternum ædificabitur in cælis*: siquidem ipsi electi, misericordias Dei cantabunt in æternum in cœlo, per medium Filij, sibi factas: quæ dextræ eius sunt & effectus misericordiæ suæ infinitæ: vnicæ & communis cum Patre & Spiritu sancto, in quantum Deo.

Et hoc in ordine & mysterio, gloriosus Stephanus prothomartyr, *Cum autem esset plenus Spiritu sancto, (vt sit ptum est) intendens in cælum, vidit gloriam Dei, (hoc est, in spiritu) & Iesum stantem à dextris Dei.* Hoc, in quantum homine: per medium suum, caput cunctorum martyrum, moriendo & resuscitando, aperta cœli & misericordiæ porta; in mi-

Psal. 88.

Psal. 24.

Ioan 14.

Psal. 88.

Act 7.

sericordiosis effectibus conuersionis multarũ gentium in merito suo, (ipso Stephano, proximam primùm persequentis Pauli conuersionem prædicente) per medium vniuersalis et correspondentis, effusionis humani sanguinis effectuatis, testificatum. Et ait: Ecce video cœlos apertos, et Filium hominis stantem à dextris virtutis Dei; &c. Stantem Hoc est, distinctè et virtualiter stantem, in quantum, Deus, simul cum Patre, et in communibus effectibus dexterarum misericordiæ, suæ persistentem, inquantum Deus et homo simul: sicuti per contrarium Paulus assistebat et persistebat, in ipso crudeli et impio effectu martyrij ipsius Stephani: primitiæ et fructus ipsius gratiæ vniuersalis: in quo, (et in cunctis alijs martyribus et credentibus) vsque in finẽ persistenter etiam in fide suscepta permanente, vacuum nõ fuit in morte sua seminatum ipsius verbi Dei semen, per eandemmet viam et zelum, similiter moriendo. imò in contrarium: cum victoria ipsius mortis et vniuersalis martyrij gloriosè die tertia resuscitando. et sicut ipsius veritatis et gratiæ plenum, è paterno sinu sublimitate et altitudine in terram humiliter descendendo: cum æternæ vitæ fructu, triumpho et imperio, ad dexteram Patris reuertendo.

Dicit in numero plurali, *Stantem à dextris virtutis Dei*: sicut per Dauid, *Sede à dextris meis*: ad tres virtuales plenitudines, innocentiæ, gratiæ, et gloriæ, et particũlares effectus misericordiæ diuinæ, per ipsius incarnati verbi mediũ effectuatos, præsentẽ vitam trãsitoriã, et futurã æternam, continentes: alia cuncta beneficia et effectus immensæ misericordiæ suæ reducendo? qui ordo piæ et misericordis cõmunicationis et manifestationis ipsius Dei in carne, cũ esset per peccatũ interruptus: propter q̃ iustè iratus, videtur, quòd potius rigore rectæ suæ iustitiæ vteretur, (quã semper misericordia comitatur) quoad vsq; missa fuit ipsa misericordia et pax vniuersalis in terrã: iustæ iræ suæ terminũ dare volés, à peccatis humanis incitatæ, et incœptum ordinem misericordiarum suarum continuare, per mediũ incarnationis verbi, (mortis et passionis, in vniuersalem ipsarum culparum redemptionem) de quo mysterio tractat in huius psalmi principio, Dicit Spiritus sanctus in carnato verbo in quantum homini in nomine trium omniũ personarum, à generãtis Patris persona incipiendo: *Sede à dextris meis*: effectũ incarnationis suæ testificãdo: et hunc, cum omnibus alijs effectibus misericordiæ suæ comprehendendo.

Psal. 11.

CAP. III.

Donec ponam inimicos tuos: Scabellum pedum tuorum. &c. Donec ponam: Hoc est, à prima sessione ad dexterã misericordiæ, redimendo, vsque ad secundam, ad sinistram iustitiæ suæ, iudicando: cunctos inimicos suos visibiles et inuisibiles, in iusta ira sua, in æternũ et dominanter castigando: qui innumerabiles inimici, ad tres, particulariter reducuntur: hoc est, Mundum, Dæmoniũ, & Carnem.

Quò ad carnem: non iam in Dei verbo quod caro factum est, Christo Domino et Redemptore nostro. quia (etsi mortalis) in hoc, solus ipse et sanctus incorruptus immutabiliter, et impeccabilis: sed in homine peccatore & primo Adamo, cum omni sua generatione post peccatum: (excepto eo, qui per particularem gratiam est reseruatus) in suæ saluationis effectibus, ipso inimico maiori, spiritui semper & rationali animæ aduersante: & vtroque, ob talem causam, ipsi spiritui Deo legiq. suæ diuinæ contradicente. Vnde vniuersalis pastor do nec stabit mũdus, humani gregis, fidelibus credẽtibus: *Carissimi, obsecro vos tanquã aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs quæ militant aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes bonam. &c. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: (ait Apostolus) spiritus autem aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur. &c.* 1. Pet. 2. Gal. 5.

Quo

Quò ad mundum: Hoc est, illos, qui sunt dæmonij huius mundi principis, cum alia inconuertibili turba errantium, pertinaciter vsq; in finem, ipsi veræ luci Christo, eiusq; fideli sponsæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ, contradicentium, tanto à Deo præscitorum, quanto ex semetipsis voluntariè sepratorum, in mortifera ipsa inobedientia permanẽdo, condemnatorum, ait æternus ipse Sacerdos & aduocatus noster apud Patrem, vt vniuersalis etiam iudex in quantum homo, iudicando: *Non pro mundo rogo,* *Ioan. 12.* *sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt.* & Apostolus eius sanctus Iacobus: *Adulteri: nescitis quod amicitia huius mundi, inimica est Dei? Qui cunque ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur.* &c. *Ioan 17.* *Iac. 4.*

Quò ad Dæmonium, principium & caput ipsius peccati, & consequenter, primus & maior inimicus ipsius Dei, (sicut caro ipsius spiritus, & animæ rationalis (*qui seducit vniuersum orbem*: vt scriptum est: tantum contrarius & dissimilis ab eo, quantum tenebræ à luce, & à veritate mendacium: dicit etiam Dominus, cum illius sequacibus Phariseis hypocritis loquendo. *Vos ex patre diabolo estis: et desideria patris vestri vultis facere.* *Apoc. 12.* *Ioan. 8.* *ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est: & pater eius. Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi.* &c. Ita quòd, in his tribus inimicis, mundo, dæmonio, & carne, reliqui omnes intelliguntur: sicut omnia peccata, ad septem mortalia capita reducuntur. Hebdomadalis imago ipsius Creatoris, in homine, quo ad tres personas diuinas, & quatuor attributa ipsius Dei: in tribus animæ potentijs, & quatuor corporis elemẽtis significata in ipsa hydrà dæmonij, peccãdo transmutata: & ipse homo, in suæ perfectionis effectũ, rectè in diuinæ legis obseruatione operãdo secũdũ discordatos sensus, a potẽtiarũ & elemẽtorũ & peccati fomite, vitiatos, à toc inimicis quasi semper impeditus: & nunquam in pristinum imaginis esse per innocentiam, vsque ad regenerationis suæ punctum, per gloriam (hoc est, Donec ponam inimicos tuos, (vt dicit) scabellum pedum tuorum) resuscitando, restauratus. qua in perfectione & plenitudine per innocentiam, concordatæ octauæ potentialis & sensualis, in diuinæ legis obseruatione, ab elementorum & potentiarum concordantia procedentis, voluntariè obediendo, fuit ab initio, (vltrà præsentem per gratiam, ab hebdomadalium Sacramentorum virtute causatam, futura per gloriam resuscitando testificata. Quomodo autem duæ istæ creaturæ rationales, Angelus, & Homo, à principio, sese inimicas fecerint Creatoris sui Dei: diuina eius gratia mediante; infrà declarabitur.

CAP. IIII.

QVo ad Angelũ: Cum sit igitur principalis causa horum mirabilium duorum operum vniuersalis creationis & redemptionis hominis, manifestatio in carne ipsius Creatoris Dei, naturâ cõmunicabilis: in hunc ordinem fuit res omnis, rationalis & irrationalis, in huiusce veritatis testimonium, ad imaginem hominis, creata: & ad ministeriũ eius auxiliũq;, subordinata: & consequenter, secundum ipsum vsum rationalẽ, in ipso minori mũdo humano cõtẽta: sicuti hoc in mysterio, à Spiritu sancto, per Moysen scribitur dicendo: *In principio creauit Deus cælum & terram:* *Gen. 1.* &c. Cœlũ: quo ad spiritualẽ & rationalem animæ partem: quo in cœlo, Angelus ipse simul & angelica pars rationalis intelligitur. Terrà: quo ad irrationalẽ & corporalẽ: de cuius limo: hoc est, terra & aqua cũ duobus alijs elemẽtis, aere & igne, ipsũ corpus humanũ, resq; omnis visibilis & palpabilis, fuit formata: & in ipso homine, ratione ipsius vsus, (vt dictum est) & singularis vnionis rationalis, contenta. qua in singulari

gulari corporis & animæ vnione, inenarrabilis in Christo, Dei simul & hominis, est testificata. hominis solùm mentionē faciendo, & cæterarum rerum visibilium, ratione ipsius principalis causæ vnionis & visibilis manifestationis in carne, ipsius Creatoris. in dictione ista, cœlum, & visibili Solis, Lunæ, & Stellarum ornamento: cœlos omnes, & Angelicū inuisibile ornamētum, rerumq; omnium Creatorem Deum, in ipsis Sole, Luna, & stellis significata comprehendendo. quæ res visibiles testimonium perhibent de inuisibilibus cū inuisibili Creatore Deo, & visibili manifestatione sua in carne, & fine ipsius carnis & creaturæ humanę in ipso Deo: ad quem, ab ipso fuit creata.

In Sole, aperte, trinitatis & vnitatis Creatoris mysteriū discernitur in circulari forma, Patris discernitur æternitas: (& triūonium personarum, in vnitate essentiæ) ab ipso vt generante incipiendo, in esse corporeo: incarnatio Verbi Filij sui. in illuminantibus radijs, qui ab ipsa circulari forma & esse corporeo nascuntur: Spiritus sanctus: ex Patre & ex filio procedens. in virtualibus effectibus, ab ipso vno Sole & vnica sua virtute effectuatis: essentiæ vnitas. Hoc est, vnus solus Deus: vnde in morte figurati sui Solis & veræ mundi lucis Christi Saluatoris, Dei filij: *Et obscuratus est Sol.* ordine cœlesti mutato: nouo & inaudito signo particularis sensus, mysteriosā significationem suam demonstrando. *Luc. 23.*

Luna, significat naturam humanam in innocentiæ statu, ante peccatum: & etiam, Sanctam Romanam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam dilectam Christi sponsam post peccatum. quæ ab ipso Sole Christo, & Spiritus sancti radijs semper illuminata, dicta est ab eo & nominata (iuxta prophetatum) Ciuitas Solis: vt spiritualis sedes & vniuersale sceptrum in terra, vicarij ipsius Christi, vniuersalis Saluatoris: (sicut in figura fuit ipsa Roma in temporali) donec durabit præsentis vitę mortalis militantis nox, nocturnas erroris omnis & hæ reseos tenebras, iudicanter fugando: & huiusmodi offendicula spatiosæ viæ quæ ducit ad perditionem, ab angusta & aspera quæ ducit ad vitam, propriis apostolicæ & pœnitentis vitæ exemplis, condemnanter dilcernendo. & mediante diuina ipsa Luce & gratia, culpas ipsas pœnitentibus, particulari authoritate suprema, (vltra vniuersalem apostolicam sacerdotalem,) simul cum pœna remittēdo. de qua Luna, & fideli Ecclesia, cōformiter est prophetatum, dicendo. *Et erit lux Lunæ, sicut lux Solis,* (hoc est, quoad ipsam veram lucem iudicialem, & vnicam authoritatē diuinam in terra, dicente ipso Sole iustitiæ ad Petrum: *Et tibi dabo claues regni cælorum*) *& lux Solis erit septempliciter.* Hoc est secundum ipsam hebdomadalem distributionem sacramentalem, in ipsorum peccatorum remissione: præteritam cæcitatem, noua Luce per gratiam illuminando: quo ad vsq; ab ipso Sole Christo lecta. totaliter: advitam & gloriā æternam resuscitando, simul cum ipso, magis palam iudicet; (sicut dicit. *Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes,* cæcos obstinatos errantes, & ab ipsa separatos vsque in finem, condemnando. quia tunc. Non occidet vltra Sol tuus, (ait Spiritus sanctus, cum fideli & obediente parte, loquendo) & Luna tua non minuetur: (quia tunc totaliter colligetur infidelis ipsa & hæretica zizania, (vt scriptum est) & alligabitur in fasciculos ad comburendum) quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & complebūtur dies luctus tui. facta gloriæ thronus, ipsa natura humana in Christo, & fidelis eius Ecclesia, ipsi Soli & Lunæ (vt dictum est) comparata. sicut per Dauid. *Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis.* *Mat. 7.* *Isa 30.* *Mat. 16.* *Mat. 19.* *Psal. 88*

In stellis, Angelica natura & humana, sunt significatæ: in æquali electorum numero,

mero, Angelorum & Hominũ, & varijs gloriæ gradibus, in vniuersalis resurrectionis & iudicij die, concurrentes : & in ipso firmamento & octauo cœlo stellato ipsius resurrectionis effectus ad vitam & gloriam æternam, est testificatus. Vnde, viuorum iudex & mortuorum, *qui numerat multitudinem stellarum: (per Dauid) & omnibus eis nomina vocat.* Hoc est, secundum varia humanarũ virtutũ & vitiorũ nomina, iudicãdo. & per sanctum Ioannem: (quo ad humanam) *Et qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea: &c. dabo illi stellam matutinam. &c.* de fixis ipsis stellis splendentium corporum electorum loquendo, in matutino vltimi & octaui diei vniuersalis resurrectionis, ab ipso iustitiæ Sole Christo illuminatorum ad gloriam & vitam æternam) *Stella enim à stella differt in claritate:* (*inquit Apostolus*) *Sic & resurrectio mortuorum*, correspondenter ipsa resurrectio in matutino diei tertiæ suæ mortis, & octauæ, creationis gloriosè resuscitando, (sicut dicit,) Exurgam diluculo) initiata. & quo ad angelicam, per Isaiam: *Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui manè oriebaris ? &c.* cadentem Angelum & rebellatam partem angelicam ipsius superbi monstri, matutinæ stellæ comparando : cum fit in illis angelis (vt postea dicetur) pars humana corporalis, & in stellis, resuscitata corpora significata. & in hanc visibilis & inuisibilis ornamenti cœlestis rationem : (redeundo ad Moysen) adiungit dicendo : *Terra autem erat inanis & vacua.* Hoc est, per quantum non erat creatus homo. Quia quemadmodum finis principalis creationis hominis & redemptionis, reiquæ omnis ad ipsius hominis imaginem creatæ, erat (vt dictum est) manifestatio in carne ipsius creatoris, & esse sui hebdomadalis trium personarum diuinarum, & quatuor diuinorum attributorum, in humano ipso spiritu ternario, & elementali parte corporali quaterna, significati : in huiusce rei testimonium, conueniebat, quòd non in instanti, secundum interminatam significati & manifestati Dei potentiam : sed pluribus diebus, secundum terminatum esse significantis hominis, per communicationem temporalem æternitatis & esse sui potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, ad humanam correspondentiam, & non diuinam, hebdomadaliter & terminatè manifestaretur. & conformiter à Spiritu sancto per Moysen, scriptum sic & ordinatum vnde, cum nondum creatus esset homo, & de isto tractasset, dicit : Terra autem erat inanis & vacua. & ad differentiam cæli: quod cum esset iam particularis sedes & habitatio ipsius Dei, (sicut scriptum est: *Dominus in cælo parauit sedem suam*) cum reliquo inuisibili angelico rationali ornamento (præter visibile stellatum irrationale) vacuum & inane, non erat. Vndè, homine creato, rebusque omnibus humanæ naturæ submissis: (sicut dicit : *Benedixitque illis Deus, & ait; Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. &c.* differenter ait in sequenti capitulo, incipiendo: *Igitur perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. &c.* perfectionem rei omnis & complementum, ad rationalem partem, angelicam & humanam, & particulariter ad hominem reducendo: in quo singulariter, (et non in Angelo) creator manifestari debebat. *Nusquam enim Angelus apprehendit, (inquit Apostolus) sed semen Abrahæ apprehendit.* Et in hanc rationem, fuerunt cœli, (simul cum natura angelica creati) ab ipso Creatore ad hominis imaginem (simul quantũ ipse solus ad imaginẽ Dei creari debebat) adiutoriũ & ministerium eius, (vt dictum est) hebdomadaliter dispositi & ordinati septem cœli, planetæ septem, præter octauum stellatum, dictum, firmamentum, vniuersalem naturæ humanæ finem & firmamentum eius in Deo, (vt dictum

Psal. 46.

Apoc. 2.

1. Cor. 15.

Isa. 14.

Gen. 1.

Gen. 2.

Heb. 2.

est) ad gloriam & vitã æternam resuscitando, significans septem dies creationis, in principio manifestationis extra, hoc est, operis sex, & requiei vnus: hebdomadaliter etiam æternitatem suam homini communicando: & simul hebdomadale suum esse potentiæ (vt dictum est) sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitę trinum, & vnum Deum, manifestando. qua in vnione & concordantia ternaria & quaternaria potentia rum & elementorum, vnde, tres personæ diuinæ, (vt dictum est) & attributa quatuor sunt significata: humanæ naturæ vnio cum diuina, est testificata. Angeli septem, in præsentia maiestatis ipsius Dei, in hominis conseruationem (& cæterarum rerum omnium creatarum) perpetuò assistentes: incarnationis Verbi mysterium, significanter repræsentantes: (in quibus, reliqua omnis angelica natura, vnita est & epilogata) stellis similiter à Spiritu sancto comparati. Sicut per sanctum Ioannem, de ipso Christo loquendo: *Et habebat in dextera sua stellas septem. &c. Sacramentum septem stellarum quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea: septem stellæ, angeli sunt septem Ecclesiarum: & candelabra septem, septem Ecclesiæ sunt.* Apoc. 1.

naturam Angelicam in ipsius incarnati verbi merito, ad vniuersalem & particularem, humanæ, custodiam, (vt dictum est) in eiusque adiutorium & ministerium, hebdomadaliter disposita & ordinata, ad ipsos septem angelos, (in quibus tota intelligitur) reducendo. & similiter, humanam et vniuersalem fidelium ecclesiam in ipsis septem ecclesijs comprehendendo. qua in Ecclesia, correspondenter, redemptionis humanæ per ipsum Saluatorẽ Christum factæ, thesaurus: per medium hebdomadalium sacramentorum, ab hebdomadali sua sanctissima humanitate virtutem accipientium, hebdomadaliter distribuitur.

Et sicut in veteri testamento, candelabrum vnum septem luminum, futuræ incarnationis ipsius verbi diuini mysterium repræsentans, angelico stellato & cœlesti, septem angelorum, cœlorumque septem & planetarum correspondens. Ita post ipsius figuræ complementum in nouo testamento, sese verbum incarnando, moriendo & resuscitando: distinctè magis & vniuersaliter, in hac alma ciuitate Romana sceptro & capite vniuersalis Ecclesiæ fidelium: in locum candelabri vnius, septem luminum, altaria septem, et septem sumptuosissima templa sunt fundata: ad quæ, perpetua & vniuersalis peregrinatio eorum omnium, qui continuo huc ex qualibet orbis parte adueniunt, reducitur: & per medium visitationis eorum hebdomadalis & Sacramentorum, vniuersalis: indulgentia in remissionem peccatorum, culpæ & pœnæ, à summo Pontifice Romano pastore vniuersali, & ipsius Christi vicario in terra, conceditur: adiunctæ corporis Christi Domini communione, qui Deus & homo, finis & principij nostri centrum, (*Ego sum A, & Ω, principium & finis,* ait ipse) sicut in purissimo. & particulari aureo candelabro hebdomadali, potentialiet et elementali humanitatis suæ sanctissimæ, sese incarnando, in quantum Deus, à principio, & in æternum, inseparabiliter consistit: ita, in medio vniuersalis candelabri suæ fidelis Ecclesiæ, (in ijs septem candelabris & Ecclesijs septem intellectæ) & vbicunque vnicum ipsum & vniuersale sacrificium offertur: in altaris sacramento & consecrata hostia, (sicut ad dexteram Patris, in cœlo) quamdiu durabit mundus, in quantum Deus, & in quanhomo, simul, realiter & præsentialiter consistit. sicut dicit: *Et conuersus sum vt viderem vocem, quæ loquebatur mecum: & conuersus vidi septem candelabra aurea: & in medio septem* Apoc. 2.

candelabrorum aureorum similē filio hominis, &c. & habebat in dextera sua stellas septem : (vt dictum est) &c. Ita, quod vtraque ecclesia, angelica & humana, in ratione & mysterio incarnationis Verbi, & vniuersalis manifestationis in carne ipsius Dei, finis principalis rerum omnium, hebdomadaliter disposita est & ordinata.

Et sicut natura angelica ; particulariter, in septem angelis assistentibus, (in quibus, imago Dei in homine, naturalis, trium animæ potentiarum, quo ad tres personas diuinas, (vt dictum est) & quatuor corporis elementorum, quò ad attributa quatuor ipsius Dei, est significata) fuit à principio, quasi materia & forma, in angelos nominatos & non nominatos distincta : hoc est, nominatos tres, Michaelem, Gabrielem, & Raphaelem, quo ad tres animæ potentias, & tres personas diuinas : & quatuor innominatos, quò ad quatuor elementa, & attributa quatuor ipsius Dei : Ita vniuersaliter, in corporis & animæ distinctionem, fuit sub duobus capitibus & principibus distincta & subordinata. Hoc est, sub Archangelo Michaele, quo ad animam : & sub angelo Lucifero, quo ad corpus. Vnde Spiritus sanctus, per Sanctā Ecclesiam Catholicam, quo ad primum, & in eius festiuitate, ad laudes : Archangele Michael, constituite principem super omnes animas suscipiendas. & in sacrificio pro animabus defunctorum : Ne cadant in obscurum, (ait similiter) sed signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucem sanctam. et cætera. & Dominus, quo ad secundum principem, corporalem partem significantem : *Nunc iudicium est mundi : nunc princeps huius mundi eijcietur foras, et cætera.* quā in regione elementali; ipsum corpus humanum, (sicut anima, in cœlesti) intelligitur : à quibus quatuor elementis, fuit à principio forma tum : & hæ duæ regiones cœlestis, & elementalis, simul cum significatis suis, corpore scilicet & anima, sub duobus ipsis principibus, eorumque regimine submissæ, et quamuis ipse princeps Lucifer, per peccatum cadendo, fuisset omni gratia & prærogatiua priuatus : nihilominus hominem, breui tempore, peccare faciendo, de nouo per voluntatem humanam, ipsius mundi, se principem & Dominum fecit : in quo minori mundo humano, iugo peccati submisso, res omnis includitur : ad sustentationem cuius & particulare ministerium fuit creata. Vnde, princeps huius mundi, & consequenter, Nunc iudicium est mundi : (hoc est, quo ad ipsam remotionem dominij, super ipso minori mundo homine, in quem mundus ipse vniuersalis venit intellectus : non cum prima libertate, natura ipsa humana, effectualiter ad gloriam & vitam æternam, operante) nunc princeps huius mundi eijcietur foras : per quantum peccator ipse, per gratiam & medium proximæ suæ mortis & sanguinis, debebat à tyrannide ipsa & seruitute diabolica liberari.

Ioan. 12.

Ita quod, in duas partes distincta fuit angelica natura, in imaginem hominis, auxilium & custodiam eius : & sub duobus principibus, (vt dictum est) Michaele, et Lucifero, subordinata. quod colligitur etiam ex scripto per sanctum Ioannem in hoc facto, dicendo : Michael & angeli ejus præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & angeli eius : et cætera. vterque cum suis angelis : quibus principibus, ipsa natura angelica in duas partes distincta, erat submissa. Et consequenter conueniebat, in vitalis vniuersalis vnionis ratio

nem,quod hi duo principatus haberent vnum conueniens caput,& solum dominatorem supra se,& supra omnia creata: sicut effectuari debebat, in ipsius & aliarum figurarum futurarum complemento, sicut scriptum est: *Et congregabuntur filij Iuda:* Ose.1. *& filij Israel pariter:*(hoc est, anima & corpus,resuscitando:in ipso Iuda & Israel, sicut in duobus ipsis principibus Michaele. & Lucifero,& angelis eorum, significata quod suo loco & tempore latius declarabitur)*& ponent sibimet caput vnum,& ascendent de terra:*(*hoc est resuscitãdo*) *quia magnus dies Iezrael.* Hoc est,ipse tremendus dies vniuersalis resurrectionis & iudicij:dies magna & amara valdè. Caput vnum;hoc est, christum,Deum & hominem . sicut scriptum est:*Et omnia subiecit sub pedibus eius: &* Ps8. *ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam , quæ est* Eph.1. *corpus ipsius,& plenitudo eius,qui omnia in omnibus adimpleuit.*quia creatio, non est proportionale corpus,ad ipsum caput ,Creatorẽ:etiamsi ad rationalem partem sit reducta , & particulariter in ipso minore mundo homine,epilogara;nec fundamentum, ipsius Dei manifestationi conueniens : (nisi se verbum incarnando)cum sit multum dissimilis fundamento principali,grauis illius machinæ, quod est,ipsemet Creator Deus: in virtute sua &potentia,sapientia,iustitia & bonitate infinita,omnia creando, simul que particulariter sustentando:sicut scriptum est:*Vbi eras quando ponebam fundamenta ter-* Iob 38. *ræ&c. Super quo bases illius solidatæ sunt* ? Hoc est,quo ad ipsas bases&attributalia fundamẽta:diuina in ipso creationis effectu,&vniuersalis machinæ sustentatione , diuinam suam potentiam,(ipse Deus)iustitiam, & immensam bonitatem applicando. fundamenta quatuor vniuersalia , in quatuor elementis,(vt dictum est)de quibus, visibilis res omnis & palpabilis creata fuit, & quatuor correspondentibus ventis,videlicet,oriente,occidente,Aquilone &meridiano,ad quos reliqui omnes reducuntur, significata. *Aut quis demisit lapidem angularem eius,cum me laudarent astra matutina , & iubilarent omnes filij Dei?* Hoc est,quo ad ipsum proportionale fundamentum,&manifestationi extra ipsius Dei conueniens,ipsius angularis lapidis verbi incarnati Christi Filij sui Dei et hominis,à principio, vt principale fundamẽtum,in infinito merito suo, omnia per ipsum creando, positi et applicati.Dicitur: Omnia per ipsum creando. Hoc est, per ipsum verbum , formatum quatuor ipsis litteris diuinorum quatuor attributorum cunctis tribus personis diuinis communium:in ipsa creatione,redemptione et iustificatione hominis(prout dicit.Omnia) communiter concurrentium: cum esset ab æterno, incarnatio eius determinata,sicut scriptum est:*Ecce ego mittam* Isa.28. *in fundamentis Sion lapidem.&c.* Hoc est, in proprijs attributalibus fundamentis ipsius Sion naturæ diuinæ, angularem ipsum naturæ humanæ lapidem, quo ad quatuor elementa , de quibus ipsum corpus fuit formatum, et quatuor attributa diuina simul,ipsius Dei, in ipsis quatuor elementis,significata:factum vnum lapidem solum et fundamentum ,manifestationi extra ipsius(Dei , conueniens : se verbum incarnando. Verbum:id est,Filius:æterne à Patre generatus.dictus,verbum particulariter:eo quòd,cùm communis esset in ipsis quatuor attributis cùm Patre et spiritu sancto:solum fuit per ipsum , principium manifestationis intra et extra, (sicut dicit: *Principium ,qui et loquor vobis*) vt secundum Ioan.8. personam ,æterne è Patre generatè incarnando sese, moriendo inquantum homo, et resuscitando in quantum Deus, ipsum ineffabile nomen Iehouah,hoc est, nomen et verbũ,quatuor ipsis attributalibus et elementalibus litteris formatũ) & ipsius Dei Esse,potentiæ,sapientiæ & iustitiæ, & bonitatis infinitæ,manifestatum. *Lapidem:probatum* (adiungendo) *angularem, pretiosum,in fundamentis*

fundamento fundatum. &c. Probatum hoc est in opere & effectibus redemptionis peccati. & consequenter pretiosum in ipsius cultu & satisfactione. In fundamento fundatū. Hoc est, omnia ipsa fundamenta diuina attributalia, ad vnum solum fundamentum vnius Dei solius, potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, reducendo. Sicut
Iob. 28. in Iob: *Aut quis demisit lapidem angularem eius, cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei &c.* particulariter loquēdo, de ipso lapide angulari Christo Deo, & homine elemētari & attributali: vniuersali capite & fundamēto, in manifestatione extra, ipsius Creatoris: in aurora primi diei vniuersalis creationis, à primis ipsis cœlestib. naturæ angelicæ auibus, (sicut erit in futurā vltimi diei & vniuersalis resurrectionis, ab electis suis humanæ naturæ filijs, vt
Psal. 102. Aquila, reuocatis) laudato vt dicit, & iubilato.

Vnde, (ad propositum redeundo) in illo principio, cum esset à Spiritu Sancto propositum, naturæ angelicæ, sub duobus ipsis principibus; (vt dictum est) in imaginem hominis, & corporis & animæ rationem) ministerium & adiutorium eius, distinctæ & subordinatæ, quod cōueniebat (secundū rationes allegatas) quod haberent caput vnum & solum dominatorem suprà se: qui ad maiorem Creatoris manifestationem, futurus erat alterius naturæ, suæ ipsorum, multò inferioris, sed cum diuina natura vnitæ, & in ipso Deo exaltatæ: cui humiliter (si volebant in gratia confirmari) obedituri erant, eamq; adoraturi: *Et factum est prælia magnum in cœlo: Michael & angeli eius præliabātur cū Dracone, & draco pugnabat, & angeli eius: &c.* duobus ipsis principibus. & angelis eorū, inter se dissentiētibus. quia Michaelis pars obedire voluit: Luciferi verò non obediēdum esse censebat, imò sese opponendum. contrà, & separatum imperium facere. Sicut de ipso dracone scriptum est: & de fructibus estectibusque superbiæ suæ, fraudis
Apoc. 8.

& malitiæ, prophetatum dicendo: *In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in mōte testamēti in lateribus Aquilonis. &c.* in Luthero hæresiarcha & secundo Lucifero in terra, iam completum: nato in Aquilone, (*quia malum visum est ab Aquilone, (per Ieremiam) & contritio magna*) & ibi sua errorū & diabolici imperij sede primùm fundata. cōcludendo: *Ascendam super altitudinem nubium*, (quod est quantum superbè ascendi potest super caliginosas nubes suorum fallacium fundamētorum) *similis ero Altissimo.* Hoc est, seipsum (Luciferum & Lutherū) ipsi Christo & Ecclesiæ suæ Catholicæ, superbè & inuidiosè assimulando: & ipsi Spiritui Sācto, & veræ Luci Apostolicæ resistēdo. Vnde, non amplius Lucifer, vt prius antequā caderet, nominatur: Sed Draco: & per Moysen conformiter, serpenti callido assimilatus: (*Serpēs erat callidior.* (inquit ille) *quæ non exaudiet vocē incantantis*: (Sicut per Dauid de falsis ipsis hæreticis loquēdo) *& venifici incantantis sapienter.* & correspōdenter humilis angelus & obediens princeps, superbo ipsi & inobedienti monstro resistens: nouiter Michael nominatur. hoc est, Quis vt Deus? in virtute & merito humillimi Christi veri Dei & Veri hominis, reprobati Iapidis angularis vniuersalis fundamenti, superbā & reprobantem partem, victoriosè deponendo. Sicut concludit, dicendo: *& non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cœlo. Et proiectus est Draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Sathanas, qui seducit vniuersum orbem*: (hoc est, per semetipsum primum, & per secundum serpentem hæresēon caput Lutherum & sequaces eius) & proiectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt. restāte ipsa humili & obediente Michaelis parte, cum æterna victoria, in gratia, confirmata: & Angelis septem, incarnationem Verbi, & hebdomadalem suam humanitatē sanctissimam, repræsentantibus, in cuius dominis & auxilium, terratiè, secundum

Isa. 14.

Iere. 6.

Gen. 3.

Psal. 57.

Apoc. 8.

suum significatum ternarij Spiritus et animæ rationalis hominis, in tres hierarchias, et tres pro ynaquaque angelorum choros, subordinata. Per medium quorum, in candelabro septem luminum, quod ante Arcam testamenti, Dei iussu ardebat, significatorum, (sicut in ipsius figuræ complementum, magis amplè in septem ecclesijs, (vt dictum est) altaribus et sacramētis, in remissionem peccatorum) incensa operum (intelligite hæretici) et orationum iustorum offeruntur: et Spiritus sancti responsa (vltrà immediata) ipsi obedienti Ecclesiæ Angelicæ, et humanæ reuelantur.

Tob.12. Bona est oratio cum ieiunio, &c. (ait vnus ex Septē, Tobiæ) quando orabas cum lachrymis, & sepelichas mortuos, &c: ego obtuli orationem tuam Domino. &c. Ego enim sum Raphael Angelus, vnus ex septem qui astamus ante Dominum.

Vnde Spiritus sanctus, (ad concludēdū) per Apostolum Iudam, in exemplum nostrum, de inobediente Ecclesia. loquendo, memoriam facit notabilis istius facti, primæ angelicæ inobedientiæ, & castigationis vniuersalis ipsius primi delicti: & et, iam secundæ humanæ: ab inobedientibus hominibus & infidelibus incipiens, dicendo: *Iuda. 1. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc iudicium) impij, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum Dominatorem, & Dominum nostrum Iesum Christum negantes. Commonere autē vos volo, sciētes semel omnia, quoniam Iesus populum de terra Aegypti saluans secundò eos, qui non crediderunt, perdidit: Angelos verò, qui non seruauerunt suum principatum. (Hoc est, & similiter, solum dominatorem (vt supra) & Dominum nostrum Iesum Christum negantes) sed dereliquerunt suum domicilium, (hoc est, secundū suā significationē domicilij corporalis in ipso verbo incarnato, in summet fauorem obedientiæ) in iudicio magni diei, vinculis æternis sub caligine reseruauit. &c.* In iudicium magni diei: quia tunc, in ipso magno die vniuersalis resurrectionis iustorum, lapsis ipse Christus, ab eis reprobatus, ponetur in caput anguli: vt dictū est: ipsos duos muros, corpus & animam, in duobus ipsis principibus & partibus angelicis, significatos, in eorū confusionē coniungens, & in gloriam & vitam æternam sustentās: & simul correspondentem punitionem illis & suis sequacibus, nouę pœnæ ignis æterni & confusionis adiunctæ, ministrans. *(Ecce enim positus est hic in ruinam, (vt scriptum est) & resurrectionem multorum.* Et eccè, quomodo Angelus malus, fuit inimicus Dei factus. *Luc. 2.*

CAP. V.

FVit homo etiam Creatori suo Deo factus inimicus, ob causam sequētē. Priusquàm magnus & omnipotens Deus, hominem creasset: Cœlū iam & terram, & id quod ambitus iste continet, creauerat non in instanti, (vt dictum est) vnà cum ipso homine: secundum interminatam significati Dei potentiam: sed pluribus diebus, secundum Esse terminatum significantis hominis: & per hebdomadalem communicationem temporalem septem dierum, in præsenti vita tranſitoria, æternitatem suam communicando: in acquisitionis æternæ vitæ occasionem & testimonium. *Omnia in mensura (inquit Salomon) & numero, pondere disposuisti.* non in die quarto, nec item in septimo requiei & finis ipsius operis Dei: secundum quatuor attributa, & tres personas diuinas: per potentiam solum, hominem creando, & redimendo: Sed cum omni libertate, in die sexto: (sicut scriptum est: *Et creauit Deus hominem ad imaginem suam: &cet. Et factum est vespere & manè, dies sextus*) in quo fuit redemptus, ab ipso incarnato verbo, voluntariè moriendo: (sicut scriptum est: *Oblatus est quia ipse voluit*) & voluntariè iustificatus: (ipso homine volente) & in semetipsum, octaua die, & tertia, à morte sua, resuscitando, ad vitam & gloriam æternam reuocatus: per gratiam, virtu- *Sap. 11. Gen. 1. Isa 53.*

tem

tē ipsā & potētiā, sapientiā & bonitatē inīitam, cum ipso communicando. Sicut Spiritus sanctus, de ipso Filio sapientia Patris, loquendo significat dicendo: *Hæcillum, qui primus formatus est à Deo, pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo, & dedit illi virtutem continendi omnia, &c.* Et dedit illi virtutem continendi omnia. & per Apostolum, item de ipso Christo: *Qui cum sit splendor gloriæ & figuræ substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, &c.* Portansque omnia verbo virtutis suæ. Hoc est: Sicut illic, primo homini: *Et dedit illi virtutem continendi omnia.* Quomodo, dedit illi virtutem continendi omnia? *Verbo virtutis suæ*: vt ait Apostolus. Hoc est, in cōmunicatione ipsius virtutis & potētiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ: à Patre, Filio, naturaliter: (propter quod dictus est, *Verbum quod erat apud Deū*) & ab ipso, primo homini accidentaliter, in vniuersali Creatoris ipsius manifestatione in carne, communicatæ. Litteræ quatuor, ex quibus ipsum verbum & ineffabile Dei nomen *Tetragrammaton*, consistit: Hoc est, nomē quatuor litterarum, quod apud Hebræos est, Iheouah, per quam cōmunicationis viam, Cū solus esset creatus, (vt dicit) custodiuit, &c. Cum solus esset creatus: hoc est, ad cæterorum hominum differentiā, post peccatū: qui, non singulariter formati vt primus, de concordata elementali materia, in omni pace, spiritu & rationali ruæ formę, vnita, in quo consistit ipsa custodia, in creādo illum: sed vniuersaliter, de humano semine & discordata materia, in originali peccato concepti. vnde intrat, (de primo) & eduxit illum à delicto suo: per quantum defectus ipse, non ab opifice ipsiusque operis factore Deo, (à quo in omni perfectione fuit absolutum) fuit causatus: Sed ab ipsomet homine, & per culpam & diffidentiam suam, ab quæ alio stimulo, liberè & voluntariè peccando. Vnde intrat, Et dedit illi virtutem continendi omnia. Omnia hoc est, ipsum hominem minorem mundū, (in quo, res omnis secundum ipsum rationalem vsum, venit intellecta) voluntati humanæ subordinando: in quo consistit imago Dei in homine: cum ipsum dominium, Dei sit: & non hominis, quo cum dominio, obediendo, in eademmet virtute & potentia sua diuina, sacrificanter concurrebat: æterno Sacerdoti in cœlo verbo diuino, in manifestatione ipsius Dei in carne, correspondendo: in ipso verbo diuino, sine principio & fine intrà, in æterna sua generatione, initiata. Ita, quod virtute & potestate diuina concurrebat homo: & formaliter etiam, in ipsomet paterno amore, piè & filialiter amando. non per æternam generationem naturaliter, vt Filius: neque in eo gradu æqualitatis personarum, & reciproci amoris Spiritus sancti, tertia persona & testimonium ipsius esse charitatis æternæ Dei, potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis suæ infinitæ, in ipsamet æqualitate & comprehensibilitate æterna, ex Patre & ex Filio procedries: sed per creationem temporalem, & accidentalem communicationem ipsius Esse, in tam libero quàm rationali vsu ipsius potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ diuinæ, consistētem: manifestationi in carne, communicantis ipsius Dei, conuenientem: Ita quod ipsa carnis & Spiritus flatera, adeò æqua erat, in omni actione, cum singulari gaudio, extrà passionem omnem inæqualitatis malitiæ & amoris proprij, verum ipsum Patrem Deum, simpliciter & piè amando, eique obediendo: quòd alia omnis delectatio post peccatum, vim nō habebat in illo innocentiæ statu, adiungendi aliquid aut minuēdi: imò, sensualis omnis delectatio, in illum dominantem, conuersa, virtuosa erat gratāque Deo & laudabilis. Vnde, *crescite & multiplicamini*: (intelligite Heretici) in principio illo multiplicationis seminis humani:

Lap. 10

Hebr. 1.

Sap. 10.

Hebr. 1.

Ioann. 1.

Gen. 1.

per

sibilis Dei potentiæ, sapientiæ, iustitiæ & bonitatis infinitæ, visibiliter & apparenter manifestando. Et eccè callidus serpens male dictus, inuidia motus & ira, illum persequitur: & ad faciendum illum inclinare & retrò vertere, grauissimo vrtitur pondere leuissimæ mulieris: ad quã sese cõuertẽdo, obuertendoque simul terga Deo, de prohibito fructu, in inobedientia sua comedendo: elatus mente deuenit, id (cire volendo, quod sibi non conueniebat: (*& eritis sicut Dij* (ait illi tentator mendax) *scientes bonum & malum*) eccè gladius & irreparabilis ictus diuinæ iustitiæ, ab alto & cælesti Angelico ministerio repentè executus: ipsomet in puncto imagine Dei euanescente, in illius vicem hydram dæmonij manifestando, in quam homo, peccando transformatur: cernendo sese extra (vt perdens) felicem & victorem obedientiæ circulum & verum paradisum delitiarum, vt dictum est: (præter terrestrem) quòd certè talis est, & in occasionem maioris præmij et adquisitionis paradisi cœlestis, & ipsiusmet Dei, homini dati, amando ipsum Creatorem, eique obediendo. (Homo o Homo: non expellit te Deus, non: nec tunc, nec vnquam, donec stabit mundus: exis tumet teque extrudis) Et ecce in homine serpentina maledictio, in testimoniũ diabolicæ imaginis, in quã, peccando transformatur: *Super pectus tuum gradieris*, (dixit serpenti Deus) *& terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* Quem comeditis cibum vos, Buffones & venenosi serpẽtes peccatores, quo vos sustentatis, & in diabolica hebdomadali imagine discordãtiæ potentiarum & elementorum nutritis super pectus terreni omnis & sensualis affectus gradiendo, in cælum respicere non valentes? Terram. In hoc aurum & argentum reducitur, & quicquid ab ipsa terra producitur, stultreq; ab ipso mundo cœco & effectuosè desideratur. *Simulacra gentium argentum & aurum*, (ait Spiritus sanctus) *opera manuum hominum*. hoc est, idola superbiæ, auaritiæ, luxuriæ, iræ, gulæ, inuidiæ, & pigritiæ: cum alijs innumerabilibus, ad ea reductis. mortiferi fructus, & peccatorum tribuli, ab ipsa maledicta terra & infructuosa ficu humana semper producti: in quos miser conuertitur peccator. sicut concludit dicendo: *Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.* Vnde, propter hanc causam & viam perditionis & mortis, cæcus homo è paradiso delitiarum & circulo benedictionis & vitæ Deo, à semetipso (vt dictum est) voluntariò extrusus: in illomet instanti, vt perdens, morti se reperit condemnatum: & in ipso maledictionis circulo voluntariæ inobedientiæ suæ vinctum & captum: ipsisque omnibus circundantibus inimicis & propriæ potentiarum & elementorum discordantiæ, imagini peccati, seruum & subditum. Et ecce, quomodo fuit homo, Deo factus inimicus.

Psa. 113.

Apoc. 9.

CAP. VI.

VItiata igitur imagine Dei in homine, & secundum mortalem communem potentiarum & elementorum discordantiã, (vbi tres personæ diuinæ & quatuor attributa Dei sunt significata) obliquè operando, in hydræa imaginem peccati transmutata: & consequenter etiã (vt dictum est) super posita irrationali hebdomadalium cælorum & planetarum sic ad imaginem hominis ordinatorũ, per influẽtias contrarias & repentinas tempestates, ipsius culpæ vniuersalis humanæ atrocitatẽ demonstrantium: non idcircò defuit angelica rationalis imago septem angelorum coram Dei maiestate astantium: vt forma, irrationalis ipsius machinæ, ne cadat: (à diuina ipsa virtute & prima causa, motæ & per secundas causas post peccatum, in testimonium (vt dictum est) & ipsius culpæ pœnam, gubernatæ) & in ipsius peccatoris auxilium, sacrificanter mysterium incarnationis verbi repræsentantiũ: particulare ipsum et primum incensum, vna cum vni-

uersali meritorum, et iustorum oratione, iugiter offerentiũ, in quibus septem angelis (vt dictum est) natura omnis angelica (sicut humana in Iesu repræsentato verbo Deo & homine) vnita est et epilogata: et res omnis in angelicis tribus inter septẽ, nominatis: (Michaele videlicet, Gabriele, Raphaele) quò ad ternariam partem rationalẽ humanam, et tres personas diuinas, Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, vnũ solũ Deũ (quod magis propriè in homine imagine singulari Creatoris ipsius, vnio ipsa et distinctio simul cum æqualitate personarum et diuinorum attributorum: in ipsa vnione vnius spiritus rationalis et corporis humani distinctione potentiarum, cum elementorum æqualitate, quo ad attributa diuina, et subordinatos sensus corporales, rectè operando, erat significata) sicut in terra postea inter homines etiam, imago ipsi trino mysterio correspondens, in tribus Patriarchis, Abraham, Isaac, et Iacob: quod diuina mediante gratia, postea declarabitur. à quibus primis patribus fuerunt tribus duodecim multiplicatæ in figura: vniuersalem propagationem spiritualem

Luc. 3. seminis figurati Abrahæ Patris Dei Christi Filij sui, (*semen est verbum Dei, ait ille*) et Ecclesiæ suæ fidelis, significantes. qua in fideli sponsa sancta Romana Ecclesia, per prædicationis euangelicæ medium, à figurato Israel Spiritu sancto et vera luce, in charitatis æternæ vnionem, procedenter illuminata et illuminans, est verum templũ et altare, hostia & sacrificium figurati canalabri hebdomadalis, et arca corporis Domini, manna sacramentorum, et superior virga Sacerdotalis, et dulcis fructus ipsius sortis et figuræ, in vniuersali remissione peccatorum: qua gratia perpetuò abũdat, do nec stabit mundus: (sicut dicit: Donec ponam inimicos tuos) et vniuersaliter in ea secũdum permanentem authoritatẽ pontificalem Vicarij Christi, et vniuersalis pastoris, sui in terra, summi Romani Pontificis, communicabatur omne id, à principio et continuatè, per medium ipsarum imaginum mysteriosarumq; figurarum & musicalium numerorũ hebdomadalium, quorum pleni sunt cœli & terra, quibusq; in scriptura sacra Spiritus sanctus multum vtitur, promissum est et testificatum. per quantum naturaliter potẽ accidentalem, peccati discordantiam, remansit inter homines in terra ipsum testimoniũ & naturalis experientia ternariæ & octauæ consonantiæ musicalis: veraq; in ipso hebdomadali numero contenta. quia, nõ cõsistit septenarij numeri perfectio, in quantum septimus est: vltimo, cum primo gradu, discordante (secundũ musicalẽ experientiã id naturaliter est in ratione fundatum) sed in quantum quòd vnà pariter cum numero octauo, incrementi & diminutionis est incapax: cùm euidenter numerus octauus, sit in septimo contentus. quia primus hebdomadalis, secundum hebdomadales creationis dies, & octauus resurrectionis Domini, & perfectionis ipsius operis, in totali manifestatione in carne ipsius Dei, fine principali rerum omnium, sunt vna & eadem res. dies Dominicalis & principiũ manifestationis Domini, creando: vnus & idẽ cum octauo. & fine ipsius operis manifestationis suæ totalis in carne, reluscitando. (*Ego sum A, & Ω. principium & finis.* inquit ipse) quod omne, per mediũ ipsius scalæ crucis *Apoc. 1.* hebdomadalis & Sacramentorum, in militanti vita spiritualiter & corporaliter pro peccatis est effectũ. parte ternaria potẽtiali, spirituali, (vt dictum est) simul cum elementali quaterna corporali, concurrente, vnde procedit octauæ concordantia, & cõsistit secundum quinq; corporales sensus rectè operãdo: caulata ab hebdomadali vnione in Christo, per viã sacramẽtorũ, virtute suæ corporali & spirituali, & inquãtũ Deꝰ & inquãtũ homo, efficienter emanãtiũ: secũdũ ternariam & quaternariã concordantiam diuinarum trium personarum, & quatuor-

tuor attributorũ ipſius trini & vnius Dei, correſpondentem potentiarũ & elementorum concordantiam, vnde (præter ineenarrabilem concordantiam & vnionẽ Dei & hominis ſimul) incomprehenſibilis & glorioſa trium perſonarũ diuinarũ & quatuor attributorum diuinorum eſt teſtificata. ſicut in priſtina humana concordantia per innocentiam, & præſenti per gratiam, & gloriam, (Chriſto reſuſcitante) ſacramẽtum ipſum ternariæ & quaternariæ concordantiæ qualitatis perſonarum & attributorum, (homine humiliter obediente, & rectè operante) venit manifeſtanter ve-

4. Reg. 3. rificatum. Vnde propheta Eliſeus: *Nunc autem adducite mihi pſaltem:* (hoc eſt, hominem, in operando & patiendo pro peccatis, concordanter ſimul cũ ipſo muſicali humanæ redemptionis inſtrumento Chriſto inquãtum homine, comitatum) *Dumque caneret pſaltes, facta eſt ſuper eum manus Domini*, & *ait: Hæc dicit Dominus: Facite alueum torrentis huius*

2. Par. 25 *foſſas, & foſſas* &c. Et alibi, de illo Idithum, qui in cithara prophetabat (vt dicit) ſuper confitentes et laudantes Dominum. In cithara. Hoc eſt, in effectu ipſo doni prophetiæ, in teſtimonium incarnationis verbi & meriti muſicalis ipſius inſtrumenti redemptionis humanæ, inquãtum homo, per diſpoſitiuum ipſum naturalis conſonantiæ modum, potentialem & ſenſualem humanã accidentalẽ diſcordãtiã poſt peccatum, temperando: ſimulque (ſicut Dauid in Saul, pſalterio) ipſum contriſtantis dæmonij mendacium fugando. Vnde conformiter,

Eccl. 44. per ſapientiſſimum Salomon: *Laudemus viros glorioſos & parentes noſtros in generatione ſua* &c. *In peritia ſua requirentes modos muſicos, & narrantes carmina ſcripturarum.* Hoc eſt, quò ad dulciſſimum carmen interius, occulti ſenſus ſpiritualis. modi muſici inuenti in ſacra cœleſti et glorioſa narratione vniuer

Pſal. ſalis creationis (*Cœli enarrant gloriam Dei ſcriptum eſt*) & redemptionis hominis, per va-

Sap. 11. rias myſteria & muſicales. concordantias myſterioſorum numerorũ, (*Omnia in menſu-*

ra, ait ipſa ſapientia) & *numero & pondere diſpoſuiſti*) manifeſtationem intra & extra ipſius trini & vnius Dei, naturaliter, & propriè pronuntiantes. & eius æternũ eſſe ternariã & hebdomadale ſimul, diuinarũ triũ perſonarũ, & ſuorũ quatuor attributorum, potẽtiæ, ſapientiæ, iuſtitiæ, & bonitatis infinitæ, vna ſola eſſentia principij & finis rerũ omnium, in plenitudine octauæ, ſuæ particularis, & vniuerſalis reſurrectionis, in perfectione rerum omnium & complemento: naturaliter per viam & modũ muſicalem ternariæ & octauæ muſicalis conſonantiæ, teſtificata. ſicut ipſe docet, per muſicalẽ modum dicendo: *Ego ſum A, & Ω, principium & fi-* Apoc. 1. *nis.* modus & carmen muſicale perfectæ ternariæ concordãtiæ octauæ ſimul: tãto hebdomadalis, ipſa octaua, quãto perfecta & augmenti & diminutionis incapax, (propter quod, Deo ſolùm eſt attributa) cũ octauus gradus ſit cũ primo vna et eadẽ res. principiũ vnũ & finis naturæ humanæ in Deo. reſuſcitãdo, eſſentiæ vnitatẽ & æternitatẽ ipſius immenſi Dei teſtificãs. & ipſa octaua, tanto hebdomadalis in Deo, quo aeternariã et quaternariã concordantiã & æqualitatem perſonarum et attributorum: (in hebdomadali humana concordantia per innocentiã. (vt dictum eſt) potentiarũ et elementorum, teſtificatum) quãtum homini diſcordãs, in incõprehẽſibilitate ſuæ: per viã muſicalis inſtrumẽti & humanarũ vocũ naturalũ, in notabili diſproportiõe (auditu & iudicio humano) & diſcordãtia. primi & ſeptẽ gradus, teſtificatũ. præterquã in Chriſto Deo & homine ſimul, & perfecta vnione & aſſũptione humanæ naturæ, in diuinã, (ſe verbũ incarnãdo, in manifeſtatione ipſius Dei in carne. Octauus manifeſtationis in carne: nõ octauus, quòd ad hebdomadale et incõprehẽſibile diuinũ eſſe, ternariũ & quaternariũ, perſonarũ et attributorũ: in quo æterno Creatore, vt principio et fine rerũ omniũ ipſe homo et omnia creata ſũt incluſa: ſed octauꝰ gradꝰ quò ad

naturam humanam, distinctè: ipsum gradum octauum perfectionis assumptam, in manifestatione extra ipsius Creatoris. in ipso effectu perfectionis manifestationis Dei in carne: diuina natura, quod humanæ deest, supplente: ipsam discordantiam & disproportionem incomprehensibilitatis diuinæ, & incapacitatis humanæ temperando. & hac in ratione vnionis & distinctionis duarũ naturarum in Christo: (sicut per Athanasium: *Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali & humana carne subsistens*) octauus gradus manifestationis extra : ad quem, per ipsam viam vnionis & supplementi diuini, ascendit humana natura: cũ sit tanto per incarnationis suæ medium ad diuinam vnita & exaltata: quanto per gratiam, sicut postea per gloriam, ipso Christo moriente & resuscitante, regenerata. septenaria, & octonaria concordantia in Christo Deo, & homine, singulariter in manifestatione intra & extrà ipsius Dei: quo ad manifestatum esse suum diuinum hebdomadale, æqualitatis personarum & attributorum: in æqualitate inenarrabili potẽtiarum & elementorum, in quantum homo, testificaræ: sensuali quinaria, cum potentiali ternaria concurrente. in qua dulci harmonia naturali, ipsius octauæ & perfectionis operando: gloriosa eius in octauo die resurrectio, & vniuersalis iustorũ in vltimo, venit verificata. ipsum vniuersale instrumẽtum vniuersalis manifestationis ipsius Dei in carne, in glorioso suo proprio indiscrepanti diuino & humano simul, cõcordando. et in musicali etiam ordine (sicut deinde tractabitur) ad consonantiam ternariam et æternam diuinarum triũ personarum vnionem, reducendo. Vnde Spiritus sanctus, per Ezechiel, de ipso Christo, in ipso propheta intellecto, particulariter loquendo: *Et es eis quasi carmen musicum, quod suaui dulcique sono canitur.* Ezec. 33

CAP. VII.

AD maiorem declarationem, circa supradicta, de concordatis numeris & musicali ordine, à trino & vno Deo, et diuino suo spiritu, in ipsius Creatoris manifestatione intrà & extrà, variè & mysteriose obseruato : considerare oportet: Quòd scire veniendo in quo consistit imago ipsius Dei et similitudo in homine : sicut declaratum est: aliquãtulum simul cognoscere venimus, secundum exiguam nostram capacitatem humanã, quid sit Deus, trinus in persona, & vnus in Essentia : etiamsi quo ad hoc, seipsum solus ipsemet intelligat omninò & comprehendat. Vnde: consistendo factum istud in singulari corporis & animæ vnione, singularem in Christo, Dei et hominis simul testificantem: ternaria et quaternaria concordantia simul potentiarum et elementorum, vbi (vt dictum est) incomprehensibilis diuinarum trium personarum et quatuor attributorũ ipsius omnipotentis solius, sapientis, iusti, et boni Dei, est experientialiter testificata: ex qua procedit correspondenter quinaria sensuum corporalium, musicalis item, rectè operando, & octauã simul perfectionem , vniuersalis resurrectionis carnis, quam speramus, testificans, cũ sit irrationalis ipsa coporalis quinaria pars, rationali ternariæ spirituali, & res omnes trino ipsi & vni Deo, suauiter & cõcorditer subordinata: videtur, quòd per viam practicabilis musicæ, & tam perfectæ, quam vnicæ et inuiolabilis consonantiæ ternariæ musicalis, clarè et apertè ponitur in experientiam, Sanctissimæ Trinitatis incomprehensibile mysteriũ. Deus trinus in persona, et vnus in essentia. Aeterna verbi generatio: et Spiritus sancti ex Patre, Filioque procedentia: vt reciprocus amor, communiter et cõcordãter in vnica cõprehẽsibilitate Esse & æqualitatis personarũ, procedentis. Et secundum quod musica sit homini tan-

ni tantum naturalis & propria, quantum esse cernitur generaliter in cunctis nationibus quantumuis barbaris, & ab hominibus & ab auibus simul vsitata, cum voluptate & delectabili commotione etiam naturali irrationalium cæterorum animalium: videtur, quòd per hanc viam, iuuisibilis Deus immensus & incomprehensibilis Creator: manifestare sese creaturis suis vniuersaliter voluit: snauiter & musicè, mysterium incomprehensibile trini sui & vnius Esse, testificando.

Tribus vocibus vnica musicalis consonãtia formatur: Hoc est, Vnisono, Tertia, & Quinta. quæ trina & vna consonantia, per circulum perfectum Octauę. (ęternitatis ipsius Dei testimonium) trinè & vnitè explicata: in plures voces multiplicatur: & similiter in plures consonantias & musicales species extenditur. quæ omnes ab vna ipsa sola nascuntur: in ipsaq; ternaria sunt (sicut causatæ) incluſæ. Musici, generaliter & inconsideratè, quartam adiungunt & Sextam. In lite Quarta est. est, qui falsam dicit: est, qui aliter intelligit & tuetur, dicendo quòd ea Græci vtuntur: & secundũ veritatem, malè intellecta est, peiusq; posita in vsum. Quia in vnica & recta consonantia ternaria, neque Quarta, neq; Sexta inuenitur. cum autem non sit nec esse possit vllo modo, quod fundamentum aliud specierum musicalium, in musica reperiatur, quòd consonanter multiplicari & extendi possit. (sicut ab ipsa in infinitum multiplicatur & extenditur) præterquam sola hæc ternaria consonantia: hoc est, Vnisonus, Tertia, & Quinta: ex qua dulci & vnica ternaria harmonia, res omnis pendet, & in qua fundatur res omnis & includitur: testimonium euidens (vt dictum est) Trinitatis & Vnitatis Dei, suæque manifestationis intrà, & extrà: Oportet necessariò, quòd aliæ istæ duæ species, quas addũt, Quarta, & Sexta, includantur (Sicut includuntur prof. cto) in ipsamet consonantia ternaria. & ita est, quòd Quarta, in Quinta: & Sexta, in Tertia includitur. vtraq; transformata, & extrà esse suum naturale: propter quod, ab omnibus non cognoscuntur: nec Quarta pro Quinta, nec Sexta, pro tertia, vti verè sunt. consistit factũ, in quo fundamentalis amborum chorda, est in superiori parte: & alia, quæ ex ipsa fundamentali formatur, est in inferiori parte, inuersa: cũ naturaliter in superiori Octauæ suæ parte esse debeat: vbi, ad naturalem suum locum reuersæ: dissoluitur fallacia: Quarta, Quinta restando: & Sexta, Tertia, vtverè sunt. quia, in Toni ratione, & consequẽter, consonantiæ: chorda illa fundamẽtalis est & principalis, vbi vtrumq; formatur, quæ, Diapente capax est. & in Quarta, similiterque in Sexta, cum inferior ipsarũ chorda, non sit capax Diapente, nec consequenter consonãtiæ: nec in illis formari, nec dignosci Tonus possit: præterquam in superposita earum chorda: cũ sint in vnica ternaria consonantia, (vt declaratum est) incluſæ: rectè & naturaliter recipi non debent, in augmentationem numeri, plurium specierum musicalium, suprà tres ternarias, (Vnisonum videlicet, Tertiam, & Quintam) vnicæ ternariæ consonantiæ.

Cum autẽ in Musica, Ternaria solùm sit consonantia: tribus distinctis vocibus, & vnico sono consistens: tres in consonantia voces, & Tonus vnus: mirabile est quàm euidenter in ipsa, sanctissimæ Trinitatis misterium resplendeat. Per sancti Athanasij Symbolum, à Catholica sancta Romana Ecclesia recitatum, ait Spiritus sanctus: *Fides autem Catholica hæc est: vt vnum Deum in trinitate, et trinitatem in vnitate veneremur, &c.* Athan. Cernitur hoc, & experientialiter in ternaria consonantia demonstratur: cum sit vna consonantia, sonus vnus, & vnus Tonus: tribus distinctis vocibus consistens: sicut dicit: Vnum Deum in trinitate. & similiter vna consonantia, sonus, & Tonus: sicut concludit: Et trinitatem in vnitate veneremur.

Neque confundentes personas. (Et hoc etiã) Non esset musicalis consonantia: si tres ipsius chordæ, in consonando simul, redderido quę vno eodemq; tempore suas voces, sese vnaquaque discernente, in se distinctę non essent. *Neque substantiam separantes.* Neque verò harum vnitarum vocũ distinctio, vnicam ipsius ternariæ consonantiæ toni, & soni substantiam separat: imò, per quantũ non esset Musica, quæ in consonanti distinctarum vocum varietate consistit: (sicut pergit dicendo: *Alia est enim persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti*) si ex eadẽm et varietate vocum et distinctione non nasceretur (sicut nascitur) vnica substantia vnius dulcedinis solius, ex indiuisibili perfectæ consonantiæ, toni, et soni, vnione procedens. vt adiungit dicendo: *Sed Patris, & Filij, & Spiritus sancti vna est diuinitas: æqualis gloria, & coæterna maiestas. Qualis Pater, talis Filius: talis Spiritus sanctus.* Et hæc etiam veritas in ipsamet ternaria consonantia, experientialiter verificata inuenitur. Quia, cum consistat ternariæ consonantiæ perfectio, in vnisoni subsistentia: & esse Musicam, in consonanti varietate trium distinctarum vocum, quæ ab ipso Vnisono explicatur: similes naturaliter & æquales esse veniunt, in modum, quod propter naturalẽ earum indissolubilem vnionem, in vnaquaque ipsarũ, ab humano pectore, aut instrumentali chorda resonare audita: ternarius spiritus & anima nostra rationalis, cũctis tribus perfruitur; easq; comprehendit. & hoc per experiẽtiam, inter puellas simplices & rusticos etiam villicos videtur & verificatur: & generalius in Italiæ partibus, quòd cũ simul sunt in laboribus & exercitijs suis, simulac vnus incipit vnã triũ vocũ canere indifferenter, illicò socij alias duas adiũgunt, & naturaliter illã musicẽq; comitantur. Ita quòd, ternariæ consonãtiæ perfectio, consistendo naturaliter, in varietate & æqualitate vocum, vnionis, & communis concurrentiæ cunctarum trium in vnaquaque ipsarum, ab Vnisono & vnicæ substantia, in manifestatione sua distinctę & cõcordãter explicatarum: cunctę tres, similes sunt & vna eademq; res. sicut pergit, dicẽdo: *Increatus Pater, increatus Filius: increatus Spiritus sanctus. Immensus, æternus, &c. & tamen non tres æterni: Sed vnus æternus.* Et in Gregoriano cantu, plano, dicto vulgariter: cõpósito & in Sanctã Romanã Ecclesiã introducto, (circiter ab hinc mille annis) à glorioso Sãcto Gregorio magno, summo põtifice. (præter aliqua panca, quæ tamẽ sanctus Leo Papa fecit) ad diuini officij & Sancti altaris sacrificij ornamẽtũ: à quo vniuersaliter in orbe Christiano templa sunt, cũ sumptuosis reliquijs et magni pretij ornamẽtis, pretiosissimis librarijs ornata: in sacris ipsius cãtilenis, veritas hæc perspicitur & cõprobatur: cũ sit quòd, hoc in mysterio, eũ extraordinaria libertate & artificio simul, incipit differẽter, & finit in qualibet triũ vocũ vnicæ ipsius & ternariæ consonantiæ. sicut dicit: *Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus.* Et mysterie sum hoc artificiũ, in dicto Cãtu plano obseruatum: cum nõ esset semper à modernis musicis cõsideratum: fuit causa, quòd in multis cõpositionibus musicalibus ad Ecclesiæ sanctæ & diuini cultus seruitiũ tamẽ, super subiectis ipsis Gregorianis, cõpositis & ordinatis: errata plurima cõtrà veritatẽ & naturale Toni Esse, sint admissa. & quòd aduertiũ incautè, (bono forsitan cum zelo) à nonnullis primorũ in Alma ciuitate Romana, tempore Gregorij decimitertij, fuerint ipsæ Gregorianæ cantilenæ in hoc particulari indifferẽtis principijs & finis, condẽnatæ & pro falsis iudicatæ. cumq; à summo Pontifice, authoritatẽ mutãdi eas obtinuissent, alios q; libros suo modo faciendi, antiquitate tã glorioso rum sanctorum & origine non obstante: non defuit, qui in eodem honoris Dei zelo sese cõtra opponeret: in modũ quòd, cum, Dei gratia, esset in illa musices arte, (sicut in scribendo secundum notam suam ignorantiam

rãtiam)omnifi minimus: solũ cum auxilio illorũ & vera luce muſicali, cũ ſuper hoc auditus fuiſſet,dubiũ reſolutũ fuit:ſimulq; noua & contraria inuidioſi dæmonij machina,totaliter diruta. Dicitq; etiã adhuc eodem zelo: Quod ſi quis alij idẽ audebũt: aliam non habebunt benedictionem:imò, (cum admonitione fraterna) potiùs à Deo & ab ipſis gloriofis ſanctis, maledicentur.

Et eſt mirabile,quod dictus Gregorianus cãtus cum per vnã vocẽ ſolã ſit adnotatus: quãdo à bonis cãtoribus & Choriſtis cãtatur,tantã facit harmoniam: vt mille ſimul voces cũ muſicali omni varietate conſonãtes,eſſe videãtur.& hoc accidit,quia in vna illa voce naturaliter cõcurrit indiuiſibilis ternaria muſicalis cõſonantia:circulariter in infinitũ per octauã, in varias cõſonãtias dilatata:ſicut omnes,in ipſa vnica ternaria incluſæ,& ab anima noſtra ternaria,circulariter tamẽ per octauã,ſecundũ tres potẽtias & concurrẽtes quinq; corporales ſenſus,cum naturali & communi delectatione & gaudio receptæ. & res omnis etiã (ſicut ad vnam ſolam animam rationalem,& rationale ſubiectum humanum corporis & animæ ſimul) ad vnam ſolam eſſentiã ternariæ conſonantiæ, ſoni & Toni reducta. Hoc eſt,*Sicut non tres increati, (vt dicit) nec tres immenſi: ſed vnus increatus, & vnus immenſus.* Omnipotens.&c.Et ſicut in omni ternarię conſonantiæ voce,cũctæ tres,(vt dictũ eſt) in muſicalis vnionis ratione indiuiſibiliter cõcurrũt:ideoq;,tantũ vna eſt, quãtum alia:& cũ tres ſint diſtinctæ voces:nõ ſunt, nec eſſe poſſunt.e Toni tres,nec tres ſoni,& cõſonantiæ:niſi Tonus vnus,vnus ſonus,vnaque ſola conſonantia & dulcis harmonia:Ita: *Deus Pater,Deus Filius,* (*vt dicit*) *Deus Spiritus ſanctus.& tamen non tres Dij: ſed vnus eſt Deus.&c.Pater à nullo eſt factus,* (*dicit etiam*) *nec creatus, nec genitus. Filius à Patre ſolo eſt: non factus,nec creatus.ſed genitus.Spiritus ſanctus à Patre, & Filio:non factus,nec creatus,nec genitus.ſed procedẽs.&c.* Et hoc etiã,per pracũcabilẽ muſicã intelligitur.Ternaria muſicalis conſonantia,tribus (vt dictum eſt) vocibus conſtat: hæc eſt,Vniſono, Tertia,& Quinta.vt puta: Patre, Filio, et Spiritu ſancto. Vniſonus: (quo ad Patrem)à ſemetipſo regitur, & à nullo alio pendet.ſicut dicit: *Pater à nullo eſt factus,nec creatus,nec genitus.* Quo ad alias duas ſpecies,Tertiam,& Quintam: conſiderandum eſt:à Quinta incipiendo: Quòd in ratione communis temperamenti ipſarum trium chordarum, aut naturalium vocum: eſſendo quod, naturalis & expertus muſicus ipſam Quintam primum ab Vniſono explicat & extendit: & cum ipſo, prout illi naturaliter in ſpiritum ſuum & mentem venit,imaginata, ſecundario concordat: cùm veritate dici poteſt quod ab ipſo Vniſono, abſque vlla poſterioritate,(ſicut extenditur) naturaliter generatur: & conſequenter, generato verbo Dei filio attribuitur: (*Col. 1. Ego eſt imago Dei inuiſibilis*(*vt ſcriptum eſt*) *Genitus, non factus, conſubſtantialis Patri, per quem omnia facta ſunt*) & ſimul cum ipſa naturali æterna generatione, (quò ad ipſius Quintæ numerorum,ſenſibus quinque corporalibus correſpondentem, extenſæ naturaliter ab Vniſono,& generatæ) myſterium ſuæ incarnationis & manifeſtationis in carne teſtificatur. Quòd ad tertiam: ſignificationem tertiæ perſonæ, Spiritus ſancti (præter communem ſuam cum alijs qualitatem: quandoquidem non eſſet perfecta conſonantia ternaria, ſi cum duabus alijs ſimul, in æqualitatis vnione et eſſe perfectionis indiuiſibiliter non concurreret) conſiderandum eſt etiam notabile ſuum et particulare myſterium: (intelligite Græci)et eſt: Quod conſiſtendo naturaliter et vnitiuè in medio,inter vniſonũ,& Quintã: hac in ratione veritatis & naturalis infallibilis demõſtrationis:tãtũ ab vniſono, quãtũ à Quinta d' ab' alijs per ſonis, Patri, et Filio attributis, (vt dictum eſt)naturaliter procedit:in Tertia,reſpectu duarum

duarum collateralium, concordanter & vniuocè consonando. sicut dicit: *Spiritus sanctus à Patre & Filio: non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.*

CAP. VIII.

MYsteriū istud sāctissimæ Trinitatis, in tribus etiā Archāgelis, inter astātes septem, cum mysterio, solum nominatis, est significatum. qui, à Spiritu sancto in testimonium communis procedentiæ suæ, à Patre, & à Filio: per medium sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, musicali ordine vsitati, hoc est: Michael: Gabriel: Raphael. vt putā: Vnisonus Tertia, & Quinta: tres voces & species musicales, eodem ordine à musicis, (sicut à Spiritu sancto, ipsi tres Archāgeli) musicaliter vsitatæ: Est musicalis ordo: per quantum Gabriel, qui interpretatur, Fortitudo Dei, tertiæ sanctissimæ Trinitatis personę Spiritui sancto attributus, in medio consistit, inter Michaelem, qui patri, & Raphaelem, qui Filio est attributus. & hoc, nō sine mysterio: vt dictum est: imò in testimonium quòd Spiritus sanctus (intelligite Græci) in ipso Archangelo Gabriele significatus, à Patre, & à Filio procedit: sicut naturaliter & correspondenter, in ternaria consonātia, Tertia (sicut Gabriel) Spiritui sācto attributa, ex collateralibus (vt dictum est) procedēs, in medio cōsistit, inter Vnisonum & Quintam: duabus alijs personis, Patri, & Filio, attributas. Ita quod secundum musicalem hunc ordinem, vocum ternariæ consonantiæ, & correspondētem (musicalem etiam) nominatorum trium Archangelorum, in quibus duabus ternarijs partibus, tres personæ diuinæ sunt significatæ: dicendo: (quoad tres voces) Vnisonus, Tertia, Quinta: & correspondenter, quòd ad tres Archangelos, dicendo: Michael, Gabriel, Raphael: nō dicitur, (Secundum propriam eorum significationem) Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: sed dicitur, Pater, & Spiritus sanctus, & Filius. Michael, quò ad Patrem: Gabriel, quò ad Spiritum sanctum: & Raphael, quò ad Filium. Mysterium & ordo diuinus musicalis angelicus: à ternaria testificata concordantia trium personarum diuinarum procedens: natura omnis angelica, (vt dictum est) sicut septem angelis hebdomadaliter: tribus ipsorum nominatis particulariter (trinum ipsum mysterium, & diuinarum trium personarum vnionem significantibus) ordine musicali, trium hierarchiarum, & trium chorūm pro vnaquaq; musicè & ternariè vnita. sicut in terra, ipse musicalis ordo conformiter (præter cōsonantiam ternariam) à tertia persona Spiritu sancto, per medium vnici filij ipsius Columbæ & vniuersalis pastoris summi Romani Pontificis, introductus: & in ipsa vniuersali fidelium ecclesia, in Latanijs & precibus solitis, ipsi tres Archangeli, musicè vsitati. Hoc est, dicendo: Sancte Michael, ora pro nobis. Sancte Gabriel, ora pro nobis. Sancte Raphael, ora pro nobis. Gabrielem in medio, inter Michaelem, & Raphaelem ponendo: in testimonium (vt dictum est) quòd Spiritus sanctus in ipso Gabriele significatus, à Patre, & à Filio procedit.

Et sciendum est: Quòd duobus variatis ordinibus vtitur Spiritus sanctus in testimonialem significationem, mysterij huius, sanctissimæ Trinitatis. vnus secundū carnem est: alter secūdum spiritum: vnionem humanæ naturæ cum diuina in Christo, testificantes. Ordo secūdum carnem, est successiuè, & non musicè obseruatus in tribus Patriarchis, Abraham, Isaac, & Iacob. vt putā: (in significationem) Patre, et Filio, et Spiritu sancto. quo in semine, secundum propheratum, verbum caro factum est: et ipse Christus in quantum homo, successiuè processit, in secundo loco positus vt secunda persona, in Isaac significatus: & à figurato Abraham æterno Patre, æternè genitus. Ordo secundum carnem et in quā-

tum

tum homo, ab ipso incarnato verbo cõformiter vsitates, cũ apostolicis hominibus loquẽdo, & dicẽdo: Eũtes ergò docete omnes gentes: baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Ordo secundum spiritum, non successiuè, sed variè musiceque obseruatus in tribus Archangelis, Michaele, Gabriele, Raphaele: vt puta: Patre, & Spiritu sancto, & Filio. Gabrielem in medio, & secundo loco, inter Michaelem, & Raphaelem ponendo, vt potè quod reciprocè æternus ipse amor Spiritus sãctus, in Gabriele significatus, ex Patre, & ex Filio, concordanter & vnitiuè procedat. Nunc sciendum est, in verificationem variatæ huius obseruationis, musicalis ordinis angelici, secundum spiritum, quomodo Michael Patri, Gabriel Spiritui sancto, Raphael Filio, attribuitur. Clarè hoc, ex ipsorum trium nominum interpretatione colligitur. Michael, Patri attributus, distinctè & misteriosè, tres habet interpretationes: Patri & Filio, & Spiritui sancto, distinctè & vnitè appropriatas: in declarationẽ: quòd sicut in hoc mysterio est distinctio personarum & vnitas essentiæ: quæ in vnaquaque, sine vlla differentia, trinè & integrè concurrit: in ipsa concurrentia, dicendo primũ, Michael: Pater, primus est nominatus: solũ in quantũ quòd Filius ab eo est genitus. Sicut deinde & secundo loco, Gabriel, dicẽdo, (& posteà Raphael) Spiritus sanctus in medio positus est inter generantem Patrem, & genitum Filium, eò quod reciprocè (vt dictum est) ab vtroq; procedat. qua in ratione primæ nominationis paternæ, vt generantis: & trinæ communisque concurrentiæ personarum, à Patre vt generante incipiendo: hoc in nomine, Michael, tres omnes interpretationes nominũ cunctarum trium personarum, particulariter concurrunt. Prima interpretatio huius nominis, Michael, est Quis vt Deus? quæ cum cunctis tribus personis, & vni Deo tribuatur in distinctione personarum, Patri particulariter tribuitur: ab ipso (sicut dictum est) vt generante incipiẽdo. Secunda interpretatio est, Humilitas, siue Paupertas Dei: quæ, incarnato verbo & humiliato Christo Filio suo, euidenter tribuitur. Tertia interpretatio est, Percussio Dei, siue, percutiens Deus: & hæc interpretatio Spiritui sancto propriè attributa, comprobat, quòd Gabriel, interpretatus Fortitudo Dei, Spiritui sancto particulariter tribuitur, posito in medio, vt vnitiuus & reciprocus amor (secundum spiritum & musicalem ordinem) ex Patre & ex Filio procedens.

Mat. 28.

Angeli, non aliud nomen habent, quàm quod eis secundum accidentale illorum ministerium, tribuitur. Ideoque, hac in ratione & mysterio, hoc in nomine, Michael, tres concurrunt interpretationes, quò ad tres personas diuinas & vnicam essentiam: quandoquidem Princeps hic angelicæ cælestis militiæ, humilis ipsique Deo obediens, in nomine ipso & virtute vnica Trinitatis sanctissimæ, Patris, & Filij, et Spiritus sancti, vnius Dei solius, superbum Luciferum cum angelis omnibus sequacibus suis vicit. Gabriel, Fortitudo Dei, interpretatur. et in hac ratione, Spiritui sancto tribuitur. quia effectus extrà omnis actionis Dei, (maximè in continuatione manifestationis extrà, post peccatum) Spiritui sancto particulariter tribuitur, *quia fortis est vt mors dilectio, (ait ipse diuinus amor) dura sicut infernus emulatio. &c.* Hoc est, æqualis vna et iusta statera in Deo, misericordiæ et iustitiæ, pro cunctis hominibus, in præmium bonorum et punitionem malorum: cœlum, terram, et infernum comprehendens. et per quantum omnis potentia, per ipsius effectum manifestatur: et vbi plus, suprà vniuersi orbis creationem, Dei potentia manifestabatur, erat, Deum se hominem facere: cuius incarnationis effectus, Spiritui sancto tribuitur: sicut per Symbolum, ipse diuinus Spiritus declarat, dicendo: *Et incarnatus est de Spiritu sancto:* ideo missus fuit Ga-

Cant. 8.

it Gabriel, qui Fortitudinem Dei significat: quod significatus ipse Spiritus sanctus, per significantem angelum suum Gabrielem declarat, dicendo: *Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi, &c.* & concludendo: *quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.* & per Dauid, de ipso Spiritu sancto: *Ecce dabit voci suæ vocem virtutis.* & ibidem: *Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel, ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ.* Dicit in particulari, Deus Israel, effectum virtutis & potentiæ Dei, Spiritui sancto particulariter attribuendo: & non dicit, Deus Abraham, Isaac, & Iacob. per quàtùm in Iacob, quando luctatus est cum Angelo, à quo mutatum fuit illi nomẽ Iacob, in Israel, interpretatum, Prævalens, siue Dominans cum Deo: ipsa diuina potentia fuit manifestata. in quo tertio patriarcha Iacob, Spiritus sanctus est significatus. Ita quòd, effectus extrà virtutis & potetiæ Dei, siue sit immediatè, siue per medium angelicum, vel sãctorum suorum: (sicut dicit: *Mirabilis Deus in sanctis suis*) Spiritui sancto tribuitur. Vnde, Gabriel, (hoc est, Fortitudo Dei) Spiritui sancto est attributus.

Luc. 1.

Psal 67.

Psal. 67.

Et considerandum est, ad maiorem declarationem: Quanam ratione, in maximo diuinorum negotiorum, sicut est illud manifestationis Dei in carne, se verbum incarnando, & hominem à peccato redimẽdo, missus non fuit militiæ cœlestis Princeps Michael Archangelus, (Patri attributus) qui, Luciferũ peccati caput & originẽ, depositi & vicit? Ratio hæc est: Quia, vt tunc factum istud vertebatur, inter Luciferum, & naturam humanam, verbo Dei Filio vniendam: nolendo Lucifer, quòd in tam altum gradum ascenderet: imò, similis ipse incarnato Verbo esse volendo, & non minor: Patris fuit, per medium significantis sui Michaelis, respondere pro Filio (incarnando) prout homine: ratione quòd sibi æqualis esset, in quantum Deus. quod, per interpretationem istius nominis Michael, (id est, Quis vt Deus?) venit declaratum. Sicut postèa Filij fuit, eodemmet zelo inquantum Deus, pro Patris honore, ipsius incarnationis effectu respõdere: per eãdem humiliationis & obedientiæ propositæ viam, opprobriosè inquantum homo moriendo, & humanam ipsam mortalem domum, templum Dei viui, ab ipso superbo monstro tyrannicè destructam, de novo in seipso per gratiam & gloriã in æternũ reædificando: simulque superbiã illius in confessionem eius & pœnã æternã condemnãdo. quod iam prophetatum erat: dicente Dauid in persona ipsius incarnati verbi: *Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobantium tibi, ceciderunt super me.* Vnde, veniendo ad effectum spontaneitij huius, inter naturam diuinam & naturam humanam contrahendi: non obstante quod diuina voluntas tam prompta erat, quantum ab æterno determinata: & quò ad humanam sponsam: in Maria virgine reductã, taliter esset gratia omni & virtute ornata, vt hac in parte nullum esset impedimentũ: oportebat tamen, quòd voluntas eius, liberè cum sponsi verbi æterni voluntate, simul concurreret: & per tertiam personam, liberè tractaretur. & ità, cùm effectus hic, (per omnem qualitatis facti rationem) ad Spiritum sanctum, tertiã Trinitatis sanctissimæ personam, attineret: *Missus est Angelus Gabriel à Deo, &c.* hoc est, vt tertius angelus trium nominatorum, inter septem astantes, tertiam ipsam trium diuinarum personam significans: & in eius vicem, suus particularis tractator: (conformiter pronuntiando: Spiritus sanctus superueniet in te) ipso Spiritu sancto effectuante. Sicut per fidelem ipsam & vniuersalem sponsam: *Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine: Et homo factus est.* Boni augurij Columba, ipse Angelus Gabriel, iuxta suũ significatũ, figurata in illa, à Noe iuxta arcam emissa: mundo allatura nũtium felicè cessationis aquarũ iustæ Dei iræ, propter,

Luc. 1.

Psal 68.

Gen 8.

pter peccata: sumaq́ue oleæ ramum (Mariã salutando) in ore, misericordiæ diuinæ, in vniuersali ipsarum culparum redemptione. missa etiam prius ad Zachariam cũ bono nuntio Præcursoris, ipsius sponsi Christi vniuersalis redemptoris: in vicem item Spiritus sancti: & conformiter de Ioanne dicendo: *Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. &c. Ego sum Gabriel, qui astо antè Deum. &c.* Sed non fuit missus cum effectu ipsius misericordiæ: (Sicut ad Mariam: missi, præparationis ad ipsam gratiam, per viam pœnitentiæ, ab ipsa prima tuba Spiritus sancti, voce propria & vniuersali exemplo prædicatæ) res ad ipsum figuratum Agnum Christum Crucifixum attinens: Sicut ab ipso maiori testimonio maioris natu Baptistæ testificatum dicendo: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Vnde per has omnes rationes veræ & sacræ scripturæ: significatur in Gabriele, Spiritus sanctus: posito ab ipsa tertia persona (vt dictum est) ordine musicali, in medio inter Michaelem, & Raphaelem, duas alias personas Patrem & Filium, significantes, in testimonium, quòd proprie & naturaliter ab vtroq́; procedat.

Luc. 1.

Luc 1.

CAP. IX.

CVm de duobus angelis trium nominatorũ sit tractatũ: hoc est de Michaele interpretato, Quis vt Deus? Patrem significante: & de Gabriele, interpretato, Fortitudo Dei, Spiritum sanctum significante: ab ipsamet istorum duorum interpretatione, præter adductas alias verificationes, tertius venit declaratus: quò ad officium suum & significationem propriam secundæ personæ, Filij, Verbi incarnati, correspondenter Raphael nominatus, & Medicina Dei interpretatus. Missus igitur fuit Raphael angelus ad cœcum Tobiam illuminandũ, felle piscis: qui, filium eius, Tobiam itidem vt pater, nominatum deuorare veniẽdo: dicto angelo instãte (qui comitabitur illum & protegebat) captus ab ipso iuuene fuit, & occisus. & præter creditũ fuit recuperationem, faciẽdo etiam in illo felici & prospero itinere, matrimoniũ inter inexpertũ ipsum iuuenem & cognatam eius, tunc multa cum ratione summæ doloroſam & afflictã: sponsam ipsam à dæmonio liberando: simulq́ue finem continuatæ morti aliorum septem maritorum, imponendo, cum ipsius mali spiritus religatione, per medium fumi medicinalis, & sacrificij cõburentis cordis, deuorantis piscis. sicut ab incolumi iuuene Tobia, patri narratur, dicendo: *Me duxit & reduxit sanum, pecuniam à Gabelo ipse recepit, Vxorem me habere fecit, & demoniũ ab ea compescuit, gaudium parentibus eius fecit, meipsum à deuoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cæli, & bonis omnibus per eum repleti sumus.* Tob. 12. Ità figuratus Raphael Christus, æternus medicus noster & medicina seniorem humanæ naturæ Tobiam illuminauit, (& in particulari gentilem populum, in cœcitate peccati idololatriæ inueteratum) felle piscis, & amaritudine peccati, pœnam debitam pœnitentialis confusionis ipsius vniuersalis culpæ patiendo, opprobriosè moriendo: salua semper, in integra suijpsius cognitione, innocẽtia sua. facto in incarnatione sua matrimonio, inter naturam ipsam humanam, in Sara figuratam, & naturam diuinam, in ipso Tobia Christo, ambabus inseparabiliter vnitis: (filio Senioris Tobiæ Adami, in Maria virgine (vt dictum est) renouati) simul ipsam humanam sponsam à continuata septem aliorum maritorum morte, liberando. Hoc est, alijs ab ijs, qui per innocentiam ei competebant, primis parentibus suis non peccantibus. Septemq́; ad mortalem discordantiam hebdomadalem potentiarum & elementorum, ab ipso peccato causatam. hebdomadalis, ipsius culpæ, pœna, ab initio, quoadusq́ue venit Octauus ipse sponsus, & saluator mundi continuata. Octauus sponsus: in Dauid, Octauo Isai filio, similiter figuratus. sponsam

1. Reg. 16.

ipsam et fidelem populum suum, ab ipso opprobrio et morte, conformiter liberando, per medium tam reprobati, quàm limpidissimi lapidis sanctissimæ suæ humanitatis, à torrente violentæ suæ mortis, excerpti; et cum victoria æternæ vitæ et gloriæ, die tertia glorioſè resuſcitando: inimicum ſuum potentiſſimum Goliath ſuperbum proprijs eiuſmet armis multitudinis opprobriorum & dedecoris, ab ipſomet humili ſponſo Dei filio in exemplum noſtrum humiliter perpeſſi, cum maiori confuſione illius & pœna, obtruncando: & de nouo in primæ captiuitatis deſerto priuationis gloriæ, (iam in cœlo prius à Michaele Archangelo factæ) relicando. (Sicut ait: *Nunc princeps huius mundi ejicietur foras*) vbi, depoſitis Lucifero & omnibus alijs angelis ſuis ſequacibus, & è cœleſti paradiſo eiectis, factum fuit illis deſertum, in ipſius gloriæ priuatione: ſicut ſcriptum eſt & allegatum, dicendo: *Et non valuerunt, neque locus inuentus eſt eorum amplius in cælo.* quod erit in die vltimo totaliter adimpletum: aliaque ſimul prophetia pſalmi centeſimi noni, (æterno Patre, cum ipſo Chriſto loquente) *Donec ponam inimicos tuos: ſcabellum pedum tuorum.* per quãtum, acta tunc cauſa ſua in vniuerſali iudicio, vniuer ſalibusque ſimul nuptijs ipſius ſpõſi Chriſti, & Eccleſiæ ſuæ ſponſæ fidelis, effectuatis, reſuſcitando: in myſterioſis ijs Tobia iuniore, & Sara, figuratis; in confirmatione pœnæ priſtinæ deſerti ſui, priuationis gloriæ, cum omnibus ſuis ſequacibus religabitur & in infernalem abyſſũ præcipitabitur. & hoc erit per medium ſacrificij amburentis cordis piſcis peccati ipſius: hoc eſt, cordis, amoris proprij, quí eſt origo & cauſa omnium peccatorum: tunc in Dei amore comburendi totaliter, ſimul cum ipſo dæmonio, in totali ſponſæ ipſius liberatione, euacuati. Conformiter ab Angelo declaratum, dicendo: *Cordis eius particulam, ſi ſuper carbones ponas, fumus eius exiticat omne genus dæmoniorum, ſiue à viro, ſiue à muliere, ità vt vltrà non accedat ad eos.* Dicit: Omne genus dæmoniorum: per quãtum, ſicut ex amore proprio, corde piſcis peccati, omnia peccata naſcuntur: ità, per contrarium, in igne amoris Dei comburente, omnia (mediante gratia) extinguuntur: ſimulque incitantia dæmonia victa reſtant & religata. Omne genus dæmoniorum: varietatem ipſorum peccatorum denotando. Dicit, particulam: myſterioſè. Per quantum, licet in hoc facto matrimonij per gratiam, cum victoria de ipſo dæmonio, oportet quod ex parte ſponſæ humanæ naturæ ſit conſenſus, inſpiranti gratiæ & ipſius ſponſi Dei dono correſpondens: reſpectu tamen magnitudinis ipſius doni diuini gratiæ præuenientis: (quod totum eſt) conſenſus humanus, quò ad illud, quod hominis eſt proprium, Particula, eſt, (vt dicit) & multum exigua.

Et ſicut Ionas & Tobias, vterq; Chriſti figura: Ionas à piſce fuit deglutitus: & Tobias, angelo comitante, nõ fuit à piſce deuoratus: imò piſcis ipſe, fuit ab ipſo Tobia victus & deuoratus: ità, Redẽptor noſter Tobias Chriſtus Dei filius, in ijs figuratus: fuit Ionas in quantum homo, deuoratus à peccati piſce tribus diebus, in quantum quòd, cũ iuſtus eſſet, fuit inter peccatores & iniquos (vt prophetatum erat) pro tali reputatus & occiſus. fuitque Tobias & Raphael ſimul, in quantum Deus: à peccati piſce nõ deuoratus: imò ipſum peccatum, pœna, & mors: naturæ diuinæ angelo protegente, à quo inſeparabiliter eſt comitatus, ab ipſo fuerunt omninò (vt ſcriptum eſt) cum æternæ vitæ & gloriæ victoria, deuorata. (ſicut dicit: *Aſſuit carnes eius, & ſecum tulerunt in via.* &c.) & ipſa prophetia, cum alia, *Abſorpta eſt mors in victoria*, adimpleta. pretium decẽ talentorũ & gratioſa perpetuæ vitæ merces & paradiſi per innocentiã, ſicut poſteà per gloriam ad vitam æternã: humana ipſa natura hebdomadali, (ſecundum decimalem

Ioan. 12.

Apoc. 12.

Iſa. 53.

Tob. 6.

Tob. 6.

Oſee. 13. 1. Cor. 15.

legem)

legem) cum diuina ternaria , ipsum Deum amando,eique obediendo, in vitali vnione , liberè voluntarieque concurrente:à figurato Gabelo et antiquo debitore dæmonio,ipsum pretium et merces retenta,quoadvsque Saluator ipse venit in mundum:fuit ab ipso pacis Angelo et figurato Raphael Christo,recuperata:simulq; dæmonij chirographus et falsa scriptura, (hoc est, *Nequaquam morte moriemini*) manu propria et diabolica,à principio, in innocenti et pura mente humana,malitiosè scripta:ipso Christo innocētis suæ mortis effectu, sufficienter ipsi debito mortali satisfacientes:illi ,cum maiori sua cōfusione,morte , & pœna æterna, restituta.Ita quod,(per conclusionem , ad propositum redeūdo)secundum interpretationem nominum & ministerij horum trium nominatorum angelorum, Michael,Gabriel , & Raphael:in testimonium mysterij sanctissimæ Trinitatis,à Spiritu sancto , secundum spiritū,musicali ordine visitatorum:clarè & apertè,reciprocus ipse amor Spiritus sāctus,à Patre,& à Filio,(vt dictum est)æqualiter procedit.in significante Gabriele,posito in medium, & tam vera, quàm naturali demōstratione adiuncta ternariæ musicalis consonantiæ,testificatum. Et hoc etiam perspicitur in ordine secundū carnē, trium patriarcharum,Abraham, Isaac, & Iacob, mysterium sanctissimæ Trinitatis, similiter significantium.quod, diuina mediante gratia,posteà declarabitur.

Gen.1.

CAP. X.

QVòd ad ordinem & testimonium secundum carnem,mysterij huius;Trinitatis Dei sanctissimæ : tam certi, quantum nobis ab ipsamet veritate Christo Dei filio certificati, Apostolis suis dicēdo? *Euntes ergò docete omnes gentes:baptizantes eos in nomine Patris , & Filij,& Spiritus sancti* : considerandum est: Quòd, loquendo simil,ter cum Saduceis,incredulitatē eorum de resurrectione carnis,remouendo eodem ordine secundum carnem, etiam dicendo:*De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à Deo dicente vobis:Ego sum Deus Abraham,& Deus,Isaac,& Deus Iacob? Non est Deus mortuorum,sed viuentium*:in quibus tribus patriarchis, licet secundum filialem successionem,Isaac secundo loco ponendo,secūdam personam verbū incarnatū significantem , ordo secundum carnem venit obseruatus:nihilominus , respectu facti notabilis,mysteriosi sacrificij & figuratiui,Isaac: per liberam suam voluntatem simul cum paterna fidelis Abrahæ,communiter et fideliter concurrentem:ordo secundum spiritum,inclusus in ipso venit & verificatus: per quantum vera multiplicatio Abrahæ, secundum spiritum futura erat, non secundum carnem.Vnde non ab Isaac secundū carnē , duodecim tribus originatæ fuerūt; sed à tertio patriarcha Iacob,tertiam personam Spiritum sanctum significante : à quo correspondenter duodecim Apostolicæ tribus, vniuersalis multiplicationis in spiritu ipsius seminis Abrahæ Christi, (inquantum homo & inquantum Deus) similiter veniunt originatæ : simulque procedentia ipsius tertiæ personæ & figurati Iacob,Spiritus sancti,ex alijs duabus, Patre & Filio,in Abraham & Isaac significatis, clarè aperteque testificata. Quia cum vellet Abraham,filium suum Isaac sacrificare, & cum posset ipse Isaac non consentire in sacrificio suiipsius,cùm in ætate virili esset septem& triginta annorum,& per contrarium pater, in senili & debili ætate, filio multum viribus inferior,libera sua voluntate concurrit(sicuti figuratus Christus fecit)in Dei obedientiam ,manus sibi ligare sinendo, & ceruicem ictui propriæ & voluntariæ mortis exponendo. in qua vnica voluntate & vnione duarum personarum liberarum et distinctarum , fuit quò ad los,sacrificium (sicut consensum)consummatum.

Mat. 22. Exo.3.

Mat. 28.

Apoc.1.

matum. & sicuti consummatum, simul & que multiplicatio ipsa paterni seminis in sacrificato filio, quo ad patrem & ad filium simul, interrupta: consequenter in Iacob, (ipso Isaac, ab ipso Dei spiritu in illo instanti, à morte ad vitam reuocato) ab vtroque spiritualiter originatur & procedit. Et hoc, per bonitatem diuinam, in ordinem communis exempli secundum carnem, & testimoniū omni carni fideli et infideli, (intelligite Græci) quòd Spiritus sanctus, in tertio ipso patriarcha Iacob significatus, ex duabus alijs personis, Patre, & Filio, (in Abraham et Isaac similiter figuratis) infallibiliter procedit. Non in derinationis paternalis ratione, separatim, & sicut Filius per generationem, ipse etiam per procedentiam, à Patre solum procedens: sed in ratione vnitiuæ procedentiæ, reciproci amoris paterni & filialis à Patre, & à Filio vnitiuè procedit. Et in ipsamet ratione tam liberæ quàm communis & importantis obedientiæ & sacrificij paterni, et filialis, Populus Hebreus, cùm magna premi calamitate contingebat, facto prius omni genere sacrificij & orationis ad Deum, maiori illum instantia de nouo rogabat dicēdo, vt per ligaturas Isaac liberaretur: hoc, pro vltimo remedio suo seruando. qui Isaac, le per obedientiam ligare finendo (sicut scriptum erat de figurato Isaac Christo: *oblatus est, quia ipse voluit*) voluntariè se obtulit. *Isa. 53.*

Et ad maiorem rerum prædictarum verificationem, aliud adhuc mysterium considerandum est: Quod per quantū benedictio, à Deo Abrahæ data, ob tam notabilē obedientiam & sacrificium: proprio filio nō parcēdo: (sicut nec ipse Isaac sibi ipsi) et patrem & filium simul comprehēdebat, in vno esse voluntatis et obedientiæ ipsi Deo, liberè et communiter redditæ: in scriptura mysteriosè, non inuenitur quod Abraham in morte sua filium suum Isaac benedixerit: illud non ausus, solitum ordinē vltimæ benedictionis paternæ interrumpendo: intelligebat enim esse iā ō ipso, exalio extremo puncto voluntariæ mortis & sacrificij, sicut in vn. voluntate et obediētia vnitum, sub vna etiam benedictione à benedicente Deo benedictū. & conformiter fuit is postea Isaac qui in nomine patris sui Abrahæ, benedictionem dedit (præter primam) filio suo Iacob: vti quòd ab vtroq; in spiritu, dicta benedictio & generatio simul procederet: sicut scriptum est: quo ad ipsum Isaac, primùm dicendo: *Vocauit itaq; Isaac Iacob & benedixit eum. &c. Deus autem omnipotens benedicat tibi, & crescere te faciat atque multiplicet: vt sis in turbas populorum.* & quò ad patrem suum Abraham, distinctè adiungēdo: *Et det tibi benedictiones Abrahæ, & semini tuo post te. &c.* & ideò, non ab Isaac, sed à Iacob, vt commune semen in spiritu ab Abraham & ab Isaac distinctè procedens, in duodecim tribus, secundum duodecim filios ipsius Iacob, venit multiplicatum. quibus ita duodenariè procreatis: restant tres patriarchæ, vt vnus solus trūcus in se distinctus, in figura repræsentans, vnum solum Deum trinum & vnum rerū omnium causam & fundamentū. Et ad maiorem comprobationem, huic, mysterium aliud adiūgitur: & est: Quòd eadēmet verba quæ à Dei Angelo, dicta fuerunt Abrahæ proprium filium suum sacrificanti. hoc est: *Possidebit semen tuū portas inimicorum suorum*: dicta fuerunt Rebec cæ, à fratribus suis, cum mitterent eam in sponsam ipsius oblati & sacrificati Isaac, similiter dicendo; *Soror nostra es, crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorū.* Hoc est, in spiritu: hebdomadales portas malitiæ peccati, per gratiā & mediū hebdomadalium sacramentorū, ab ipso charitatis semine Iacob Spiritu sancto, ex figurato Abrahā Deo, & Filio suo Isaac Christo, procedente, possessas effectualiter & superatas. Vnde similiter Christus, Petro ipsius Columbæ filio & fundamentali petræ in terra, spiritualis ipsius ædificij & Ecclesiæ suæ per obedientiam & charitatē; *Et portæ inferi* *Gen. 22.* *Gen. 24.* *Matt. 16.*

Inferi nõ præualebunt aduersus eam. ex qua Rebecca suscepit tertium patriarcham Iacob, ter tiam ipsam personã Spiritũ sanctũ, significante. et nõ fuerũt dicta Isaac: per quantũ semẽ hoc in Iacob Spiritus sãcti figura, & ab Abrahã & ab Isaac eius filio, in vna obediẽtiali sacrificij volũtate vnitis et benedictis vno solo trunco in spiritu, procedebat. Ita etiam Spiritus sanctus, figuratus & manifestatus in Iacob à Patre & à Filio necessariò & infallibiliter procedit: concurrente simul cum Patre, libera ipsius figurati Isaac Christi filij sui voluntate, & inquãtum Deus, & inquantum homo, tam in prima humiliatione sese incarnando, quàm in secũda, opprobriosè moriendo. *Phil 2.* *Qui cum in forma Dei esset,* (vt scriptum est) *non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo* (Hoc, quò ad primum) *Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortẽ, mortem autem crucis.* (Hoc: quò ad secundum.) *Propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.* &c. Propter quod. intelligitur, & quò ad primam, & quò ad secundam humiliationem: ab ipso generato verbo æterno, in manifestatione intrà: & extrà, in vna voluntate cum generante Patre & reciproco amore Spiritu sancto, ex Patre & ex Filio procedẽte, liberè & voluntariè acceptatas: & cõsequenter, per amorẽ reciprocũ & conformẽ voluntatem paternã & filialẽ, tam liberè quam necessariè à Patre & à Filio procedentem, effectuatas. humana natura per reciprocum amorem, similiter & correspondenter simul cũ diuina, in obseruatione diuinæ legis, & humanæ redemptionis effectu, liberè & voluntariè concurrente. quo in ordine & ratione dicit: Propter quod & Deus exaltauit illum. Hoc est, communiter & vnitè, & vt Deum, & vt hominem simul: vtramque humiliationem comprehendendo. ipse honor & exaltatio particularis, humiliationi intrà voluntariæ incarnationis attributa, & simul cum effectu ipso humilitatis, ab æqualitate personarum & immensitatis diuinæ, impedita: in secunda humiliatione, & ratione vnionis in se parabilis Dei & hominis simul, vtrãq; humiliationẽ effectuãs: iustè & rectè, respectu vtriusque, effectuata. sicut dicit: Propter quod & Deus exaltauit illum: vtramque humiliationem (vt dictum est) comprehendendo. Vnde, secundum clarum hoc exemplum trium patriarchũ. (præter alia deducta) mysterium Trinitatis Dei testificantium: & effectum ipsius figuræ, in manifestatione extrà, per medium figurati Isaac Christi Redemptoris punctualiter adimpletæ: clarè colligitur, quòd tertia persona Spiritus sanctus, in ipso tertio patriarcha Iacob figuratus, ex duabus alijs, Patre, & Filio, vnitè procedit. & res omnis, secundum ordinem manifestationis intrà æterni sacerdotij. & sacrificij voluntariæ humiliationis, æternè ab ipso generato verbo, æterno sacerdote, & æterni amoris igne Spiritu sancto, ab ipso Filio, & à generante Patre, procedente, consummati: per ipsius charitatis æternę viam, effectuata.

CAP. XI.

TErtia hæc persona, & amabilis vnio aliarum duarum, Patris, & Filij in vna voluntate, Spiritus sanctus, per os ipsius incarnati verbi loquitur et dicit: *Spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis, sed nescis* *Ioan. 3.* *vnde veniat, aut quò vadat: sic est omnis qui natus est ex spiritu.* &c. Spiritus vbi vult spirat. Res distinctæ sunt, inspirare velle, et inspirare. velle istud, tam Patri, quam Filio, tribuitur, duabus personis in vno velle & voluntate vnitis: in Abraham, Isaac, figuratis. inspirare, Spiritui sancto attributum: ab isto, velle inspirare euidenter procedit: & est effectus extrà, velle vnici, à Patre & à Filio procedentis et vocem eius audis. hoc est, votẽ suimet ipsius Christi, qui loquitur.

quæ

qaz doctrina & vox,à sua & Patris voluntate distinctè, vniteq́ue procedens, (propter quod dicit:vbi vult spirat:)est Spiritus sanctus. et per quantum in hac terminata vita, per medium humanitatis suæ sanctissimæ(redemptionis humanæ instrumentum)loquendo & operando, ipse fidelibus suis vox erat & effectus simul divini Spiritus consolationis: qui in hac ratione Paracletus nominatur:id est, Consolator: ad Patrem proficisci & redire volendo, dicit inquantum homo:(sicut in capitulo decimoquarto,*Et ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in eternum,spiritum veritatis.et cet.* Sed nescis vnde veniat,aut quò vadat.Hoc est, quo ad ipsũ incognitum Deum:à quo venit ipse Filius,& ad quem vadit in quantum homo.quibus in mysterijs oportet vt quò humanus intellectus peruenire non potest, fides supleat.prout etiam nobis ab ipsa luce significatur,dicendo:*Si terrena dixi vobis, & non creditis,quomodo si dixero vobis celestia credetis? &c.* & ij veri humiles sunt è spiritu nati:& non ex carne, superbi & arrogantes,qui omnia palpare volunt.quod ab ipso humili Christo Deo & homine similiter significatur, subiungendo:*Et nemo ascendit in celum* (hoc est)in totalem ipsorum sublimium mysteriorum intelligentiam) *nisi qui descendit de cælo.*(hoc est ipsum humanatum Verbum) *Filius hominis qui est in cælo.* quod Verbum æternum,per humilitatis viam, ad incarnãdum sese, & moriendum inquantum homo,de cœlo descendit:& in cœlo,resuscitando reuertitur, vbi cum Patre simul & Spiritu sancto,semper & vbique est in quãtum Deus.integram ipsorum tam profundorum quàm sublimium mysteriorum,intelligentiam fibimet referuando. Et hunc debemus in modum fideliter humiliterq́ue intelligere,quando dicit:*Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritus veritatis qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me:et cet.* Qui à Patre procedit.Hoc est, inquantum homo loquendo, prout terminatè loquendo & concludendo,significat: *Et vos testimonium perhibebitis* (eccè)*quia ab initio mecum estis.* et hac etiam ratione,vt homo aduocatus simul:*Et ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis* (eccè)*vt maneat vobiscum in æternum*:Id est, & nõ terminatè,sicut ego in quantum homo: & vos mecum:(sicut dicit)quia ab initio mecum estis. v nde alibi etiam in hunc ipsum modum: *Aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum: &c.* A duocatum,& iustũ. in quantum homo, de Spiritu sancto conceptus,& non inquantum Deus intelligitur.et similiter de Spiritu sancto dicendo: Qui à Patre procedit.in dictione illa, Patre,semetipsum Verbum Patris, vt Deum, simul comprehendendo. *Ego*(inquit)*& Pater vnum sumus.* De spiritu sancto etiam ait alibi Dominus:*Non enim loquetur à semetipso: sed quæcunque audiet loquetur, & quæ venientia sunt annuntiabit vobis. &c.* & hoc:clarè(ad concludendum)communem eius procedentiam significando:seque modicæ nostræ intelligentiæ accommodando ,commune istud adducit exemplum,subiecti vnius humani ,vnitatem essentiæ anteponendo, & à tertia persona incipiendo. sicut dicit:Nõ enim loquetur à semetipso:sed quæcunque audiet loquetur,&c. Hoc est:Sicut lingua humana instrumentum est, quo,quicquid auditur & intelligitur &in mentem venit dicendum,profertur:Ita ignea ipsa charitatis Dei lingua Spiritus sanctus:quodcũque porrigit,quæ ipsamet Dei est inspiratio:à Patre procedit & à Filio, mente vna & voluntate conformibus: quorum vnus sine alio non loquitur:& Spiritus sanctus, extrà diuinum ipsum ordinem vnionis æterni amoris reciproci, à Patre & à Filio procedentis,non inspirat.ab ipsa Patris Sapientia etiam significatum : in plurali, ad Nicodemum concludenter dicendo:*Amen amen dico tibi,quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur.* trinitatem personarum &

Ioan 14. & 15.

Ioan.14.

Ioan 2.

Ioan. 16.

Ioan.3.

rum & vritatem essentiæ comprehendendo.

CAP. XI.

Meditatio circà incarnationẽ Verbi mysterium, ex allegatis rebus collecta.

Exod.3. ARdentem Rubum quem vidit Moyses, qui non comburebatur: naturam significabat humanam in statu captiuitatis, in captiuo illo populo vniuersaliter intellectam. et in apparẽdo Deus et de cœlo super rubum descendendo: pollicebatur in figura, descensionem verbi ad incarnandum sese, eamque per gratiam liberandum à maiori interiori ipsius culpæ captiuitate, in ipsa minori et exterioribus miserijs significata. sicut dicit: *Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui, &c. Et sciens dolorem eius, descendi* (hoc est, *Descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine: & homo factus est*) *vt liberem eum de manibus Aegyptiorum, &c.* Et ex hac ratione significationis et figuratæ, et non effectus veræ liberationis ab vniuersali peccati captiuitate: gratia mediante peruenitur ad cognitionem et intelligentiam magni ipsius mysterij visionis ignis in rubo, ardenti & non combusto: vnde cum admi-
Deut.32. ratione, Dixit ergo Moyses: *Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.* & hæc est causa & mysterium: quia, (vt testatur Moyses) *Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia: Deus fidelis, & absque vlla iniquitate iustus et rectus. &c.* Hoc est, Cum sit Deus fidelis, (ab vltima clausula, incipiendo) & absq; vlla iniquitate iustus & rectus: antequàm loqueretur Moysi, voluit quòd præcederet testimonium eorum quæ dicturus erat in figura, & operaturus quò ad populi sui liberationem, & nouũ legis & sacrificij ordinem: quod in effectum non erat perfectæ libertatis in remissione peccatorum: sed in testimoniũ futuri effectus & perfectionis, in rerum omnium complemento. Quia Dei perfecta sunt opera, (vt ait) & omnes viæ eius iudicia. Quia, sicut ignis ardens, spinosum rubum non comburebat: ita lux & ignis amoris Dei per figuratiuæ legis & sacrificiorum tenebras ordinatus, peccata non consumebat: (in rubi spinis significata: quæ, sicut spinæ, humanam pungunt conscientiam) donec figuratus ignis & vera lux mundi, Christus verbum incarnatum, de cœlo descenderet nouа lux gratiæ, & sacrificium veri Agni, qui tollit peccata mundi. (in Isaac etiam figuratus) qui in ipsius figuræ effectu, incarnatus & factus homo, & moriendo, ligna crucis & dolores portando corporeos; ad maApoc.1. iorem oblationis perfectionem in cõsummatione ipsius sacrificij, in remissione peccatorum, pungentes dedecoris spinas & debitæ ipsarum culparum confusionis adiungeret. (*Et posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum*) innocens ipse, pro peccatore Isa.53. reputatus. res omnis in figura, in sacrificio Isaac, punctualiter obseruata. in cuius innocentis locum, fuit ab Abraham sacrificatus impeccabilis aries, ibi iuxtà non fortuitò, sed prouidentiâ diuina repertus, inter vepres cornibus hærens. sicut scriptum est: *Leuauit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio.* & hoc, in figura Christi: secundum cæcum humanũ iudicium, non pro innocente Agno, vt erat qui tollit peccata mũdi: sed pro ariete peccatore oblatus & sacrificatus. Vnde cõformiter hac in ratione & mysterio, etiamsi & derisus. & tanquam maior peccator fuit spinis coronatus: ei vt innocenti, Deo & homini simul, corona maior, gloria & æternus honor: consumptis per illam exemplaris humiliationis et crucis viã, peccatorũ mundi spinis, in vniuersali ipsorum redẽptione: tunc vsque, in figurato naturæ humanæ rubo (secundum ipsam figurã & testimoniũ) quò ad ipsarũ culparũ iustificationẽ, non combustis. sicut de Abraham præ-

sumitur, quòd conformitèr, ad cõsumendũ victimã, cum lignis aridis à filio suo Isaac, pro somite, super humerum latis, alia viridia ligna, quæ ibi circum erant, omnesque illas vepres inter quas hærebat ipse aries, conbusserit. quo in ordine, etiam in figura:

Leu 6. *Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies, &c.* Ignis est iste perpetuus qui nunquam deficiet in altari. & c. Ligna: quò ad ipsas culpas & spinas peccatorum, à maledicta terra & humanæ naturæ rubo, perpetuò productas. Ignis: quò ad ignem charitatis Dei: à leuitica sacerdotali tribu particulariter, in perpetuum nutritum: per eandem exemplaris crucis particularis viam & vniuersalis sacrificij pœnitenter operando: simulque ligna & spinas peccatorum comburẽdo. Ignis est iste perpetuus (hoc est, Donec ponã inimicos tuos: scabellũ pedũ tuorũ) qui nunquam deficiet in altari. omnia ipsa ligna & spinas peccatorum consumens. sicut ad vltimũ ipse ignis in secundo aduentu suo ad iudicium, maiori ardens cum impetu, in iusta ira sua descendendo: (præcedente elementali, rem omnem visibilem & palpabilem comburente) inimicos suos mundum, dæmonium, & carnem, ad quos cæteri omnes vniuersaliter sunt reducti, vt scabellum pedum suorum (sicut dicit) dominanter & æternè deponendo.

Sancta & immaculata Virgo mater Dei Maria (ad propositum reducendo) lilio in ter spinas, à Spiritu sancto comparatur: cũ sit per ipsius diuini Spiritus operationem, in immaculata sua conceptione, à communi iugo & punctione spinæ originalis peccati, liberata. Vnde, in effectu mysterij huius incarnationis Verbi Dei filij de Spiritu sancto, in virginali suo ventre concepti: fuit conformiter ab annũtiante angelo. Gabriele, salutata: dicendo, non solùm, *Gratia plena*: sed etiam addendo: *Benedicta tu in mulieribus*. quod conforme est illi, quod de ea

Luc. 1.

Cant. 2 scriptum erat: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*. hoc est, secundum particularem suam prærogatiuam & perpetuam inter mulieres benedictionem puritatis & virginitatis, à circundantibus spinis & vniuersali originalis peccati inquinatione, non puncta (vt dictum est) nec inquinata: spinis cæteras, illam solam lilio comparãdo. Et, si nobis à Sãcta Romana Ecclesia, per rubi comparationem, integritas eius docetur, in ipsius laudem dicendo: *Rubum quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem*: intelligendũ est: Non quòd spinosus rubus, humanam naturam per peccatum spinosam, significans ipsam Virginem & intactum lilium Mariam, significaret, sine spina originalis peccati cõceptam: sed, à fortiori, in miraculosa & notabili ipsius rubi conseruatione, peccantem & spinosam humanam naturã in vniuersali significantis, igni aptam ob peccatorũ spinas: particularis conseruatio virginei & impeccabilis lilij Mariæ est testificata, in effectu & testimonio incarnationis & vniuersalis redemptionis, cõseruãdo: figuratum ignem verbum diuinum, de cœlo descendendo, in virginali suo ventre hominem factum, & natũ: integritate sua nihilominus semper conseruata. virgo in partu vt prius antè partum erat, in perpetuum permanendo. *Iguem veni mittere in terram* (ait incarnatum verbum) *& quid volo nisi vt accendatur?* & non ad destruendum & consumendum intelligitur, sed ad conseruandum: peccatorum spinas duntaxat combũrẽdo. & in hoc videmus & credimus (sicut credere debemus) virginitatem concipientis & pariẽtis Virginis matris suæ perpetuò conseruatam: quãdoquidẽ ipse figuratus ignis verbum diuinum, ignem æternæ suæ charitatis in terrã mittere veniens, & per medium viridis & virginei ligni, impeccabilis humanitatis suæ sanctissimæ, ab ipsa æterna charitate et indissolubili diuinæ naturæ flamma semper inflammatus, omnes humanorũ peccatorum spinas (in-

car-

carnando sese & moriendo) comburere: simul peccantem ipsum naturæ humanæ rubum, per gratiam, sicut postea per gloriam in æternū cōseruando: oportebat quòd non solùm corrosi pondenter ex apta materia in Maria incorporaretur, (hoc est, lilio, (sicut dicit) & non rube) alr æterno, sicut in Matrem Dei electa, à spina originalis peccati liberata: sed quòd etiam virginitas eius simul, in partu & post partum esset perpetuo conseruata: in ipso tam nouo quam mirabili signo spinosi rubi ardentis, & nō combusti testificatum.

CAP. XIII.

CVm iam de Angelica & humana testificatione mysterij (quod confitemur & credimus) sanctissimæ Trinitatis sit tractatum, & in capitulo præcedenti, de illa incarnationis verbi, in igne cælesti descendente in rubum qui ardebat & non comburebatur, testificata: nunc tractare conueniens est, de testificatione palpabilis sui corporis realis, & non ficti, nec aerij: in virginali ventre, de Spiritu sancto cōcepti: humana natura ex corpore & anima consistente, cum diuina, vnita: quod in his tribus discipulis, Petro, Iacobo, & Ioanne est testificatum: & hoc in mysterio humanæ testificationis & testimonij, diuinæ naturæ in Petro, & humanę in Iacobo & Ioanne, corpus & animam domini significantibus: tribus his particulariter inter duodecim discipulos (sicut inter septem Angelos tres nominati, Trinitatem Dei significantes in testes assumptis, ab ipso Deo & homine Christo, in occasionibus quibus se vt verum Deum & verum hominem simul, per varia signa & effectus, manifestare volebat. Vnde, in notabili trāsfigurationis suæ mysterio: *Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, &c.* testimonium effectus resurrectionis carnis, in ipso Deo & homine, tertia die gloriosè resuscitando, effectuatæ: sicut corporalis glorificatio, in semetipso, & testificatio in spiritu vnionis duarum naturarum diuinæ & humanæ, in collateralibus testimonijs, Moyse & Elia, manifestata: ita ipsum mysterium, in tribus discipulis, Petro quoad diuinam naturam, Iacobo, & Ioanne quo ad humanam, eius passibilitate, tunc eis, à communicata gloria, velata: passibiliter & in carne testificatum. quibus, vt significatiuis ipsius mysterij vnionis, testimonijs: delcendentibus illis de monte (vt dictum est) præcepit eis Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat. Matt. 17. Et hoc in mysterio, conformiter cum filiam principis Synagogæ resuscitauit: naturam humanam ab ipso Christo in nouissimo die vniuersaliter resuscitādam, significantem: *Et cum venisset domum; non permisit intrare secum quemquam*, (sicut scribtum est) *nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & patrem & matrem puellæ.* per quantū in illo effectu tūe, nulla erit alia causalis & effectiua testificatio, præter illam trium horum testium, in Christo: hoc est, natura diuina, corpus, & anima eius: in ipsis tribus testibus humanis, Petro, Iacobo, et Ioanne significata duobus aliis adiunctis testibus, patre scilicet et matre, resuscitatæ puellæ: in ipso resuscitante Saluatore comprehensis, vt vniuersali patre & matre ipsius humanæ generationis: per gratiam & gloriā, ab ipso secundo Adamo regeneratæ. & in hac ratione tam vniuersali, quàm causalis paternæ & maternæ testificationis & significatiui testimonij in Christo; vt dictum est: Cū venisset domum, non permisit intrare secum quemquam nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, &c. vt significatiua esse sui testimonia: hoc est, Petrum vt vicarium eiusque diuina vniuersali authoritate prędituq; ad naturam diuinam: Iacobum & Ioannem fratres: vt propinquos suos, quò ad humanam: corpore & anima sua sanctissima, in duobus ipsis fratribus, significatis. Ioannes particulariter, plus quam Iacobus & quam Luc. 8. Luc. 8.

et quam vllus alius discipulorum suorũ: ratione spiritualis suæ significationis, animæ corporalem partem regentis & dominantis, ab ipso Saluatore dilectus. Vnde, eadem in ratione & mysterio : *Iacob dilexi,*
Mal.1. *Esau autem odio habui.* in quibus duobus fratribus similiter, ipse spiritus et caro sunt significata. Et in alia vehementissimæ orationis occasione in monte Oliueti, & notabili suæ charitatis æternæ signo, in quantum Deus, & humanæ passibilitatis in
Luc. 22. quantum homo, vt scriptum est: *Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* &c. tres istos duntaxat testes, separatim ab alijs dis-
Mat. 26. cipulis, assumpsit secum. sicut scriptum est: *Et assumpto Petro, et duobus filijs Zebedei, cœpit cõtristari & mœstus esse:* Spiritu sancto Petrum solum nomine proprio nominando, ratione significationis suæ, & primi testimonij præ duobus alijs, (quò ad supremam authoritatem) naturæ diuinæ : (prima forma in Christo & fundamentum) tunc ab ipsa humana materia & notabili sua passibilitate, magis relatæ. alios verò duos, Iacobum & Ioannem, non nominãdo: per eandem metrationem materialis significationis, notabilisq; velaminis passionis, extremæ in nouo sanguinis & aquæ sudore demonstratæ. Sanguis & aqua similiter, in cruce et ipsius sacrificij consummatione, è latere suo sacratissimo continuò emanata: communem carnis et spiritus passibilitatem, in duobus ipsis fratribus, Iacob & Ioanne, significatorum, distinctè testificans. Vnde, alia in occasione: cùm de passionibus suis & morte, cum duodecim discipulis suis tractasset Dominus : *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedei (vt dicit) cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo.* &c. *Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, et vnus ad sinistram in regno tuo.* &c. & ait illis Dominus : *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum ? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis : sedere autem ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo* &c. Non venerunt cum Petro, duo isti discipuli: & hac ratione et mysterio significationis cunctorum trium, duobus his, sacrum corpus suum et animam significantibus dicit: *Potestis Calicem bibere* (quinam est calix iste?) quẽ ego bibiturus sum? hoc est, in illo gradu zeli honoris offensi Dei, pro peccatis in vniuersali ipsarum culparum redemptione patiendo : in vehementissima oratione sua et sudore sanguineo, demonstrati. in communi corporis & animæ passione, in ipsa effusione sanguinis & aquę testificata: superiore forma et fundamento diuinæ impassibilis naturæ, cum humana indissolubiliter concurrente. et illi tam profunda mysteria non penetrantes: Dicunt ei: Possumus. Dominus verò exiguitati intellectus eorum sese accommodando, et secundum illorum, significationem, corporis & animæ suæ sanctissimæ, Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: &c. quòd in illis fuit punctualiter impletum: fuit enim vterque, martyrio coronatus: sed differenter. Hoc est, Iacobus, secundum corporalem suam significationem: corporaliter patiendo: et Ioannes, secundum spiritualem suam immortalis animæ significationem, nõ corporaliter, sed spiritualiter patiẽdo: et quò ad virgineum corpus, perpetuò puro & eleuato spiritui non repugnãs, illæsus cum palma et corona martyrij permanendo. Vnde, Iacob (sanctissimum Domini corpus significante) martyrium passo in Hierusalem: fuit per dispositionem diuinam, venerabile eius corpus, in Compostellam ciuitatem Galitiæ in Hispania translatum. et sicut in Hierusalem sanctũ sepulchrum, in quo sacrum Domini corpus positum fuit : post gloriosam resurrectionem suam & ascensionem in cælum, vniuersaliter veneratur: ità, in gloriosissimi corporis Domini vicem, venerabile

bile sancti Iacobi Apostoli corpus. Compostellæ (illud repræsentans) à multitudine peregrinorum ibi ex omnibus orbis partibus aduenientium, (præter antiquum Compostellanum votum) plusquàm cætera omnia reliquorum Apostolorum corpora, sanctorumque omnium, particulariter veneratur. qua in ratione testificantis significationis & repræsentationis veri (& non ficti) corporis Domini, Spiritus sanctus per Sanctam Romanam vniuersalem Ecclesiã natalitij sui memoriam licèt gloriosissimam, (cò quòd primus ipse sit martyr omnium Apostolorum) in die translationis corporis sui celebrat: vt in ipsius festiuitatis officio declaratur, dicendo: *Natalis hodierno die, qui translationis dies est, ab Ecclesia celebratur, cum ipse Kalendis Aprilis, primus Apostolorum Hierosolymis profuso sanguine testimonium Iesu Christo dederit.* Et correspondenter, de sancto Ioanne Apostolo eius fratre: ratione particularis suæ spiritualis significationis inuisibilis animæ Dominicæ verbum corpus suum requiescat ignoratur. excepto quòd, in testificantis significationis suæ spiritualis ratione: celsitudo significatæ Christi animæ in sacrum eius corpus, puncto quo à Spiritu sancto conceptus fuit, infusæ: in altitudine & profunditate sapientiæ & scientiæ diuinæ in scribendo & prophetando, in dilectum ipsum Apostolum, Euangelistam & prophetam particulariter infusæ, venit testificata. Aliud etiam mysterium (ad concludendum) est considerandum: & est. Quod sicut inter Apostolos duodecim, tres istos tantùm elegit Dominus, in testificationem suam & significationem vnionis diuinæ naturæ, cum humana, (vt dictum est) corporis & animæ suæ sanctissimæ: ità in eodem mysterio & significationis ratione: in ipsorum duodecim Apostolorum electione: tribus hisce duntaxat nomen mutauit: sicut scriptum est. *Et ascendens in montem vocauit ad se quos voluit ipse: & venerunt ad eum. Et fecit vt essent duodecim cum illo: &c. Et imposuit Simoni nomen Petrus: & Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, Filij tonitrui: & Andream, & Philippum, &c.* Quò ad Simonem, Petrum à Domino nouiter & mysteriosè vocatum: iã id esse intelligitur, ratione suæ significationis diuinæ naturæ in Christo. vt dictum est: (forma rerũ omnium & fundamentum) vnicæ perpetuæque authoritati diuinæ ipsi vicario suo in terra suisque successoribus Romanis Pontificibus datæ, quamdiu stabit mũdus, correspondendo. Quò ad alios, Iacobum, videlicet & Ioannem, Boanerges, à Domino vocatos: mysterium est huiusmodi. Quòd secundum significationem suam, corporis eius animæq; sanctissimæ: futuri erant ipsius fulguris Christi, Filij (hoc enim vult dicere, Boanerges) in particulari sua, & vniuersali resurrectione iustorum, quò ad repentinam (in ictu oculi) regenerationem per gloriam, & vnionem simul ipsorum duorũ fratrum, corporis & animæ resuscitando: in virtute sua effectuarum: ipse Filius hominis & Dei Filius, in secundo aduentu suo repentinè apparendo. Vnde intrat mysterium celebrationis natalitij ipsius sancti Iacobi Apostoli, in translatione venerabilis sui corporis, ab oriente in occidentem, & vniuersalis manifestationis honoris sui & famæ, repentinam significati corporis Domini in secundo aduentu apparitionẽ, testificantis: sicut ab ipso tremendo iudice, venit conformiter significatum, dicendo: *Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vsque in occidentem: ità erit & aduentus Filij hominis.* Mat. 24.

Mar. 3.

CAP. XIV.

VIrgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: ex vtero ante Luciferum genui te. &c. In hisce duobus versiculis, effectus duo considerandi sunt: effectus videlicet Psal. 109.

particularis, resurrectionis Christi: & effectus vniuersalis, (in propria eius virtute) resurrectionis vniuersalis iustorum. Dicit verficulus antecedens. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorũ. Hoc est: quòd ad particularẽ resurrectionis Saluatoris effectũ: diuina mittẽte natura, virgam propriæ suæ virtutis ipsius Saluatoris, vt Dei, instrumentali virtute deficiẽte, vt hominis, in ipsum reunionis animæ & corporis sui sanctissimi effectũ, resuscitãdo: cui diuinæ naturæ, (licèt humana, virtuale sit instrumentũ in vniuersali) effectus ipse particularis & vniuersalis resurrectionis, attribuitur. In medio inimicorũ tuorum. Hoc est, in medio circumstantiũ & custodientiũ excubiarũ, (præter clausum & obsignatum sepulchrũ) cum reliqua inimici populi Iudaici multitudine, ipsius innocentis Agni mortem, malitiosè inuidioseque causante & procurante. Tecum principium (ait in subsequẽti) in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: ex vtero ante Luciferum genui te. Hoc, quòd advniuersalem effectum resurrectionis iustorum. Tecum principium in die virtutis tuæ: ad differentiam præteriti alterius diei, particularis suæ resurrectionis: qui, (sicut futurus alius erit) totaliter virtutis suæ non fuit, stante impedimento mortalis separationis corporis & animæ suæ sanctissimæ: etiãsi natura diuina, semper in indissolubili vnione sua, cũ humana fuit, secundum vniuscuiusque partis separatæ capacitatem & dispositionem. & in hac separationis ratione, Spiritus sanctus, diuinæ naturæ solùm, ipsum particularem suæ resurrectionis effectum, attribuendo: in antecedenti verficulo dicit: Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. (sicut per Apostolorũ principẽ, de diuina ipsa natura in generãte Patre intellecta, loquẽdo, dicit: *Qui suscitauit eũ à mortuis & dedit ei gloriã*) Et in sequẽti verficulo, futurũ ipsũ vniuersalem effectum, à particulari præterito resurrectionis suę distinguẽdo, dicit: *Tecũ principiũ in die virtutis tuæ in splẽdoribus sanctorũ.* Hoc est: sicut principiũ particularis resurrectionis in gloria, humanæ naturæ, in die tuę resurrectionis, naturæ solũ diuinæ attribuitur: ita etiã, principiũ ipsũ in vniuersali iustorũ resurrectione in gloria profectutũ: in te Deo & homine cõmuniter, (sicut dicit: Tecũ principiũ) & diuinę & humanę naturæ (vt instrumẽto diuinæ) attribuitur. Tecũ principiũ: cũ ipso Christo & vt Deo, & vt homine loquẽdo: vt in eo quod sequitur declarat, dicẽdo: In splẽdoribꝰ sanctorũ: id est, quòd ad resplẽdẽtia resuscitatorũ iustorum corpora: secũdũ vniuscuiusq; capacitatẽ & dispositionẽ (sicut stellę à sole) ab ipso iustitiæ Sole Christo, illuminata: quod in die virtutis suæ, in quo vniuersaliter demõstrabitur: erit ab ipso vt Deo, & vt homine effectuatũ. quod ab ipsa lucevenit declaratũ; de corpore iusti in virtute sua resuscitati dicẽdo, nõ solũ: Et ego resuscitabo eum in nouissimo die: sed etiã (pereũdũ) et dabo illi stellã matutinã. stellã matutinã metaphoricè, (quòd ad instrumẽtalẽ partẽ glorificati corporis sui sanctissimi) prolæta sua & iucũda annũciatione diurna, accipiẽdo. sicut alibi etiã metaphoricè solẽ, quòd ad diuinã cũ humana natura, simul vnitã, dicendo: *Et facies eius sicut Sol lucet in virtute sua.* (& cõformiter per Dauid: In die virtutis tuæ: inquãtum Deus & homo simul) hoc est, in meridie: (vbi, Nõ est qui se abscõdat à calore eius) tremendã horã denotãdo, & virtua lẽ resurrectionis & iudicij pũctũ, tamq; visibilẽ quã æqualẽ dominationẽ suam super terrã, totaliter apparẽdo. Vnde cõcludit, dicẽdo: Ex vtero antè Luciferũ genui te. Hoc est, figuratã gloriosi sui corporis stellã matutinã, (sicut ipsã figurantẽ, stellis alijs) & Solẽ vnitæ naturæ diuinę (sicut Solẽ humanæ in Christo, in diuinæ vnionis ratione Dei & hominis simul, ignei planetæ lucem, matutinæ cũctisq; alijs stellis cõmunicatã, illo in pũcto apparendo, euacuatẽ) toti ipsi figuræ, anteponendo. Sicut dicit: Ex vtero antè

Ioan. 6. *Apoc. 2.* *Apoc. 1.* *Psal. 109.* *Psal. 18.* *1. Pet. 1.*

antè Luciferum genui te, quia, nõ per creationẽ à principio ipse splẽdor & lux: sicut illa Luciferi, à sole mendicata: sed per generationẽ, (sicut dicit, EX vtero antè Luciferũ genui te) in vtero integræ cõmunisq; cõprehẽsibilitatis diuinæ, & reciproci amoris Spiritus sancti, Patre Filium æternè generante, cõmunicata: & ab ipsis regeneratis iustis, per mediũ ipsius regenerãtis Solis per gratiã & gloriã. vt virtuale principiũ manifestationis extrà ipsius Dei, recepta. Dicit, antè Luciferũ genui te. quò ad mysteriũ resurrectionis carnis: in matutino gloriosæ apparitionis diuini Luciferi, inquãtũ homo, & Solis simul inquantũ Deus, effectuatæ. sicut scriptũ est. *Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara:* (hoc est, corpus & anima simul) *exurgã diluculo. etc.* Diluculo: per eandẽ iucũdæ apparitionis diurnæ stellæ metaphorã, gloriosã humanitatis Christi, & visibilis luciferi, vt visibilis & palpabilis, solem inuisibilis naturæ diuinæ antecedẽtis significãdo. & sicut primũ (inquantũ homo) stella ipsa matutina manifestata: ità ipse iustitiæ Sol verbũ incarnatũ, inquãtũ Deus, antè Luciferum & æternè generatus. Sicut dicit: Antè luciferũ genui te. ipsũ cõmunicati splẽdoris & gloriæ effectũ, naturæ diuinæ soli, principaliter attribuẽdo.

Psa. 56.

CAP. XV.

Psal. 109. IVrauit Dominus & non pœnitebit eũ: tu es Sacerdos in æternũ, &c Sicuti fuit semper, & erit sine fine Deus: cõsequenter, fuit semper & erit sine fine sacrificiũ: fuitq; cõsequẽter etiam, & erit sine fine Sacerdos: quia nã autẽ fit iste sacerdos: declarat ipsemet Deus, per prophetã loquẽdo cũ generato Verbo Filio suo, & dicẽdo: Tu es Sacerdos in æternũ. Antè & post vniuersalẽ creationẽ, vsq; ad incarnationẽ Verbi: quænã fuit materia & qualis forma æterni hui⁹ sacrificij? Quo ad formã: fuit ipsamet, quam æternus ipsemet Sacerdos Verbũ æternũ, post incarnationẽ suã dedit, pridie quã pateretur, quo die celebrabatur p. [illegible] secũdũ diuinam legem per Moysem data) immaculati Agni, in quo erat ipse figuratus, & quãdo primũ inter homines sanctissimũ hoc corporis & sanguinis sui sacrificiũ instituit, accipiẽdo sacris manibus suis, & benedicẽdo panis & vini materiã, formaliterq; super panem dicendo: *Hoc est corpus meum:* & super vinũ: *Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Quò ad panis & vini materiã: nõ fuit illi, nec antè, nec pòst creationem necessaria, vsq; ad effectũ incarnationis suæ, & institutionis in terra inter homines ipsius sacrificij, tunc super ipsam panis & vini materiam, donec stabit mũdus, instituti: Neq; idcirco ipsi sacrificio vllus inerat defectus. Quia, vt æternus sacerdos, æternus Deus, secundũ liberã suam & æternam voluntatẽ, propriũ attributum suũ, in determinatæ incarnationis suæ ratione, & liberi arbitrij in quantum homo, vt distincta persona, distinctè, materiæ ipsius & formæ causatum offerebat: (ac si fuisset iam incarnatus & passus), sanguinẽ scilicet & corpus suum sanctissimũ: sicut nec etiam nobis, necessaria erit ipsa materia, ab huius seculi fine in æternũ: tunc enim, (vt docet nos per prophetam & Euangelistam Ioannem Spiritus sanctus, *Et fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri suo*) beati omnes, corporum suorum hostias offerendo simul cum ipsa immaculati Agni Christi resuscitati & resuscitantis, in cuius virtute, in charitatis vnionem concurrendo, omnes in ipsa continentur: materiæ ipsius & formæ causatum offerent, Christum Dei filium: permanenter sese pane ipso & cibo Angelico, in vitam æternam sustentando: prout ipse Saluator, de ipsomet cibo loquendo, quem in hac præsente vita electis suis daturus erat, (vti sub panis & vini specie fecit) nos docet, dicendo: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.* Qua in vita æterna, cum non sit necessaria materia, vt dictum est: forma erit

Mat. 26.

Apoc. 1.

Ioann. 6.

eadem

eademmet, quam æternus ipse Sacerdos donauit, & æternè donat dicendo: Hoc est corpus meum. Quia, ratione ipsius gloriosæ vnionis: fidelis omnis, cum veritate dicere poterit (sicut dicet) suam, cum principali Saluatoris hostia offerèdo: Hoc est corpus meum. Mecum: sicut dicit: *Parvulus enim natus est nobis & filius datus est nobis*. Vnum & idem corpus erit, & vna eademque hostia: & hoc eadem in ratione cum fide viua Sacerdos omnis intelligere debet, illo in pũcto, quo consecrat, sacra ipsa pronuntiando verba cõsecrationis, & dicẽdo. Hoc est enim corpus meum: præter præsentẽ primam intentionem, ipsam panis & vini materiã, transubstantiandi, in corpus Christi & sanguinem: illãq; offerendo, debet etiam cum viua fide, tàm suam, quàm electorum omniũ fidelium, offerre, ratione principalis ipsius finis & vltimi beneficij quod speramus, effectualiter illam simul cum corporum & animarum nostrarum hostijs offerendi, in vnione ipsa resurrectionis vniuersalis iustorum, in vitam æternam resuscitandos: (sicut dicit: Qui permanet in vitam æternam) cuius finis, principale medium est, sacramentum istud Eucharistiæ, corporisque & sanguinis Domini sacrificium, omniaq; simul alia sacramenta, in ipso Domini corpore, indiuisibiliter, (sicut virtualiter) data, in remissionem peccatorum) consistentia. Offerre debet omnis Sacerdos, cum illa corporis & sanguinis Domini, omnes fideliũ credentium hostias, ratione præsentis ipsius vnionis per gratiam, & eius quã per medium hoc speramus per gloriã, resuscitando: & hoc obseruat & repræsentat Sancta Romana Catholica & Apostolica Ecclesia semper à sancto Spiritu illuminata, in dando vltimum sacerdotij gradum: hoc est, presbyteratum: Vbi, hoc in mysterio, sub pradicta forma & verba ipsa met consecrationis, vno eodemq; tempore, à cunctis sacerdotibus ordinatis, vna cum Episcopo ordinante, in hostiæ consecratione dicuntur: qui Episcopus, cum alijs simul à se ordinatis, vnam solam hostiam, & pro se, & pro fidelibus omnibus offert: qui sacerdotes ordinati, illo in pũcto in possessionem intrant, & pro seipsis in particulari, offerendi & communicandi sanctum hũc viaticum corporis Domini panem, fidelibus, modo supradicto, donec præsens seculi huius durabit peregrinatio, obseruando: & pro cunctis fidelibus electis. ab huius seculi fine, in æternum: qui generaliter omnes tunc sacerdotes hunc in modum erunt, vt dictum est: & causatum permanenter corporis Domini, simul cum hostijs corporum suorum offerendo, ipsa panis & vini species & materia, cessabit. Quæ corporis Domini hostia & humanitatis suæ sanctissimæ, natura diuina & humana natura, erat, quò ad tres animæ potentias & vnam essentiam, in trinitatis numero, & ipsius. Dei vnitate cõtenta: Et sic Verbum ipsum, in ipso trinæ, & vnius creationis effectu, manifestat: & trinè loquendo demonstrat: sicut dicit: Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinem nostram: hoc dicto determinatam suam volũtatem manifestando: (proprium suum attributum, (vt dictũ est), inquantum, quòd ipse secunda persona, is erat qui debebat incarnari) illa cum virtute & potentia, vt sic iam humanatus fuisset: Et ita in hoc dicto, tacitè forma & ipsamet consecrationis verba includuntur: videlicet. Hoc est enim corpus meum. Faciamus. hominem: Quem in modum? Ad imaginẽ. et similitudinẽ nostrã. Quomodo, Ad imaginem & similitudinẽ nostrã? Hoc est enim corpus meum: quod, innocenter, sicut Adã in statu innocentiæ in imaginem, assumpturus sum, et tàm dignè, quàm formaliter oblaturus, (sicut æternè offero) memet incarnando, moriendo, et resuscitando: Hoc est enim corpus meum Et hunc in modum ipsa prima hostia (primus homo Adam primusq; sacerdos in terra) oblata fuit ab æterno ipso Sacerdote Verbo diuino, ma-

Isa. 9.

teria-


image
not
available

operata: quando, honoris paterni zelo in talem effectum voluntariè moriendo: liberum arbitrium æterno suo Patri Deo renuntiauit: (sicut dicit: Non mea voluntas, sed tua fiat) & cum ipsa simul voluntaria obediētia, maius ipsum donum & dignā hostiā donatoris Dei: in ipsius peccatoris redēptione & iustificatione, vt dictū est, ipsi met Deo dignè obtulit: diuinū honorē & gloriā in omnibus anteponēdo. tunc enim recognoscit homo & honorificat Deū, aut per contrariū nō honorificat & negat, quādo ipso dono vtitur benè, aut non vtitur. Christus verò inquantū homo, illo melius vti nō poterat, quàm in hominis beneficiū, (cum esset ipse solus Redemptor) in redemptione & iustificatione ipsius: simulque in honorē & æstimationē ipsius doni & donatoris, magni Patris sui Dei. Et hac in ratione Spiritus sāctus de ipso Patre & æterni sui Filij obediētia loquēdo, sic ait. *Iuranit Dominus & nō pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternū, &c.* ad modici tēporis differentiam, quo stetit Adā primus hominū sacerdos in terra, in innocentiæ statu, ipso libero arbitrio in cōceptū ipsius doni & donatoris simul, æterni Dei, malè vtendo: finem mutando ipsius donationis & æterni doni, rem dignam & correspondentem pro perpetua sua conseruatione offerendi: (quod homini erat impossibile) in occasionem maioris gratiæ æternæ vitæ & gloriæ: (in delitiosa ipsa & perpetua significatæ) voluntariè & obedienter, æterno sacerdoti in cœlo, Dei Filio correspondendo. Et per quantum, licèt homo seſe in perpetuū conseruasset, aut non conseruasset: sicut euenit peccando: non idcirco incarnare se Verbum desinebat: dicit. Iuranit Dominus: prout rem, iam ab æterno determinatam: adiungendo: & non pœnitebit eum: correspondendo illi quod prius dixerat, quando pro peccatis hominū ipso dono malè vtentium, vniuersale diluuium in terram mittere voluit: hoc est, similiter dicendo: Pœnitet me feciſſe eos: per quantum, à principio ob talem praui vſus liberi arbitrij humani causam, fuit ipsum dignæ hostiæ, & doni diuini sacrificium, quò ad effectualem æternæ vitæ gloriæ consecutionem, totaliter impeditum. in priuatione ob talem causam perpetuæ vitæ & paradiſi, reſtificatum. quoadusque Saluatore ipso & æterno Sacerdote veniēte in mundū, ipso libero arbitrio benè vtendo, voluntariè & obedienter moriēdo, impedimentum ipsum ad vitā æternam, in vniuerſali ipsius peccati redemptione fuiſſet ſublatū. qua in ratione æterni ipsius sacerdotis Dei & hominis: (ad differentiam primi) *Iuranit Dominus, & non pœnitebit eum.* & temporalis, puri hominis, cunctaque ipsius generationis humanæ: *Pœnitet me feciſſe eos, &c.* Pœnitet me feciſſe eos: Non quòd Deum pœnitear, nec pœnitere poſſit, vllius rei quā faciat, ſicut homini plerunq; accidit: Sed hoc vtitur loquēdi modo Spiritus ſanctus in exaggerationem: ad oſtendendum, quā propriū ſit ipſi æternæ bonitati, peccatis ignoſcere: ſicut etiam nos per ſanctam Eccleſiā docet, dicendo: Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere. de ipſa igitur natura humana et peccatoribus dicit: Pœnitet me feciſſe eos: acſi diceret: Nollē te feciſſe: vt te non caſtigarem. Volens igitur æternus ipſe Deus, per æternum ſacerdotē filium ſuum, mittere in terram gratię diluuium, in illo aquarum ſignificatum, ad ſubmergendum peccata, et ſaluandum hominem, per medium atcæ humanitatis ſuæ ſanctiſſimæ, et effuſi ſui ſanguinis. (ſicut ab æterno iuratum erat & determinatū, eius lapſu præuiſo) libero ſuo arbitrio inquantum homo (vt dictū eſt) in obedientia ſua, benè vtendo, ad obedientis Adami differētiam, & impermanētiæ ipſius primi in terra Sacerdotis inter creaturas, dicit: Iuranit Dominus & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum.

Deut. 32.

Pſal. 109.

Gene. 6.

CAP.

CAP. XVII.

AD maiorē declarationē illius quod est superius tractatū, considerandum est: quòd redēptionis humanæ beneficiū, per Christū operatæ, per medium passionū suarū & mortis: non tam in meritum, quantū in mori vellecōsistit. Cunctæ passiones, & atrocissima Saluatoris tormēta, simul cum omnibus ignominijs & dedecoribus, quæ in passione sua & morte passus est: respectu humiliandi se, ipsum Dei filiū, ad volendum illa pati: in cōparationē, est aquæ gutta, respectu multitudinis aquarū, ampli & profundissimi maris. Et velle ipsū sese ad hoc humiliare: respectu passionis: est vt abyssus & multitudo aquarū amplissimi & profundissimi maris, respectu vnius guttæ solius. Et iam ipse mundi Saluator, cōforme ad hoc, quando in vltima illa cœna sacrificium hoc instituit, & donec hoc in mundo vixit) in abyssō humilitatis suæ profundatus, erat voluntariè, tantum dispositus, quantum in æterna obedientia sua determinatus, ad volendum pati: Ita quòd, cum factum istud, non ab hominum potentia & voluntate, sed à voluntate diuina, & obedientia sua in quantum homo, dependeret: potuit vt verus Deus & homo simul, ipsum instituere sacrificium: deque sanguine suo & corpore disponere, (sicut disposuit) illud discipulis suis communicando, antè suæ mortis effectum, ac si iam passus esset. Et conforme ad hoc: de præsenti dicit. (calicem accipiendo) *Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo.* quia dependendo solum (vt dictum est) à sua & nō ab executorum suæ mortis voluntate, nihil referebat, (Intelligite hæretici) quod etiam secuta nondum esset ipsius sanguinis effusio: sicut in conclusione, de futuro loquendo significat, dicēdo: *Qui pro vobis fundetur.* in ipsis duodecim Apostolis, electorū suorum multitudinem intelligendo, ipso numero duodecimo, vniuersalem iustorum resurrectionē, & sanctæ Ecclesiæ vniuersalitatē significante. Vnde, conformiter alibi Spiritus sanctus de reprobis tractando, qui scripti nō sunt in libro vitæ ipsius Agni Christi, concludit his verbis: *qui occisus est ab origine mundi.* Hoc est: causam pro effectu accipiendo. Ita quòd, secundum diuinam ipsam determinationem, æternè ab æterno consilio determinatam, & ab ipso sacerdote æterno, & vt Deo, & vt homine, (ratione ipsius determinatæ manifestationis in carne) voluntariè acceptatam: simul cum causa & effectu peccati, effectus mortis ipsius Agni Christi Saluatoris concurrit: sicut dicit: Qui occisus est ab origine mundi. Quia occisus est ab origine mundi. Includendo (præter dictum) in ipso peccato (ab ipso incipiendo) ab origine mūdi, effectualiter ab ipso primo homine cōsummato, omnia cunctorum hominū peccata vsque in ipsius mundi finem, quò ad ipsum Saluatorem, sicut ab origine mundi occisus: ità etiam, ab origine mundi redempta. Et alibi æternus ipsemet Sacerdos, antè suæ mortis effectum, cum Patre loquitur, ac si iam passus esset, dicendo: *Opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam. & nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate quam habui priusquam mundum fieret, apud te. &c.* Claritate quam habui: hoc est, præmium & gloriam particulare inquantum homo, quam suprà omnes homines semper habuit, ac si iam incarnatus fuisset & passus. *Apoc. 13.* *Ioan. 17.*

CAP. XVIII.

IMago Christi crucifixi, liber est peccatoribus nobis, vbi & in præsenti vita militāte Christianos esse, & modū sub hoc regio & victori vexillo militandi edisci-mus. Quidnā hoc in libro legitur? Verbera quę ad colūnā religat' in suos ā ciissimo corpore habuit? A lapæ & sputa in faciē? Ictus

& corona spinea in sacro capite suo posita in vituperium? vulnera & fracturæ in sacris manibus suis pedibusq; , à duris asperrimisq; clauis asperè & crudeliter apertis? Profunda in latus suum apertura, à diro ferro lanceæ, non sine mysterio, (sicut nec reliquum omne) re omni consumata postque exhalatam animam, suptà omnem crudelitatem in homine mortuo crudeliter apertum? Vniuersalis innocētissimi sui sanguinis effusio: & hæc omnia, à crudelitate accuratissimè signata? Et insuper, in extremis Vitæ suæ, corporalem mortem sitiendo, præter ordinariam suam & intensam sitim humanę redemptionis, tam amara quam impia, in ore suo dulcissimo, fellis & aceti mixtura? Ita profectò. Magnum hoc admirationis pelagus est. Quid igitur restat? Id, quod omnia concludit. Quidnam illud est? Filij Dei humilitas: (Humiliauit semetipsum. &c. Propter quod: &c.) *Phil, 2.* in inuisibili & incomprehensibili cruciatu pœnæ confusionis peccati fundata, quę sanctissima eius anima passa est. Non, quòd innocens ipse, per peccatū esset confusus: sed pœnam debitæ illius cōfusionis, superabundanter passus est. Et hic est abyssus abyssorū suorū, quò Angelicus & humanus intellectus penetrare non possunt. Et quādo Redemptor ipse orans in horto in tāta erat agonia, quātam nouus et admirabilis sudor sanguinis demonstrabat: Patri dicēdo: *Transeat à me calix iste:* non iam metu mortis: Absit. quòd tale credatur, de homine, *Mat. 26.* qui efficere nullo tempore poterat, vt simul Deus non esset: neque retrogredi poterat, eumue pœnitere rei à se factæ & stabilitæ, confirmanter in ipsius sacrificij institutione dicendo: *Hoc facite in meam commemorationem:* sed, in suimetipsius Dei & hominis manifestationem, Patris honorem zelans, inquantum homo, ait: Trāseat à me calix iste. Et quinam calix? Non iam cruciatuū, dolorum & mortis: sed ignominiæ ipsius, in Filij Dei persona: à peccati horribilitate nascentis: & hac de causa *pauere & tædere incepit:* cùm præsens ei horrenda illa & verminosa vestis esset, qua corpus suum animamq; immaculatam hominum iudicio induturi erant, temporeque proprijs vestibus & honore sibi debito spoliatus, interque duos latrones in cruce positus, innocēs ipse, in imaginein peccati restaret, cum iniquis & peccatoribus (vt scriptum erat) reputatus. Et tanto illi calix iste amarior erat: quanto erat causa ex qua procedebat: videlicet, peccatū: cū ratione igitur tędere & pauere incipiebat: cum maior hic cōtrarius eius esset & inimicus. nos autem peccatores, ex signis ijs considerare possumus, quantùm Deus illud abhorreat. Et indissolubilis tam noua quàm mirabilis vnio humanæ naturæ cū diuina in Christo: in hoc tàm nouo quàm mirabili naturæ effectu sanguinei sudoris, simul cum pauere illo & tædere, manifestatur. Se hominem esse, in effectibus ostendebat: in ipsorum causa, Deum esse & hominem simul. Genitum non factum, consubstantialem patri. &c. Res omnis in honoris ipsius Dei zelo fundata: cùm esset, iustus ipse, præmiumq; iustorum omnium resuscitando, in imaginem peccati, & exemplum pœnæ peccatorum: (pro tali reputatus) inter peccatores in cruce moriendo, remansurus.

CAP. XIX.

PEtēti matri filiorū Zebedei à Christo, vt federēt in regno suo, vnus ad dexterā eius, alter verò ad sinistrā: respondit ille & dixit. *Nescitis quid petatis. Potestis bibere* *Mat. 20.* *calicem quem ego bibiturus sum? Dicūt ei: Possumus. Ait illis: calicē quidē meū bibetis: sedere autē ad dexterā meā et sinistrā, nō est meū dare vobis: sed quibus paratū est à Patre meo. etc.* Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum? Calix iste Domini, duab' amaritudinib' cōstat: vna, cruciatuū est & corporaliū dolorū, quos in passione sua *Luc. 22.*

ne sua & morte perpessus est, prior altera & principalis, spiritualis est, animę amaritudo: sicut ipse, in illo passionis suæ principio declarat, dicēdo: *Tristis est anima mea vsque ad mortē.* in honoris Paterni zelo fūdata, ratione vnici filij, propter peccati horribilitatē, pœnam confusionis ipsius (vt dictum est) patiendo. De hac autem particulari amaritudine Saluator ipse loquebatur, dicendo: Potestis bibere calicem, quē ego bibiturus sum? Vbi, cum Dominus, huic eorum responsioni, possumus: subiunxit: Calicem quidem meum bibetis. Sese modicitati intellectus eorum conformando, piè respondit: Calicem quidem meum bibetis: hoc est: quò ad cruciatuum corporalium amaritudinem, quò penetrare illi poterant. (responsio hæc, non solùm illis ab ipsa Patris sapientia facta est: sed cuncto exercitui candidato martyrum, qui eum vsque in mundi finem secuturi erant) Calicem verò, quò ad spiritualem animæ suæ sanctissimæ amaritudinem in ipso æterno zelo, vt æterni Dei fundatam: iam diffiniuit dicendo. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Ac si diceret. Neque vos potestis, nec alia quæuis creatura, humana siue Angelica, etiamsi confusionem & pœnam damnatorum in inferno patiatur, calicem meum bibere. Et ideò, sedere ad dexteram meam & sinistram, non est meum da re vobis: sed quibus paratum est à Patre meo. Quibus: hoc est, mihi: qui solùm, vt vnicus Filius, honoris offensi Dei Patris mei zelo, calicem pœnalis amaritudinis debitę confusionis peccati, in ipsius remissionem bibere possum. Et omnibus ijs etiā paratum est, qui in charitatis vnione, ij in me, & ego in eis, vna & eadem res erimus. Vbi, veniens ego inquantum homo, offensam honoris Patris mei Dei, per abysū humiliationis meæ viam, in memetipsum vindicare: non est meum aliud dare vobis, quā ignominias, vituperia & contemptus, exemplo meo patiendi. Non est meum dare vobis honorem & gloriam victoriæ huius: ego enim illā à Patre meo accepturus sum: & vnà mecum omnes ij, qui per eandem humilitatis viam, verè imitatores mei erunt: seipsos perdere parati, in recuperationem honoris & gloriæ Patris mei, in meipso: me, cum illo, innocentem, immaculatum & æternum confitendo. Poteritne ò Domine! vlla vnquam creatura, humiliationis tuæ gradum ponderare? Adiuua me Domine: Vide, quid dicit scriptura. *Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se, obmutescet: & non aperiet os suum. De angustia & de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit?* Hoc igitur tibi soli Domine, est referuatum: & ita nos docet per hunc tuum prophetam Spiritus sanctus, sicut cōcludendo dicit. Generationem eius quis enarrabit? Et ad exaggeranter significādum ipsius humiliationis fundamentum & causam, quæ fuit (vt dictum est) pœna debitæ confusionis peccati, honorem Paternū zelans: Angustia sua principalis ab vniuersali iudicio nascēs, vniuersaliter (quasi peccator, inter peccatores moriendo) pro peccatore reputatus: mysteriosè dicit: De angustia & de iudicio sublatus est. Et cum verbis ipsius Saluatoris concordat. *Tristis est anima mea vsque ad mortem:* Sola enim mors ipsa, eum (sicut dicit) ab angustia ipsa & iudicio eximere poterat. Significare igitur volēs, quòd ad vltimum fuit vita priuatus, ipsius mortis amaritudinem omittendo, vt longè inferiorem alteri iam dictæ quæ ab angustia ipsa et iudicio oriebatur: rem omnem ad duo ista principalia puncta reducendo: angustiam videlicet pœnalis cōfusionis peccati, et vniuersale iudicium à quo ipsa oriebatur: cum esset pro peccatore reputatus: mysteriosè concludendo dicit: De angustia & de iudicio sublatus est. Quia particularis ista calicis Saluatoris amaritudo, erat illi Deo et homini sine comparatione, ipsa morte plus satis amarior: quam ij; solus ipse Dei filius, in ipsius mor-

Mat. 26.

Isa. 53.

Mat. 26.

tis destructionē bibere poterat. Quod, quoad sensum ipsius mortis & cruciatuū corporalium: sanctus humilisq; Francisc⁹, particulari stigmatū gratia, fauores testatur, quos tu benigne Domine, humilibus tuis & veris amantibus per amabilis transformationis gratiam, benignè concedis. Alij deinceps in martyrio, maiori cum experimento in vniuersali ipsius facilitate etiam in fragili sexu, in virtute tua et merito testificatum. Sed quòd ad sensum pœnæ debitæ, confusionis peccati, quam tu innocens Dei Filius in anima tua passus es, potestatem dguitandi illam inquantum Deus, deponē, do: tu solus eam perpessus es: & tu solus orans in horto, testimonium æterno Patri tuo reddidisti: qui, cum teipso, erat abyssi huius humilitatis capax. Ita, quòd potentissimus amor Spiritus sanctus, à te, & ab æterno tuo Patre procedēs, illi propositio, ni: *Si possibile est trāseat à me calix iste*, repugnāsti voluntaria potestatis diuinæ depositione, in executores mortis tuæ translata, Patri dicendo: *Non mea voluntas sed tua fiat*: per sanguinis sudorem, nouum & mirabilem naturæ effectum, à repugnāti oppositione ipsa & retentione spirituali potentium radiorum diuinitatis suæ causatum, testimonium perhibuit, te Dei filium simul manifestando: sicut in mortis tuæ articulo fecit, (præter nouum cœlorum & terræ sensum, cælesti etiam ordine mutato) per os inimicorum tuorum cū timore magno & admiratione dicendo: *Verè filius Dei erat iste.*

Luc. 22.

Mat. 27.

CAP: XX.

REgius propheta Dauid, altissimè profundissimeq; ijs terminis, quos illi Spiritus sanctus secundum capacitatem humanam dictabat, de Christi passione tractando, & ab horti oratione incipiēdo, abyssum hanc humiltiatis in pœna cōfusionis peccatorum nostrorū (vt dictum est) fundatæ, particulariter depingit: ita dicēdo. *Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. &c.* Quoniam intrauerunt aquæ. Hoc est, aquæ multitudinis peccatorum nostrorum, præteritorum, præsentium et futurorum: et correspondēs confusionis ipsorum pœnæ: quæ in illa feruentissimæ suæ orationis hora, in speculo diuinitatis suæ videndo, cum iam tam præcinctus esset quantum deliberatus (inaffectu ipso & amoris flamma ardendo) fesse in asperum tot miseriarum mare proijcere, mortemq; pati: *Quia, aquæ multæ* (hoc est, ipsa peccata) *non potuerunt extinguere charitatē*: (prout significat, dicendo: *Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me*) intēsissimè sentiebat illa et patiebatur. Et ad explicandum, agoniæ suæ causam et principalem passionis suæ pūctum ab horribilitate peccati causatum, pœnam confusionis ipsius patiendo dicit. Vsque ad animam meam. Hoc est, nō solùm vsq; ad passiones & corporalem mortem: vt aiebat ipse: *Tristis est anima mea vsque ad mortem*: ipsarum passionum finem, & principalis animæ afflictionis: sed, vsque ad animam meam: vt rationalem: debitam ipsam pœnam confusionis peccati: in remissionem ipsum, formaliter patiendo. Vbi, pergit conformiter dicēdo: *Infixus sum in limo profundi: & non est substantia.* In limo profundi: ad denotandum abiecti onem & vilitatem ipsius passionis suæ & mortis; fundatæ in abiectione & vilitate peccati, ipsam tam pœnalem, quàm rationalem ignominiam & confusionem causantis Et nō est substantia. Quia, ab illa hora, vsque ad mortem, nihil substantiale esset, è cunctis præclaris faciniboribus suis, doctrina, & miraculis, quæ illum semper, Dei filium manifestauerant, quod contrà potestatem tenebrarum sufficeret, vt tanquam peccator, & cum peccatoribus reputatus, morti non condemnaretur. Sicut appropinquante hora discipulis suis significauit, dicendo: *Dico enim vobis quoniam adhuc*

Ps 68.

Cant. 8.

Mat. 26.

Ps 68.

Luc 22 Ila 53 Luc. 22. adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est. Ad cuius declarationem, præcedit his verbis, dicendo. *Quando misi vos sine sacculo & pera & calceamentis: numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me, Et cum iniquis deputatus est.* Hoc est: Quia tunc in virtute mea & meæ doctrinæ luce, absque industria vestra, nihil vobis defuit: Nūc autem appropinquat hora peccatorum, & potestas tenebrarum: vbi authoritas mea, & verborum factorumque meorum lux, non proderūt vobis, fiet hūc vsque profuerunt. Et in hisce rebus: in meum vestrumque auxilium, non est substantia, quia infixus sum in limo profundi. In limo profundi. Hoc est, in abysso pœnalis confusionis ipsius. Abyssus rationalis ponderationis animæ suæ, simul cum natura diuina, voluntariè sese, in insanabilis morbi superbiæ peccati medelam, humiliando: quò solus ipse Deus & homo penetrare poterat. Qua ratione discipulis suis dicit: Qui habet sacculum, tollat, similiter & peram. Sacculum: hoc est: secundum quod significabant & miraculorum suorū videbāt: quod respectu eius quod in morte sua fecturum erat de ipsis mysteriosis abyssis: vt paruus sacculus erat. Et ideò tollat similiter & peram. Dicit, tollat: & non dicit, emat: sicut ait de gladio: quia gratis posteà haberent, sicut à superueniente spiritu sancto, ipsam peram habuerunt: hoc est, intellectum nouum, & tanti mysterij magis capacem. Qui non habet, vendat tunicā suam, & emat gladium. Quod illud erat, quod secuturum erat, sicut secutum fuit, à Petro & Paulo incipiendo, cum reliquo candidatorū martyrum exercitu, qui tunicas corporum suorum vendendo gladium tuitionis honoris crucifixi Dei filij in comprobationem Euangelicæ suæ legis emerunt. Quod autem innocentissimus Agnus Christus, non fuerit confusus etiamsi pœnam debitæ cōfusionis peccati integrē pateretur: euidenter ipsemet Dei filius per prophetam declarat, dicendo. *Quæ non rapui, tunc exoluebam*: Et quia tanti mysterij capax erat solus Pater, ait: Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita. Et pro discipulis suis orando, simul cum cunctis alijs fidelibus afflictis, qui diligebant eum, tunc que de tam admirando facinore, dubij quasi omnes erant & suspensi: dicit, *Non erubescant in me qui expectāte Domine, Domine virtutum. Non confundantur super me, qui quærunt te Deus Israel.* Et ad explicādū passionis suæ causā, quæ principaliter, zelus æternus honoris Paterni fuit, (& hæc prima est, licet ex hac secunda oriatur, illi inferioris: hoc est, ipsius templi Dei & domus ædificatio, iniuriosè in Adamo per inuidum dæmoniū dirutæ: diuinæ suę laudis altare (factus homo mortalis propter peccatum) ab æterna ipsa sapiētia ædificatum, in terram deijciendo, ipsius Dei quassando imaginem, & in horrēdam suam transformando) dicit. *Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meā.* Propter te: hoc est, propter honorem tuum. Operuit confusio faciem meam. Hoc est, faciem innocentiæ suæ à confusione peccati velatam: quia, hoc erat redemptionis ipsius medium, simulque reædificationis ipsius templi Dei, humanæ naturæ, in Adamo, superbè peccando, destructi. *extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ.* Mysteriosè hic historiam Ioseph, Christi figuræ, inferit: qui honorem domus patris sui zelans, pessimi eiusminis fratres suos accusauit: & ob hāc sancti zeli causam, exilium & captiuitatem passus est, ab ipsis venditus, eis que extraneus factus: sicut & Christus figuratus ab ingrato ipso populo fratre suo similiter secūdā carnem vēditus fuit: figuratiuè etiam ipse Ioseph, confusionis peccati pœnam passus

Psa 68.

passus est: pro adulterio & hero suo, in fide li magno suo cum dedecore accusatus & captus, cùm innocens, imò castitatis esset & fidelitatis exemplar: posteà cum gloria & honore (sicut Christus, gloriosè resuscitando) liberatus. Et sic in sequenti versiculo declarat, correspondenter dicendo. *Quoniam zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.* sicut per Isaiam, in particulari de ipsa Domini morte, & causa quæ principaliter illum ad patiendum impulit, tractando: ait. *Dominus sicut fortis aggredietur, sicut vir prælia tor suscitabit zelum.* Et ad particularem ipsius mortis finem veniendo, secundum quod in sancto Euangelio legitur, quod Dominus exclamando voce magna expirauerit, dicit: *Vociferabitur et clamabit. super inimicos suos confortabitur*, vociferabitur, & clamabit: Hoc est, conformiter: *Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritū.* Et ad ostendū quòd hoc, cum mysterio factum fuit, perque propriam potentiam diuinam, Deum esse manifestando, vt per tale signum à Centurione creditum fuit, dicendo: *Verè Filius Dei erat iste* in propria Christi persona, dicit. *Tacui semper, silui patiens sui, sicut parturiens loquar: dissipabo et absorbebo simul.* Hoc est: (sicut alibi) *Absorpta est mors in victoria.*

Isa. 42.

Mat. 27.

Isa 42. 1. Cor. 15. Ose. 13.

CAP. XXI.

Ps. 68.

Quoniam zelus domus tuæ comedit me: &c. Non zelus domus & templi Dei, humanæ naturæ, inquantum homo: sed quòd ad ipsum Creatorem, hoc est, propter gloriam & honorem suum: æternum filium suum, ad recuperationem & reædificationem ipsius impulit, prout erat determinatum. Sumusne igitur ob id obligati minus, infinito? Imò magis: hac enim ratione, & per hanc æterni & et infinitū zeli tui viam, finito impassibilitatis nostræ supplendo, pro nobis soluit: in infinito suo merito, infinitæ offensæ gloriæ & honoris infiniti, æterni Patris sui, satisfaciendo: et qua infinita prima causa, secunda reædificationis nostræ in infinito gratiæ & gloriæ suæ, orta est. Illa, zelo: hæc quæ ab illa dependet, bonitati et misericordiæ suæ infinitæ attribuitur. (sicut alibi: Qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem &c.) Et tractare veniendo, de æterno ipso merito et occulta qualitate hostiæ humanitatis suæ sanctissimæ in cruce pendentis: in qua semper vnio indissolubilis Dei et hominis simul, fuit conseruata: vt talis, prosequendo dicit: *Et operui in ieiunio animam meam: & factus est in opprobrium mihi.* Duo hic mysteria continentur. Vnum est, animæ opperimentum, vno eodemque tempore ab omnipotentia sua, simul cum illo corporis de Spiritu sancto concepti, in instanti suæ incarnationis assumptum: humana ipsa, vestis naturæ diuinæ, & operimentum ieiunij ab omni peccato. In anima consistebat: quatenus illa, secundum rationem & liberum arbitrium, consensum & consummationem peccati sibi arrogat. Aliud mysterium est: esse, inquantum homo, humanis subditum miserijs: prout ostendere voluit, esse Deum simul operiendo ieiunio, quod in deserto fecit, samem inquantum homo patiendo, & volendo tentari. Quod voluntarium quadraginta dierum ieiunium, cius que consequens fames, vnà cum reliquarum tentationum victoria, cum patientia et humilitate toleratarum: operimentum tentatori fuit, vt pro Deo illum, sicut erat, non cognosceret. Ita quòd factum istud non manifestandi sese, cùm vt homo mortalis solùm teneretur & tractaretur: in opprobrium illi et contemptum versum est. Et quò ad voluntarium pati suum, in exemplum pœnitentiæ, Nobis peccatoribus. *Et posui (vt dicit) vestimentum meū cilicium.* Hoc, in facie sua sanctissima, in ætate circiter annorum triginta; ab inimicis

1. Pet. 1.

Ps. 68.

micis suis confessum, dicendo: *Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?* Et verè cilicium etiam & operimẽtum, in acerbissima palsione sua: & talem in modũ, quòd in notorio illo pati suo, à cœca illa synagoga, & ipse & notoria miracula eius, pro fabula tenebantur. sicut concludit dicendo. *Et factus sum illis in parabolam. Aduersum me loquebantur* (pergit, dicendo) *qui sedebant in porta.* Qui sedebant in porta. Litteralis sensus scripturæ sacræ, porta est, per quam intratur, si quis penetrare interiùs, & ad secundam principalẽ & spiritualis sensus peruenire vult, ad inueniendum thesaurum intelligentiæ totius facti humanæ redemptionis, per Messiam Christũ Dominũ nostrũ Dei Filium, operatæ: in profectione manifestationis ipsius Dei Creatoris, finis principalis rerum omnium, per peccatum impeditæ. Sedere: est, sese aliqua in opinione fundare: sicut in Zachariæ cautico legitur, de Euangelica veri Dei luce, quam acceperus erat populus gentilium qui sese in falsorum Deorum fide fundabant, tractãdo. *Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent, &c.* Et quia, interpretes illi & Rabini, (sicut & hodierni) sese omnes cæciter fundabant (hoc enim significat, sedere) in porta litteralis sensus, qui (vt inquit A postolus) occidit: non obstante quod, omnia in Christo, euidenter videbantur, fingillatim adimpleri, prout de illo prophetata erant: aduersabantur ei semper obstinatè, & contra illum loquebantur. *Et in me psallebant qui bibebant vinum.* Sitire, in scriptura sacra, pro Desiderare, accipitur. Quemadmodum desiderat Ceruus ad fontes aquarum, &c. velut etiam interpretatum est verbum illud, sitio, à Christo in cruce prolatum. Et sic, datum fuit illi acetum: in contrarium eius quod ipse de illorum salutatione desiderabat. Acetum: hoc est, vitiatus illius populi animus, Saluatorem ipsũ quem prius sequebatur, in gratè deridens: sicut dicit. *Et sitabat populus expectans, & deridebant eum principes cum eis, dicentes. Alios saluos fecit, se salvum faciat si hic est Christus, Dei electus.* Vnde conformiter per prophetam. *Et in me psallebant, qui bibebant vinum.* Acetum enim illud vitiati & praui eorum animi · quo Saluatorem, salutem eorum fitientem potabant: erat ò contra cæcæ illi Synagogæ, lætitiæ vinum, tam desideratum ab eis suæ mortis effectum videndo: & quod populus quem timebant, qui sequebatur illum & honorificabat, abnegauerat eum, seque contrà rebellauerat, illius mortem instanter petendo, & liberationem simul latronis vnius & homicidæ, in ipsius innocentis Christi vicem: & ex suismet etiam discipulis qui vendidisset illum & tradidisset. Intimam deinde & indeficientem orationem suam ad Patrem, in alijs versiculis exequitur. (de quo, alijsque omnibus mysterijs quæ in hoc psalmo duntaxat cõtinentur, librũ seorsim facere oporteret, si solũ, quis illa esset explicatur*. Sumitur hic (Dei gratia) quod ad rẽ, in isto psalmo Spiritus sanctus benignè dictat & elargitur, & ad particulare ipsum fundamẽtũ veniens, & principalem (vt dictum est) pati sui causam: cuius capax erat solus ipse Deus: cum Patre loquendo, pergit his verbis. *Tu scis improperium meum, & confusionem meam: & reuerentiam meam. In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, &c. Improperium meum, & confusionem meam: & reuerentiam meam tu scis.* Confusio enim Christi Dei & hominis, erat ad improperij mensuram, respectu ipsius reuerentiæ, quæ correspondenter ei, per contrarium debebatur: cuius, (cum æqualis Patri esset) ipsiusq; improperij, & consequenter ipsius cõfusionis, ab ipso improperio (secundum ipsum honoris zelum) in filij Dei persona, resultantis: solus capax erat Pater suus æternus. Et idcò: Tu scis (sicut dicit) improperium meum, & confusionẽ meam, & reuerentiam meam. In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me. Hoc in primo sacrificiorum, panis erat qui man-

Ioan. 8.

Ps. 68.

Ps. 41.

Luc. 1.

Ps. 68.

Luc. 23.

Ps. 68.

ducabatur: vinumque erat, quod bibebatur. Panis, erat fel & amaritudo peccati: sicut antè eodem in psalmo declarat, dicendo. Et dederunt in escam meam fel. Vinum autem, erat voluntas secundum liberum arbitrium vitiata per peccatum in homine & deprauata: vinum, acetum factum, vt supe-
Luc. 23. rius dictum est: prout concludit dicendo. *Et in siti mea potauerunt me aceto.* Milites erant, qui ministrabant acetum. Ità etiam, non solùm peccatum in particulari: sed generaliter peccata omnia, secundum abominabiles peccatorum inuentiones, ipsum Christum crucifigentium, variè illi & ipsum acidum vinum voluntariæ peccatorum offensionis: & ipsum panem fellis amarissimi horribilitatis eorum in ipsorũ consummatione, ministrabant: quæ omnia, in diuinitatis suæ speculo videndo, Patri dicit: In cõspectu tuo sunt omnes qui tribulãt me. Et sicut cælestis panis manna, varium cibi cuiuslibet habebat saporem, iuxta varium ipsius Hebrei populi desiderium & gustũ: ità etiam, panis iste felleus amaritudinis peccati, variè Christum, pluribus fellibus & amaritudinibus, secundùm varietatem multitudinis peccatorum humanorum, cibabat. Et sicti desiderij medelæ ipsorum, in peccatorum cõuersione: ministrabatur ei, simulq; ipse gustabat, vinum acidum factum vitiatæ illorum & obstinatæ voluntatis. Sacerdos æternus Christus Dei Filius, solus hunc fellis peccati panem manducare poterat, illumque in æterni sui amoris igne exaggeranter concoquendo, pœnã patiendo debitæ confusionis ipsius, in sua cognitione, secundum offensam in Patrẽ suum Deum, quem solus ipse cognoscebat ei, in ipsius peccati satisfactionem offerre. Et sic ipse significat, dicendo. (vt suprà dixit) *Et sustinui qui simul contristaretur* (ad differentiam, vtrinque à latere crucifixorum) *& non fuit, & qui consolaretur, & non inueni.*
Isa 63. Huicque conformiter alibi. *Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum.* Et in eo-

dem ad particulare ipsius pœnæ confusionis peccati omniumque peccatorum, qui ipse passus est, in semetipsum inquantum homo, secundum instam iram suam inquantum Deus, offensam æterno Patri suo factam vindicando, dicit: *Calcaui eos* (hoc est, in semetipso) *in furore meo, & conculcaui eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea,* (hoc est, super sanctissimam humanitatem suam) *Et omnia indumenta mea inquinaui.* Omnia indumenta. Duo sunt in Christo vestimenta, inquantum Deus: anima scilicet, & corpus suum sanctissimum: et ambo fuerunt in ipso iusto, patiendo, ab iniusto mundi iudicio, inquinata. Corporis vestimentum: hominem illum solummodo iudicando, & hominem morte dignum, cùm se filium Dei prædicasset: propter quod, erat etiam cum sceleratis deputatus. Et in hoc, animæ vestimentum etiam, simul erat inquinatum. Quia, sicut de homine bono, bonitas omnis præsumitur, sic de malo, malitia omnis. Et huc in erat amarissimus calix, quem petebat à Patre, Transeat à me: cui possibilis erat, solum patiendo, calix cruciatuum corporalium: prout ipse dicebat. *Abba pater, omnia*
Mar. 14. *tibi possibilia sunt: transfer calicem hunc à me.* Calicem hunc. Hoc est, quòd ego filius tuus, factus homo, zelo domus tuæ, in homine, per peccatum destructæ: in ea impossibilitate, quòd ego met simul Deus non sim, pœnam debitæ confusionis ipsius peccatoris, in rædificatione sua, vt homo solùm, in cruce patiar: inuisibilem tuam imaginem in quantum Deus, cum pro peccatore reputatus sim, in visibilem & horrendam peccati imaginem, in ipsius peccati destructionem, transformando: & per nouam istam viam, offensæ honoris tui, totaliter simul, vt Deus, satisfaciendo.

Hic absolus abysso-
rum est.

CAP.

CAP. XXII.

ECce terrificum & horrendum serpentem æneum, Dei iussu, à Moyse positum in ligno. Ecce arietem, ab Abrahamo inuentum inter vepres hærentem cornibus, eumque in vicem Isaac, sacrificatum. Et quis figet eum, inter gentem cæcam? ad offerendum illum, non serpentem, sed fine felle columbam? Non terrenum arietem, inter peccatorum vepres hærentem: sed Agnum Dei cælestis, immaculatum, qui tolit peccata mundi? Ecce dolorosam Virginem matrem suam, iuxtà asperam crucem lachrymosam, vbi dilectus suus filius pendet: quæ supplet pro nobis. Et sicut in ipsa, non defuit fides, cum omni affectione, in mente sua, tacendo, correspondenter, cor & animam suam gladio materni doloris transfixa, rectè illum, in Ecclesiæ fidelium vicem, offert. Quidnam in suo conceptu est? Cum filio suo concordat, & dicit: *Hoc est enim corpus meum*: hoc est, non peccatoris hominis, & in peccato concepti, sicut cæcus iste populus offert illud, in quo ego non consentio, imò me appello: (hoc est enim corpus meum) sed filij Dei, (ô Deus) de Spiritu sancto, in virginali vtero meo concepti. Se appellat? Ecquis iusreddet. Iudex ipse viuorum & mortuorum licet in cruce pendens. Et quidnam prouidet? prouidet honori eius, integræ matris et Virginis. Et ecce notarium euangelicũ Ioannẽ, diuinum decretũ scribit. Et secundum diuinam prouidentiam, perpetuum in seipso testimonium facit. sic ait. *Cum vidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem quem diligebat: dicit matri suæ. Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. & ex illa hora accepit eam discipulus in suam.* Honorieius prouidit, mulierem illam, & non matrem vocando, modo quem semper (secundum quod in Euangelio reperitur) à natiuitate sua vsque ad mortem obseruauerat. Quia, sic expectabatur ab illo, qui vt filius hominis (videlicet, Adami) pro peccato passurus erat, in impeccabilis Virginis, matris Dei filij, & sine peccato conceptæ, testimonium. Et de eo qui tantum eam diligebat credi debetur, quod quotiescunque occurreret abstinere sese, & matrem non vocare, mulierem illam sicciter vocando: filiali commotione multum affligeretur: præsentem eum, in publico illo & horribili loco, tenendo, inter milites, latrones, & crucifixos: & ipsum penetrantem gladium materni doloris, adiunctum. Quia, filio hominis pro peccato passuro, quam culpam filij Dei mater habebat? Neque de hoc Gabriel tractauerat. Vnde, in rationem hanc & testimonium: nec antè, nec tunc, matrem vocat: crucifixi, & inter sceleratos deputati. Sed benè illo in puncto, matrem Ioannis: in quo, prout iam determinatum erat in suam vicem honorificaretur & consolaretur, adoptiuum videndo filium, purum hominem, quodin proprio, Deo & homine non vidit, & videre debebat. Et ideò tunc, cum expirandi punctus appropinquaret: honori eius prouidere voluit: vtpotè quòd, ad eum inquantum homo, spectaret. Sicut & honori suo prouidere, ad æternum suum Patrem, expirato eo & mortuo, per notabilia signa, spectabat. Et per quantum conueniebat, quòd ipse Filius hominis, tam opprobriosè moriendo, esset in medicinam insanabilis morbi superbiæ peccatoris hominis, humiliatus: conueniebat etiam, quòd ipsa filij Dei mater, honorificaretur ab eo & exaltaretur, antè prouidendo, ve fecit: & in modum, quòd amborum honor, saluus semper remaneret. Ex quo nascitura erat superbi Luciferi cõfusio. Et ideò, mysteriosè subiũgit: Et ex illa hora accepit eã discipul⁹ in suã. Hoc est:

Ioan. 19.

antequàm immortalis moreretur: Ioanne ex illa hora, in locum eius subintrante. Qui, & pro matre sua & in suam defensionem accepit eam, viuus restando, in filij crucifixi locum, mortui & sepulti, donec resuscitatus esset. Eoque resuscitato: in matris locum, Virginis integræ: ipsa integritas, in probatione illesi Ioannis in martyrio, testificata. Sicut sancta Romani Catholica & Apostolica Ecclesia, ex sancto Hieronymo, in festiuitate martyrij ipsius sancti Ioannis Euangelistæ, recitat his verbis. *Refert autem Tertullianus, quòd Roma, missus in feruentis olei dolium, purior, & vegetior exiuerit, quàm intrauit.* Et vsque in hodiernum diem in alma vrbe Roma, locus martyrij, à fidelibus veneratur: vbi sacellum et altare in honorem eius & memoriam, est ædificatum.

CAP. XXIII.

De transubstantiatione in sanctissimo Eucharistiæ sacramento, & septem omnium sacramentorum vnione, in hoc corporis Domini, consistentium.

SPiritus sanctus in sacrosancto Euangelio, de sacramenti Eucharistiæ institutione tractare veniendo, in quo indiuisibili Domini corpore, sacramenta omnia indiuisibiliter consistunt, & in eorum vnoquoque, dignè recepto, concurrunt, hæc verba dicit. *Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit: deditque discipulis suis, & ait. Accipite & comedite. Hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit: & dedit illis, dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Non est homini possibile (charissimi in Christo fratres (& si primus sit Adam, suprà cæteros omnes homines sapientissimus, antè quam in ignorantiam peccati caderet, etiamsi haberet (sicut ad conseruationem suam habuit) exempla rem rerum omnium intelligentiam, quæ in hoc cœlorum & terræ globo continentur, (sicut dicit: Et dedit illi virtutem continendi omnia) neque tam iustum & proprium reperire exemplum, nec tam accommodatum terminum & loquendi modum, in cunctis mortalium linguis, ab humana superbia, iusto Dei iudicio, confusè variatis, quòd profunda redemptionis humanæ mysteria, & ipsius fructum, per medium sacramentorum mysteriosorum applicatum, explicare posset: sicut est hoc (mysteriorum omnium mysterium) sanctissimi Eucharistiæ sacramenti, & miraculosæ transubstantiationis panis, & vini, (secundum ordinem Melchisedech) in corpus & sanguinem redemptoris ipsius Iesu Christi Dei filij. In quo venerabilissimo sacramento, (vt dictum est) sacramenta omnia consistunt: & in vnoquoque ipsorum (sicut Dei gratia declarabitur) omnia indiuisibiliter concurrunt. Vnde, cum angelicum sit idioma, diuinum plus quàm humanum, sublimiorumque Seraphinorum, propinquiorum luci ipsius sancti & diuini Spiritus, per effectum diuini amoris ardentis: & principaliter, ipsius æterni amoris, à Patre, & à Filio procedentis: in tantis tamque gloriosis humanæ redemptionis effectibus, Esse ipsius Dei, potentiæ, sapientiæ, iustitiæ & bonitatis infinitæ, testificanter manifestantis: semper, in incomprehensibilitate ipsius Dei, permanentis: solus ipse Creator Spiritus, modum illa explicandi dare potest. Quem oro humiliter: vt ad tanti Dei honorem & gloriam, & vniuersalem humanæ huius generationis salutem, cum tanto amoris æterni pretio, moriendo, & resuscitando, vniuersaliter redemptæ: luce sua, vniuersaliter etiam, mentes nostras visitet: nostraque pectora, diuino amore suo & superna gratia, impleat, in modum, quòd tenebras omnes ignorantiæ, & infidelem dubitationē euacuan-

Mat. 26.

Luc. 1.

Sap. 10.

Ps. 109.

quando, taliter explicentur, & secundū capacitatem humanam penetrentur, quòd ab omnibus indubitabiliter credātur: omnisque simul error & hæretica contradictio, destruatur.

In primis considerare oportet, quòd effectuans forma consecrationis panis ipsius & vini, in corpus & sanguiné Domini, transubstantiantis, verbis quatuor mysteriosè consistit. videlicet: Hoc est corpus meum: quatuor elementis, de quibus corpus ipsum & sanguis Domini cōsistit, correspondendo: quæ sunt quatuor litteræ, ex quibus, Creator Deus in mirabili concordantia sua & vnione, hominem creando, cœlumque & terram, & quicquid in hac circulari forma Creatoris æternitatē significante inclusum est, verbum ipsum & ineffabile ipsius Dei nomen, *Tetragrammaton*, formatur: (hoc est, nomen quatuor literarum, quæ sunt ipsa quatuor elementa) illum, vnum solum Deum manifestando: vna potentia, sapientia, iustitia, & bonitas infinita. Quatuor eius attributa, in ipsis quatuor elementis significata. Verbum, ex quatuor ipsis elementalibus litteris cōsistens, in virginali Mariæ virginis sanctissimæ vtero, Caro factum, sicut dicit: *Et verbū caro factum est.* Et verbum etiam realiter in consecrata hostia, caro factū. & eodemmet modo, punctualiter: ipsam quatuor elemētorum materiam (quæ, in ipso pane (sicut in virginali ventre, sese incarnando) virtualiter consistunt) in corpus & carnem suam propriam transubstantiando & formādo. Hæc solùm ineſt differentia: quòd in virginali ventre, fuit in carne passibili incarnatum: factus homo visibilis, palpabilis & passibilis: sicut dicit: *Quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de Verbo vitæ.* Sed in hostia consecrata, est in carne & corpore inuisibili & vniuersali, sicut post resurrectionem suam fuit, & est ad dexteram Patris: imò is ipse est. Vnde, ratione ipsius Verbi elemētalis, caro

Ioan. 1.

1. Ioan. 1.

facti sese in carne & corpore passibili incarnando, in hac epistola sua incipit gloriosus Apostolus & Euangelista, dicendo. *Quod fuit ab initio*: cū illo concordando quòd initio Euangelij sui scribit, dicendo, *In principio erat verbum.* Et similiter, cum sacris Bibliis, quæ eodemmet modo incipiūt, dicendo. *In principio creauit Deus cælum & terram.* Quòd Verbum, litterarum quatuor & elementorum (in quibus, attributa Dei quatuor sunt significata) vt materiale medium in creatione vniuersali & redemptione hominis, se Verbum incarnando, ineffabile Creatoris ipsius Dei nomen proferens & pronuntians: ipsum est, quod erat & fuit primùm, in ipsa manifestatione extrà ipsius Dei inuisibilis: (sicut dicit: Quod fuit ab initio: &, In principio erat verbum. & per Moysen conformiter: In principio creauit Deus cœlum & terram) quando se Deus, primùm & extrà manifestare cœpit in principio. sicut dicit: In principio erat Verbum: hoc est, erat in effectu manifestationis suæ extrà: in principio & fine suipsius hominem creando, omnia visibilia & palpabilia in ipso homine inclusa, de quaterna ipsa materia elementali: Verbū quatuor literarum, quod erat apud Deū, quoad propriam suam & naturalem significationem diuinorum quatuor attributorum, potentiæ, sapientiæ, iustitiæ & misericordiæ, in ipsis, terra, aqua, aere & igne significatorum. Dominicale simul & hebdomadale principium, quò ad quatuor attributa & tres personas diuinas, (vt dictum est) in hebdomadalibus diebus creationis corporis & animæ hominis, significatum. Et pergit, dicēdo. Quod audiuimus: pro eo quod sint res à Spiritu sancto reuelatæ, per os sancti Moysis scriptæ & narratæ. Sicut quò ad effectum incarnationis ipsius Verbi facti visibilis, palpabilis & mortalis, sequitur dicendo. (non, Quod audiuimus) Quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de Verbo

1. Ioan. 1.

Gen. 1.

vitæ &c. De verbo vitæ: hoc est, inquantum Deus & homo simul: vtrumque Verbum, attributale & elementale comprehendendo. Sicut vtrumque in effectu indissolubilis ipsius vnionis duarum naturarũ, diuinæ & humanæ in Christo, ad vnum solum verbum reducendo: Spiritus sancti opera, in Virginali ventre, caro factũ: sicut scriptum est: Et cõceptus est de Spiritu sancto. quò ad attributale Verbũ naturæ diuinæ: ipsum ęternæ charitatis effectũ, potentiæ, sapiẽtiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, ipsi effectiuo & reciproco amori, à Patre, & à Filio procedenti, attribuẽdo. Et verbũ caro factũ est: distinctè, quo ad elemẽtale Verbũ humanę naturæ: de quibus quatuor elemẽtis & purissima materia, è virginali Mariæ ventre, (vbi cõceptum fuit) particulariter assumpta, sacratissimum ipsius secundi Adami corpus fuit formatum. prout conueniẽbat, quod in hoc, primo non esset inferior: qui primus Adam, in figuram & testimonium secundi, sine semine humano etiam, & de purissima ipsa & incorruptibili elemẽtali materia, fuit formatus. concurrente similiter, in animæ infusione, diuino & attributali verbo: & communicato Esse potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ: nõ naturaliter illi, prout figurato Verbo in æterna generatione sua: sed accidentaliter communicato: in ipso innocentiæ statu, secundum capacitatem humanam, demonstratum. factum similiter verbum vnum: in diuinæ legis obseruatione, & obedientiæ voluntariæ sacrificio, de prohibito fructu non comedẽdo, corporali parte, simul cum spirituali, ipsoque homine & elementali verbo, simul cũ attributali in rationali parte consistenti, in vnius verbi solius vnionem concurrente: ipsum ineffabile nomen potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, proferens: & diuinæ naturæ vnionem cum humana in Christo, testificans. *Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo*: (ait Spiritus sanctus, per Athanasium) *ita Deus, & homo, vnus est Christus. &c.* in principio particulariter in primo homine Adamo & singulariter testificatur. Vnde: *In principio erat Verbum*: hoc est, de incarnatio- *Ioan. 1.*
nis Verbi mysterio tractaturus, ab ipsa prima figura incipit & testimonio in Adamo, donec in illo innocentię statu duraụit, esse verbum ipsum attributale, in elementali ipsius naturæ humanæ, ab instanti vnionis animæ rationalis, cum ipsa carne & elementali corpore humano, diuinæ naturæ vnionem cum humana, testificãtis factum verbum vnum, cum virtute & potestate diuina (vt dictum est) liberè obediendo: seipsum reſque omnes, in obedientiali vnione ipsius Verbi & sacerdotis æterni, dignè in conseruationem suam offerendo. & simul Esse ipsum potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, quasi pronuntiationem vnam & verbum, in Christo attributali & elementali, Deo simul & homine manifestans, qua in ratione singularis verbi in Adamo, pronuntiationis & testimonij per innocentiam, breuiſq; deficientiæ suæ propter peccatum, dicit: In principio erat Verbum: quia, extrà primum illud principium manifestationis extrà ipsius Dei, per innocentiam, vsque ad secundum per gratiam, in ipsius figuræ & testimonij implemento, se Verbum incarnando (*Principium qui & loquor vobis*: vt *Ioan. 8.*
ipse ait, in manifestatione extrà) non fuit in terra verbum, pronuntiatio, & diguum sacrificium, in ipsius culpæ remissionem, dignè Creatoris Esse manifestans. Et licet Verbum hoc attributale, commune cunctis tribus personis diuinis est, æqualibus in potentia, sapientia, iustitia, bonitate infinita: sicut elementale in Christo, & omnia quatuor elementa, ratione suæ æqualitatis, in vnoquoque ipsorum æqualiter & virtualiter concurrunt: & similiter attributale verbum, secundum ipsorum attributorum

rum æqualitatem, in ipsis elementis significatorum, in vnaquaque diuinarum trium personarum, æqualiter & indifferenter concurrit: qua in ratione æqualitatis potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ: vnaquæque persona verbum est, in manifestatione intrà & testimonio, ipsum Esse potentiæ, sapientiæ, &c. cum æquali Esse comprehensibilitatis æternæ, testificanter pronuntians: veruntamen secunda persona, Verbum particulariter vocatur, (sicut, Filius) vt principium manifestationis intrà & extrà: (prout ipsemet de
Ioan. 8. se dicit: Principium qui & loquor vobis) inquantum quòd, à Patre particulariter est generata: & ipsa manifestatio extrà, ab ipso Filio, sese particulariter incarnan-
1. Ioan. 5. do, continuata. Vnde: *Tres sunt, qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt, &c.* Filium solum, Verbum vocando. *Et tres sunt, qui testimonium dant in terra: Spiritus, & aqua, & sanguis: & hi tres vnum sunt &c.* Spiritus: Filius. non vocatur Verbum nunc. eò quod testimonium sit vocatus. quandoquidem ipsum quaterni attributalis verbi testimonium (vt dictum est) cunctis tribus personis diuinis, est commune. Aqua & sanguis: quò ad humanam naturam, cum diuina ipsa simul vnitam. Aqua, quò ad spiritualem partem: Et sanguis, quò ad elementalem partem corporalem. Et hi tres, vnum sunt: hoc est, vnicum testimonium in Christo, attributuale verbum & elementale, Deus & homo simul. elementale, (vbi attributuale significatum est) & purissima concordantium quatuor elementorum materia, in concipientis Virginis vtero, virtualiter consistens, per operationem Spiritus sancti & vnitiuæ charitatis æternæ factum caro, in vnius Verbi solius vnionem: vt attributalis diuinæ instrumentum, in opere vniuersalis creationis (siquidem ex ipsis quatuor elementis (vt dictum est) visibile omne & palpabile fuit formatum) redemptionis & iustificationis hominis: ipsum Esse potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, testificanter pronuntians.

Ad propositum sacrosancti Eucharistiæ sacramenti redeundo, sciendum est & credendum: quod Verbum ipsum, in Virginali ventre sese incarnando (vt dictum est) in carne & corpore visibili, palpabili & mortali, caro factum est: & in hostia consecrata, factum est caro similiter: Sed in carne & corpore glorificato, inuisibili & immortali, sicut cum refusciratus fuit & est in maiestate, sedens ad dexteram Patris. Imò is ipse est. Et non pro panis ipsius quantitate, licet quantum panis in terra inueniri posset consecraretur & offerretur: neque, quia totum dispensetur vel in parte, plus aliquid aut minus est, quàm prout est in cœlo. Neque per hanc transubstantiationis panis viam, in carnem & corpus inuisibile filij Dei, & immortale, noua fit vnio, præter illam corporis & animæ, diuinæ naturæ cum humana, quæ primum, sese incarnando, in Virginali ventre facta fuit. quod in instanti, & in æternam vnionem fuit effectuatum Quia, Creator ille Deus, qui de nihilo, & non de aliqua re quæ esset, in se quantitatis vllius Esse contineret, omnia fecit: in Esse & dispositionem mensuræ, (ab ipsis quatuor elementis incipiendo) numeri & ponderis conuenientis quod continent, illa distendendo: potest etiam (quod minus est) reducere, sicut reducit ipsam elementorum quatuor quantitatem, virtualiter in ipso pane terreno consistentium, in quantitatem (vnitè & non separatè) corporis sui sanctissimi, gloriosè sedentis & æternè, ad dexteram Patris: quod similiter, ex

ipsamet

ipſamet elemẽtali materia, fuit (vt dictũ eſt in Virginali ventre formatum. Et ſicut ille, quem cœli capere non poterant, ſine immenſitatis ſuæ iniuria, in exiguo ipſo Virginali ventre potuit contineri: poteſt etiam in ſe, Deus & homo, continere (quod minus eſt) terminaram iſtam elementalem quantitatem, parua ſeu magna ſit, hoſtiæ omnis panis & vini, quæ in omni vniuerſi terrarum orbis loco, generaliter ei & particulariter quotidie conſecratur, & ipſi trino & vni Deo offertur, tranſubſtantiando ſimul & reducendo quantitatem ipſam, paruam ſiue magnam, in ipſammet ſubſtantiam, Eſſe, & quantitatem corporis ſui ſanctiſſimi, de ipſis quatuor elementis, in eo virtualiter & glorioſè conſiſtentibus, compoſitis: non in aliud corpus, ſeparatè: ſed in ipſummet proprium ſuum: & in ipſamet vnione indiuiſibili, naturæ ipſius humanæ, cum diuina: & talem in modũ, (in virtute ſacrorum ipſorum conſecrationis verborum, quæ Dei filius ore proprio dixit, videlicet: *Hoc eſt corpus meum*: &, *Hic eſt enim ſanguis meus, etc.* Cum authoritate ſimul, quam apoſtolicis ſacerdotibus dedit, donec ſtabit mundus, dicendo: *Hoc facite in meã commemorationem*) quòd tranſubſtantiando ſimul & reducendo virtualem ipſam elementalem materiam ipſius hoſtiæ panis & vini, in ſubſtantiam, menſuram, & Eſſe (nõ ſeparatè) corporis & ſanguinis ſui ſanctiſſimi, (abſq; vllo augmento, vt dictum eſt) præſentialiter, & inquantum Deus, & inquantum homo, in ipſamet conſecrata hoſtia, & in qualibet ipſius parte, totaliter & integrè, glorioſus, inuiſibilis & immortalis reſidet: qui nihilominus, in cœlo ſemper eſt ad dexteram Patris.

Luc. 22.

CAP. XXIV.

SI filij Dei corpus & ſanguis, in conſecrata panis & vini hoſtia, inuiſibile, glorioſum, & impalpabile eſt: ipſa verò conſecrata hoſtia, viſibilis eſt & palpabilis, & per conſequens corruptibilis: quomodo eſſe poteſt, quòd ipſa hoſtia, integrè corpus et ſanguis filij Dei ſit? (ſicut dicit: Hoc eſt corpus meum: &, Hic eſt ſanguis meus, &c.) & quod nulla ſit ipſius pars, quæ corpus & ſanguis Domini non ſit? Sicut in ipſa panis & vini hoſtia antè conſecrationem, & in eius qualibet parte quantumuis minima, integrè elemẽtalis ipſa quatuor elementorum, terræ, aquæ, aeris, & ignis, materia virtualiter eſt, & in forma inuiſibili, impalpabili, & conſequenter incorruptibili: ità conſequenter etiam conſecratione facta & tranſubſtãtione ipſius virtutis & materiæ elementalis, (quod eſſentiale et ſubſtantiale eſt ipſius hoſtiæ panis et vini, ſecundum intentionem et finem electionis ipſius materiæ) in Filij Dei corpus et ſanguinem: nulla eſt ipſius panis et vini pars, quãtumuis minima, quæ integrè non ſit corpus et ſanguis Domini, ſicut in cœlo eſt ad dexteram Patris, glorioſus, inuiſibilis, et immortalis: ſub illo velatus, quod in ipſa panis et vini hoſtia, viſibile, palpabile et corruptibile eſt, vbi color, odor, et ſapor conſiſtit ipſius panis et vini, ſimiliterque nutrimentum, carnem correſpondenter et viſibilia corpora palpabilia et corruptibilia, nutriẽs. Quod nutrimentum ipſius materiæ panis et vini, ab ipſa elementali virtute procedens, facta ipſa conſecratione et forma, dicendo: Hoc eſt corpus meum: &, Hic eſt ſanguis meus, etc in integra virtute ſua nutriendi, ſatiandi, et inebriandi reſtat. Innixa re omni (videlicet, nutrimento ipſo, palpabili et corruptibili hoſtiæ ipſius parte, colore, odore et ſapore) in ipſiſmet quatuor elementis, in ipſa panis et vini hoſtia antè conſecrationem, et pòſt, in tranſubſtantiato Domini corpore, virtualiter conſiſtentibus: et pro illomet ipſo tempore, quo ipſa quatuor elementa, in ipſo pane et vino permanſura erant (antè conſecrationem) corrumpere ſe effectualiter non veniendo: quod idem tempus eſt, quo per eandemmet cauſam cũ conſe-

consecrata est hostia, corpus & sanguis Domini in ipsa durat: & esse desinit, quotiescunq; palpabilis ipsa & corruptibilis pars, se effectualiter venit corrúpere. Res omnis, sicut dictum est, ipsis quatuor elemẽtis est innixa: tali enim modo, ipsa fit transubstantiatio ipsorum quatuor elementorum, in ipsa panis & vini hostia consistentium, (sicut quãdo Deus de ipsis hominẽ creauit & omnia in ipso homine inclusa) quòd cũ sint in Domini corpus & sanguinem transubstantiata, restant semper nihilominus in suo transubstantiato, inclusa virtualiter & cõsistẽtia: quibus, ipsa nutritiua pars, visibilis & palpabilis, & cõsequenter corruptibilis ipsius hostiæ, color, odor, & sapor, est innixa: & hoc, facilè: quia, ipsum Domini corpus, ab ipsis quatuor elemẽtis, inuisibili, impalpabili & incorruptibili ipsius hostiæ parte, in forma similiter inuisibili & immortali transubstantiatum, & in ipsa hostia præsentialiter & gloriosè, sicut in cœlo est, consistens: non ab ipsa elementali virtute, sicut cætera mortalium hominũ corpora, nec item ab anima: sed à natura diuina, & à puncto quo Verbum fuit incarnatum, fuit vtrumque principaliter, rectum & sustentatum. Dicitur, principaliter, & non totaliter, humanitatem ipsam sanctissimam, rectam esse à natura diuina & dominatam, à puncto quo fuit Verbum in carne passibili incarnatũ, quoadusq; fuit ipse Christus mortuus & sepultus, quò ad liberum arbitrium solùm: in ipso redemptionis effectu, liberè patiendo, simul cum natura diuina, cõcurrentẽ: quod de cætero, & à pũcto quo fuit resuscitatus, qua in forma inuisibili, gloriosa, & immortali, præsentialiter est in hostia cõsecrata: totaliter. Et licet in ipsa hostia, post cõsecrationem, restat ipsum panis & vini nutrimentum, color, odor, & sapor: non propterea ipse panis, panis est: & ipsum vinum, vinum est, vt erat, priusquam transubstantiatio ipsa facta esset: Sed corpus & sanguis Domini. Quia, & si pars ipsa nutritiua visibilis, palpabilis & corruptibilis ipsius hostiæ, in ipso pane & vino sit principalis, secundum exteriorem ipsum & visibilem finem, nutriendi exteriorem ipsam hominis partem corporalem, palpabilem & corruptibilẽ: accessoria est & multum inferior, essentiali parti, inuisibili, impalpabili, & incorruptibili ipsorũ quatuor elementorũ virtualiter in ipso pane & vino consistẽtium, ex qua, nutritiua ipsa palpabilis, & corruptibilis, procedit: sine qua, panis ipse, panis non esset: & ipsum vinum, vinum nõ esset: sicut in puncto quo palpabilis ipsa & corruptibilis pars corrumpitur, simulque ipsa essentialis elementalis, impalpabilis & incorruptibilis: ob talem causam separatur, ad primam suam redeundo formam, sese ipsis quatuor elemẽtis distinctè & vniuersaliter reuniendo: panis ipse & vinum, ab Esse quod habebat panis & vini, virtute ipsius essentialis partis elementalis iam exhalatæ, venit ad nõ esse prius, antequã Deus illũ ex ipsis quatuor elementis creasset. Vnde, cũ ipsa fiat transubstantiatio, ipsius essentialis partis quatuor elementorum, in ipso pane & vino virtualiter consistentiũ, in Filij Dei corpus & sanguinẽ: quamuis ipsum panis & vini nutrimentum, (color, odor, & sapor) per aliquod tempus in virtute sua nutriendi, satiandi & inebriandi, restet: cum sit essentialis ipsa elementalis, qua in virtute, Esse & subsistantia panis & vini consistebat, realiter transubstantiata, & ab ipsa (in Domini corpus & sanguinem (vt dictum est) translata nouiter) non naturaliter vt priùs, sed accidentaliter sustẽtata: panis, non amplius panis, & vinum, non amplius vinum est: Sed panis, corpus: et vinum, sanguis Domini est: sicut dicit: *Hoc est corpus meum: &, Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Mat. 26.

Etsi tu hereticus & infidelis nondũ errore omni & mortifera opinione solutus

& liber, non obstantibus hisce cunctis rationibus, vis quod ipsa hostia sit Christi corpus & sanguis, simulq; panis & vinum, sicut priusquàm consecraretur erat: considerandum est tibi: quod ipsamet veritas Christus Dei filius, institutor sacramenti huius (sicut & cæterorum omniū) & vnici sacrificij corporis & sanguinis sui, non ità dicit: imò contrarium nos docet Spiritus sanctus, secundùm quod ex sacrosancto Euangelio colligitur, Antè consecrationem, panis & vinum vocatur: post consecrationem autem, corpus & sanguis Christi, ab ipsamet veritate vocatur, dicendo: Hoc est corpus meū: &, Hic est sanguis meus noui testamenti, &c. Ipsa hostia, panis & vinum, quasi per transitum vocatur, antè consecrationem, secundum ipsius æterni sacerdotis intētionem (in ipso institutionis effectu declaratam, cum qua, se reliqui omnes tēporales sacerdotes conformare debent) & particularem electionis suæ finem, quòd esset in corpus & sanguinem Christi transubstantiata: sicut dicit: *Accepit Iesus panem, Mat. 26. & benedixit &c. Et accipiens calicem gratias egit, &c.* Ecce electionem: ad particularem aliū finem (& multum à communi suo differentem) spiritualis alimenti animabus, gratiæ suæ, in præsenti vita transitoria: & gloriæ suæ, in futura æterna, gloriosè resuscitādo. Vnde, cùm reuerendi sacerdotes, panem similiter & calicem sacris suis manibus accipiendo, ad faciendum electionem ipsam veniunt, vno tempore, dicendo (secum ipsius æterni Sacerdotis intentione in institutione ipsius sacrificij, & oblatione prima corporis & sanguinis sui, ab ipso declarata conformāndo) Accepit Iesus panē: & accipiens calicem, &c. ipsum panē & vinum, in alia debent habere consideratione, quàm priùs habebant: deuotè illum & religiosè tractando, vt rem electam, ad transubstantiandum, in sacratissimum filij Dei corpus & sanguinem: & vt rem ad aliud esse & substantiam, secundum ipsam electionem, peruentam, extrà primam illam visibilem, palpabilem & corruptibilem, in ipsis quatuor elementis inuisibilibus, impalpabilibus & incorruptibilibus, consistentem. Itaque, si in faciendo ipsius hostiæ panis & vini electionem, ipsa hostia in alia consideratione haberi debet, substantiam accipiendo panis ipsius & vini à electi, in aliud esse particulare, differensq; à communi suo, in ipsis quatuor elementis consistens, quasi quatuor literis quæ ipsum Verbum formant, tam in Virginali ventre, quā in ipsa hostia, iā electa, vt caro fiat, & in filij Dei corpus & sanguinem transubstantietur: quantò magis, facta ipsa transubstantiatione, rei peruentæ ad nouum esse & substantiam, multùm ab illa prima differentem, in quo, Esse & substantia panis & vini consistebat, secundū communē suum finem nutriendi tātùm, humana corruptibilia & mortalia corpora, cum ipse panis sit caro factus, & vinum, filij Dei sanguis: verus cibus, & verus potus ad vitā æternam, (sicut ipse testificat, dicendo: *Caro mea, verè est cibus: Et sanguis meus verè est potus*) *Ioan. 6.* temerarium esset, & contrà veritatem ipsam Christum Dei filium, dicere & credere, quòd simul sit corpus & sanguis eius (vt ipse dicit) & panis & vinum, vt priùs erat? Imaginamini, quod generis omnis pānorū artifex, fericorum & aureorum: cùm super textrinas suas, fericas absq; vlla differentia tramas extenderit: circà vnamquāque percōtatus, quidnā futura sit. Respōdet ille. Hæc, holosericum, erit. Ista fericū gausapinū, Aurea illa tela purissima. Quę, secūdum electionis suæ finē, ab ipso artifice, alia in cōsideratione tenetur, licèt omnes eiusdē materiæ sint: fericæ videlicet. Quod fericū, sicut in alijs omnibus telis, est principalis pars, & in quo præcipuè valor consistit: in hac autem contrarium est: quia, parui momenti est, respectu purissimi auri quòd intertexi debet: tramam illam ex serica solùm quæ priùs erat, (sicut alia) au-

rea

ream magni precij telam faciendo. Et cum id, quod in aurea illa tela corruptibile est, corrumpitur: illęsum semper aurum restat & incorruptum. Multò magis absq; comparatione, in hostia panis & vini à legitimo sacerdote electa, effectualiter accidit, quâdo in effectu, cum sit ab ipso cõsecrata, panis & vinum esse definendo, filij Dei corpus & sanguis efficitur. Quia serica ipsa tela, (in comparationẽ proposita) in auream conuersa, ratione ipsius auri in ea intertexti: non in tanta est vnione cum ipso auro, vt mirabilis sit res & miraculum, sicut hæc sanctissimi eucharistiæ sacramẽti, est: ab ipsa potentia, sapientia, iustitia, & bonitate infinita, in incõprehẽsibilis Esse ipsius Dei manifestationem, operata: quandoquidẽ, ipsa serici quãcitas quę prius erat, cum qua mixtum fuit aurum ipsum & intertextũ, in aurea ipsa tela restat immutabiliter, cũ ratione vnionis huius, nõ sit in ipsum aurum cõuersa. Sed in consecrata panis & vini hostia, aliter est: cum sit essentiale ipsius (secundum electionem suam) in corpus & sanguinẽ Christi, cõuersa. Et sic, supremus ipse artifex & Creator æternus, principiũ dando manifestationi suæ extrà, naturæ humanæ sese vniendo, cœlum & terram creãdo, & omnia quæ in eis cõtinẽtur, ad ipsius naturæ humanæ imaginẽ, in qua sese manifestaturus erat: ipsa natura humana, corpore & anima cõsistente, in ipsis cœlo & terra significata, & re omni visibili, palpabili & corruptibili, necnõ incorruptibili (sicut cœli) composita ex elemẽtali ipsa materia quatuor elementorum: ipsa quatuor attributa, & ipsius Creatoris Esse potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, significantium: mixta talem in modum fuit & intertexta elementalis ipsa materia in homine rebusque omnibus, quæ ab ipsa (vt dictum est) creatæ compositæque fuerunt, & in ipso homine inclusæ: quod, tota in vnaquaque re (sicut anima) diffusa restando, & tota integrè in qualibet eius rei parte quam minima possit excogitari, scriptum restat ineffabile sium nomen, Tetragrãmaton, hoc est, nomen quatuor literarũ, quæ sunt ipsa quatuor elementa, virtualiter (ab homine incipiendo) consistentia, in ipsius vnionis naturæ diuinæ cum humana, testimonium. Inuisibiles literæ, impalpabiles, & incorruptibiles, ipsa quatuor elementa, maiusculæ in potentia & magnitudine suprema, conuenientes ad formandum, sicut in talibus tamque admirandis effectibus formant, nomen ipsum & verbum ineffabile, quod fuit in principio (vt dicit: In principio erat Verbum) in innocentiæ statu (vt dictum est) per accidentalem communicationem, in æternæ & æterni Sacerdotis Dei filij correspõdentia, ipsum Esse inuisibilis ipsius Dei, pronuntiantes & manifestantes. Esse potentiæ, sapientiæ, institiæ, & bonitatis infinitæ: diuina quatuor attributa (sicut literæ quatuor) in ipsis quatuor elementis significata. Quæ quatuor elemẽta, in ipsa panis & vini hostia, virtualiter & diffusè consistentia: cùm in Christi Dei filij corpus & sanguinem, transubstantiata sint & conuersa: nulla est in hostia ipsa pars (vt dictum est) quæ panis aut vinũ sit, nec esse possit: Sed Christi corpus & sanguis: sicut in ipsa panis et vini quantitate, ante quàm sit transubstantiata, nulla est pars, in qua, elemẽtalis ipsa materia, non sit diffusa: sicut in humano corpore anima, tota in toto, & tota in qualibet parte, quam minima possit excogitari: Et consequenter, transubstantiatione facta, nulla est in ipsa hostia pars, quantumuis exigua, quæ venerabiliter non debeat adorari, cùm sit (sicut est) in ipsa, Christus humanatus Dei filius, præsentialiter (licet velatè) in maiestate sedens, sicut est ad dexteram Patris: in spiritali corpore, glorioso, & immortali. vtpost resurrectionem fuit. Vnde Apostolus, de re-

Ioan. 1.

1.Cor.15. surrectione mortuorum: *Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale.* Vnde, nutritiua ipsius hostiæ panis & vini pars, visibilis, palpabilis & corruptibilis, quæ similiter, visibile hominis, palpabile & corruptibile nutrit, cum non transubstantietur: Sed inuisibilis elementalis duntaxat: ex se restat, & non transubstantiato Domini corpore (quod est ab ipsa corruptibili velarum) dependens: sed accidentaliter, vt necessariũ velamẽ, propter humanã particulariũ fidelium sacrificantiũ indispositionẽ & vniuersalium offerentiũ: periculũ omne palpabilis & corruptibilis corporis humani reparans: ab elementali ipsa inuisibili virtute, in trãsubstãtiato Domini corpore (vt dictũ est: & non in ipsa visibili) consistente, quasi à longè, ad tempus est sustentata, aliter enim, tota ipsa hostia æternè incorrupta restaret, cum res omnis, immortali, æterni ipsius sacerdotis corpori, totaliter vnita esset. Quod notabile esset incõueniens: quia, præter quòd vt res palpabilis, esse totaliter impalpabilis animæ cibus nõ posset: nec ipso vti homo posset, nec videre illum palpabile, & corruptibile humanum corpus, quin subitò moreretur: quoadusq; cùm venerit punctus suæ in gloria regenerationis, in incorruptibili corpore glorioserẽ resuscitando, dispositus sit omninò & capax, diuinæ visionis & ipsius æterni cibi, in vitam æternam. Quod beneficiũ, natura humana erat ab ipso Verbo Dei filio accepturа, cũ ad incarnãdũ se venit, si homo à principio nõ peccasset: fuisset q; per mediũ facilis vnius & delectabilis igneæ resolutionis, cũ ipso, homine facto & in cœlũ ascẽdẽte, ad æternã vitam & gloriã de nouo regenerata, in iucũda & facili Eliæ resolutio-

4 Reg. 2. ne per mediũ ignei currus, significatũ. Vn-

Psal. 96. de per Dauid: *Ignis ante eũ præcedet, & inflãmabit in circuitu inimicos eius. non amicos iustos:* quæ resolutio in ipsis erit (sicut in Elia) tam facilis, quantũ secũdus ipse Domini aduẽtus, ab eius amãtibus do sideratus: cũ ignea illa flãma sit à dominatione charitatis diuinæ superata. tunc enim natura ipsa humana in ipso primo aduẽtu (sicut in secũdo vtetur) ipso cibo vitæ Christo, visibiliter & æternè in cœlesti paradiso, fruitura erat: in arboris vitæ vsu, quo, in vitã perpetuã cõseruãte in terrestri paradiso vtebatur, testificatũ. Vnde, cũ capax nõ esset: imò per impedimẽtũ peccati impedita: in cuius testimoniũ, à figurãte arboris vitæ cibo, per medium Cherubin, flãmeiq; rectæ iustitiæ diuinæ gladij, peccatores ipsos è paradiso eijciendo, totaliter fuit priuata, sicut erit vsq; ad secũdũ Domini aduentum, et cõplementũ numeri electorũ suorũ, manifestationi ipsius Dei cõuenientis: ad talem tamq; importãtem manifestationis effectum, finis principalis rerũ omniũ, necessarium fuit, vt, iam quòd visibiliter mortalibus per gloriã esse non poterat: per gratiam, in suorũ fideliũ conseruationem et augmentum, per medium sacramentorũ, inuisibiliter restaret: in ipso corporis Domini, et consecrata panis et vini hostia virtualiter consistentiũ: essen tialem ipsam, inuisibilẽ, impalpabilẽ, et incorruptibilẽ quatuor elementorum partẽ, in palpabili et visibili ipsius hostiæ panis et vini, diffusã totaliter (vt dictũ est) in tàm glorioso effectu, ineffabile suũ nomẽ pronuntiãtẽ: in impassibile suũ corpus gloriosum, velatẽ trãsubstantiãdo. illud quod visibile, palpabile et corruptibile est nõ mutãdo: ad sustentãdũ similiter partẽ illã quæ in homine visibilis, palpabilis, et corruptibilis est, in pœnæ peccati testimoniũ. Arboris prohibitæ fructus ipsam mortem generans: in principio ab ipsa humana natura, ipsi Creatori Deo inobediendo, manducatus: Et cũ ipso arboris vitæ fructu Christo, in cõsecrata panis et vini hostia, mysteriosè cõiunctus, in testimoniũ cõmemorãs, et mortis pœnæ q; peccati, in ipsum innocẽtẽ Agnũ executæ, et vitæ per gratiam et gloriam æternam, mortem ipsam resuscitando vincentem, inobedienti homini peccatori ac-

acquisitam. Vnde Dominus, in institutione sacrificij ipsius, corporis & sanguinis sui: dicendo: *Hoc facite in meam commemorationem*: ambo mysteria beneficiosque, & gratiæ moriendo, & gloriæ resuscitando, comprehendit. Et similiter Apostolus, dicendo *Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annuntiabitis, donec veniat*: in vltima conclusione, Donec veniat, vtrúque completur. Et hac in ratione, viaticum, à Spiritu sancto vocatur: quia, dignè à fidelibus receptum, per Sacramenti pœnitentiæ medium & cæterarum pœnitentialium actionum, ieiuniorum, orationum & elemosynarum &c. omittendo, leuiterque per honestas alias mundi huius consolationes transeundo, pœnitenter per hanc viam mortem Domini annuntiando, opera nostra omnia, in sanguine suo & æterno merito validandis, in remissionem peccatorum: cum viua simul fide operante, vltimum ipsum confitemur beneficium fructus æternæ vitæ & gloriæ, quam, in secundo aduentu suo, resuscitando, habituros speramus: sicut dicit: donec veniat.

CAP. XXV.

SCire & intelligere oportet: quòd post ipsius hostiæ panis & vini consecrationem, sese ipsa hostia corrumpendo, (illud videlicet, quod in ipsa visibile, palpabile, & corruptibile est) non propterea, ipsa elementalis pars inuisibilis, impalpabilis, & consequenter incorruptibilis, amplius reunitur, sicut facit cùm non est consecrata, generaliter & distinctè (vt dictum est) cum quatuor elementis, vnde, ipsa elementalis virtus dependet: cùm iam sit (sicut verè est) in Domini corpus & sanguinẽ transubstantiata & cõuersa. Vnde, cinis & puluis ille, in quem, visibilis ipsa pars & palpabilis, sese corrumpẽdo, conuertitur: non est illa elementalis pars: neque terræ elementum, etiam quòd, hostia ipsa non sit consecrata, licet per talem corruptionem, in terram conuertatur: terræ enim elementum in ipso pane & vino, (sicut alia aer, aqua, & ignis) inuisibile, impalpabile, & incorruptibile est: & tantò magis, cùm sit in Domini corpus & sanguinem, simul cum alijs transubstantiatum. Quod Domini corpus, carne ipsa constans et sanguine virtuteque elementali, & in ipsa panis & vini hostia, præsentialiter consistens, sese illud quod in ipsa hostia visibile, palpabile & corruptibile est corrumpere veniendo, illæsum vt prius, in impassibilitate, gloria, & maiestate sua, restat immobiliter. sedens ad dexteram Patris: sicut in spica frumenti, tamdiu durat granum, quandiu fragilis ille debilisque folliculus quo includitur, durat: sub quo velatur ipsum granum, quod essentiale est ipsius spicæ: vbi, cùm folliculus ipse corrumpitur & cadit, integrum restat ipsum granum, illæsũ & incorruptum. Ita, quod terra ipsa & puluis, in quem illud quod in ipsa hostia corruptibile est, sese corrúpendo cõuertitur: terræ elementum non est, quod cum alijs simul, in ipso pane & vino, inuisibiliter & virtualiter consistit: sed sex eius quod in ipsa hostia visibile, palpabile & corruptibile est, ab ipsa corruptione causata. Quia, distincta sunt, ipsa elementalis virtus, (quæ, essentiale est & substantiale ipsius panis & vini, secundùm electionis suæ finem, & illud, quod in ipso pane & vino corruptibile est, ab ipsa incorruptibili virtute elementali dependens: quæ tandiu in ipso pane & vino durat, quandiu pars ipsa corruptibilis, incorrupta manet. vbi, cum effectu aliter corrumpitur, exhalatur incorruptibilis ipsa elementalis virtus, sese (vt dictũ est) cum ipsis quatuor elementis distinctè reuniendo: excepto quãdo iam in Domini corpus & sanguinem, transubstantiata est: Quod corpus & sanguis Domini eundem facit effectum, quem incorruptibilis ipsa elementalis virtus facit. tandiu durat, (&

tāto tempore in ipsa consecrata hostia debet adorari, vtpote quod realiter in ipsa & præsentialiter consistit)quandiu corruptibilis ipsius hostiæ pars, durat & incorrupta manet. Vbi effectualiter sese corrumpere veniēdo, in impassibilitate sua restat (vt dictum est) immobiliter & gloriosè, ad dexteram Patris. Sicut etiam est, cum in ipsa consecrata hostia, est præsentialiter, (siue in altari sit, quando in sancto Missæ sacrificio offertur: siue in Sacrario & deputato loco, vt quasi viaticum Ecclesiæ sanctę fidelibus administretur) toto tēpore, quo pars ipsa visibilis, palpabilis & corruptibilis, ipsius hostiæ, durat, & effectualis non corrumpitur.

CAP. XXVI.

NOn hoc est maximum miraculum: imò minimum omnium quæ Deus in terra fecit. Vnde admiratione omni dubitationeq; simul remota: tantò credibilius efficitur, quàrò minꝰ difficile est. Quia, si transubstātiatio ipsa, de illo fieret, quòd in ipsa panis & vini hostia visibile, palpabile & corruptibile est, colore videlicet, odore, & sapore, (in quo, panis & vini esse consistit, secundum communem suum finem nutriendi temporaliter & sustentandi, visibilia, palpabilia, & corruptibilia corpora) in corpus & sanguinem Christi visibilis, palpabilis, & mortalis, sicut erat ante quā à morte ad vitam resurrexisset: tantò maius esset miraculū, quàrò difficultas maior: sicut ipsimet discipuli generaliter sic intelligendo, dicebant: *Durus est hic sermo: & quis potest eum audire?* & populus similiter. Sicut dicit: *Ligitabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandū?* Sed quandoquidē transubstantiatio ipsa fit, eius quod in ipsa panis & vini hostia, inuisibile, impalpabile & incorruptibile est. (hoc est, ipsorū quatuor elementorū, in Domini corpus & sanguinē: corpus inuisibile similiter (cùm scilicet cō uenienter à visibili & palpabili parte sicve latū) gloriosū & immortale, sicut post gloriosā resurrectionē suā fuit, & in cœlo est ad dexterā Patris: quod est, rei vnius in aliam generis eiusmet, reductio: quoad transubstantiatam elementorum materiam, in ipsū corpus glorificatū vt priùs, & sicut anima, totaliter diffusorū: & rei inuisibilis, impalpabilis & incorruptibilis, inaliā similiter inuisibilē, impalpabilē & incorruptibilē prout est corpus Domini glorificatū, ex ipsis quatuor elementis cōpositū, & subipsa exteriori parte visibili, palpabili & corruptibili velatū: quantò difficultas minor, tantò miraculū minus est: & tāto facilius diuinū hoc mysteriū à quouis homine cōprehēditur: & indubitabiliter creditur.

Ioan 6

CAP. XXVII.

GLorificata ipsa Domini caro & sanguis, non est tēporalis, palpabilis & corruptibilis cibus, sicut alij: quia, cū vera caro, palpabile corpus & visibile fit attamē secūdū disproportionē crassitudinis sensuū corporaliū humanæ nostrę mortalis naturæ, ad spiritualia & gloriosa immortalitatis, agilitatis & subtilitatis sue dona, (præter irrefistibilē lucē) figillatū lapideū sepulchrū (refuscitando) clausasq; ianuas (discipulis apparēdo) & in cœlū ascēdendo, tā volubiles quā adamantinos cœlos penetrās (quod, Deo siue naturaliter, siue potētialiter, possibile est) inuisibile nobis & impalpabile factū est. & hoc modo, verè cibus spiritualis est, vt ipse dicit: & nō carnalis ad comedendū crudè, in palpabilibū & corruptibilibū corporū sustētationē, prout tūc intelligebāt Iudæi, vt sanctus Ioannes ait. *Ligitabāt ergo Iudæi ad inuicē, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnē suā dare ad manducāre?* & multi ex discipulis: *Durus est hic sermo, & quis potest eū audire?* licet illis apertè Dominus significabat, dicēdo: *Operamini nō cibū qui perit, sed qui permanet in vitā æternā, quem Filius hominis dabit vobis.* Itaquòd, spiritualis est & æternus cibꝰ: impassibilis & incorruptibilis: ad māducādū spiritualiter pergratiā, in hoc deserti præsentis vitæ militātis trā-

Ioan. 6

situs

ſitu:&permanenter cõtinuandũ,in æterno requiei die futuræ vitæ reſuſcitãdo,in æternũ ſpirituale nutrimẽtũ ipſorũ gloꝛificatorũ corporũ in vitã æternã:ſicut dicit : Qui permanẽt in vitã æternã. Vnde,Spiritus ſãcꝰ per prophetã de mãna tractãdo, in quo mirabili cibo,diuinus hic alter ſacratiſſimi corporis Domini fuit figuratus,duos iſtos effectus,gratiæ præſentis,&futuræ gloꝛiæ,per medium ipſius corporis Domini(caliorumq; ſacramentorum)realiter in ipſa conſecrata hoſtia conſiſtentis , effectuaris,acutiſsimè ſignificat his verbis:Panẽ cæli dedit eis. *Panem Angelorũ mãducauit homo.* *Pſ 77.* *Panem cæli dedit eis:* quò ad præſẽtis gratiæ beneficiũ per mediũ ſacramẽtorũ Panẽ angelorũ mandducauit homo:quò ad futuræ gloꝛiæ beneficiũ,reſuſcitando. Requiei dies in qua, cõtinuabitur hic panis angelici cibus ſui corporis,& perfruetur homo per medium hoc,ipſo redemptionis humanæ fructu,(propter quẽ fuit operata)ſimul cũ angelis,excelsũ ipſum,diuinũ & æternũ Creatorem Deũ trinũ & vnum, viſibiliter vidẽdo mortalib. nobis,in præſenti vita, inuiſibilẽ,prout nos Angelus Raphael docet, dicendo. *Tob,12.* *Ego,cibo inuiſibili & potu,qui ab hominibus videri non poteſt, vtor.* Sed in futura vita viſibiliter cũ venerit ipſa requiei dies,continuabitur in vitã æternã: (ſicut ipſemet cibus vitæ Chriſtus pollicetur,dicendo: *Ioan 6.* Qui permanet in vitã æternã)in fruitione ipſius manna,in ſanctificata requiei die Sabbatho,figuratiuè effectuatũ:in quo, ceſſante illius præſẽti diſtributione(ſicut in nouiſſimo die ceſſabit)in præcedenti die ſexto, præſentẽ vitã militantẽ ſignificante,facta, (in qua,veri angelici panis Domini,in ipſo pane manna,figurati,diſtributio fit) præſens ipſa fruitio,continuabatur:verùm ,alio modo,myſteriosè:hoc eſt, extrà velamẽ,omnis præteritæ corruptionis: ab eo quod in ipſo manna palpabile &corruptibile erat,causatæ:(ſicut in cõſecrata hoſtia in Domini corpus & ſanguinẽ: in figurato ſabbathi æternæ& incorruptæ vitæ,die cõ plebitur)occultam ſuam impalpabilitẽ & incorruptibilium elemẽtorũ,manifeſtatis ſicut dicit:*In die autem ſexta collegerũt cibos duplices,&c. & non computauit:ueque ueruis inuẽtus eſt in eo.* In die autem ſexta collegerunt, &c.myſteriosè:hominis vitam, ad dies duos reducẽdo:præſentis laboris dicẽ & diem requiei futuræ. Dicit Die ſexta:per quãtum cæteri dies omnes, in laborioso hoc vltimo, mortis ipſius figurati Agni immaculati Ieſu Chriſti Dei filij humanati, inclu ſi ſunt Qua in paſſione &morte,ipſum corpus & ſanguinem ſuum ,in genere humani redemptionẽ,ſacrificãdo , cunctis laboꝛes noſtri,pœnitentialiaq; opera, pœnitẽter,amore illius, & ad imitationem ſuã operata,validata ſunt ad vitã æternã.N ĩ intelligẽbãt Iudæi,myſteriũ ſacrificij huius, corporis & ſanguinis Domini :ſicut in iſtius incredulitatis figura,ab ijſmetipſis mulcò antè datum fuit illi nomen,*Manhu*:ideſt, Quid eſt hoc?Nec mirum,quòd adhuc ſenſuales hæretici,illud nõ intelligant:qui deficientes in fide,negant illud & impugnãt, in inobedientia ſua remanentes,ſeſe à ſalutifera vnione fideliũ ipſius ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſeparando, extrà quam non eſt ſalus,cũ ſit effectualiter figuratum,Spiritu ſancto damnationem eorum prædicente: prout ſignificat, de primis ipſis incrẽdulis Iudæis tractando,quibus impoſſibile videbatur,quod Dominus dicebat, ſeſe ipsum ſuis fidelibus in cibũ daturũ,dicẽdo. *Ex hoc multi diſcipulorũ eius abierunt retrò: & iã non cum illo ambulabant.* Sed nõ propterea fideles,à fide defecerũt:nec deficiet,donec ſtabit mũdus,ſanctæ Romanæ Eccleſiæ: ſicut etiã infigura,Saluator,eorũ electionem effectualiter prædicendo,pergit,dicendo:*Dixit ergo Ieſus ad duodecim. Numquid & vos vultis abire? Reſpõdit ergo ei Simõ Petrus.*(&pro ſeipſo&procũctis ſucceſſoribus ſuis in nomine cunctorũ fideliũ quãdiu ſtabit mundus)*Domine,ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Correſpondenter per os Petri Spiritu ſancto, reſpon-

Exod. 6

Ponsioni quam fecerat Dominus, ijs ipsorum incredulorum verbis, Durus est hic sermo: & quis potest eum audire? dicendo. *Hoc vos scandalizat? &c. Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Quod est id, quod Apostolorum princeps sanctus Petrus correspondenter dicit, cum viua fide credens & acceptans, dicendo: Verba vitæ æternæ habe

CAP. XXVIII.

SAnctissimum hoc corporis & sanguinis Domini sacramentum, fuit figuratum in duobus primis & notabilioribus signis, quæ fecit Deus, illo in principio ingressus populi Israel in desertum cum totaliter esset liberatus à Pharaone, in mari Rubro cum toto suo exercitu, submerso: & magna illa victoria & gloriosa, Omnipotentis Dei exercituum, à Moyse seruo suo & omni populo vtriusque sexus, cum nouis canticis & harmonia instrumentali gloriosè celebrata: futuram significans victoriam, quam figuratus in Moyse Christus, cuncta submergendo peccata in mari Rubro sui sanguinis, moriendo, reportaturus erat; quod effectuatum fuit, cum ipse verum corporis & sanguinis sui sacrificium instituit. Signa autem, hæc fuerunt. Ipsum mirabile signum cœlestis panis mana, (vt dictum est) in fame & communis panis penuria, concessi: diuinum ipsum panem cõsecratæ hostiæ & transubstantiatæ in Domini corpus, significantis: Et mirabile signum lapidis Horeb, ipsum Christum Dei filium, significantis, quò ad humanitatem suam sanctissimam: qua bis percusso, in corpore scilicet, & in anima, egressæ sũt aquæ largissimæ gratiæ, in remissionem peccatorũ, sicut dicit: *Cùiq; eleuasset Moyses manum percutiens virga bis filicem egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet. &c.* aquæ, ipsius innocentis Agni sanguinem in remissionem peccatorum copiosissimè sparsum, in consecrato & transubstantiato vino consistentem, significantes. Spiritu sancto per os Moysis postulantis, talem ipsius figuræ significationem, proferente dicendo: *Domine Deus audi clamorem huius populi, & aperi ei thesaurum fontem aquæ viuæ, &c.* Et ipsemet Saluator: *Qui credit in me sicut dicit scriptura flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Et concordanter Apostolus vtrumque signum comprehendendo: hoc est, figurati cibi et potus spiritualis, sacratissimi corporis & sanguinis Domini: *Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt: & omnes eundem potum spirituale biberunt, bibebãt aũt de spirituali, cõsequẽte eos petra: Petra autem erat Christus.* Quæ petra, naturam ipsam humanam in Christo (vt dictum est) significans, quandoquidem percussa fuit, naturâ diuinâ indissolubiliter suprà stante, mysteriosè dicit: *Tolle virgam in manu tua, &c. Ecce ego stabo tibi corãm te supra petram Horeb:* Supra petram: id est, tam dominanter, quam impassibiliter (Christus, in quantum homo patiendo) in ipsius petræ humanæ naturæ vnionem, in ipsum verbum assumptæ *Hæc autem omnia in figura, (ait Spiritus sanctus) contingebant illis.* Et sic, per medium Moysis Christum figurantis, à Pharaonis captiuitate, duram peccati captiuitatem significante, liberati fuerunt: per medium amararum maris Rubri aquarum transeundo, quę separatæ fuerãt & diuisæ virga lignea, lignum sanctæ crucis, amarissimas passionum aquas corporis & animæ Christi crucifixi Dei filij, vtrumq; moriendo separantis, significãte: particularem vnionem, (ipsas aquas reducendo) & vniuersalem, ipsius corporis & animæ in Christo, gloriosè resuscitando, testificante: totalem de ipsis inimicis victoriam, deque superbi Pharaonis Luciferi ex ercitu obtinendo: ipsum cum omnibus suis machinis contra populum electorum omnipotentis Dei exercituum fabricatis, exterminando.

Ioan. 7.

1. Cor. 10.

Num. 20

Num. 20 num percutiens virga bis filicem egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet. &c.

Exo. 14.

Et in desertum cum victoria intrare incipiendo, desertum solitudinis præsentis vitæ

vita militantis significans: eccè amarę pœnitentiales aquæ tribulationum iustorum. quæ, cũ sint etiã, ab ipso sacro Crucis Christi ligno in dulcedinem versæ, bibi facilius possunt, & vnica veraque medicina est, in remissionem peccatorum: dummodò confessori legitimo, pœnitenter & amarè cõfiteãtur. Et sic, versæ, hoc in mysterio, aquæ in dulcedinem, sicut dicit: *Ostendit Deus ei lignum: quod cum misisset in aquas, in dulcedinẽ versæ sunt*: & catechisatus populus, sicut dicit: *Ibi constituit ei præcepta, atque iudicia, &c. Venerãt autem* (inquit Scriptura) *in Elim filij Israel, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ: & castra metati sunt iuxta aquas.* Et hoc, mysteriosè: quia post ipsum catechismũ & catholicã instructionẽ, sanctũ baptismaris, lauacrum culpæ & pœnæ sequitur. Quæ victoria in Christo, aduersus peccatum, per ipsius sancti baptismatis mediũ, in ipsis septuaginta palmis, septem Ecclesiæ sanctæ sacramenta significantibus, venit significata: quorum primum quod scilicet primò recipitur est sanctum ipsum baptisma, vt prima porta, vniuersaliter omnium. Maximo cũ mysterio septuaginta palmæ sunt, in ipsorum septem sacramentorum rationem: videlicet, pro vno, decẽ: in obseruatæ legis rationem: qua obseruatione mediante, ista gratiæ, & æternæ gloriæ dona, in perpetuum adquiruntur. Duodecim fontes sunt & septuaginta palmæ. Duodecim, & septem. Duodecim: quò ad effectum ipsius regenerationis in Christo, per gratiam, & gloriam æternam: ipso numero Duodenario, vniuersalem carnis resurrectionem significante: (hoc, in multis huius Libri locis, iam declaratum est) ad quam, per ipsius sancti baptismatis mediũ, per quæ diuinæ legis obseruationem peruenitur. Septem: quo ad integram ipsã renouationem hominis, hebdomadaliter à Deo creati, de quatuor elementis quò ad corpus, & tribus potentijs quò ad animam. Septem: ratione septem sacramentorum, indiuisibiliter in ipsa Christi humanitate contentorum: qui, cùm sit verus homo, (sicut & verus Deus) ex quatuor elementis quò ad corpus, & tribus potentijs quò ad animam, consistit.

Exod. 15.

Profecti sunt de Elim (ait scriptura sacra) *et venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, &c. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel. & c. Vtinam mortui essemus* (aiebant) *per manum Domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate, &c. Dixit autem Dominus ad Moysen. Ecce ego pluam vobis panes de cælo: &c.* Figuratiuè hoc etiam, & mysteriosè: quia, post ipsum sancti baptismatis lauacrum, sancta sequitur communio in Christo Saluatore Dei filio (vt Sancta solet Ecclesia) dignè sic, corpus eius sacratilsimum recipiendo, in consecrata panis hostia præsentialiter consistens: in ipso cœlesti pane manna, (vt dictum est) figuratum. Et hoc in commemorationem suæ mortis & effectuatæ redemptionis, resuscitãdo: prout ipsemet, in ipsius sacrificij institutione, ordinauit, dicẽdo: *Hoc facite in meam commemorationem.* *Exod. 16.*

Igitur profecta omnis multitudo filiorum Israel (ait scriptura sacra) *in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum, populo. Qui iurgatus contrà Moysen, ait, Da nobis aquam, vt bibamus, &c. Tolle in manu virgam* (inquit Dominus) *qua percussisti fluuium. Ecce stabo ibi coram te. Supra petram Horeb: percuties que petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus, &c.* Et istud, secũdũ fuit de duobus notabilibus signis: Primum illud de manna: (vt dictum est) quò ad cælestem ipsum corporis Domini panem: Secundum istud, aquarũ quæ largiter à petra fluxerunt, quò ad pretiosissimum sanguinem suum: percussa bis ipsa petra Christo, (sicut dicit: Petra autẽ erat Christus) id est, & in animam & in corpus: in aqua & sanguine qui è sacro suo latere, lancea crudeliter aperto, fluxit, adimpletum. Aqua: quò ad animæ passiones: & sanguis, quò ad passiones corporis: per medium ligneæ virgæ sanctæ crucis, in ipsa

Luc. 22.

Moysis virga figuratæ ipsum mare rubrum cruentatarum aquarum amaritudinum corporis sui & animæ, vtrumque per mortem diuidendo, separantis: & vtrumque, resuscitando, in æterno suo merito, reunientis: cunctos inimicos persecutores nostros, in infernalia ignis æterni profunda, præcipitantis: simulque omnia peccata nostra remittentis: sed hoc intelligitur (debetque intelligi) per ipsammet Christi viam: quod vnusquisque, ligneam ipsam sanctæ crucis suæ virgam in manu accipiat, pœnitenter secundum propriam virtu-
Mat. 25. tem & vires (vt nos ipsemet docet) in lucro talentorum sui meriti, vt boni serui & fideles, patiendo: qua solùm via, ad ipsum peruenitur finem cum ipso in gloriam & gaudium suum intrandi in vitam æter-
Mat. 26. nam: sicut dicit. *Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Qui pro multis effundetur: quò ad effectum suæ redemptionis (sibi præsentem) in ijs qui salui futuri erant: per has omnes tribulationes passas, per huius mũdi desertum transeundo, in promissionis terram cœlestem Hierusalem, perducti, à Spiritu sancto confirmatum, per Apostolum dicendo:
Act. 14. *Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.*

Duobus his notabilibus signis, tremẽda illa, etiam mysteriosè adiungitur, castigatio quam de ijs fecit Deus, qui in illo po-
Num 11. pulo, carnes concupiuerant, sicut dicit: *Adhuc carnes erant in dentibus eorum, &c. & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum, &c. vocatusque est ille locus Sepulchra concupiscentiæ: ibi enim sepelierunt populum qui desideraverat carnes.* Populꝰ iste qui desiderauerat carnes, & ob id pœna mortali punitus, reproborũ sensualium peccatorum multitudinem significat: qui cum in hac præsente vita sint, cum electo iustorum populo simul commixti, non seipsos solùm, sed etiam multos alios, prauis exemplis suis vnà secum in æternæ mortis & pœnæ præcipitium trahunt. sicut dicit: *Fulgens quippe promissum quod aspiciens cum eis, flagrauit desiderio carnium sedens & flens, iunctis sibi pariter Israel, &c.* ita quod cum omnes simul boni & mali, essent, quò ad ipsum Moysen, vniuersalem Saluatorem Christum, significantem, à Pharaonis captiuitate liberati, captiuitatem peccati significante: in consecutione concupiscentiæ suæ peccati consummationem significante, moriendo: propria culpa sua, non venerunt salui, vnà cum populo iustorum transire per medium mare Rubrum, aquam ipsumque sanguinem Christi crucifixi in vniuersalem redemptionem sparsum, significans: sicut vniuersaliter, nullus reproborum ipsa consequetur beneficia gratiæ & æternæ gloriæ, resuscitando: per medium vnicæ ipsius ligneæ virgæ sanctæ crucis Christi, adquisita: in diuisione ipsa & vnione aquarum per medium ipsius figurantis virgæ Moysis (vt dictum est) significatum. Vnde, cum sit ipsa caro, peccati instrumentum, ab origine mundi: mortalem ipsam in homine diuisionem animæ à corpore, & Creatoris à creatura, causans: sitque similiter etiam, vnita Verbo, gratiæ instrumentum ipsam carnem crucifigens: mysterium hoc attingens ipsemet Redemptor & notabilem huius concupiscentiæ carnis castigationem, nec non originalis in Adamo, vniuersalem generis humani mortem generantis, sic ait: *Caro mea verè est cibus: & sanguis meus verè est potus.* Caro mea verè est cibus. Hoc, quò ad ipsum concupiscentiæ carnis mysterium: mortalem ipsam diuisionem in Adamo, animæ à corpore, & Creatoris à creatura, causantis. Et sanguis meus verè est potus. Hoc quò ad notabile mysterium aquarum quæ à petra Horeb fluxerunt: ipsum pretiosissimum sanguinem suum significantium: percussa ipsa petra Christo, (vt dictum est) lignea ipsa sanctæ crucis suæ virga: vnde largissimæ aquæ gratiæ fluxerunt in remissionem pec-
Num. 11.
Ioan. 6.

cato-

catorum:naturam ipsam humanam spiritu & carne consistentem, cum eius Creatore Deo,reconciliando. Vnde, ratione ipsius vnionis per gratiam, (& per gloriam æternam resuscitando) per medium carnis & corporis sui,realiter in ipsa consecrata hostia consistentis,& à quoquè fideli dignè manducati , & per medium etiam aliorum sacramentorum , causatæ, prosequendo,dicit : *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo*:quod est,vnio ipsa per gratiam , cum creatore suo Deo hominem vniendo , in reparationem mortalis ipsius disunionis, per concupiscentiam carnis, causatæ. contrà diuinam legem, de prohibito fructu superbè comedendo.Et ipse homo per medium carnis ipsius & corporis Domini crucifixi, ad nouam ipsam cum Creatore suo vnionem per gratiam, & animæ cum corpore in tempore suo, per gloriam in Christo resuscitando,reuocatus: vnde ait: In me manet & ego in illo:ab homine incipiendo , ratione liberi sui arbitrij præuenientem ipsam gratiam , acceptante. *Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Et ipse viuet propter me: in distinctione personarum(sese solum Verbum incarnando)inquantum Deus: & innocenter inquantum homo,moriendo. Sicut ipsemet(inquantum homo)solus filius terrestris hominis Adami qui non viuit (peccando)cum sit à cœlesti Patre suo viuente Deo,missus,propter ipsum viuit, inquantum homo,seipsum inquantum Deus, resuscitando. Qua in ratione, pergit dicendo:*Hic est panis qui de cælo descendit*:ipsum hominem,à morte,ad vitam reuocando : in duobus istis effectibus, gratiæ præsentis, & futuræ gloriæ resuscitando: per medium vini panis ipsius humanati verbi , effectuatis(propter quem viuit homo),ipsi pœnæ mortali satisfaciendo :innocenter (vt dictum est)inquantum homo moriendo. *Hic est panis qui de cælo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna : & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Hic est panis qui de cælo descendit: Verbum, sese panem vocat,ratione (vt dictum est) quatuor ipsius Dei attributorum ,(hoc est: potentiæ,sapientiæ,iustitiæ , & misericordiæ infinitæ) in ipsis quatuor elementis, in ipsa panis & vini hostia virtualiter consistentibus,significatorum: vt literæ quatuor inuisibiles, ineffabile nomen ipsius inuisibilis Dei,proferentium. Terra, potentiam significat:Aqua, sapientiam: & duo hæc, simul incedunt. Terra ,propter immobilitatem suam, potentiam significat:quæ, à superiore potentiæ diuinæ immobilitate commouetur,sicut dicit: *Commouetur à facie eius omnis terra :ipse enim fundauit orbem immobilem.* Aqua, sapientiam significat,sicut dicit: *Et aquæ sapientiæ salutaris potauit illum.* Et duo hæc ,potentia, & sapientia, simul incedunt:sicut terra & aqua, simul vnita sunt. Quidnam enim de nobis esset, si Deus infinita sua diuina potentia solùm vteretur,(quod esse non potest) neque illam cum infinita sua sapientia sociaret? Vnde,in hac consideratione, propheta castigationem magnam ,qua ingratum illum populum propter publicas suas abominationes & idololatrias, castigauit Dominus,quasi quod potentia sua solum , & non sapientia vteretur,sic ait : *Et excitatus est tanquam dormiens Dominus : tanquam potens crapulatus à vino.* Aer , misericordiam significat:ignis verò,iustitiam:& duo hæc, simul incedunt, (sicut & illa duo : simul coniuncta sunt)sicut dicit: *Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Aer , misericordiam significat , vt alibi nos docet Spiritus sanctus, dicendo : *Nonne sicut lac mulsisti me , & sicut caseum me coagulasti?* Hoc,quò ad corpus:*Vitam & misericordiã tribuisti mihi.*Hoc,quò ad spiritũ :sicut concludit,dicẽdo:*Et visitatio tua custodiuit spiritũ meũ.*

1 Par. 16.

Eccl. 15.

Psal. 77.

Psal. 80.

Iob. 10.

Visitatio:id est,misericordia:vt priùsdicit:
Gen.2. Vitam & misericordiam tribuisti mihi.Vn de concordanter,in hominis creatione: *Formauit igitur Dominus Deus, hominem de limo terræ,*(hoc est,terra & aqua:potentia & sapientia)*& inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.*Hoc est,aerem & ignem:misericordiam
Ps.100. & iustitiam:sicut dicit:*Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.*Ignis,iustitiam significat,sicut alibi nos docet,dicendo:*Ignis ante ipsum præcedet,& inflammabit in circuitu inimicos eius.*Et per Ezechielem,de vniuersali iudicio tractando.*Et congregabo vos, & succendã vos in igne furoris mei, & conflabimini in medio eius,vt conflatur argentum in medio fornacis*, Ita quòd (in ipsis quatuor elementis, in pane ipso consistentibus,ipsa quatuor attributa Dei,sunt significata:qua in ratione, Verbum se vocat,panem qui de cælo descendit.Literæ quatuor elementales de quibus ineffabile suum nomen *Tetragrammaton Iehouah*,est compositum: ineffabile nomen potentiæ,sapientiæ,iustitiæ & misericordiæ infinitæ.Vnde,cum sint ipsa quatuor elementa,(quæ,in ipsa panis & vini hostia virtualiter insunt:& ex quibus fuit creatus homo,in cœlo est ad dexteram Patris:in tali transubstantiationis effectu, proferunt, laudanterque & sacrificanter manifestant, ipsum ineffabile suum nomen potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & misericordiæ infinitæ:*Quoniam in ipso*(ait Spiritus sanctus)*condita sunt vniuersa in cælis & in terra,visibilia & inuisibilia siue throni siue dominationes siue principatus siue potestates,omnia per ipsum et in ipso creata sunt,& ipse est ante omnes, & omnia in ipso consistunt.*Et per Dauid:(de hoc sancto corporis Domini sacramento tractando) *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus,escam dedit timentibus se.* sicut in sequenti capitulo, diuina mediante gratia, tractabitur.

Col.1.

Ps.110.

CAP. XXIX.

Ps.110.

Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus,escam dedit timentibus se, &c. Memoriam fecit mirabilium suorum.Hoc est, mirabilia cuncta opera sua visibilia & inuisibilia, rationalia & irrationalia, in manifestationem ipsius Esse Dei creata, & in ipso homine inclusa,vniuersa in seipso Deo & homine redimens,in effectu ipso transubstãtiationis elementorum,in corpus & sanguinem suum,commemorando, laudanterque & sacrificanter æterno suo Patri offerendo. Visibilia omnia & inuisibilia, cælestia & terrestria,rationalia & irrationalia, ad imaginem hominis(vt dictum est) creata fuerunt:& cuncta (licet diuersè) continentur in ipso homine et includuntur
Sap.11. *Omnia in mensura & numero*(inquit sapientia) *& pondere disposuisti.* Et ita,cuncta tam rationalia quam irrationalia, corporea & incorporea, Deus ad imaginem Hominis (si, cut ipsum hominem tantùm,ad imaginem Dei)creando,disposuit vniuersaliter hunc in modum & ordinauit, in vniuersale incarnationis Verbi testimonium. Rationalia incorporea,vt sunt Angeli: in numero: & mensura:ipso etiam pondere,in eis quatenus rationales sunt,incluso. In numero: cum sit à principio natura ipsa angelica, in imaginem hominis disposita vniuersaliter & ordinata:et Angelis septem, qui sacrificanter antè Dei maiestatem astant septenario numero suo(sicut hebdomadales vniuersalis creationis dies,et requiei ab ipso opere) incarnationem Verbi significantibus, vnita hebdomadaliter

liter & in eis epilogata. per medium quorum angelorum septem, in merito figurati vniuersalis Redemptoris, cæteri omnes angeli, vniuersalia & particularia responsa & reuelationes, in ipsius naturæ humanæ regimen & ministerium, accipiunt. In mensura: cum sit à principio, natura ipsa angelica, in imaginem hominis corpore constantis & anima, in duas partes æqualiter (vt declaratum est) & sub duobus principibus, distincta & ordinata. Duobus principus: Michaele & Lucifero. Michaelis pars, quò ad animam: Pars Lucifer: quò ad corpus. Aequales duæ partes: tot animæ, quot corpora: *Mensura hominis,* (sicut scriptum est) *quæ est Angeli.* &c. (de hoc, in calce huius voluminis, seorsim particularis fit tractatus: in quo fusius (diuina mediante gratia) hæc sufficientibus rationibus, in sacra videlicet scriptura fundatis, declarabuntur) Quæ est angeli: Hoc est, natura ipsa humana ad perfectam corporis & animæ vnionem resuscitando reducta: angelicæ primæ vnioni & significatiuæ corporis & spiritus mẽsurę correspondendo. Significatur autem ipse resurrectionis effectus, in duodenario numero quem ponit antè, de ciuitate sancta cœlesti Hierusalem tractando, de viris electorum lapidibus gloriosè resuscitandis constructa: sicut dicit: *Et ciuitas in quadro posita,* &c. Hoc, quòad perfectam quatuor elementorum mensuram & æqualitatem: in noua ipsa regeneratione in gloriam, euacuata omni præterita discordâtiæ peccati iniuria, perfectè concordatorum. prout concludit, dicendo: *Et longitudo eius tanta est, quanta & latitudo:* (adiungendo) *& mensus est ciuitatem de arundine aurea per stadia duodecim millia &c. Et mensus murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis quæ est angeli.* &c. Numerus duodecim, duodecies duplicatus, ratione duodecim tribuum Israel. sicut alibi de ipsa vniuersali resurrectione tractando, declarat, dicens: *Et audiui numerum signatorum. centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben, duodecim millia signati.* &c. *Amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorũ.* &c.

Apoc. 21.

Apoc. 7.

Mensura hominis quæ est Angeli: inquantum natura ipsa angelica (sicut reliqua omnia) fuit in imagine, numero, & mensura hominis, creata Cecidit Luciferi pars, inferiorem corporalem hominis partem repræsentans: quod, mortalis hominis lapsu peccando, prodigium fuit: & præsium illud quod in cœlo inter ipsos duos principes, animam & corpus hominis repræsentantes factum fuit: aduersantiæ perpetuæ carnis & spiritus, ab ipso peccato causatæ. Hoc, quòad rationalia.

Quòad irrationalia: similiter ad imaginem hominis, hebdomadaliter creata fuere. Septem cæli, planetæ septem. Septẽ cœli: quòad præsentẽ vitam, à Creatore Deo homini datam, in occasionem consequendi futurum ipsum præmium, & Octauam nouæ in gloria regenerationis resuscitando. in octauo consequenti stellato cœlo, & varijs stellarum mensuris & luce, quòad varios gloriæ electorum gradus, significatum. quibus in stellis incorruptibilibus & fixis, ipsorum resuscitatorum corporum incorruptibilitas est testificata. Regiones duæ: cœlestis, & elementalis: vtpote, anima, & corpus. Cœlestis, quòad animam incorruptibilem & perpetuam. Elementalis, quoad corpus ex quatuor elemẽtis formatum, alterationibus ipsis (post peccatũ) & corruptionibus subditum. Factis itaque rebus omnibus ad imaginem hominis, vt dictum est, dixit Creator: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* &c. *Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinẽ suam:* sapientiam illi suam communicando: in exemplari (ad conseruationem suam) intelligentia rerum omnium, vnamquamque proprio suo nomine appellando, manifestatam: sicut dicit: *Omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius.* Per

Gen. 1.

Gen. 2.

quam vniuersalem intelligentiã, eò quòd etiam res omnis (vt dictũ est) ad ipsius hominis imaginem eiusq; beneficiũ, creata esset, disposita, & ordinata: vt imago singularis ipsius Dei inter omnia creata, & ratione singularis æterni priuilegij futuræ manifestationis in carne Creatoris sui Dei, se verbum incarnando: omnia in se virtualiter continebat: sicut de ipso Adamo
Sap.10. scriptum est: *Et dedit illi virtutem continendi omnia.* Ita quòd, in suo Esse, vt in rebus omnibus rationalibus & irrationalibus figurato, euacuando Non esse irrationalium & communem rationalium & irrationalium imaginatiuam numerabilem fictionem: seipsum in obedientiali diuinæ legis obseruatione offerendo, rebus omnibus (non autem prohibito fructu) ad sustentationem & conseruationem suam necessarijs vtendo, in seipso simul creata omnia rationalia & irrationalia, summo Creatori Deo, in vniuersale sacrificium dignè offerebat. Simulac verò peccauit homo: ab esse gratiæ ob talem causam, ad non esse peccati venit: res omnes illo-met in puncto defecerunt, temporali sua plenitudine, in figurato suo Adamo, in quo peccando euacuata fuit, deficiente: & ad vacuum communis imaginatiuæ numerabilis fictionis in qua priùs erant antequàm creatus esset homo, reuersæ sunt. imò peiorem in statum quò ad ipsum peccatorem, quandoquidem rationalia omnia & irrationalia, sicut in ipso contenta, in discordantia sua intrà & extrà, iusto Dei iudicio, discordãter sunt aduersus eũ rebellata. Quò ad irrationalia: ipsis quatuor elementis, suaq; propria carne semper spiritui aduersante: cœlis & terra & omnibus, quæ ex ipsis quatuor elementis composita, in hoc orbe continentur, mortem eius & pœnam corporalem caussantibus. Quò ad rationalia: natura omnis angelica, iustæ illius sententiæ: Morte morieris, à recta iustitia diuina pronuntiatæ, executrix, cui datus fuit executorius & separans, irreparabilis iræ Dei, gladius: illum vt vniuersalem excommunicatum, à terrestri paradiso, cœlestem significante, eijciendo: quod, perseuerante vsque in finem peccatore in malitia & peccato suo, perpetuo effectuatur. Vnde, tremendus iudex viuorum & mortuorum, conformiter ait: *Exibunt angeli, & separa-* Matt. 13. *bunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis.*

Gen. 2.

Defecit igitur vniuersalis plenitudo temporalis, (vt dictum est) ab homine incipiẽdo, in illo puncto quo peccauit: quæ, vniuersalis ipsius figuræ vacuum, & proprium particulare ipsius figurati hominis ante præcepti traditionem, implebat. quod diuinũ præceptũ fuit homini datum, in sacrificantis obedientiæ occasionem ad conseruationem suam, & ad maiorem gratiam. seipsum & omnia (vtendo illis in gratiam) commemoranter & vniuersaliter offerendo. Vnde, deficiente in homine obedientia, & indirecto simul suipsius retumque omnium vsu subintrante: ipsum etiam vniuersale commemorãs sacrificiũ, vnà defuit: resque omnes in prima repræsentatione sua & vacuitate imaginis humanæ naturæ restarũt: quæ vacuitas quòad hominẽ, tãtum odibilis Deo est, quantum, Esse & plenitudini suę contradicens: & omnia frustrà & vacuè multis annorum millibus vsque ad vniuersalis Redemptoris & secundi Adami Christi Dei filij aduẽtum, remansere. In quo Verbo æterno, per operationem Spiritus sancti homine facto in sacratissimæ virginis Mariæ vtero, ibique materia elementali (ex qua visibilia omnia & palpabilia facta sunt) in corpus suũ sanctissimum transubstantiata: fuerunt omnia (ab humana natura incipiendo, in qua vniuersa includuntur) in primam plenitudinem suam, restituta: sicut erant in principio, cum creatus fuit homo legiq; obedientiæ, suppositus in illo reali incarnationis

tionis effectu, communem simul vniuersalem imaginatiuam fictionem, tam rationalium rerum quàm irrationalium, euacuando: cum ab initio essent omnia, In mensura, & numero, & pondere, (vt dictum est) ad imaginem hominis, creata, disposita, & ordinata. Et illomet in puncto quo æternus ipse sacerdos, morti suæ proximus, sanctissimum ipsum Eucharistiæ sacrificium instituit: formaliter etiam ipsam elementalem materiam (virtualiter in panis & vini hostia consistentem) in sacratissimum corpus suum & sanguinem transubstantiando non passibile sed gloriosum, illud comedendum & bibendum discipulis suis dando, his verbis: *Hoc est corpus meum:* &, *Hic est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum:* *hoc facite in meam commemorationem*: seipsum ac si iam passus esset offerēdo: in bono sui ipsius vsu, inquantum homo, rerumq; omnium, inquantum Deus & homo simul, in tantam Creatoris ipsius laudem & gloriam, quanta erat hominis redemptio (in quantum homo moriendo) & manifestatio simul ipsius Dei: & de natura ipsa humana ipsi æterno sacerdoti vnita, & de rebus omnibus in ipso homine inclusis, vniuersale sacrificium commemoranter æternoPatri suo fecit. Vnde, Spiritus sanctus per Apostolum: *Instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt, in ipso.* & per Dauid conformiter (ad rem redeūdo) mysterium hoc attingentem: *Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se.* proculdubio enim nouum hoc miraculum institutionis sanctissimi Eucharistiæ sacramenti, & in sui ipsius & in omnium mirabilium suorum creando & redimendo commemorationē fuit: semetipsum & omnia in ipso Deo & homine inclusa, in sacrificium laudis dignè offerendo: simulque ipsius Dei Esse potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & misericordiæ infinitæ, manifestando. Diuina quatuor attributa, in quatuor ipsis transubstantiatis elementis significata. inuisibilis in hostia ipsa panis & vini, materia. de qua, res omnis visibilis & palpabilis, ab ipso inuisibili & visibili Deo & homine, fuit, sicut redempta, formata. De quo redemptionis opere vt suorum omnium maximo & mirabiliori, sese hominem faciendo, moriendo & resuscitando, particularem in ipso Eucharistiæ sacramento & vniuersali sacrificio, mentionem facit, peculiariter in hoc, æternam misericordiam suam manifestando: sicut dicit: Misericors & miserator Dominus, memoriam fecit mirabilium suorum, escam dedit timentibus se. &c. Escam dedit timentibus se. hoc est, præsentem vsum ipsius angelici panis sui corporis, in hac vita militante: ab eius continuatione in futura vita triumphante, distinguendo: vbi, *perfecta charitas, expellit timorem.* Spiri tualis esca & inuisibilis angelorum panis, sacratissimum Domini corpus & sanguis, in ipsa confecrata hostia inuisibiliter consistens: quo, fideles in præsenti vita militante, cum timore magno & reuerentia veluntur: sicut à Spiritu sancto, per Apostolum docetur, his verbis: *Quicumque manducauerit panem & biberit calicem domini indignè: reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè: iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.*

Sap. 11.
Mat. 26.
Luc. 22.
Eph. 1.
Psal. 100.
1. Ioan. 4.
1. Cor. 11.

CAP.

CAP. XXX.

Pſ.110. ESCAM *dedit timentibus ſe.* Ad differentiam eſcæ mortiferæ, prohibiti fructus, extrà omnem timorem inobediẽter mãducati. Altera hæc corporis & ſanguinis Domini, in conſecrata hoſtia conſiſtentis, eſca ſalutis ad vitam æternam: ab ipſo Redemptore homini data, in reædificationẽ ipſius templi Dei, humanæ naturæ: (dummodò dignè recipiatur) ad differentiam illius eſcæ mortiferæ prohibiti fructus, diffidenter & ſuperbè ab homine ipſo mãducati, ei ab inimico ſuo Lucifero, in deſtructionem ſuam propoſiti & dati, maiorem illi ſapientiam & melius Eſſe, propo-
Gen 3. nendo: ſicut ſcriptum eſt: *Et eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum.* Ita quòd, ſubintrante malitia, euacuata fuit innocentia: Et euacuato timore, ſapientia ſimul fuit euacuata. *Ecce timor Domini* (ait Spiritus ſanctus)
Iob 28. *ipſa eſt ſapientia.* Vnde, cum timoris euacuatio, ſit euacuatio ſapiẽtiæ, & humanæ ignorantiæ principiũ, conuenien: (præter mortalem) ſuperbiæ malitiæque ſuæ pœna: hac in ratione, idem Spiritus ſanctus hoc in pſalmo, timoris Dei Creatoris Dei
Pſal 110. nomen anteponendo, ſic ait: *Sanctum & terribile nomen eius: Initium ſapientiæ, timor Domini.* hoc eſt: Sicut ignorantia, in primo homine Adamo principium habuit, timorem & obedientiam Creatori Deo debitam perdẽdo: ità etiam in ſecundo Adamo Chriſto Dei filio, Domino & Redemptore noſtro, obediente facto vſque ad mortem, ſapientia principium habuit: homine, ipſi Deo, cum timore per eandemmet viam obediẽte. Et ſicuti eſca ipſa prohibiti fructus, diffidenter & extrà timorem omnem & obedientiam mãducati, mortifera fuit occaſio & inſtrumentum deſtructionis ipſius templi Dei in terra humanæ naturæ: ità etiam ipſa corporis & ſanguinis Domini eſca, cum viua fide & reuerẽti timore ipſum Deum amando, eiq́ue obediendo, mãducata, inſtrumentum fuit totalis ſuæ reædificationis per gratiam & gloriam. ſicut dicit: Escam dedit timentibus ſe. Et ſicuti deficiente in homine ſapientia propter peccatum: in terra ſimul cum ob talẽ cauſam, defecit debita Deo laus & vniuerſale ſacrificium de rebus omnibus creatis, ab ipſo homine in quo incluſæ ſunt omnes, (ab ipſomet incipiendo) amando, timendo reuerenter, & obediendo, ſacrificanter & formaliter oblatis. Ita etiã, principium habendo in Chriſto ſapiẽtia: ſimul ipſa debita laus & vniuerſale ſacrificiũ in terra, principium habuit. omne aliud figuratiuum ſacrificium & ipſarum figurarum ignorantiam euacuans: prout concludit: dicendo: *Intellectus bonus omnibus facientibus eũ*: (Hoc, quò ad ſapientiam, per viam ipſius timoris recuperatam) *laudatio eius manet in ſeculum ſeculi.* Hoc, quòad permanentem ipſam laudem & vniuerſale ſacrificium rerũ omnium, quæ in ipſa humana ſunt incluſę, inq́ue ipſo humanato Verbo reſtauratæ, & æternè cum ſeipſo oblatę: ſicuti poſt ipſam redemptionem & inſtitutionem ſanctiſſimi Euchariſtiæ ſacramenti (in meliori earum vſu quàm priùs erat) in ipſo vniuerſali ſanctæ Miſſæ ſacrificio, vnà cum vero Domini corpore & ſanguine, in ipſa conſecrata panis & vini hoſtia, realiter & præſentialiter conſiſtẽte, ab omni ſacerdote quãtumuis indigno, perpetuò & vniuerſaliter offeruntur. quod eſt illud, quod prius ſignificat, dicendo: *Redemptionem miſit Dominus populo ſuo*: hoc eſt, cum redemptione hominis, vniuerſalem rerum omnium: homine, ijs per medium ipſius redemptionis nouiq́ue cibi & gratiæ benè vtendo, ſeipſum & illa ſimul cum æterno ipſo Sacerdote, æternè offerente. prout concludit dicendo: *Mandauit in æternum teſtamentum ſuum.* Nouum & æternum teſtamentum corporisq́ue & ſanguinis Chriſti ſacrificium, in morte ſua, (pro humano genere moriendo) inſtitutũ:

ſicut

ficut dicit: Hoc facite in meã commemoratione. id est, non in memoriã huius volũtarie seipsum & obedienter offerentis, & in ætate virili annorum septẽ & triginta ligare sinentis, sese ictui mortalis gladij summittendo: quod in mei figura fuit, ideoque sacrificium illud non fuit effectuatũ: Sed, Hoc facite in meam commemorationẽ, & noui testamenti corporis & sanguinis mei: in morte mea, (effectualiter in remissionẽ peccatorũ moriendo) instituti & ordinati. Instituti, in vniuersale sacrificiũ mei metipsius Dei & hominis vniuersalis Redẽptoris, in ipsis pane & vino, in corpus & sanguinẽ meũ trãsubstantiatis, præsentialiter consistentis, in pane & vino quod Melchisedech sacerdos altissimi, victori Abrahæ æternum meum Patrẽ significanti obtulit, figuratum. Pane & vino hoc est, quò ad duas naturas in Christo, diuinã & humanã, in ipsis pane & vino significatas: vtraque vnitẽ, (inquantum homo moriendo, & resuscitando inquantum Deus) vniuersalem generis humani victoriã aduersus mortẽ, ad vitam & gloriam æternã causante. Mãdauit in æternum testamentum suum. Testamentum: non vltimam, sed æternam suam voluntatem declarans: licèt ab æterno ipso sacerdote, cùm esset inquãtum homo mortalis, morti suæ proximus, in institutione ipsius noui sacrificij & noui testamenti, fuisset postremò declarata. Fuit voluntas hæc ab æterno ipso sacerdote, seipsũ æternè voluntarieque sacrificante & offerente declarata, ipsumque nouũ testamentũ & sacrificiũ sicut nouissimè in quãtũ homo moriendo: sic ab ipso æternè viuẽdo in quantũ Deus, institutũ & ordinatũ: & ipsa mors in manifestatione extrà & cõmunicatione ipsius æternitatis & vitæ Dei: expresso pacto & iuramẽto inter tres personas diuinas, impedimẽto peccati præuiso, determinata: ab ipso generato Verbo ab æterno, volũtariè acceptata, sicut dicit: *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech.* Iurauit Dominus & nõ pœnitebit eũ. quò ad ipsã testamentalem cõcordiam & pactũ, secũdũ irreuocabile iuramentum effectuandũ, & æternè prosequendum: cùm esset ipsum sacrificium, & ipsius diuinæ manifestationis prosecutio, in terrestri temporali sacerdote Adamo (vt dictũ est) propter peccatum impedita: ad cuius differentiã (cùm iam de ipso dixisset: *Pœnituit eum, quòd hominem fecisset in terra*) dicit: Tu es sacerdos in æternum: quia, Iurauit Dominus & non pœnitebit eum. Secũdum ordinẽ Melchisedech. Quòd panis & vini materiam ipsius sacrificij in terra inuisibilis corporis & sanguinis ipsius incarnati Verbi æterni Dei filij: (quod in corpus & sanguinem, ipse panis & vinũ transubstantiatur) in ipsius inuisibilis Dei vnione, (ex Pũcto quo, incarnatũ fuit) inuisibiliter donec stabit mundus ad vniuersalẽ illius cõseruationẽ, oblati. Christo ipso Redẽptore hominis Adami filio, vt Deo æternã suã sapiẽtiã, humanæ ignorãtiæ defectũ supplẽte: propter quã, (peccando) debitũ vniuersale sacrificiũ in terra, & de ipsamet natura humana, & de cũctis rebus creatis in ipso homine (vt dictum est) incluſis, defecit. Panis ipse & vinũ, à sacerdote altissimi Melchisedech, æternũ ipsum sacerdotem Christum significante, in figura oblatum. Occultum mysterium: sicut & occulta ista Dauidis prophetia, Secundum ordinem Melchisedech, neq; ab vlla vnquã Creatura Angelica siue humana, intellecta: vsq; ad punctum, quo æternum ipsum testamentum sacerdotis ipsius æterni fuit apertum, & æterna voluntas eius declarata, cùm morti suæ proximus esset, sicut dicit: *Accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit: deditque discipulis suis, & ait. Accipite & comedite: Hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit: & dedit illi, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem.*

Gen. 6.

Mat. 26.

Luc. 22.

Psal. 109.

CAP. XXXI.

Testamẽtũ & liber sacrificãtis manifestationis extrà ipsius inuisibilis Dei, scriptus intùs & foris: est ipsummet verbũ & sacerdos æternus Dei filius, ratiõe incarnationis, mortis, & resurrectionis suæ. Intùs: quòad animã inuisibilem. Foris: quò ad visibile corpus: diuina & humana natura in Christo, cõiunctis, & in ipsis anima & corpore significatis: sicut dicit: *Sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ità Deus & homo, vnus est Christus.* Clausus liber iste propter peccatum, in Adamo sacerdote in terra in imaginẽ ipsius æterni: prout erat etiã laudis & sacrificij liber, ipsi Creatori Deo, scriptus intùs & foris, corpore constans & anima, vt dictũ est. Cumq; omnia essent ad imaginem hominis creata, & in ipso vniuersaliter inclusa: consequẽter, in illo felici innocentiæ statu, amando & obediendo, ab homine ipso in sacrificium laudis (vt dictum est) in seipso vniuersaliter offerebantur. Clausus fuit ipse testamenti liber humanæ naturæ per peccatũ: homine ipso, Creatori suo Deo, non obediente: fuitque clausus hebdomadaliter, sigillis septem, cùm esset ipse homo hebdomadaliter creatus, de quatuor elemẽtis, quò ad exteriorẽ corporis partem, per quinq; corporales sensus manifestatis: & tribus potentijs, quòad interiorem animæ partẽ. numerus octauus, augmenti & diminutionis incapax (in ipso septimo incluſus) qui soli Deo attribuitur: & est in Angelis septẽ qui antè Creatoris maiestatem astant, mysteriosè disposítus: cum sit in ipsis (vt humanæ naturæ imagine) incarnatio Verbi repræsentata. Et hi sunt septem sigilli & signacula septem, quibus in continuata perseuerantia & firmitate sua, ipsum testamentalem librum naturæ humanæ obsignarunt. Qui, prout erat à diuina prouidẽtia determinatũ, simulac peccauit homo, in figura & imagine ipsius, quasi sede vacante de nouo subintrãtes (in vnione reliquę totius Ecclesiæ cœlestis angelicæ, ipsi hebdomadali septem Angelorum vnitæ) ad offerendum, nõ in præsent, sed in futuro, determinatum ab æterno futurum incarnationis Verbi effectum, in eis, vt dictum est, in vniuersalem conseruationem repræsentatum: simulq; vt ministri iustæ iræ Dei, peccatorem ipsum (qui amando innocenter & obediendo, ipsemet sibi paradisus erat) è paradiso delitiarum eijcientes, illius portas claudendo, in ipsis septem exterioribus & interioribus corporis & animæ suæ sigillis; per peccatum clausis, consistentes: fuerunt quasi septem sigilli, qui in permanentia sua obedienter in imagine hominis sacrificante, ipsum naturæ humanæ librum clauserunt in modũ, quòd à quinq; circiter annorum millibus exindè, nõ fuit apertus. Licèt, ratione ipsius futuri effectus incarnationis Verbi, mortis, & resurrectiõis, in æternæ misericordiæ dextera, cõseruaretur. Qua viâ solùm, in ipsius æterni sacerdotis Dei & hominis merito: vniuersali redẽptione per vniuersalẽ ipsum Saluatorẽ effecta, ab ipsomet innocentissimo Agno, in seipso fuit totaliter apertus. Sicut dicit: *Et vidi in dextera sedẽtis super thronũ, librũ scriptũ intus & foris, signatũ sigillis septẽ. Et vidi angelũ fortẽ & prædicãtẽ voce magna, Quis est dignus aperire librũ: & soluere signacula eius? Et nemo poterat neq; in cælo, neque in terra, neq; sub terrã aperire librũ, neq; respicere illũ.* (Neque respicere illũ: cũ reductus esset ipse liber, humana natura, in ipsum testamẽti æterni librũ, Verbũ æternũ incarnãdũ, quasi Deũ iræ (ob causã peccati) quòadusq; per ipsũ fuit effecta redẽptio, & institutũ ipsũ vniuersale corporis & sanguinis sui sacrificiũ) *Et ego flebã multũ, &c. Et vnus de seniorib. dixit mihi. Ne fleueris: Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librũ & soluere septẽ signacula eius.* (Quonã modo? inquãtũ homo patiẽdo: sicut dicit:) *Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animaliũ, & in medio seniorũ Agnũ stantẽ tãquã occisũ, habẽtẽ cornua septẽ & oculos septẽ: qui sunt septẽ Spiritus Dei, missi in omnẽ terrã. Et venit, & accepit de dextra sedẽtis in throno, librũ.* (Et venit: hoc est. Deus ẽdit de cœlis. Et accepit de

Apo 5.

Aitha.

dextera sedẽtis in throno, librũ. hoc est: Et incarnatus est de Spiritu sãcto ex Maria virgine, & homo factus est) *Et cũ aperuisset librũ, quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderũt corã Agno, habẽtes singuli citharas et phialas aureas plenas odoramẽtorũ, quæ sunt oratiões sanctorũ*, (hoc est: sanctæ Romanæ Ecclesiæ militãtis thesaurus, in merito & indeficiẽtib⁹ ipsorũ sanctorũ orationibus, cõsistẽs: victimę correspõdẽter, cũ immaculata ipsius Agni Dei filij hostia, & æterno eius merito, ab ipsa Sãcta Ecclesia, in sãctę Missæ sacrificio, donec stabit mũdus, iugiter oblatæ) & cãtabãt canticũ nouũ (hoc est, ipsũ sacrificiũ & nouum corporis & sanguinis sui testamẽtũ) *dicẽtes. Dignus es Domine accipere librũ & aperire signacula eius: quoniã occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, etc.* prout cõformiter dicit: *Hic est enim sanguis meus noui testamẽti, qui pro multis effunditur in remissionẽ peccatorum.* Ita quod, ipse testamẽti liber, humana natura in Christo, fuit particulariter apertus in illo instãti, quo factus fuit homo: sed põ totaliter: quatenus fuit passibiliter incarnat⁹. Quia, licet inquãtũ ad elemẽtalẽ ipsã materni virginalis vteri materiã, fuisset, ab instãti, quo ipsa virgo sãctissimafiue peccato cõcepta fuit, Spiritu sãcto cooperãte, præparata: & in ipsorum quatuor elemẽtorũ trãsubstãtiatiõe, in Virginali vtere cõsistẽtũ, in corpus suũ sãctissimũ, sese incarnãdo, omni gratia, ipso efficiẽte Spiritu sãcto, plenè & incõparabiliter ornata: omni hoc nõ obstãte, cũ esset in forma passibili: quãuis incorruptibilis: nõ fuit totaliter apertus: quoniã, inquãtũ mortalis immortali libro primi hominis Adã, erat inferior. vsquequo dũ vita totaliter priuat⁹ esset, morti in prædã datus, inquãtũ homo, in hominis redẽptionẽ, inquãtũ Deus gloriosè resuscitãdo: fuit in æternũ, cũ æternæ ipsius mortis victoria, in æternã vitã & gloriam totaliter apertus. Nõ fuit apertus per gratiã ipsi iusto Christo in particulari, ipse humanæ naturæ liber: ipsius mortis corporalis pœnã, propter peccatũ vniuersaliter causatã, patiẽdo: quia nũquã ipsi clausus fuit, cũ naturaliter ab ipsa culpa liber esset: imo ab ipso agno innocẽtẽ, toti humano generi per gratiã, vniuersaliter fuit apertus. & hoc in sua morte ipse redẽptor signi ficauit dicẽs: *Cõsũmatũ est.* Idest, In mea mor- *Ioan. 19.*
te, humanæ redẽptionis opus per gratiã (& per iustitiã) cõsũmatũ est. Sicut tertia die, ipse humãus liber, particulariter in meipso, & vniuersaliter in vltimo, per gloriã re susciteãdo, totaliter apertus erit. Et tũc: *Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid,* (sicut dictũ *est*) *aperire librũ, & soluere septẽ signacula eius. &c.* *Apoca 5.*
Et ecce agnũ stantẽ tamquã occisum, habẽtem cornua septẽ. &c. Leo, & Agnus. videlicet, natura diuina & natura humana in Christo: in pane, & vino, (vt dictũ est) q⁹ Melchisedech obtulit, significatæ. & cõformiter in institutiõe ipsius noui sui corporis & sãguinis sacrificij, in cõsecrata panis & vini hostia, cõsistẽtũ: Id est, natura diuina, naturaq; humana in Christo, indissolubiliter vnitæ: & ab ipso æterno Sacerdote, ab omniq; alio tẽpora li, (vt ipse ordinauit) vnitè in sua memoria oblatæ. Cornua septem: inquantum ad victoriam in suo sanguine habitam ex humani libri apertura, & mortalibus ligaminibus & sigillis potẽtiarum, & elementorũ discordãtiũ, in operãdo ad vitæ æternæ fructũ: septẽ mediãtibus sacramentis, in septẽ victoriosis ipsius occisi agni cornib⁹, significatis, & in illo sãctissimo Eucharistiæ sacramẽto, induisibiter cõsistẽtibus, effectũ. Videlicet, cũ (vt dictũ est) dignè recipitur. Liber sacramẽtalis, humanus & diuinus simul: in peccatorũ remissionẽ, vniuersaliter apertus. suis fidelibus, in nouo testamẽto & laudis sacrificio dũ mũdo durabit, relictus: vt in ipsa fideli Ecclesia, perpetuò oblatus sit, in sua cõmemoratione. Sicut declarat dicẽs: *Hoc est corpus meũ.* (Hoc quãtũ ad *Mat. 26.*
librũ humanũ) *& Hic est sãguis meus noui testamẽti*, quantũ ad librum diuinum, & humanum simul solus vnus Deus & homo redemptor in peccatorũ remissionem, & æternam ipsius Dei laudem vniuersaliter apertã: sicut cõcludit dicẽdo: *Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* & per Diuũ

Luc 22. Lucam. *Hoc facite in meam commemorationem.*

CAP. XXXI.

CLauso humanæ laudis libro in Adamo, peccando, & amissa innocētia: in nouæ suæ ignorantię testimonium, & pœnitētiale suæ superbiæ & malitiæ remedium: *Et fecit Dominus Deus Adæ & vxori eius* Gen. 3. (vt scriptū est) *tunicas pelliceas, & induit eos: & ait, Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum.* Non per iocum & derisum hoc Dominus Deus dicit: res ipsi immensæ bonitati & paternæ charitati impropria: neq; sine mysterio. Ecce Adā quasi vnus ex nobis factus est, sciēs bonum & malū. Quasi vnus ex nobis: Id est, quasi vna ex tribus personis diuinis. Id est, verbū: rationequòd ipsa secunda persona illa erat quæ se incarnatura erat: & in carne passibili: in ipsa pelle, intellecta. Sicut scriptum est: *Pellem* Iob. 2. *pro pelle. &c. Faciamus hominem* (Deus in principio dicit) *ad imaginem & similitudinem nostram.* Gen 1. Gen. 3. Id est, vnitē: inquantum ad totam simul trinitatem. Ecce Adam quasi vnus factus ex nobis: Distinctē: inquantum ad secundam personam: Sicut dictum est. Homo in carnis & glorificati corporis similitudinem à Deo factus fuit, quod habiturus erat, si in innocentiæ & perpetuæ vitæ statu conseruando, quæ illi in imaginem & ipsius maioris gratiæ simul occasionem concessa fuit. Peccauit homo: & se Deus hominem fecit (sicut dicit) *in similitudinē carnis peccati* in quo mysterio. & testimonio suæ in carne passibili incarnationis, in similitudinem carnis peccati, Fecit Dominus Deus Adæ & vxori eius (vt dicit) tunicas pelliceas, & induit eos. in quibus pellibus, quasi irrationales facti, noua eorum ignorantia, & mors cum animalibus irrationalibus cōmunis significata erat: quæ, (sicut homo) in perpetua & immortali vita creata non fuerunt. Quasi vnus ex nobis factus est: distinctè vt dictum est: in quantū ad ipsam vnā trium personarū diuinarum, Verbum æternum: ratione suæ distinctæ incarnationis. & eadem in ratione, concludit dicendo: *Sciens bonum & malum.* Quia, vnitē: cum ipse Deus per naturam impassibilis esset, gloriosus & æternus: quid malum sit, per experientiam scire non potest: nisi Verbum incarnatum: ratione ipsius vnionis in carne passibili, & distinctę incarnationis: inquantum homo moriendo: & inquantum Deus resuscitando. Homo bonum & malum per experientiam sciuit; in pūcto quo peccauit: se talē ob causam nudum inueniendo, & bonū felicis innocentiæ status, quod primùm possidebat, amittendo. Sicut prouerbium dicit: Bonum, nisi cum perditur, non cognoscitur. Qua in ratione, Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, (vt primùm dict) & induit eos. non per iocum: Sed per cilicium, & pœnitentiæ occasionem: secundum dictum suæ significationis mysterium: se animalibus irrationalibus, inferiores recognoscentes (secundū eorū irrationalē malitiam: amissa innocentia) & per propriam coacti ignorantiā, (amissa sapientia) exemplaris eorū documenti. Vnde, (vt dictum est) immundorum prohibitio fundatur. secundum Mosaicam legem: & mundorum vsum. qua in ratione exemplaris significationis, Deus, vt illi sacrificata fuissent, iubebat. Agnus immaculatus: Christū innocentē significabat. Et alia varia animalia, omnes alios martyres, & omnis status & qualitatis sanctos, similiter significabāt: Vbi, correspondenter, Domini Arca habitabat (sicut dicit) *in medio pellium:* 2. Reg. 7. ipsa arca, verbū in carne passibili incarnatum, significans: in futuro ipsa animalium sacrificia acceptans, pro eo quod effectiue ipse æternus sacerdos de seipso oblaturus erat, cum omnibus alijs hostijs, in ipsis animalibus (vt dictum est) significatis: in æterno suo merito valorem sumentibus. Sicut post suæ pretiosissimæ mor-

tis

mortis effectum, cum iam in ipso Christo valorem sumpsissent, cũ omnibus nostris pœnitentialibus operibus, ad vitam æternam, sancta Romana Ecclesia, semper à Spiritu sancto Numinata, in sanctæ missæ sacrificio, cum ipsomet agno immaculato Christo Dei filio, in consecrata panis & vini hostia, præsentialiter consistente, commemoranter offert: Solemniter ipsorum sanctorum natiuitates, ad ipsius omni potentis Dei gloriã & honorem celebrando: reuerenter eorum reliquias tractando, vt pretiosas gemmas, in pretiosa eorum morte, (sicut Spiritus sanctus dicit) & aspera & pœnitente vita, coronæ Christi Dei filij crucifixi. Fuit in Adamo, (vt dictum est) innocentia perdita, malitia subintrando: & euacuata sapientia, simul Dei timor euacuatus fuit ipse sanctæ suæ legis & veræ doctrinæ, falsam inuidiosi luciferi acceptans, diffidenter contraueniendo. Vbi, ipsa luce euacuata, extra omnem timorem inobedienter Deo terga vertendo, euacuata fuit gratia, simul cum ipsa luce & sapientia, per medium ipsius obedientialis sacrificij, ipsi homini ministrata: extra ipsius creatoris gratiam, in propriæ suæ ignorantiæ tenebris, remmenti. Qua in ratione & mysterio: iubebat Deus, ne fibi fermentum neque mel in sacrificio oblatum fuisset: dicẽdo. *Omnis oblatio quæ offertur Domino, absque fermento fiet, nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domini.* fermentum, ipsam legem & Dei doctrinam: & mel suam sapiẽtiam, significans. vt quòd in fermento, (cũ ab homine oblatum esset) suam indebitam controuersionem legis & veræ Dei doctrinæ, superbè abnegaret: & in melle, propriam suam ignorantiam: ab ipsa inobedientia, sanctum Dei timorem euacuante, causatam: exemplari tunicarum pellicearum documento male vtendo, quas fecit Deus primis huius naturæ humanæ patribus, postquam peccauerunt: in cilicio & pœnitentiæ occasione, suam propriam ignorantiam, & ipsius veræ lucis & sapientiæ propter peccatum amissionem confitentibus. Nec quisquam inter homines sacerdos, post peccatum, dignus fuit, vt nouæ legis & doctrinæ fermentum offerre posset, ipsam gratiam, ad vitam æternam recuperans: neque mel sapientiæ, sufficienter ipsam offensam exaggerantis, in ipsius culpæ remissionem, (sicut dicit: quod in secundum tabernaculum solum Pontifex in trabat, non sine sanguine quem offerret pro sua & populi ignorantia) nisi æternus sacerdos & vniuersalis redemptor Christus Iesus, Verbum incarnatum. Dei filius. De quo agno innocentissimo, & æterni sui Patris sapientia, scriptum erat. *Butyrum, et mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.* Butyrum. Id est pinguedo lactis innocentiæ, in Adamo perditæ: & in Christo multo magis recuperatæ. Vbi apostolorũ princeps: *Sicut modo geniti infantes, rationabile et sine dolo, lac cõcupiscite: vt in eo crescatis in salutẽ.* Me videlicet, ipsum mel suæ æternæ sapiẽtiæ, inquantum Deus: sufficiẽtis (vt dictum est) ad ipsam offensam exaggerandam, (inquantum homo patiendo) in ipsius culpæ remissionem. Sicut in alio loco: *In scientia sua iustificauit ipse iustus seruos meos multos, & iniquitates eorum ipse portauit.* Velata ipsa æterni Patris sapientia verbum æternum, sub ipso mortali humanitatis suæ sanctissimæ operimento, sicut dicit: in similitudinem carnis peccati: & correspondenter, corpus & sanguis suus pretiosissimus, diuinitas & humanitas simul vnitæ, in consecrata hostia sub illo quod visibile, palpabile & corruptibile est, similiter velatum: in illa tunica & cilicio pellium animalium, qua ipse creator Adamum induit, cum peccasset, in pœnitentiæ occasionem, figurata. Qua in ratione & mysterio, arcæ testamenti operimentum, ipsum Verbum incarnatum significantis, ex animalium pellibus factum fuit. sicut dicit: *Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis. &c.* Aliud in-

Psalm. *Leuit. 2.* *Esa 7.* *1 Pet. 2.* *Esa. 7.* *Esa. 53.* *Hebr. 9.* *Exo. 26*

quantum ad exterius corporale operimentum, respectu illius interioris, animæ. Dicit, *arietum*: arietis mysterium attingens, quem inter spinas implicatum, Abraham inuenit: quem, in loco Isaac vnigeniti filij sui obtulit: ipso ariete Christum significante, inter peccatorum hominum spinas implicatum, patientem. sicut de ipso scriptum est: *Et cum sceleratis reputatus est*: pro peccatore iudicatus, aries & non agnus innocens, vt ipse erat. Vbi concordanter, hoc in mysterio, ignominiosè corona spinea coronatus fuit. Cum mysterio dicit: *Viduq; post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus. &c.* Post tergum. Idest, in futuro, in Christo ipsa figura & sacrificium adimplédum esse.

Gen. 22.

Isa. 53.

CAP. XXXIII.

At Spiritus sanctus, per os Dauid, ipsum Christum Saluatorem repræsentantis, cum Nathan propheta loquentis: *Videsne quod ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pelli. &c.* Ego habitem in domo cedrina. Id est, inquantú ad animam: in cedrina domo incorruptibilis corporis sui sanctissimi, habitantem: qui, quamuis passibilis: incorruptibilis: cùm à Spiritu sancto conceptus esset. sicut scriptú est: *Non dabis sanctú tuú videre corruptionẽ.* in quo ligno cedrino incorruptibile, ipsa incorruptio significata est. Et arca Dei posita sit in medio pelliú: inquantú ad naturá diuinam: positam in medio pellium: id est, sub ipso mortalis corporis operimẽto, sicut ipse Deus & homo, sub corruptibili (vt dictum est) consecratæ hostiæ operimento: in ipsa arca Dei significatæ: voluntariè homo mortalis factus, & (vt scriptú est) *in similitudinẽ carnis peccati*: in ipso operimento (sicut in illo Adami) pellium animalium, arietum, & non agnorum significatum.

2. Reg. 7.

Ps. 15.

Rom. 8.

Volens igitur Dauid domum & templum Dei ædificare, ei responsum fuit: *Cumq; completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis: suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius. ipse ædificabit domum nomini meo. &c.* Omne hoc in ipso figurato Dauid Christo adimpletum fuit. qui verus homo & verus Deus, vt dies sui (vt dicit) completi fuerunt, & simul humanæ redemptionis opus, inquantum homo moriendo: sepultus fuit: & cum sui mortalibus patribus dormiuit: à primis vniuersalibus huius generationis humanæ, Adamo & Eua, incipiendo: & posteapropinquioribus, etiam maternis. Tertia die, in glorioso & immortali corpore resuscitatus fuit. sicut dicit: suscitabo semen tuú post te, quod egredietur de vtero tuo. &c. De vtero tuo venter Christi veri Dei, & veri hominis, est natura diuina, & cómune esse omniú triú personarú: à generante Patre, ipsi Filio, æternè in æterna sua generatione communicatú. Patris sapiétia dictus est in ipso sapiétissimo Salomone, significatus. Suscitabo semen tuum post te. Id est: omni præterita passibilitate euacuata, mor édo: suscitabo semẽ tuú. Id est, ipsum, mortalitatis semen, gloriosè resuscitando semen naturę diuinę proprių, cui ipse effectus ædificationis tẽpli & domus Dei, resuscitando, attribuitur. Loquitur Spiritus sanctus in Patris persona, in hoc dicens, suscitabo: quia, quãuis manifestatio extra, Dei in carne, Verbo filio suo attribuitur, se incarnanti, nascenti, morienti, & resuscitãti: principium manifestationis ipsius Dei, generanti Patri attribuitur: æternè in suæ propriæ comprehensibilitatis ventre, ipsam sapientiam & æqualem verbi filij sui cognitionem, generanti: (in Salomon figurati) à tribus æqualibus personis diuinis, Patre, & Filio, & tam distincta comprehensibilitate, quàm reciproco & vnitiuo amore Spiritu sancto, ab vtroq;, in vna essentia, æqualiter & distinctè procedente, testificatum. Suscitabo semen tuú post te: quia quãuis ipse resurrectionis effectus sit commune semen naturæ diuinæ, vt dictum est: tam

2. Reg. 7.

Luc. 24.

in vniuersali,quâ in particulari ipsius tẽpli Dei humanæ naturæ, reædificatione in Christo resuscitantis:inquantum quod est effectus totalis manifestationis extra, Dei in carne,intra,à generante Patre originatæ:Patris personæ, distinctè attribuitur: omnibus tribus personis,tamen,æqualiter & indiuisibiliter concurrentibus.& sic intelligendum est, quando per apostolorum principẽ,etiam de Christo dicit , à Patris
2. Pet.1. 2. Reg.7. persona incipiendo: *Qui suscitauit eum à mortuis & dedit ei gloriam.&c.* Ipse ædificabit domum nomini meo.Et non dicit,mihi: sed nomini meo. Nomen vnius esse potentiæ, sapientiæ,iustitiæ, & misericordiæ infinitæ: quatuor attributa diuina , in quatuor elemẽtis significata:ex quibus in principio vniuersalis domus & tẽpli ipsius creatoris Dei,humana natura, fabricata fuit,& reliquũ omne huius orbis cœlorum & terræ, in ipso homine contentum:& postea , in sua per gratiam & gloriam reædificatione, corpus suum sanctissimum,in virginali vẽtre,per opus Spiritus sancti,sicut in consecrata panis & vini hostia , in ipsomet ordine & mysterio , corpus & sanguis suus pretiosissimus, ab ipsa quatuor elementorum materia , per virtutem & diuinam suam auctoritatem realiter formatũ est:superiore forma in omni re, quatuor significatorum attributorum, cõcurrente:ineffabile ipsius trini&vnius Dei nomen,potentiæ,sapientiæ,iustitiæ,& miseri
2. Reg.7. cordiæ infinitæ,proferente.Vnde, Ipse ædificauit domum nomini meo:omnem effectũ diuinæ naturæ in Christo,Patris sapiẽtia,attribuẽdo:in ipso sapiẽtissimo Salomone significatæ. Quia , quáuis natura humana,in humillimo Christo:Dauid figurato, cõcurratin ipsi gloriosa victoria,& ipsius
1. Reg.11. prælij fine per gratiã & gloriã,contra Goliat,& superbũ gigãtẽ Luciferũ, cũ quinq; limpidissimis sẽsuũ corporaliũ lapidibus, innocenter patiẽdo,ad obedientialẽ vnius solius lapidis vnionem reductis,à funda & rationali animæ parte circumlati: prima causa efficiens est naturæ diuinæ brachiũ: ipsi inimico perpetuò ipsismet humanis armis,& cõmuni peccati & gratiæ instrumento,caput præcidẽdo. sicut in vltimo vniuersalis resurrectionis & iudicij die totaliter effectũ erit,vniuersale fomitis peccati venenũ enacuando:& ipsũ originalis peccati caput , vsque tũc ipsi humano corporiPs.et. vnitũ separando. Vnde per ipsũmet prophetam:*Dextera Domini fecit virtutẽ, dextera Domini exaltauit me: dextera Domini fecit virtutẽ: Nõ moriar,sed viuã: & narrabo opera Domini.&c.* His cũ mysterio dicit, Dextera Domini fecit virtutẽ(id est,inquãtũ ad ædificationẽ p gratiã,) dextera Domini exaltauit me: (inquãtũ ad reædificationẽ per gloriã) dextera Domini fecit virtutẽ. Id est, tertio& nouiter, dexterã Domini repetẽdo:vtriusq; reædificationis effectum,virtuali naturæ diuinæ brachio attribuendo:& simul distinctè& vnitè,tres personas diuinas cõmemorando,& hac in ratione,ipse ædificabit domũ nomini meo.& similiter,non mihi , sed nomini meo:hanc vltimã per gloriã, à prima per gratiã reædificatione,distinguẽdo.quæ nõ in vita triumphante glorificãdo :sed in vita militante sanctificando,per medium sacramẽtorũ, pœnitentialiter viuẽdo effecta est:&omnia sacramẽta,in illo Eucharistiæ, The 4.
(de quo tractatur)renouata.illo tamẽ pœnitẽtiæ præcedẽte:& vnusquisq; vas suum (vt scriptũ est) in sanctificatione & honore possidendo:vt dignè receptum sit. Vasa fideliũ electa:ab ipso figurato Dauid,Christo sanctificata:& ab ipsa Patris sapientia reseruata,sicut scriptũ est:*Et intulit quæ sanctificauerat Dauid pater suus,argentũ & aurũ & vasa, reposuitq; in thesauris domus Domini.* quæ sanctificatio & præsens gratia,in vita militãte,infinito humanę naturæ merito verbo vnitę, attribuitur: vt causale instrumentum, in sua passione & morte , præsentis vniuersalis ipsius templi Dei ædificationis per medium sacramentorum : in ipsa inno-

innocente morte & sanguine virtutem accipientium. *Scientes quod non corruptibilibus auro & argento (dicit Spiritus sanctus) redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis: sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, &c.* sed non in tanto gradu, quòd concurrens (sicut concurrit) cum natura diuina, præparanter, per secundam in gloria reædificationem, sanctificando: in tali effectu concurrat, efficiendo. *Deus verò & Dominum suscitauit:* (per Apostolum) *& nos suscitabit per virtutem suam:* Vtramque in gloria ædificationem, naturæ diuinæ attribuendo. Vnde, multa cum ratione, Ipse ædificabit domum nomini meo. Et conformiter per psummet: *Sapientia ædificauit sibi domum, &c.* sicut gratia mediante, in sequenti capitulo tractabitur.

1. Pet. 1.

1. Cor. 6

2. Reg. 7.

CAP. XXXIIII.

Sapientia ædificauit sibi domum, &c. Et per Apostolum: *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. &c.* Sapientiæ & scientiæ Dei: Duo in Deo, distincta. Id est: Verbum, Dei filius, Patris sapientia: in scientia & propriæ paternæ comprehensibilitatis ventre, generata. & hoc: tam distinctè, quàm vnitè ab ipsa sapientia æterna generata declaratū dicēte: *Nō credis quia ego in Patre, & Pater in me est?* Quia ipsa scientia et Esse Dei comprehensibilitas, cùm nō ab alio principio, quàm ab ipsomet Dei originata esse t: & hoc, æternò, absque principio nec fine ipsum totaliter comprehendente: consequenter in æterno generat, sine principio nec fine ipsam resultantem Verbi sapientiam: tam gloriosè, quàm distinctè, ipsum Esse Dei æterno & in æterna manifestatione, pronunciantem. Res in Deo distinctæ sunt, ipsa scientia comprehensibilitatis propriè generantis: & sapientia & gloria, ab ipsa scientia, resultanter generata. Vbi, cùm non esset (sicut est) ipsa resultans sapientia & Dei gloria, in vno solo principio & origine cum Patre (Ego principium, qui & loquor vobis: ipse dicit) sine principio nec fine æterno generata: ipse Deus, æternò gloriosus nō esset. In quo distinguūtur, ipsa scientia, & Dei sapientia. Est diuina locutio ipsius met scientiæ & sapiētiæ suæ. et ideo humaniter, per talem intelligentiā, conuenientem exemplū inueniri nō posset: sed per vnū cōmune & naturale inter homines, aliquantum iuuestigari posset. Dicunt medici: quòd prima humani cibi digestio, fit mādendo & hæc est scientia: (inquantum ad generantem patrem) ab intellectus ruminatione, acquisita: (In Deo, seipsum æternò comprehendente, alio modo: omnes hæ humanæ imperfectiones euacuatæ) resultat simul naturaliter sapor et gustus rei, quæ manducatur: & hæc est sapientia: (inquantum ad generatum Filium) ad qualitatis mensuram, esse & substantiæ ipsius digestæ generantis Patris scientiæ, generata, qua digesta scientia generante, & à resultante sapore & gustu ipsius sapientiæ generatæ, in æquali mensura, esse et qualitate, vitale & vnitiuum nutrimentum, naturaliter procedit: & hoc est Spiritus sanctus: tertia persona & æterna ipsius æterni Dei vita: in ipsa vitali, & amorosa trium personarum distinctarum vnione, consistens. Quia vnio esse non potest, vbi non est numerus. & ideo, trinus, & vnus. neque vita esse potest, vbi non est vnio. neque vitalis vnio permanēs, si non est de iusto amore, procedens: (Qui non diligit: manet in morte: dicit ipse diuinus amor, Spiritus sanctus) correspōdēter ipsa vitalis & amarosa vnio, ad mensuram, esse et rerum vnitarum qualitatem, vnde ipsa amorosa vitalis vnio procedit. (videte qualem charitatem dedit nobis Pater, (per ipsummet dicit) vt filij Dei nominemur & simus) Id est: Propriæ cōprehēsibilitatis scientia Dei æterni, æternò generantis: & Sapientia & æternæ gloriæ gustus: ad mensuram ipsius scientiæ propriæ comprehensibilitatis ipsius esse Dei, generantis,

Pro. 9.

Rom. 11.

Ioan. 14.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

rantis,in secundæ personæ número,diffinitè & æternò generatæ. Et consequenter vitale vnitiui amoris nutrimentum Spiritus sanctus,æterna ipsius æterni Dei vitæ in numero tertiæ personæ,et in ipsamet mensura , esse et æqualitate primæ & secundæ,Patris, & Filij, æternè procedens:in vnius solius amoris vnione et testimonio trium æqualium distinctarum personarum,esse vnius solius Dei ,tam intra æternò,quàm extra in æternum testificans.

Prou 9. *Sapientia ædificabit sibi domum.&c.* Duas domus et templi sui humanæ naturæ ædificationes , creator Deus , post peccatum facit secundum scientiam & infinitam suam sapientiam :per medium verbi incarnationis effectas. Hoc est, ædificatio in gratia in præsenti vita militante, ipse Christus moriendo:& reædificatio in gloria,glorioso etiam resuscitando. Ædificatio in gratia,scientiæ attributa est:& reædificatio in gloria,sapientiæ:omnes tres personæ diuinæ,Scientia, Sapientia,& nutrimentum(vt dictum est)vnitiuæ æternæ charitatis,Hoc est, Pater,Filius,& Spiritus sanctus,vnitè et indiuisibiliter concurrentes. Attributa est scientiæ diuinæ ædificatio in gratia domus Dei,humanæ naturæ,in præsente vita militãte, post peccatũ: vt essentialis in Christo forma,suarũ passionũ,(inquãtũ homo moriẽdo) in totali ipsius culpæ exaggeratione inquantum Deus,et peccatoris simul iustificatione. *In scientia sua*(dicit Spiritus sanctus, in Patris persona, de ipso Christo loquendo) *Iustificauit ipse iustus seruos meos multos,& iniquitates eorum ipse portauit.* In scientia sua:et non in sapientia sua: quia sua vita mortalis,à nasci,vsque ad mori, fuit voluntariè pati,et effectuosè ipsam mortẽ desiderare. *Baptismo autem habeo baptizari:*(ipse dicebat) *& quomodo coarctor vsquedũ perficiatur? Ignẽ veni mittere in terrã:* (primũ dicit:inquantũ ad vniuersale exemplũ ipsius ignis suæ æternæ charitatis,in sequentibus martyribus,& fidelibus, similiter voluntariè patientibus,effectũ) *& quid volo,nisi vt accendatur?* Ita quod ,in scientia sua: & non in sapientia sua: quia cum ipso pœnali peccati disgustu,non concurrebat tam gustus & gloriæ suæ sapientia,inquantum homo patiendo,quam necessaria suæ æternæ scientiæ forma,ipsam diuinã offensam exaggerans,inquantum Deus,in peccatoris iustificatione. sicut dicit : In scientia sua iustificauit ipse iustus seruos meos multos. Et cõformiter à præcursore suo alio in loco: *Ad dandam scientiam salutis plebi eius :in remissionem peccatorum eorum.* Ad dandam scientiam salutis Hoc est, ipsa salutiferæ crucis scientia, qua ipse iustus Christus iustificauit(vt Pater dicit)seruos meos multos:ab ipso iusto et sanctificato Ioanne, suo præcursore, cum proprio crucis & vniuersalis pœnitẽtiæ exemplo proposita,& hominibus prædicata,in remissionẽ peccatorum eorum. Vnde Spiritus sanctus,per Apostolum Paulum, tubam suã vniuersalem in terra,omni cum admiratione prorumpit, & dicit: *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei:* inæstimabiles & incomprehensibiles diuitias per gratiam et gloriam ,à Christo nobis acquisitas significando : scientiæ moriendo,& sapientiæ resuscitando attributas Quàm incomprehẽsibilia sunt iudicia eius (adiungendo) et inuestigabiles viæ eius?&c. Igitur,per hoc ,vult Apostolus,dicere, quod Dominus Deus voluntariè eligit,et reprobat?Secundũ tã notabilis exaggerationis fundamentum,O altitudo diuitiarum:(sit in æternum Deo,honor et gloria)Non certe. Hoc:vt non intelligatur,(per Dei veritatem)ipsam scripturam ab eo qui scribit impropriè applicatã esse. quod per gratiã suam hoc in libro non inuenietur. Quid refert sub limitas diuitiarum tam copiosæ per gratiam et gloriam redemptionis,in vniuersali electione effectæ,scientiæ moriendo,et sapientiæ resuscitando attributarum , cum infelici pac-

Esa 53. Luc.12. Esa 33. Luc 1. Rom. 11.

pertate et demisione particularis tanti boni priuationis, à tanta bonitate infinita voluntariè & particulariter originata? Non hoc vult dicere Apostolus, imò contrarium: sicut Dei gratia, sufficienter declarabitur.

Fundamentum ipsius admirationis & exaggerationis sublimitatis diuitiarũ scientiæ & sapientiæ Dei. in vniuersali electione, & ipsius naturæ humanæ domus suæ reædificatione, ipsa volendo, est quod primùm proponit, etiam cum æstimatione dicendo: *Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc,* (*vt non sitis vobismetipsis sapientes*) *quia cæcitas ex parte contingit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret: & sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptum est: Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat impietatem à Iacob. Et hoc illis a me testamentum: cum abstulero peccata eorum. Secundum Euangelium quidem, inimici propter vos: secundum electionem autem, charissimi propter patres. &c.* Isa. 59. Qua ratione, inimici propter vos, secundum Euangelium: & charissimi propter patres, secundum electionem? Hac ratione. Inimici propter vos, & pro omnibus alijs credẽtibus, secundum Euangelium, & veram lucem, per quam illuminati estis: inquãtum quòd ab eorum tenebris & cæcitate contradicta est. & charissimi propter patres, secundum electionem; (iam id dicit) videlicet, quia omnis ipse populus, in patrum, Abraham, Isaac, & Iacob, credulitate, (sicut vos) inquantum ad trinum & vnum Deum, electus est. Vnde, vltimò, etiam ad credendum venient: quia cæcitas ex parte contingit in Israel, (vt primùm dicit) donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. &c. in eo declaratum quod post sequens dictum adiungit, dicendo: *Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei. Sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum. ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim Deus omnia in incredulitate: vt omnium misereatur. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. &c.* Et multa cum ratione, O altitudo diuitiarum: & incomprehensibilitas, & inuestigabilitas iudiciorum & viarum Dei: quia conclusit omnia in incredulitatem: non, partem eligendo, & partem voluntariè reprobando: sed, sicut dicit: vt omnium misereatur. Sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum. Hoc est, cum humanæ redemptionis opus consummatum esset, per medium Christi mortis, ab ipsis incredulis Iudæis causatæ: hac ratione, misericordiam consecuti estis propter incredulitatem eorum: quæ aliter credentibus, effecta non fuisset: nec vos ipsa misericordiæ & redemptionis dona consecuti essetis, per medium ipsius euangelicæ prædicationis credentes. (vnde intrat: Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei: de ipsis donis gratis datis redemptionis & euangelicæ prædicationis, tractando) Ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam vt & ipsi misericordiam consequantur. (Hoc est difficilius) Quo modo? Iam id proximè dicit. Conclusit enim Deus omnia in incredulitatem: vt omnium misereatur. Hoc est, isti, qui aliquando (vt dicit) non crediderunt Deo: in maioris fidei occasionem credentes, & detestationem simul falsorum Deorum, quos prius credebant & adorabant, cum confusione naturali & pudore pœnitentiali, in eo quod prius non crediderant associata, similiter & illi, non credentes in misericordiam istorum, neque eam talem reputantes: imò pro errore & scandalo, (credentes se esse per electionem à vero Deo, in Abraham, Isaac, & Iacob seruis suis fidelibus, verum populum suum electum) vt & ipsi misericordiam consequantur. quia in fine venient ad fidem, & veniam obtinebunt.

non

non pro præterita incredulitate quæ tunc, cum fide & credulitate in promissum Messiam Christum redemptorem, pro tali eum recipientes, cum impedimento præsenti malitiæ & inuidiæ patrum eorum, penitus euacuabitur: sed pro continuato zelo ipsius Dei, & desiderato Saluatore, per ipsam viam non credentes, demonstrato: ipsis per ignorantiam potius, quàm per malitiam incognito: Vnusquisque in particulari, sicut totus Israel in vniuersali, cum ipso prædicante Apostolo dicendo, ipsumque Dei filium & promissum Messiam prædicando: *Gratias ago ei qui me confortauit Christo Iesu Domino nostro quia fidelem me existimauit ponens in ministerio: qui priùs blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* & conforme huic, Ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam (sicut dicit in hoc alio loco) vt & ipsi (sicut & ego) misericordiam consequantur. Concluſit enim Deus omnia in incredulitatem: vt omnium misereatur.

4. *Tim.* 1.

Concluſit enim Deus omnia in incredulitatem: et cætera. Cum Deus principio naturæ angelicæ incomprehensibilia mysteria manifestationis suæ in carne proponeret (verbo se incarnante) & templi ædificationis & domus suæ naturæ humanæ, in primo homine Adam, per innocentiã credẽte, & obediente, perfectè adimpletæ: Ex hoc inuidus hostis & superbus Sathan (fragilitate humana perspecta) occasionem sumpsit armorum contrariorum incredulitatis & inobedientiæ, in vniuersalem ipsius ædificij destructionem. Tunc, incœptum est prælium in cœlo ab ipso hoste, & ijs qui partes eius tuebantur, quod semper in terra cum vniuersali detrimento continuatum fuit. quod manifestum est ex tot hæresum & sectarum vniuersali ruina, quas hodie incredulitas & inobedientia in mundũ induxerunt: quæ ex prima zizania in Adam, & ab ipso hoste homine (vt ait dominus) peccando, emanârunt, ficut à primo, & vniuersali tentatore, fuit non nescienter, sed malitiosè, in cœlo primum, deinde in terra, seminata. & quia non ignorans fecit in incredulitatem: non misericordiam consecutus est: ficuti Paulus, & Adam, cum ceteris alijs credentibus: Imo, deficiente in eo ipsa causa, & ipsius ignorantiæ fundamento, cum occasione simul & materia incredulitatis præteritæ, (recenter credendo, vt credebat) à continuata malitia, & inobedientia euacuatæ indignum venia fuit peccatum eius. quod si in ignorantia incredulitas sua fundata fuisset, & non in malitiosa duritia, perpetuo obedire renuens: procul dubio veniam adeptus fuisset. *Concluſit enim Deus omnia in incredulitatem:* (vt ait) *vt omnium misereatur.* Omniũ. Id est, cæli, terræ & inferni, quia, hic sermo: Omnia, & omnium, cuncta complectitur. videlicet, Angelos, & homines, bonos, & malos: inquantum ad vniuersalem creatorem, indifferenter electos: nullusq; in æternum reprobatus. Quapropter, vniuersali redemptione à Christo operata, dixit conforme, huic verbo Omnium correspondendo: Prædicate euangelium omni creaturæ. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.* (hoc: inquantum ad naturam humanam) *qui verò non crediderit: condemnabitur.* hoc: inquantum ad vtranque naturam, angelicam, & humanam. Sic enim decens erat, pro tanti redemptoris, Dei & hominis gloria & honore, & vniuersali redemptione, quod omni creaturæ, vniuersaliter (vt ait) proposita fuisset. Quemadmodum ipsa vniuersalis culpa, credendo, vniuersaliter redempta est. Qui vero non crediderit: condemnabitur. Igitur, non credunt dæmones? & si credunt, quomodo salui non sunt? Credunt dæmones, & inquantum ad hoc & Dei verbũ & redemptionem vniuersaliter propositam,

Mar. 16.

tam, salui sunt: sed non inest in eis dispositio ad ipsam veniam & gratiam obtinendam, à perpetua ipsorum malitia, contradicta: & à principio & in æternum continuata, sicut scriptum est: *Quoniam ab initio diabolus peccat.* Vnde, cum sit ipsa credulitas vir
2. Ioan 3 tutis fundamentum, & perpetua peccati & malitiæ suæ esca, non est in salutem: sed in maiorem confusionem & ipsius culpæ pœnam. Concluſit enim Deus omnia in incredulitatem. Id est, contrà. Non quod credere sit fundamentū alicuius malitiosæ incredulitatis præteritæ, (sicuti sunt dæmones & dogmatistæ, capita hæreſum & sectarum) omnem ignorantiam excusabilem & veniam ipsius culpæ euacuantes: sed quod ipsa incredulitas, sit esca & fundamentum ipsius fidei, in perpetua euacuatione sua, & abnegatione eius quod prius contrario credebat: cum esset in ignorantia fundata. & hoc, non sine ratione: quia, non proposuit Dei sapientia angelis & hominibus, incredibilia & incomprehensibilia mysteria manifestationis suæ in carne, & reædificationis donus suæ, post peccatum, in occasionem mali destruendo, & voluntariò eligendo & reprobando: cum facta sit per viam tam humilem, quàm stultam, (secundum mundum): sed in boni occasionem, & maius humilitatis & fidei fundamentum, contra superbiam et ipsius culpæ diffidentiam, ædificando. *Nam quia in Dei sapientia* (in alio loco) *non cognouit mundus per sapientiā Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Concluſit enim Deus omnia in incredulitatē:* (conforme) *vt omniū misereatur.*
1. Cor 1. Rom. 11 Ita quod, in ipsamet incredulitatis arma, quæ sūpturus erat dæmō, in vniuersalē ipsi⁹ ædificij humani destructionem, superbè et diffidēter alcēdēdo: sumpsit ab æterna Dei sapiētia: pro maiore sua cōfusione, in maioris fundamēti humilitatis & fidei occasionem, in sua vniuersali reædificatione: omnes recenter (sicut dicit, Vt omnium misereatur) inquantum ad ipsum Deum vniuersaliter eligendo. Vnde in hac ratione & mysterio Apostolus, cum notabili admiratione exclamat & dicit: *O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ Dei: quā incōprehēsibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius*: inæstimabiles, & incomprehensibiles diuitias, per gratiam & gloriam, à Christo nobis acquisitas, significando: scientiæ, moriendo, & sapientiæ, refusitando, attributas. Et si incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius: vide, ô homo, etiamsi Angelus in sapientia, & ex sublimioribus seraphin, in caritate fundatus, an te deceat, in hæc desperata iudicia voluntariæ electionis & reprobationis subintrare: quod nec est, nec esse potest apud Creatorem Deum. quod ipso fauente in particulari prædestinationis tractatu, secundum scripturam sacram & lucem euangelicam, sufficienter declaratum est. *Quis enim cognouit sensum Domini?* (addit concludendo) *Aut quis consiliarius eius fuit?* (eccè) *Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* (Id est, *Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei*: vt supra: sicuti declaratum est) *quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Id est, Quoniam ex ipso & per ipsum: vniuersaliter creando & redimendo. & in ipso sunt omnia (Id est, quod concluſit in incredulitate. (vt dicit prius) vt omnium misereatur: in æternum, in quantum ad ipsum Creatorem, vniuersaliter eligendo) *ipsi gloria in sæcula. Amen.* & in hoc ordine: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Id est, diuitias per gratiam, & gloriam, vt dictum est, in vniuersali reædificatione & reelectione ipsius ædificij humani: mediantibus sacramentis communicatas: & in ipso Eucharistiæ, & preciosissimo ipsius Christi corpore vniuersalis redemptoris collectas. & cōformiter per sapientissimum Salomonem: *Sapientia ædificauit sibi domum: &c* in quantum ad particularem ipsius ædificationis, & sacramenti Eucharistiæ: de quo tractatur: & ad cuius honorem & gloriam, & testimo
Prou 9.
nium

nium, omnia, ista allegantur & declarãtur. Cibus & mensa vniuersalis credẽtium: ab ipsa patris sapientia vniuersaliter proposita, & vsq; ad finem seculi parata. sicut significat addendo: *Excidit columnas septem. Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem, &c.* quod mediante ipsa gratia, proximè declarabitur.

CAP. XXXV.

Prou. 9. *Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. &c.* Vnde considerandum est: Non sine mysterio, Spiritũ sanctum simul ponere ædificationem per gratiam, & gloriam, vnius soliusq; ædificij, sapientiæ patris verbo æterno, tãquam principio manifestationis extrà, ipsius *Ioan. 8.* Dei, se incarnãri, morienti, & resuscitanti, attributam, (*Principium qui & loquor vobis*, de se ipso dicit, in hac ratione) & vniuersalis sacrificij Eucharistiæ, & altaris sacramenti institutionem ab ipso æterno sacerdote, sicut cætera alia sacramenta, instituti: quia ipsa corporis & sanguinis sui hostia, non fuit passibiliter, vt moriendo, & se incarnando: sed impassibiliter, & in corpore glorioso, sicut fuit in fine ipsius operis vniuersalis redemptionis resuscitando, fuit in illo instanti & occasione, ab ipso æterno sacerdote, & ab omnibus alijs, sicut ipse ordinat, vsq; ad consummationem seculi, gloriosè oblata: ad ipsius Dei laudem & gloriam, vtraque mortis, & resurrectionis beneficia commemorante. Sicut dicit: sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Immolauit victimas suas, (hoc quo ad primum) miscuit vinum, & proposuit mensam suam. &c. *Venite, comedite panem meũ & bibite vinum, quod miscui vobis.* hoc, quo ad secundum, de ipsius sacramenti institutione, & corporis & sanguinis sui sacrificio, in corpore glorioso oblato. sicuti ex pane materiali, in panem vitæ, de cœlo descendentem, sicut ipse dicit, trãsubstantiatum, & spiritualiter communicatum. Vnde in hac ratione & mysterio, in istius sacramẽti institutione, in pascha agni, ipsum innocẽtem Christum patientem, *quasi Agnus mãsue* *Iere. 11.* *tus*, (sicut scriptum est) *qui portatur ad victimã*, significantis: non accepit Iesus agnum, dicens: Hoc est corpus meum, &c. sed accepit panem, & vinum, secundum ordinem Melchisedech, (in ipsius figuræ complementũ) offerens panem, & vinum, in particularem gloriosæ victoriæ occasionẽ, & populi vniuersalẽ saluationem, victori Abraham, excelsum patrem suũ Deum significanti: similiter ipse Deus & homo, in ipso pane & vino (sicut dictum est) significatus, in vniuersalis sacrificij occasionem, & gloriosæ victoriæ & totius mundi salutem, moriendo & resuscitando, gloriosè oblatus: ipsam panis & vini hostiam, in corpus & sanguinem suum conuertendo. Quia: res sunt inter se distinctæ, & admodum differentes, sacrificium corporis & sanguinis sui, quod ipse sacerdos æternus obtulit in cruce, moriendo: inquantũ homo passibilis, passibiliter oblatus: in ipso paschali agno significatus, & sacrificium, quod antea in suam memoriam instituit, ipsius corporis & sanguinis sui, in ipsa hostia panis & vini cõsistentium: non passibiliter: sed impassibiliter et gloriosè: sicut fuit in sua gloriosa resurrectione: vtraque beneficia commemorando. vbi dicendo: *Hoc facite in meã com* *Luc. 22.* *memorationem*: vtraque completur: in laudem et commemorationem vtriusque beneficij oblatus; quemadmodum ab ipso saluatore vniuersali, in totalẽ reædificationẽ ipsius domus suæ naturæ humanę, morientẽ & resuscitãte effecta fuere. Et sic decẽs erat, quod post effectum resurrectionis suæ, oblatus fuisset, correspõdẽter in corpore glorioso, impassibili, et immortali. et hoc, ex præcepto, & necessario, vsque adsecudũ

vsque ad secundum eius aduentum, & ingressum nostrum per gratiam suam, in terram promissam & figuratam Hierusalem cœlestem, resuscitando: sicuti erit tunc similiter, ab ipso figurato Iosue Christo apparente, effectum ex præcepto: sicut ait, Hoc facite in meam commemorationem: vt simul cum regno in vita præsenti trãsitoria, nõ euacuaretur possessio & pignus cõueniẽs futuri regni gloriæ quod speramus in vita æterna. Quod sine dubio esset, deficiẽte sacrificio, rei tã conueniẽtis tali victoriæ futuræ acquisitionis gloriæ & vitæ æternæ, quam præsens pignus & possessio in Christo victore Deo & homine, à suis fidelibus vsque ad mundi finem præsentialiter possessum & oblatum. Non panis, pro pane, & vinum, pro vino offertur: (intelligite incredul:) postquam effecta & adimpleta fuit ipsa figura: tamquam non conueniens sacrificium, & digna hostia acquisitæ victoriæ regni æterni Dei & hominis simul: in ipso pane & vino significati: sed ipsemet significatus, rex gloriæ Christus: vera hostia & dignum sacrificium possessæ acquisitionis præsentis gratiæ, & conueniens pignus futuri regni per gloriam in vita æterna, præsenti & futuræ ipsius Dei manifestationi extra, necessarium. Vnde ex præcepto, & necessario. *Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius*: (vt scriptum est) *& regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Quomodo, & regni eius non erit finis? Quia dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius: sicut dicit. & hac ratione doni sedis Dauid, per gratiam & mediantibus sacramentis, in ipsa sede Dauid, & præsenti pignore humanitatis suæ patiendo, virtutem sumentibus in remissionem peccatorum, vsque ad finem seculi: & regni eius (vt dicit) non erit finis. Et regnabit in domo Iacob in æternum. Idest, ipsa humana natura, Christi regnum, vniuersaliter in ipsa sede & gloriæ throno, resuscitando: visibiliter apparendo glorioſum ipsum resurrectionis effectũ, Spiritui sancto attribuẽdo: (vnde viuificans) in ipso tertio patriarcha significato. Ita quod et regni eius non erit finis, per gratiam: mediante præsentiali sede Dauid corporis sui pretiosi, in sacramẽto altaris, sicut dictum est, consistentis: cum ceteris sacramentis, ab ipsa sede dependẽtibus in remissionem peccatorum. Et regnabit in domo Iacob in æternum, per gloriam, resuscitando. Et sicut gloriæ & pacis æternæ sedes, in alia vita triumphante: sic tribulationis & perpetui prælij sedes, in præsente vita militante. Vnde, *Ego Iohannes frater vester & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Christo Iesu, &c. qui dilexit nos, (vt dicit prius) & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri suo, ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Amen.* Dicit: Particeps in tribulatione, & regno. & Dominus: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Igitur Si regnum meum non est de hoc mundo: quomodo particeps (vt ait) in regno? Hoc modo: Quia fecit nos simul, regnum & sacerdotes (vt dicit) Deo & patri suo. Hoc est, præsentialiter offerendo ipsam dignã hostiam, & diuinitatis humanitatisque suæ sanctissimæ sacrificium, in ipsius victoriæ commemorationem, & pignus cõueniens participationis ipsius resurrectionis, & regni quod speramus nobis acquisiti, & multo magis illi, qui per ipsam participationis tribulationis viã, pro eius honore & gloria patiẽtes, ei fideliter confitebuntur & ministrabunt, in effectum participationis regni sui per gratiam, & gloriã æternã. (Vbi sum ego, ipse dicit, & minister meus erit) in nouissimo die ipsam fidelem ecclesiam & regnum, gloriosè in virtute & potentia sua resuscitando. & tunc, *Et fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram.* sicut dicit etiam in quinto capite: & insuper concludendo, Et regnabimus super

Luc. 1. *Apoc. 1.* *Ioan. 18.* *Ioan. 12.* *Apoc. 5.*

per terram: quod capite primo non dicit, de præsenti sacerdotio & regno per gratiam tractando: in quo quamuis sit Christi regnum per gratiam redemptionis & lauacri peccatorum (vt dicit) in suo sanguine: & nobis regnum & sacerdotium per participationem, offerendo (vt in missæ sacrificio offertur) redimens corpus, & sanguinem suum, in corpus gloriosum & resuscitatum: vt pignus & arrha ipsius resurrectionis & regni per gloriam, quam speramus, in ipso redemptore consecutam: non idcirco super terram regnamus: videlicet super terram corporis & carnis nostræ: in vita & regno præsenti, aduersus spiritum, perpetuò aduersantis. Vnde intrat: *Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius.* (*vt dictum est*) Idest, inquantum ad carnem: regnum in nobis per suarum passionum & crucis participationem: mediantibus ipsis tribulationibus & sacramentis, ipsi maiori hosti & armis superbi Goliat resistentibus. Sed non totaliter ipsa militans ecclesia, & regnum, hostes ipsos, quamdiu mundus stabit, superando: (vnde intrat: Regnum meum non est de hoc mundo) sicut erit in ipsius prælij fine, cum à victore Dauid Christo, ipse dæmon cum solitis carnis suis armis victus totaliter, & superatus erit: ipsa caro (repentè apparente) prorsus à communibus passionibus & mortali stipendio liberata, resuscitando. & tunc: Regnabimus super terram, vt dicit. (ad differentiam præsentis regni & sedis Dauid, de futuro loquendo) similiter & ipse Christus, regnabit in domo Iacob in æternum. Idest, inquantum ad ipsum vniuersalem resurrectionis & regni effectum, & sacrificij vniuersalis Deo & patri suo. Quomodo sacerdotes Deo & patri suo? Hic est punctus eius quod verificatur. Sacerdotes Deo & patri suo: idest, sacerdotes simul cum ipso Christo, inquantum homine: & cum authoritate diuina facti, inquantum ad Deum: proprias hostias offerentes

Luc. 1.

Apoc. 5.

(*oblatus est quia ipse voluit*, de ipso scriptum est, inquantum homine) vnà cum sua ipsius agni hostia, cum authoritate tamen diuina, & ipse cum sua particulari, omnis ipsa hostia simul, ab ipso redempta, Patri creatori æternoq; Deo vni & trino, in regni sui æterni vnionem oblata: hostia & sacrificium ab ipso sacerdote æterno verbo diuino, in æternum oblatum, in manifestatione extra ipsius Dei. Vnde necessario, & ex præcepto, *Hoc est corpus meum*: ipsum eucharistiæ sacramentum, instituendo: et, *Hoc facite in meam commemorationem.* Quia aliter, quàdiu starer mundus, et quoadusq; vniuersalis resurrectionis effectus perueniret, hostiæ, et sacrificij per gloriã: ipsa regni et sacerdotij participatio euacuaretur in terra, ipsius Dei manifestationi, cõueniẽs: deficiẽte præsentialiter ipsa digna corporis et sanguinis sui hostia in terra: (sicut in cælo) ab ipsis Apostolicis sacerdotibus, legitimè ordinatis, perpetuo oblata et hoc, cũ authoritate sua diuina, (sicut ipsis dicit Apostolis. Hoc facite in meã cõmemorationẽ) in participationẽ per gratiã cũ ipso Christo, ipsius sacerdotij et regni et in indignitatis præsentis propriarũ hostiarũ supplemẽtũ, et præsens pignus et arrhã (vt dictũ est) futuri regni et resurrectionis per gloriã quã speramus: in ipso saluatore, et innocẽte agno, nõ tãtũ pro se ipso, cũ sit Leo immortalis simul inquãtũ Deus, quãm pro nobis mortalibus, qui oues eius errantes sumus, effectæ. Vnde ipse Christus: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis.* (Intelligite Hæretici) *Hunc enim pater signauit Deus.* Idest, in præcedentium verborum conclusionem: *Amen Amen dico vobis, quæritis me non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Operamini non cibum qui perit: Hunc enim pater signauit Deus.* Idest, ipsius panis multiplicati signum, in quo verus cibus et panis corporis sui preciosi in signum et testimonium figuratus erat: diui-

Esa 53.

Ioan. 6.

næ

diuinæ naturæ attribuendo. Vnde in hoc verbo Pater: omnes tres personas, sicut *Pater noster, qui es in cœlis*: distinctè & vnitè comprehendit. Quem filius hominis dabit vobis: inquantum homo: (oblatus est quia ipse voluit) vt hostia sua particularis, in cibũ spiritualem suis fidelibus data: & ab ipsa Ecclesia in terra (sicut dictum est) vnà cũ ipso æterno sacerdote in cœlo, in regni & sacerdotij participationem in terra, manifestationi ipsius Dei extra, conueniens, perpetuo oblata. Qui permanet in vitam æternam. Idest, ad illius alterius prioris signi & figuræ mannæ differẽtiã, quo quadraginta annorũ spatio vsi sunt: quod ad promissionis terrã peruenientes terminatum fuit. Sicut scriptum est: *Defuitque manna postquam comederunt de frugibus terræ, &c.* in quo quadragenario termino laborioso, præsentis vitæ militantis terminus significatur: & in perpetua ipsius cibi fruitione: præsentis veri cibi & mannæ figurati cœlestis panis & corporis Domini testificatur. Quem filius hominis dabit vobis. sicut fecit, cum esset morti propinquus, in ipsius sacramenti institutione: necessario, sicut dictum est, & ex præcepto ordinatum & institutum est: Dicendo quo ad primum: *Hoc est corpus meum. &c.* &, *Hic est sanguis meus noui testamenti, &c.* &, quo ad secundum: *Hoc facite in meam commemorationem.* Vnde infrat: *Sapientia ædificauit sibi domum*: non fine magna ratione ad propositum istud, à Spiritu sancto, per sanctam Romanam Ecclesiam, in ipsius venerabilis Eucharistiæ sacramenti festiuitate, applicatum: cum non sit alia differentia, ab hac ædificatione, ad aliam priorem se incarnãdo, nisi quod ista fuit in corpore glorioso, vt dictum est: alia verò in corpore passibili & mortali. Sed hoc voluntariè. Ex qualitate & essentia inenarrabilis ipsius ædificij, addit dicendo. *Excidit columnas septẽ.* quod Dei gratia, sequenti capite declarabitur.

Iosu. 5.

Mat. 26.

Luc. 22.

Prou 9.

CAP. XXXVI.

EXcidit columnas septem. Idest, ipsius ædificij substantiam: quod, ab initio, in Adam, ad Dei imaginem, inquantum ad quatuor sua attributa, & tres personas diuinas, ab ipso Creatore, & architecto excelso, in verbi incarnationis testimonium, hebdomadaliter fuit compositũ. & hoc cũ prius fecisset vniuersalis creationis cœlorum, & terræ exemplar, cum omni visibili, & inuisibili, rationali, & irrationali, quod vniuersalis globus continet: ad hominis imaginem, sicut dictum est, hebdomadaliter compositum & ordinatum: & consequenter in ipso homine, inclusum & contentum, sicut scriptum est: *Et dedit illi virtutẽ continendi omnia.* De quo ædificio humano & domo Dei, in vniuersali creatione & exemplari suo, imaginato, dicit alio in loco: *Dixisti mihi ædificare templum in monte sancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, similitudinem tabernaculi sancti tui, quod præparasti ab initio.* Idest, ipsam humanam naturam in verbum, assumptam: in testimonium similitudinis & imaginis (vt scriptum est) fuisse ab initio in Adam, per innocentiam, & cum maiori perfectione in Maria virgine concipiente, ipsũ habitaculum, spiritu sancto cooperante impeccabiliter præparatum. Templum in monte sancto diuinæ naturæ, ab ipsa patris sapientia, verbo diuino se incarnanti ædificatum: in ipso monte Sion significatæ. *Nũ in conuersione diuinitatis in carnem*: (dicit Spiritus sanctus) *Sed assumptione humanitatis in Deũ.* Et in ciuitate habitationis tuę altare. Idest, in quantum ad vniuersalem ædificationem per gratiam, & gloriam, (vt dictum est) vniuersalis altaris & sacrificij credentium, ab ipsa scientia & sapientia Christo moriente, & resuscitante, ædificati: et in vniuersali carnis resurrectione, penitus adimpleti. ciuitas, templum et altare Dei, et Hierusalem spiritualis et cœlestis per gratiã et gloriam, ab ipsa diuina sapientia ædificata: et in

Prou. 9.

Sapie.

Sap. 9.

Gen. 1.

Athan.

& in ipsa terrestri, & notabili templo & altari præfigurata. Sicut in similitudinem (vt dicit) ab initio in Adam, & delitioso paradiso testificata. Et hoc, præsente ipsa sapientia, se incarnante, vt medium manifestationis extrà ipsius Dei: in ipso creationis vniuersalis initio. & præparationis tẽpli sui in Adam, inchoata. Sicut dicit: *Et tecum sapientia tua, quæ nouit opera tua, quæ & affuit, tunc cum orbem terrarũ faceres.* Qui nouit opera tua. Ideſt, ipsum opus æternum manifestationis ipsius Dei, intra, & extra, (principalis vniuersalis creationis, & redemptionis finis) velut æqualis comprehensibilitas cum Patre & Spiritu sancto.

Sap. 9.

Igitur ad creatoris sui imaginem hebdomadaliter compositus fuit homo, in creatione sua. Ideſt, ex quatuor elementis, quo ad corpus, & ex tribus potentijs, quo ad animam, in ipsis septem columnis significatis. Numerus septimus, in quo (secundum certam musicalem experientiam) continetur octauus: augmenti & diminutionis incapax: propter quod soli Deo attribuitur. Concordantia hebdomadalis & octonaria simul: in naturali hebdomadali trium potẽtiarum animæ, & quatuor corporis elementorũ, consistens: tribus personis diuinis & quatuor attributis ipsius trini & vnius Dei correspondens. & resultans quinque sensuum corporalium, (ipsam octauam formans) ab hebdomadali potentiarum & elementorum procedens, (in ipsaque inclusa) testificatum: secũdum Deum, distinctum principium & finem nostrum, (vt dictum est) & æternam hebdomadalem essentiam suam, rectè operando. Similiter ab initio à spiritu sancto obseruatum, in hebdomadalibus diebus creationis, & octauo addito dominicali resurrectionis Saluatoris, vno cum primo, in complementum ipsius operis manifestationis Dei in carne, similiter & in distributione hebdomadali officij diuini, laudisque dominicalis, perpetuo die octauo dominicali incipiendo, ipsius octauæ, distincto principio & fine, (in ipsa hebdomada inclusa) vnaque sola Dominica, sicut vnus solus Deus est: & hoc modo exactè adimpletum. Vnde, Excidit columnas septem: vtrumque numerum, hebdomadalem & octauum amplectendo: & vtramque concordantiam, spiritualem & sensualem, ad hebdomadalem potentiarum & elementorum reducendo, in ipsis septem columnis significatam: à qua sensualis procedit: & hac ratione, ipse hebdomadalis numerus potentiarum & elementorum, est septimus & octauus simul: augmenti & diminutionis incapax, ipsi trino, vni æterno Deo potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, bonitatisque infinitæ, attributus. tam æternus, absque principio & fine, quàm æternò, à se ipso incipiendo, distinctum principium & finis omnium: vtrumque numerum, hebdomadalem, & octauum summæ perfectionis, augmenti & diminutionis incapacem, continens. Quinque sensus & tres potentiæ, in homine, in creatoris imagine, & testimonio propriæ regenerationis suæ in gloria & vita æterna: in omni perfectione & vitali concordantia obediente, ipsam octauam formantes. Sicuti contrà, non obediente, cum omni imperfectione, & mortali discordantia & testimonio resurrectionis suæ in iudicio, ad pœnam mortemque æternam ipsam octauam efficientes. vtraque, iusto Dei iudicio, à vitali concordantia, aut mortali discordantia hebdomadali potentiarum & elementorum, vnde inclusiuè procedit, (ipsam Dei æternitatem, & principij finisque vnitatem, sine principio, & fine distinctam testificans) deriuata. De quo singulari ædificio, templo & altari natura humana, in monte Sion naturæ diuinæ, verbo se incarnante, rædificatos

Prou. 9.

& in omni concordantia obedientiali, & plenitudine gratiæ & gloriæ in vniuersalem redemptionem, moriente & resuscitante, perfectè adimpleto: dicit Exo 27. Spiritus sanctus, alio in loco: *Facies & altare de lignis setim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, id est quadrum, & tres cubitos in altitudine. &c.* Quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine: ideſt quadrum: in quantum ad quatuor elementa, ex quibus corpus ipsum humanum compositum fuit: simul associando non sine mysterio ipsum quintum numerum, quo ad quinque corporales sensus, (sicut dicit: Quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, id est quadrum) ab ipsis quatuor elementis, dependentes. & sicut dictum est, consequenter, ipsa formata octaua, & concordantia potentialis & sensitiua, testimonium resurrectionis humanæ: in hebdomadali potentiarum & elementorum inclusa: & mirabiliter in ipso ordine quinario longitudinis & latitudinis, in quaternario incluso: (sicut dicit: Ideſt quadrum) testificatum: addendo repente ternarium numerum, inquantum ad ternarium spiritum rationalem: cum quinario, octauum: & cum quaternario septimum, formantem. Sicut dicit: Et tres cubitos in altitudine, inquantum ad tres animæ potentias: in quo consistit (vt rationalis) altitudo, essentia & qualitas ipsius ædificij: propria domus: templum & altare creatoris sui Dei: Vnde imago & vera lux similitudinis æternitatis & essentiæ suæ trinæ & vnius, inter omnes cœli & terræ creaturas, manifestè resplendet: à principio in Adam, per innocentiam: & in ipso verbo incarnato, in ipsius figuræ complementum imaginis & testimonij sui & effectus manifestationis suæ in carne, (sicut dictum est) moriente & resuscitante, in hominis redemptionem, perfectè adimpletum. de quo mysterio (rediens ad Salomonem) & sapientiæ diuinæ effectu, dicit Spiritus sanctus: *Excidit columnas septem.* in hoc dicere, Excidit, singularem ipsius hebdomadalis ædificij excellentiam, potentialis, & elementalis, naturæ humanæ, significando: inter omnes homines, ab ipsa vniuersali materia hebdomadali humana potentiarum & elementorum, vtranque, rationalem & irrationalem pro materia tantùm reputando, in nouam formam vnius subiecti Dei & hominis simul, quasi columnæ septem, ipsum humanum ædificium vniuersale & cœlorum terræque machinam sustentantes: singulariter absciſſæ. & hoc: in eodem puncto imaginata & causante forma hebdomadali trium personarum diuinarum & attributorum, quasi duo in carne vna, vt scriptum est, inseparabiliter concurrente. Vnde, cum magna ratione: *Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum:* sapientiam & dulcedinem humanorum & diuinorum labiorum sponsi significando. Prou 9. Gen 2. Psal 44

Procedit dicens: *Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam.* hoc: quo ad institutionem (vt dictum est) sacrificij corporis & sanguinis sui: in consecrata hostia panis & vini, in eius memoriam, quotidie oblati, realiter & præsentialiter consistentium. Immolauit victimas suas. Ideſt: sanctissimas & inæstimabiles victimas corporis & animæ suæ. duæ victimæ, in suo distincto pati, & separatione, moriendo: ab ipso æterno sacerdote, Deo & homine, distinctè & vnitè oblatæ. Immolauit victimas suas. Id est, distinctè & vnitè, animam & corpus, sensus & potentias, in suo distin- Prou 9.

distincto pati, simul concurrentes: ipsamque naturam humanam vniuersaliter per gratiam, ad gloriam vitamque æternam regenerando. Vnde cum magna ratione, immolauit victimas suas: ad aliarum victimarum differentiam: ab agno immaculato incipiendo, ipsum innocentem Christum, significante: quæ propriè suæ non erant: cum in figura oblatæ essent, non conferentes gratiam in remissionem peccatorum. Et consequenter: Miscuit vinum, & proposuit mensam suam: cum sit ipse, altare proprium, victima & vniuersalis mensa, & victorum fideliuni præmium. Miscuit vinum, et proposuit mensam suam. Duo distincta: Id est, Sacrificium, et ipsius sacrificij præmium: illis particulariter propositum, qui eum per eandem viam in martyrio secuturi erant: et omnibus fidelibus vniuersaliter: qui cum vino lætitiæ honestarum consolationum huius sæculi, amaritudinis et mœstitiæ propriorum alienorumque peccatorum aquam miscét: ipsam particularem et vniuersalem Dei offésam, cum dolore pœnitenter ponderantes. Peccata non facit non idcirco decere potes bibendi calicem Domini causam non habere, ab ipsa sapientia diuina, in hac ratione charitatis, et legis obseruatæ, ordinatum: quæ si in spirituali obligat: quanto magis
Gal. 6. in spirituali. *Alter alterum onera portate:* (dicit Spiritus sanctus) *& sic adimplebitis legem Christi.* Id est, vtrunque pondus ample ctendo. Et in hoc ordine, cum dixisset Dominus:
Matt 5. *Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas:* (Id est obligationem legis et formam Charitatis, inquantum homo, ab effectu secundum prophetatum, distinguendo. quia quamuis iustus et impeccabilis, tanto magis, in Charitate obligatus vniuersali ponderi redemptionis peccatorum, voluntariè moriendo. Sicut fecit, et concludit dicendo: *non veni soluere: Sed adimplere*) veniens postremo ad effectum complementi ipsius legis et prophetatæ mortis, et sacrificij corporis et sanguinis sui: post benedictionem et consecrationem panis, in corpus sanctissuum: inquantum ad vini consecrationem, accipiens calicem, et cum mysterio Gratias egit: (vt dicit) et dedit illis, dicens, *Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. &c.* Bibite ex hoc omnes. Id est, omnes: iusti et peccatores: qui, in proditore discipulo manducante comprehensi erant. Et in hoc mysterio: *Miscuit vinum,* (sicut dicit) *& proposuit mensam suam.* Id est omnibus, bonis et malis, in hac parte communis obligationis præcedētis mixtionis pœnitentialis, sicut dictum est, vniuersaliter propositæ ipsi propositæ legi, propositi æterni in saluationem, in caritate fundatæ, correspondendo. Dicit cum mysterio: Gratias egit: debitas æterno Deo patri suo gratias; et pro sua tam desiderata morte, omniumque aliorum martyrum et crucifigētium pœnitētium, qui eum in caritate fundati imitaturi erāt, vniuersaliter agēdo. Et nō dicit, *Benedixit:* Sicut de pane: id est in hoc mysterio vniuersalis obligationis & crucis: quia scriptum est: *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Maledictio, in benedictionem, per Christum in Cruce pendentem, conuersa. Vnde ipse benedictionum auctor: *Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos: mentientes propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* & hoc: quia miscuit vinum, (sicut dicit) & proposuit mensam suam. Id est, miscuit vinum cum aquis tribulationum & passionum suarum spiritualium & corporalium, quæ in aqua & sanguine, quæ cum mysterio è sacro suo latere exiuerunt significatæ sunt: & miscuit vinum æternæ lætitiæ Spiritualis & corporalis in animæ & corporis sui sanctissimi reunione, in gloria & vita æterna resuscitando & in hoc ordine, proposuit mensam suam, in institutione ipsius sacramen-

Deut. 21. Gal. 3. Matth. 5. Prou. 9.

ti & perpetui Sacrificij corporis & sanguinis sui: verumque mysterium comprehendens.

Ab initio hic ordo est à Deo obseruatus: secundum æternam sapientiam suam, amarum cum dulci, in ecclesia sua fideli miscente, in remedium & medicinam præsidi fellis peccati. Sicut primis parentibus
Gen. 1. dicit: *Crescite & multiplicamini, replete terram, & subijcite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram. Dixitque Deus, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam:* &c. Hoc est
Gen 2. suaue & dulce mel. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum:* (in otio stare nõ debebat) *præcepitque ei, dicens: Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Hoc est rigidum amarumque fel. Sed non sine mysterio. quia hoc
Prou 9. modo, *Miscuit vinum, & proposuit mensam suam:* tantum ante, quantum post peccatum: mediante ipsa abstinentia, parte corporali, simul cum spirituali obedienter concurrente, ad communem regenerationem suam in gloria & vita æterna disponendo: ipsi præmio mensæ & conuiuij visibilis fruitionis Dei conueniente. Post peccatum: similiter, homini dicens:
Gen. 3. *Maledicta terra in opere tuo:* &c. Maledictio, quæ super innocentem Christum cecidit,
Ps 6. in ipsius culpæ redemptione. & tunc: *Terra dedit fructum suum.* & conformiter mu-
Prou 9. lieri: *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios.* &c. Id est, Miscuit vinum, & proposuit mensam suam: vniuersalem partum figuratæ suæ, Ecclesiæ suæ fidelis, in dolore spirituali & corporali martyres filios suos parturientis, prædicendo. Vnde in hoc mysterio,
Gen 3. (continuò) *Et vocauit Adam nomen vxoris suæ, Eua: eo quod esset mater cunctorum viuentium.* In dolore paries filios. Ideſt, spirituali & corporali. in secundo partu doloroso duorum filiorum priorum Cain homicidæ, & cum maledictione Dei profugi & exulis, & Abel mortui: exactè adimpletum. sicut in figurato Abel Christo in cruce pendente, in complementum ipsius figuræ & partus vniuersalis filiorum credentium, effectum est. Ideſt, conformiter, ipsa sua natura humana, duodecim stellis coronata, in testimonium propinquæ suæ resurrectionis, in diuinam assumpta, *& in vtero habens,* (hoc nõ obstante) *&* Apoca 12
clamabat parturiens, et cruciatur vt pariat. miscuit
Prou 9. vinum, & proposuit mensam suam. Ideſt, miscuit suaue & dulce purissimi vini innocentiæ suæ, cum rigido & amaro fellis malitiæ peccati, in ponderatione remissionali ipsius culpæ, voluntariè morien-
Mat. 27. do. Vnde in hoc mysterio: *Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum Et cum gustasset noluit bibere.* Bibit iustus Christus in calice suo amarum fellis peccati, vt homo moriendo: sed non de mixto vino culpæ originalis, & lethalium concupiscentiarum humanarum (innocẽtia sua semper seruata) die tertio, vt Deus, resuscitando: & redemptionis humanæ opus totaliter adimplendo. Et huic addi potest consideratique perpetua mixtio amari pœnitentialis quadragesimalis ieiunij vniuersalis, cum duorum dierum hebdomadalium abstinentia carnis, in mortis et sepulturæ Dominimemoriam: vltra particularem, & superiorem religiosorũ, et vitæ pœnitentis: cum extraordinaria tridualis ieiunij: per nouarum indulgentiarum viam, et solita quatuor tẽporum et vigiliarum. Id est, *Miscuit vinum, & proposuit mensam suam.*

CAP. XXXVII.

MIscuit vinum, & proposuit mensam suam. Prou 9
&c. Ideſt, duo distincta: in ipsa sapientia patris Christi, Dei et hominis

minis, simul vnita. Melchisedech. altissimi sacerdos, in ipsius æterni sacerdotis figuram, panem & vinum victori Abraham ob tulit: excelsum patrem Deum, in essentiæ vnitate (cui trino & vni Deo, vnitè omnis victoria attribuitur) & generantem patrè ipsius verbi æterni, in distinctione personarum. significanti. Panis, & vinum. Id est, natura diuina, & natura humana: in ipso verbo incarnato Christo, inseparabiliter vnitæ. & ab ipso æterno sacerdote, in Melchisedech figurato, ratione infallibilis effectus complementi ipsius figuræ, cum vniuersali victoria redemptionis humanę per gratiam & gloriam, moriente, & resuscitâte, excelso patri Deo, in Abraham significato, in æternum oblatæ. Panis & vinum. Panis, inquantum ad impassibilem naturâ diuinam: ab ipsa sapientia æterna declaratum dicente: *Ego sum panis viuus qui de cælo descendi:* & vinum, inquantum ad passibilem naturam humanam: in particulari transsubstantiatione vini, in sanguinem suum, effusum pro peccatis moriendo, compro batum. Conuenienter, passibilis natura humana, cum impassibili diuina (sicut dicit, miscuit vinum) in regeneratione per gratiam & gloriâ, distinctè & inconfusè mixta: se incarnando, moriendo inquantum homo, & resuscitando inquantum Deus. Ita quod miscuit vinum in ventre virginali, seipsum in carne passibili incarnando: & miscuit vinum (quamuis Deus & homo simul esset) in passionibus animæ & corporis sui sanctissimi, tam distinctè, quam vnitè patiendo: in sanguine & aqua (sicut dictum est) ex sacro suo latere & cordiali parte emanâtibus significatum. Et miscuit vinum (Idest, vinum cum vino varię lætitię spiritualis & corporalis) in noua reunione & gloriosa mixtione carnis & spiritus resuscitando: omnem contrariam mixtionem aquæ amaritudinis præteritæ tribulationis & passibilitatis humanæ euacuante: in consummatione ipsius sacrificij & oblationis ipsius hostiæ spiritualis & corporalis moriendo, effectum. et consequêter pro posuit mensam suam. Id est præmium (vt dictum est) & coronam vincentibus propo suit: qui per eâdem viam (vt dictum est) & propositum medium mixtionis amaritudinis pœnitentialis variarum crucium & armorum ieiuniorum consuetorum & abstinentiæ, militabunt: simul cum consueta oratione & confessione peccatorum, necessaria, associatæ. omne hoc ad exemplum nostrum, & ex præcepto, ab ipso innocente Christo, & ecclesia sua, effectualiter ordinatum, propositum & obseruatum, in ipsorum hostium perpetuorum depositione, (mediante Dei gratia) mundi, dæmonij, & carnis. (Hîc, Scriptor non loquitur cum pertinacibus vsque ad finem contradicentibus, Lutheri & Caluini sectatoribus, aliisque similibus, cæcis, & cæcorum ducibus: qui huius diuinæ mensæ & conuiuij indigni sunt: neque in æternum partem in hac gratia habebunt) Essque necessarium, vt in executione idem ordo obseruetur cômunis crucis & concurrentiæ spiritualis & corporalis, quantum fieri potest: vnusquisque particularem suâ hostiâ, simul cum vniuersali redimentis & iustificantis Christi, integrè offerendo: & quod realiter verè sit: & non per vanam gloriâ & inutile exterius complementum. *Nam & qui certat in agone:* (dicit Spiritus sanctus) *non coronabitur nisi legitimè certauerit. Ego igitur sic curro,* (dicit alio in loco) *non quasi aerem verberãs: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Vnde, cum mixtione amaritudinis lactucis agrestibus verę pœnitentiæ, & pane azymo cinctis renibus vitæ puræ & castæ, quæ simul associata sunt, iubebat Deus figuratũ agnum manducari. De qua figura mensa & vero cibo angelico naturę diuinę, & humanæ, in Christo vnitarum, & ab ipsa sapientia æterna, in præmium & coronam vincentibus (vt dictum est) morientę, & resuscitante

Ioan. 6.

2 Tim. 2

1. Cor. 9.

Exo. 12.

citante proposita & parata, dicit non sine mysterio Spiritus sanctus, alio in loco. *Facies & mensam de ligni setim. &c.* Hoc, inquantum ad naturam humanã. Mensam de ligni setim. Setim, interpretatum est, Expansiones: extendere, aut aperire. Quia cũ esset natura humana in statu innocentiæ, quasi liber apertus laudis vniuersalis creatoris, in quo omnia creata, in bonum ipsorum vsum, obediendo, erant (sicut in ipso contenta) laudabiliter scripta, & ab ipso primo homine & sacerdote in terra, cum se ipso vniuersaliter oblata: clausus fuit in ipso primo Adam peccante: apertusque in secundo, per gratiam, & gloriam: moriẽte, & resuscitante. *Ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid* (sicut scriptum est) *aperire librum, & soluere septem signacula eius.* Hebdomadalia signacula & clausuræ potentiales et elementales: in eorum mortali discordantia, in operando ad vitam æternam, iusto Dei iudicio, et immutabili essentia hebdomadalis naturæ diuinæ, (iecundum tres personas et attributa, sicut dictum est, in ipsa imagine hebdomadali humana potentiarum et elementorum testificata) quasi porta clausa, (sicut liber) primum perfectionem octauæ et vitalis concordantiæ, euacuantia: in vniuersali discordantia sensuali, secundum concupiscentias humanas, ab interiori hebdomadali discordantia potentiarum et elementorum procedẽte, testificatum. Et in hoc mysterio: Facies et mensam de lignis setim. Id est, Expansiones: (sicut dictum est) descendere, et aperire: quia Ecce vicit leo de tribu Iuda radix Dauid, aperire librum et soluere septem signacula eius. Et hoc, quo modo? Miscuit vinum, et proposuit mensam suam: moriendo, et resuscitando. in qua mixtione spirituali et corporali, passibili, et gloriosa, patiendo inquantum homo, et inquantum Deus impassibiliter resuscitando, aperuit in se ipso librum naturæ humanæ: cum innocente morte sua debitæ peccati pœnæ satisfaciendo: et simul cum victoria æternæ vitæ et gloriæ in vniuersalem ipsius culpæ redemptionem, ipsas hebdomadales clausuras & signacula originalis maledictionis spiritualis & corporalis, in ingressu veri paradisi impedientes totaliter soluendo, in omni effectu, ternaria natura diuina, trium distinctarum personarum & quatuor attributorum ipsius trini & vnius Dei consistente, in vna essentia & causa vniuersali trinè & hebdomadaliter concurrente. Vnde, Facies & mensam de lignis Setim: vtranque solutionem in Christo, spiritualem & corporalem, humanam & diuinam, ipsius vniuersalis libri laudis, per gratiam & gloriam aperti, comprehendendo.

Duo notabilia & particularia ligna fuerunt inter alia, in paradiso terrestri, in naturæ humanæ imaginem: cum ipsa pars inferior terrestris, simul cum superiore cœlesti ad hominis imaginem creatæ essent: in quibus duabus regionibus, elementali & cœlestiali, corpus & anima nostra significatur. & in hoc ordine & similitudine, duo ligna. Id est, corpus & anima: natura humana, & natura diuina in Christo vnitæ. in qua vnica & singulari Dei imagine, in terra, & vnica singulariq́ue vnione rationali (quo ad animam) in terra & in cœlo, inenarrabilis, vnica & singularis in Christo, Deo & homine simul testificata est. sed hoc: in statu innocentiæ, legem diuinam obseruando. & in hoc ordine, duo ligna singularia: id est, corpus & anima hominis. (natura humana, & diuina, in Christo vnitæ) Pars inferior, obediendo: & pars superior, rationaliter dominando. Et consequenter, lignum vetitum ipsum corpus humanum, homo Deo obediendo: sicut dicit: *De ligno scientiæ boni & mali ne comedas*: & lignum vitæ animæ, sanctam suam legem rationaliter obseruando. sicut dicit etiam post

Apoc. 5.

Prou. 9.

Gen. 2.

pec-

Gen. 3. peccatum : *Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis et cetera.* Emisit. Id est, in ipso repentino actu & adnexo, (sicut dicit: Nunc) à recta iustitia sua diuina procedente, infallibilem effectum mortalis suæ separationis testificando: separans & expellens ipsum peccatorem, (qui in ipsa anima parteque rationali intelligitur, cui præcipuè culpa attribuitur) de paradiso terrestri, corporis sui morientem. Paradisus delitiarum, corpus humanum, liber laudis apertus, hostia & sacrificium: cum esset (sicut erat) cum rationali spiritu, obedientialiter vnitum, per medium cuius animæ rationalis, in arbore vitali significatæ, & rationalis vsus ipsius arboris, fructusque vitalis obediendo, ipsa gratia & donum particulare perpetuæ vitæ & immortalis ei communicata erat: similiter & ipsa mors & pœna peccati, de prohibito manducando: vt causa ipsius culpæ et mortalis separationis vitæ suæ Dei: in mortali separatione propria corporis & spiritus moriendo, testificatæ. vnde septem signacula & mortales clausuræ ipsius libri humani, inquantum ad exhalatum spiritum ternarium & elementa moriendo: in sua discordantia vniuersali potentiarum & elementorum sensualiter operando, & non ad vitam æternam, vsque ad aduentum ipsius vitæ & vniuersalis Saluatoris mundi, semper clausi: & ad originalem incomprehensibilem memoriæ æternæ Deum, reducti, & custoditi. in quo ordine & mysterio corpus domini in sepulcro fuit, non solùm sicut hominis iusti & originalis libri & arboris vitæ Dei, custoditum: sed sicut peccatoris, signatum: in quantum ipse innocens erat ad pœnam mortalem peccati, in ipsius culpæ redemptionem, voluntariè & vniuersaliter obligatus. Igitur in hoc mysterio redemptor signatus, & integrè clausus & custoditus fuit: inquantum quod sanctissima ipsius anima semper cum sacro suo corpore associata fuit. (Et natura, diuina, etiam, cum vtrisque, inseparabiliter vnita.) Quia in illo instanti moriendo, infernus spoliatus fuit: in puncto ad abyssum illam descendens, & cum præda victoriosè rediens. vnde, in testimonium quod Dominici corpus in sepulcro stetit vsque ad diem tertium gloriosæ suæ resurrectionis, non fictè mortuum, sed verè ab anima separatum, & nihilominus, ibi semper fuit sanctissima eius anima, sicut in digniori loco qui inueniri possit, simul cum sacro suo corpore associata: *Venit Simon Petrus* (sicut scriptum est) *& introiuit in monumentum,* Ioan. 20. *& vidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in vnum locum.* Duo separata linteamina & sudarium: corpus & animam domini significantia: & testificantia, quæ per mortem separata fuerunt: & nihilominus ibi perpetuo associata. & in hoc mysterio, omnia ab associato testimonio sancto Ioanne Euangelista, in hoc mysterioso ordine, minutè scripta. (Non est quod miretur lector quod in hoc libro sæpius ipsæ materiæ tractentur: & pluræ recenter repetatur: aliqua semper addita inueniuntur, quæ menti non cogitata occurrunt: per gratiam Domini & donatoris Dei, vt sua, digna vt scribantur.) Dicit prius gloriosus euangelista, de seipso: etiam secundum solitum suum cum mysterio loquens: *Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina: non tamen introiuit.* & nihil de sudario & separatione vnius ab alio dicit: sed solùm de sancto Petro: qui introiuit, & vidit, sicut dicit. Et hoc est mysterium. Præsignificare spiritum sanctum id quod resuscitatus redemptor dicturus erat posthea præsentialiter ipsis duobus discipulis: in eisque esse sine dubio adimpletum. Id est, Petro, *Sequere*

me.

me: & de Ioanne, *Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere.* Intrauit Petrus in monumentum Christum crucifixum sequens : et attentè vidit in ipsis duabus rebus separatis, præteritam animæ et corporis dilecti sui magistri separationem, & futuram propriam, quam similiter, cũ esset in cruce mortuus, visurus erat. Ioannes inclinauit se, sicut dicit, libenter crucem suam et martyrium amplectens, ad quod, sicut cæteri Apostoli, propensus erat: non tamen introiuit, sicut dicit: quia non fuit in ipso martyrium, vt in Petro, per mortẽ consummatum. Ad propositum redeundo. In termino triduali sepulturæ domini, vsque ad gloriosam eius resurrectionem : vniuersalis terminus mortalium à principio, vsque ad finem seculi, significatur: triduali trium mensurarum fermentiui augmenti legis naturæ, scriptæ, et gratię correspondens: et inconsequẽte resurrectione sua particulari, vniuersalis cunctorum hominum testificatur. et tunc penitus apertus erit liber naturæ humanę: vsque ad id punctum, in originali suo (vt dictum est) naturæ diuinę, intactè et inuisibiliter custoditus: et cum hebdomadalibus signaculis tam distinctarum quam vnitarum personarum diuinarum et attributorum, signatus: in tribus potentijs et elementis (vt dictum est) ipsius humani libri, significatus: et in arbore ab ipso Deo, homini prohibita, vsque ad suam in gloria regenerationem, et consequentem ipsius fructus vitæ æternæ Dei fruitionem, testificatus. Vnde, *Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum, nec videre eum &c. Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & soluere septem signacula eius.* leo de tribu Iuda, radix Dauid. id est, Leo inquantum ad naturam diuinam: De tribu Iuda, radix Dauid inquantum ad humanam: vtrumque librum in Christo, diuino et humano, comprehendens: in ipso puncto vniuersalis resurrectionis iustorum, penitus apertum : Et in hoc mysterio, cum omnibus alijs adductis dicit Spiritus sanctus: *Faciesque mensam de ligni setim*: interpretatũ, Expansiones, distendere, aut aperire: inquantum ad naturam humanam, cũ diuina in Christo, indiuisibiliter vnitam: vt medium necessarium per effectum ipsius apertionis particularis, et vniuersalis libri, diuini, & humani, expansionis & distensionis suæ per gratiam et gloriam, moriente, et resuscitante, in totali manifestatione ipsius Dei.

Sequitur dicens : *Et inaurabis eam auro purissimo.* Hoc effectum fuit. verbo se incarnãte, per opus spiritus sancti, in ventre virginali: vbi ipsa mensa setinea naturæ humanæ, in ipsa singulari vnione, fuit à natura diuina, cum expansione et distentione auri purissimi omnium gratiarũ, singulariter inaurata. *Faciesque illi labium aureum per circuitum.* Hoc, inquantum ad inaurantem naturam diuinam: cum humana, in ipso puncto coniunctam Per circuitum : quia non natura diuina, ab humana, in ipsa vnione: sed humana, à diuina comprehensa fuit. et labium in Christum pronuncians, est natura diuina. sicut testatur dicens: *Verba quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor. Sermonem quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me, Patris &c.* Et ipsi labio coronam in-trafilem altam quatuor digitis. Hoc, cũ magna ratione: quia ipsa corona et victoria resurrectionis, primò et præcipuè, naturæ diuinæ attribuitur: in ipso labio auri, coronati, significatæ. Altam quatuor digitis: inquantum ad quatuor attributa ipsius Dei: in quatuor elementis, ex quibus ipsum corpus humanum resuscitatum consistit, significata. quatuor literæ diuinæ attributales, et elementales humanæ simul vnitæ, (quasi verbum vnum) formantes in talibus effectibus et pronuntiantes à principio, vsque tunc, et in æternum, excelsum et tremendum nomen ipsius Dei potentiæ, sapientiæ, iustitiæ et misericordiæ infinitæ: in

ipso

Ioan. 21.

Exo. 25.

Exod. 25.

Ioan. 14.

Exo. 25.

Matt. 13.

Apoc. 5.

ipso vltimo effectu glorioſæ victoriæ re-
ſurrectionis totaliſque reædificationis v-
niuerſalis templi et domus ſuæ in electis
ſuis, ad gloriam et vitam æternam, mani-
feſtati. *Et ſuper illam, alteram coronam aureolam.*
Hoc, inquantum ad coronam gloriæ natu-
ræ humanæ diminutè, ad naturæ diuinæ
differentiam in qua, accidentaliter huma-
na eſt coronata et exaltata. vbi, conſequen
ter concludit dicens: *Et pones ſuper menſam pa-
nes propoſitionis in conſpectu meo ſemper.* Panes
propoſitionis, in numero duodecimo: alio
Leu. 24. in loco declaratum, dicens: *Accipies quoque
ſimilam, & coques ex ea duodecim panes, &c. per
ſingula ſabbata mutabuntur coram Domino ſuſcepti
à filijs Iſrael fœdere ſempiterno. &c.* in quo nu-
mero duodecimo (ſicut declaratum eſt) i-
pſa vniuerſalis carnis reſurrectio ſignifica
tur. præmium propoſitum menſæ et conui-
uij æterni, à patris ſapientia verbo diuino
homine facto, in nutrimentum vitæ æter-
næ Spiritum ſanctum, ab vtroque viuifican
ter procedentem: in virtute ipſius cibi an-
gelici et veri panis cœleſtis corporis ſui
Ioan. 6. ſanctiſſimi, *qui permanet* (ſicut ipſe dicit) *in
vitam æternam*, glorioſè reſuſcitando conſe-
cutum: et realiter per gratiam, in eucha-
riſtiæ ſacramento, quàdiu mundus ſtabit,
diſpoſitiuè communicatum.

Miſit ancillas ſuas (dicit proſequendo) *vt vo-
carent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. &c.* & ſic
fuit ab ipſa Patris ſapientia, conſequenter
adimpletum, poſt glorioſam eius reſurre
ctionem, dicente humillimis ancillis diſ-
Mar. 16. cipulorum ſuorum: *Euntes in mundum vniuer-
ſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. &c.* vt
vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis.
Hic eſt myſterioſus modus dicēdi: qui præ-
ſupponit cauſam magni prælij & diuiſiona-
Apo. 12 lis ſeditionis. *Factum eſt prælium magnum in cœ-
lo*, dicit Spiritus ſanctus: vnde originem
habuit à principio ipſa diuiſio & prælium
in natura angelica, à ſuperbo & inuidioſo
Lucifero, contra creatorem Deum; primò
introductum: debitam incarnato verbo a-
dorationem, contradicente. Arx & mœ-
nia ipſius Hieruſalēm cæleſtis, machina
bellica & munitiones, in potentia, virtute
meritoque infinito ipſius Regis regū Chri-
ſti Dei & hominis, pro vniuerſi conſerua-
tione, perpetuæ & indeficientes, ſunt tam
ſtrenui Duces, quam humiles & obedien
tes ancillæ ſeptem angelorum, in præſen- *Apo. 4.*
tia Dei perpetuò aſſiſtentium. quaſi ſeptē
lampades, (vt ſcriptum eſt) myſterium in-
carnationis verbi, ſacrificanter repreſen-
tantium: quibus, omnis angelorum exerci-
tus vnitus eſt: & cunctis, per medium ipſo-
rum, quod ex voluntate diuina procedit re
uelatur. Vnde, in prima reuelatione, (poſt-
quam creata fuit natura angelica) & pro-
poſitione vniuerſalis obedientiæ voluntā-
riæ, pro eorum conſeruatione neceſſariæ,
per medium ipſorū angelorum omnibus
(ab ipſis incipiendo) vniuerſaliter propo-
ſitæ: Miſit ancillas ſuas (vt dicit) vt vocarēt
ad arcem; & ad mœnia ciuitatis. Et ſicut
per medium ipſorum ſeptem angelorum
ipſa obedientia vniuerſaliter propoſita
fuit: ſic etiam per medium ipſarū humiliū
ancillarum, in merito humillimi Chriſti
& incarnationis ſuæ, in eis ſignificatæ, fuit
ipſum prælium in cælo vniuerſaliter finiti-
tum & terminatum. Sicut addit dicendo:
*Michael & angeli eius prœliabantur cum Draconē,
& draco pugnabat & angeli eius: & non valuerunt,
neque locus inuentus eſt eorum amplius in cœlo. &c.*
Et non valuerunt. Ideſt, quia Michael (in-
terpretatus, Quis vt Deus?) & angeli eius
prœliabantur cum draconē: ex parte ipſius
veri Dei (vt veri hominis) reſpondendo: cū
quoq; qualem in cælo locum habere præte-
debat. & in hac ratione tam ſuperbi, quam
vani fundamentis: non valuerunt; neq; lo-
cus inuentus eſt eorum amplius in cœlo.
Neque locus inuētus eſt eorum amplius in
cœlo. Quia, confirmata parte humili & vi-
ctrici gratia, & ordinata in ordine contra-
riæ occaſionis perpetuæ humiliationis mi-
norum maiorumque graduum chororū &:

hierarchiarum, in obedientiali creatoris ministerio, & vnusquisque gradu suo sorteque contentus, neque amplius inter eos fuit similis prætensio: nec inter omnes ipsos gradus, ab infimis angelis, vsque ad sublimiora Seraphin similis locus inuētus est, qualem cum eorum capite prætendebant, altitudinis & similitudinis Dei: sicut dicit, *Isa. 14.* *Similis ero altissimo.* Similiter ab initio prælium ipsum & seditio in terra inter homines etiam introductum fuit: & ab ipso inuido Dracone astutoque serpente originē habuit, primos humanæ generationis parentes, Adam, & Eua, peccare faciente. *Prou 9.* Quia postquam facta fuisset domus ipsa & primum Dei templum in terra natura humana, à sapientia diuina, & in sua ædificatione ad perpetuam vitam deliciarum præsentium, & futurum præmium veræ gloriæ & paradisi ad vitam æternam, in totali manifestatione ipsius Dei, proposuit homini similiter (sicut angelo) obedientiæ legem, ad conseruationem suam necessariam: vt dicit misceuit vinum, & proposuit mensam suam: dulce ipsius arboris vitæ, (vt dictum est) cum amaro alterius prohibitæ mortalis miscendo, dicens: *Gen. 2.* *In quocunque die comederis ex eo, morte morieris.* sed astutus hostis tentator, contrarijs armis solitæ suæ inobedientiæ, superbiæ, & ambitionis vtens, dicit: *Gen. 3.* *Nequaquam morte morieris. Scit enim Deus quòd in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicut dij, scientes bonum & malum.* Et in illo instanti sapientia diuina, non obstante tam certa, quam præuisa eorum ruina, Misit ancillas suas, & auxilium suum angelicum in eorū defensionem, ad hominis custodiam præordinatum, vt vocarent eos ad arcem & ad mœnia ciuitatis Hierusalem cœlestis: præuenienter eis, in omni contraria tentatione, ipsum futurum præmium veri cibi, & paradisi gloriæ, & vitæ æternę anteponendo. Vnde, omni hoc non obstante, superbè & ambitiosè, primum à tentatore oblatū, *Et eritis sicut Dij*, voluntariè, acceptantes, simulque creatori diffidenter non obedientes, fuerunt à iustitia diuina, per medium ipsorum humilium angelorum, ipsi superbi (sicut alij prius, de cælesti) de paradiso terrestri eiecti. neque locus (vt de illis, in cœlo) inuentus est eorum amplius in terra, quia, vltra quod locus ipsius terrestris paradisi, ex tunc, vsque nunc, nunquam inuentus est: inter homines omnis gradus & conditionis in terra nemo vnquam tam superbus & elatus fuit, qui similem locum sublimitatis et altitudinis essentię, & sapiētiæ Dei, prætenderet. Neque locus inuentus est eorum amplius in terra, quia neque inter ipsos errantes homines terrestres, locus, & sublimis gradus scientiæ infusę, quē primus Adam habuit, inuentus est: vt imago ipsius sapientiæ æternæ Christi secundi Adam, & testimonium. Et hoc cum mulra ratione post peccatum: Quia *sientia inflat*: *1. Cor. 8.* (dicit Spiritus sanctus per Apostolum) *charitas verò ædificat.* quod conformiter in ædificatione vniuersali per gratiam, ipsius humani templi & domus Dei, à sapientia Patris Christo redemptore obseruatum fuit: per talem effectum, non sapientes, & astutos, in sapientiæ gradibus exaltatos, eligente: sed idiotas simplicesq; piscatores humiliatos. Vnde per eundem: *Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius seculi? Nonne stultā fecit Deus sapientiam huius mundi? Nam quia in Dei sapiētia non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.* Et in hoc ordine ipsa sapientia Dei filius Misit ancillas suas vt vocarent *Prou 9.* ad arcem, & ad mœnia ciuitatis, dicens ipsis Apostolis: *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. &c.* qui non a- *Mar. 16.* lijs armis, quàm ipsa Dei veritate, gladio oris sui, (ideſt, à duobus labijs, Patre & filio, *Apo. 1.* procedente) vtraque parte acuto, igneo flatu charitatis diuinæ Spiritus sancti, & sanctæ crucis vexillo, humilitate & paupertate sua, spirituali susceptione vniuer-

salis

salis acquisitionis totius mundi inceperunt: publicè ipsum Euangelium prædicantes: & cum admirabilium signorum abundantia, sanguinisque proprij effusi audacter varijs linguis ipsam veritatem comprobantes: (vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis) simulque cum victoria æterna ipsos contrarios inimicos, mundum, dæmonium, & carnem, deponentes.

Prou 9. Ieremi. 1. *Vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis.* & conformiter per Ieremiam: *Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & columnam ferream, & in murum æreum super omnem terram regibus Iuda, principibus eius, & sacerdotibus; & omni populo terræ. & bellabunt aduersum te, & non prævalebunt: quia ego tecum sum, ait Dominus, vt liberem te.* Applicatum præcursori ipsius verbi incarnati, primoque prædicatori suo sancto Ioanni Baptistæ: magisque applicandum est ipsi Dei ciuitati Ecclesiæ suæ Catholicæ & Apostolicæ, post vniuersalis redemptionis effectum: ab indeficiente thesauro ipsius gratiæ (quem non habuit Baptista) in remissionem peccatorum, quandiu mundus stabit, copiosè munitæ & ornatæ. Et omni populo terræ. vt dicit. Ideſt, in vniuersum mundum, in ipsius prophetiæ complementum, ipsæ humiles ancillæ, ab ipsa sapientia missæ. Quæ perpetua & vniuersalis sancta Romana Ecclesia Catholica & Apostolica, ab ipso verbo incarnato, per talem effectum, antequam exiret ex originali et materno ventre propriæ patriæ & figuratæ legis, per promissum, & missum Spiritum sanctum sanctificata, & ibi ab ipso Deo, antequam in duodena electione formaretur, cognita, data est in ciuitatem munitam, (vt dicit) & columnam ferream, & murum æreum super omnem terram contra totum ipsum diabolicum prælium idololatriæ, & diuisionalem seditionem variarum sectarum, & errorum hæresum. & tantum maiori cum ratione & fundamento, cum ipsa fidelis Ecclesia sic à Christo, vni supremo capiti vicario suo, vniuersaliq; pastori in terra, cum authoritate diuina vsque ad finem seculi subordinata. Qui, non solùm datus est in petram & vnicum fundamentum in terra perpetuæ ædificationis Ecclesiæ Christi, per obedientiam: (claues regni cælorum, ipsa obedientia, per inobedientiam clausorum, & ab humili & innocente agno Christo, facto obediente vsque ad mortem, per obedientiam vniuersaliter apertorum: claues propriæ Christi, (aperti sunt ei cœli) per hanc viâ obedientialem perpetuo vicario suo in terra donatę, (à sancto Petro incipiendo) in vniuersalem ipsius gratiæ dispensationem) sed datus est hac ratione, in murum æreum. sicut in ciuitatem munitam, & columnam ferream contra totum infernum in omnium declarationę, quæ catholicè teneri, & credi debent: per sacrorum Conciliorum viam, quæ, autoritate sua vnica & suprema aperta, & clausa sunt, determinatum: omnes ipsos errores, & errantes dogmatistas condemnantium. Vnde, *Ecce dedi verba mea Ieremi. 1. in ore tuo: ecce constitui te hodie super gentes; & super regna: vt euellas, & destruas, & dissipes, & ædifices, & plantes:* &c. cum ipso vniuersali pastore, in particulari, & cum omnibus alijs suis dependentibus, in vniuersali, loquendo. Et ædifices, & plantes. Hoc semper fecit, & continuò facit, (Nunquid hoc ignoratis, hæretici?) pro tali effectu humiles & perpetuas Christi ancillas, prædicatoresque Apostolicos, vsque ad Indos mittendo, vt vocarent ad arcem prædicati Christi redemptoris, & ad mœnia ciuitatis ipsius prædicantis Ecclesiæ, in via fide credentis, & ad vitam æternam operantis: & mediante ipsa gratia & virtuali semine seminati verbi diuini, & non fallacis, promissi æterni patris sui Dei, non inaniter: imò plenè & prosperè, cum abundanti cõuersionis multorum

Prou 9. Phil. 2. Matt. 21. Mat. 16. Isa. 55.

populorum & regnorum collectione rede
untes. vnde, *Et bellabunt aduersum te, & non pra*
Ierem. 1. *ualebunt.* si cuti per sanctum Matthæum, de ipsa petra, *Et portæ inferi non præualebunt aduer-*
Matt. 16. *sus eam: Quia ego tecum sum.* (per Ieremiam) & conforme per seipsum ipsi vniuersali Ec-
Mat. 28 clesiæ, *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.*

CAP. XXXVIII.

Prou 9. *SI quis est paruulus* (procedit dicens) *veniat ad me. Et insipientibus locuta est, venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. relinquite infantiam, & viuite, & ambulate*
Matt. 11. *per viam prudentiæ. &c.* Si quis est paruulus, veniat ad me Paruulus. Idest, humilis. veniat ad me: Idest, *quia mitis sum, & humilis corde.* & in hac ratione, veniat ad me: ad superbi seductoris Luciferi differentiam, quem innumerabilis multitudo mundanorum superborum, angelorum, & hominum sequitur, & post eum venit. vbi, illi, qui in ipsa arce, & mœnibus ciuitatis cœlestis Hierusalem, & Ecclesiæ triumphantis, & terrestris militantis, (angelorum, & hominũ) salui remanebunt: ipsi primo angelo custo
Psal 114 dienti, omniumq; angelorũ domino Christo humiliato, talem victoriam attribuentes: cum Dauid in eius laudem cantabunt, in vnius solius conceptus vnione & concordantia dicentes: *Custodiens paruulos Domi-*
Prou 9. *nus: humiliatus sum, & liberauit me. &c.* Si quis est paruulus veniat ad me. Quia, *Amen dico*
Mat. 18. *vobis, nisi conuersi fueritis,* (vt dicit) *& efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.*
Prou. 9. *&c. Et insipientibus locuta est, venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis, &c.*
Psal 13. Et insipientibus locuta est. Idest, peccatoribus: de quibus alio in loco ait: *Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt. &c* & hos tales vocat ipsa
Luc 5. patris sapientia, Christus Saluator. *Non veni vocare iustos,* (dicit ipse) *sed peccatores ad pœnitentiam.* Venite comedite panem meum,
Prou 9. & bibite vinum quod miscui vobis. Relinquite infantiam, & viuite, ambulate per vias prudentiæ &c. Panem & vinum quod miscui vobis. Hoc, apertè, inquantum ad Eucharistiæ sacramẽtum, cum omnibus aliis sacramentis: à Christo sapientia Patris, in ædificationem per gratiam (vt dictũ est) domus suæ naturæ humanæ institutis, & in spirituale sustentaculum ipsius humani ædificij, sanctæ suæ Ecclesiæ, per ordinem suum, & mediũ sacramenti pœnitentiæ & vocalis cõfessionis nouarum culparum & ipsorum delictorum absolutionis, recenter, vt secunda post Baptismum porta in distinctã ipsius gratiæ recuperationẽ, perpetuò applicatis: Idest, per hanc viam dignè Eucharistiæ sacramentũ recipiendo, in quo pane viuo veri corporis Domini, omnia sacramenta consistunt, & in vnoquoq; in ipsa gratia recepto, distinctè & indiuiduè concurrunt. adultis in hac ratione cum Baptismo applicatum, vt virtualis effectus ipsius gratiæ præsentis, & arrha, & pignus futuræ gloriæ, & vitæ æternæ promissæ, à recipiente cum viua fide prius postulatæ. Et in hac ratione & mysterio vocat spiritus sanctus sacramenta, vias prudentiæ, & vias vitæ: vt dicit, Relinquite infantiã, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ: quia tunc homo fidelis de relinquit infantiam, & iuuenilem imprudentiam & ignorantiã, cũ adultus catechizatus cum viua fide Baptismatis sacramentum recipit, similiter, & baptizatus infans, ad rationis vsum peruentus, simul cum adulto confirmationis sacramentum recipit, & pœnitentiæ postea, vt secundam portam, relabendo: in hoc modo & ordine dignè Eucharistiæ sacramentum recipiendo, hebdomadale humanæ redemptionis instrumentum, omnia sacramenta virtualiter continens, ipsamq; distinctam gratiam, distinctè, secũdũ vnicuiusq; statum, cõmunicans, incipit ambulare (vt dicit) per vias prudentiæ, et vias vitæ vitalium sacramentorum, in imaginem

maginem ipsius vitæ Dei, ad vitam æternã operando: (quod prius non faciebat) fimulque hebdomadalem hydram, et mortalem peccati imaginem, in quam homo mortaliter peccando seipsum trãsformat, euacuando: et cum abnegatione ipsius superbæ bestiæ Sathanæ, et pomparum idolorũ, eius superbiæ, auaritiæ, Luxurię et gulę, omniumque aliorum, quæ simul cum vana gloria et iactantia prius adorabat; voluntarie et effectualiter peccando: cum noua vita per gratiam, et debita veri Dei creatoris adoratione, detestando. Vnde Spiritus sanctus: *Si quis adoraverit bestiam et imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua: et hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius. &c.* Apo. 14. Characterem bestiæ in fronte sua, aut in manu sua. Idest, quo ad peccata mortalia, in mente, aut opere, consensa, & cõsummata: in locis notatis, quos dixit, frontis, & manus proprię, significatum: omni ipsa hydrea imaginẽ, et incitantis bestiæ charactere, in quam homo in illo instanti peccando seipsum trãsformat: simul ac indiuidue concurrẽte. idest: scriptus in libro mortis in illo instanti, & de libro vitæ Christo simul delens, priuatusq; viuificante calice hebdomadali redemptionis, & vniuersalis misericordiæ suæ in suo sanguine, corporaliter & spiritualiter pro peccatoribus patiente: & ad potationem calicis iræ Dei condemnatus, in æterna ipsarum culparum punitione, tamen correspondenter hebdomadalis, spiritualiter corporaliterque in inferno patiẽdo. Significatum in hoc dicere. Quod mixtum est mero. Id est, Mixtum: quod ad naturalem corporis & animæ mixtionem, & consequentem mixtionem pœnæ accidentalis, corporalis & spiritualis: hebdomadali & mixto calici Christi (vt dictum est) in vniuersalem redemptionem, spiritualiter corporaliterque potato, correspõdentis: propter suam culpam, & propriam hominis impœnitentiam de vino lætitiæ iustorum, in vinum iustæ iræ Dei peccatoribus, conuerso. Vnde intrat secundum & mysteriosum verbum, Mero. id est, sine alia mixtura refrigerantis aquæ alicuius spei in æternum ipsius vniuersalis gratiæ, & misericordię: omnibus hominibus vniuersę promissæ (quia omnes elegit Deus) omnes indifferenter inuitando, vt scriptum est: *Et insipientibus locuta est, Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. &c.* quod miscui vobis. Idest, omnibus, bonis, & malis per naturam, in bonũ: venientibus ad vocationem eius: similiter & omnibus, in malum: non venientibus. Vnde per Dauidem: *Hodie si vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda vestra:* cũ malis per naturã, particulariter loquentem, & conforme per Salomonem. *Et insipientibus locuta est* (id est malis & duris per naturam, quia omnes Dominus vult saluos facere) *venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.* quod miscui vobis. id est, in bonum: & in malum, vt declaratum est. *Ecce positus est hic in ruinam,* (per sanctum Lucam) *et resurrectionem multorum in Israel.* Venite, & comedite panẽ meũ, & bibite vinum, quod miscui vobis. Idest, prædicendo mysterium & institutionem sanctissimi sacramẽti Eucharistię veri corporis & sanguinis Christi. Vnde, Meum: in persona sua loquẽdo: & cõsecrantibus verbis suis, accipiens, & benedicens panem, dicens, *Hoc est corpus meum,* respondendo. Ita quod non dicit Christus, Hic est panis meus: sicut Salomon in figura futuri effectus dicit, *Venite comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis:* Sed effectualiter, in cõplemento ipsius, omniumq; aliarum figurarum: *Hoc est corpus meum: &, Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Panis vitæ, inquãtum Deus: & vinum cordialis lætitiæ inquãtum homo: quod miscui vobis in hoc, & in alijs effectibus (vt dictum est) meæ incarnationis, mortis & resurrectionis: in communi conseruatione per gratiam, carnis, & spi-

Psal. 94.

Prou. 9.

Luc. 2.

Prou. 9.

Mat. 26.

ritus, ih vita præsenti, ad vitã æternã operando: mediante isto alijsque sacramentis communicatã: & ad dispositionem futuræ ædificationis per gloriam, resuscitando.

CAP. XXXIX.

ET quoniam inter doctos theologos sũt aliquæ circa sacramẽta differentiæ, si moraliter tãtùm, aut physicè simul applicentur. quãuis idiota scriptor hos terminos & scholasticos loquẽdi modos nõ intelligat, nihilominus (cum eorũ venia) pro tãti redẽptoris gloria dicet aliqua eorum quæ ad propositum occurrunt.

Si sancta sacramẽta, ab indiuisibili vnione hebdomadali duarũ in Christo naturarũ, diuinæ, & humanæ procedẽtia, inquãtũ homine, spiritualiter & corporaliter pro peccatis patiente, sunt ab ipso redemptore Deo & homine, pro tali effectu vniuersalis ipsarũ culparũ remissionis, & nostræ per gratiã in suo sanguine regenerationis, in elementalis materiæ ordine, verbalisq; formæ institutæ: manifestũ est, nõ solũ moraliter inquãtũ ad rationalẽ animã credẽtem: sed simul physicè, inquãtũ ad irrationalem partẽ corporalẽ, & cõmunẽ dispositionem ipsi gratiæ, applicari. Et hoc Dominus significat dicẽs: *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Idest, vtrãq; partẽ, spiritualẽ, & corporalẽ, in ipsis duabus rebus, cœlo, & terra, ab initio ad hominis imaginem creatis cõprehendẽs. *Euntes ergo docete omnes gentes: baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* &c. Baptizãtes eos. Idest, inquantũ ad quaternã materiã elementalẽ, ex qua recipiens pars corporalis formata fuit, in nouam ipsi gratiæ dispositionẽ, recẽs applicatã. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Idest, inquãtũ ad verbalẽ formã trium personarũ diuinarũ, & recipientis animæ ternariæ rationalis, triũ potẽtiarũ, ad creatoris imaginẽ, cõsistẽtis. Et cõforme per Sanctum Marcũ: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit; saluus erit.* Idest, non solũ qui crediderit, inquãtũ ad animã: sed addẽdo, & baptizatus fuerit, inquãtũ ad corpus: & hoc modo, saluus erit: vtraque parte simul, in cõmunem sanctificationẽ, & dispositionẽ ipsi gratiæ, cõcurrẽte: mediãte ipsa elementali materia, in meritũ, & testimonium incarnati verbi Dei, ab origine mũdi sanctificata, & verbali forma diuina efficiẽte, physicè, & moraliter collatæ. Diuinũ hũc ordinẽ Deus seruauit, ab initio manifestationis suæ extra, primò quatuor elemẽtorũ materiã creãdo (ex quibus omne visibile & palpabile formatũ fuit) vnicuiq; eorũ cũ particulari virtutis benedictione, quatuor eius attributis correspõdẽti. Idest, immobilis terra, potẽtiæ, trãsparẽs & penetrãs aqua, sapiẽtiæ: vitalis aer, bonitati & misericordiæ: purificãs ignis, iustitiæ, correspõdendo: (vt supra abundanter declaratũ est) essentiam, ineffabileq; nomen suum potentiæ, sapientiæ, misericordiæ, & iustitiæ infinitæ, manifestando. in varijs, virtualibusque rerũ creatarum effectibus, in quibus quatuor elemẽta virtualiter includuntur, testificatũ. quasi quatuor literæ, quibus, in vnaquaq; re, ineffabile creatoris nomen scriptum, & manifestatũ est. Et in hac ratione manifestatiõis finis principalis rerũ omniũ, quatuor elemẽta Dei instrumẽta sunt, in suę miseri-cordiæ, & iustitiæ infinitæ effectib⁹: in duabus notabilibus terrestris paradisi arboribus testificatũ: quibus mediãtibus, & virtualibus elemẽtis, in ipsis, virtualiter cõsistẽtibus, homini obediẽti, vita, non obedienti, mors cõmunicata erat. Vnde per Salomõẽ Ignis, grãdo, fames, & mors, (idest, ipsa qua tuor elemẽta: grãdinem, aquæ, famẽ, terræ, mortẽ, aeri, metaphoricè applicãtẽ) omnia hæc ad vindictam creata sunt. Idest, sicut ante, ad vitam: sic post peccatum, ad vindictam creata sunt. Quia: si non mediante ipsa arbore vetita, mortifera, vt fuit Adamo: mediãtibus nihilominus ipsis elemẽtis, in ipsis arboribus, ad varios, vitæ, aut mortis, effectus, virtualiter cõsistẽtib⁹, & in homine, post peccatũ, iusto Dei iudicio, ad vindictã discordãtibus, nobis mors ipsa.

Mat. 28.

Mar. 16.

Eccl. 39.

ipsa communicata fuit: & secundum hebdomadalia, cælorū & planetarū, cōtrarias influētias, in humanis corporib', ipsa mortalis separatio, effecta est: (cū ipsi cæli sint ex eadē elemētali materia creati: quia aliter, nō facerēt effectualē impressionē: vt fatēbitur) ex parte hebdomadalis naturæ humanæ in Christo, Dei filio, viuorū, & mortuorū iudice, inquātū homine, perpetuò & in æternū (secundū eos qui apud inferos torquētur) vniuersalē creatoris offēsā, & hebdomadalē essentiā suā (vt dictū est) triū distinctarū personarū, & attributorū, quæ in ipsis quatuor elemētis significata sunt, vindicantibus. Et huius rei, testimoniū perpetuāq; experiētiā habemus in periculoso termino hebdomadali in infirmitatib⁹ febris, à noua humorū & elementorū discordātia causatis: (vltra cōsuetā vniuersālē i' mido: perpetuā famē, & pestilētiā, & alias inauditas infirmitates mortales parturiētē) omnes ferè, qui moriūtur, in primo termino septimo, autin secūdo quartodecimo, évita migrāt. Quid autē de climacterico anno vitæ humanæ dicemus: qui vt nouenarius, mūdi vitā, cōtinet: & vt septenarius hebdomadalis, præsētis sæculi finē, mortēq; vniuersalē testificatur? Vnde in hoc mysterio, mūdi redēptor, Christus verbum homo factus, vt innocēs, nō in die septimo & termino peccatorū offendētiū, mortuus fuit: sed vt ipsius dāni restaurator, in die sexto, quo creauit hominē: vt secūdus Adā per innocētiā, subintrādo: ipsā peccātē naturā humanā, p̄ gratiā regenerādo. Et mysterios è die octauo resurrexit. terminus inquātū homo, post hominis peccatū, sibi solū reseruatus. & numerus, inquātū Deus & homo simul, pro sua perfectione, (secūdū certissimā musicalē experiētiā, iā expertū) & augmēti, diminutionisq; incapacitate, ipsi soli attributus. Octauo die redēptor resurrexit, quo natura humana nō peccando per gloriā regenerāda erat, & ad figuratū verarū delitiarū paradisū et fruitionis fructus vitæ et gloriæ æternæ Dei, trāsferēda erat. Et hoc est mysteriū, quod creatura humana, quæ octauo mense nascitur, viuere nō potest. Idest peccati testimoniū: et naturālis malitiæ ipsius culpæ originalis effectus: ex accidentali potentiarum et elementorum discordātia, hebdomadali, causatus: sicut prius *in resurrectionem vitæ*, (vt per sanctū Ioannē mysteriū istud attingentem) et sine parturiētis matris dolore, imo cū gaudio, secūdū spirituālē et corporalē concordātiam, sensus et potētias, in testimoniū regenerationis suæ in gloria, (vt dictū est) quā octauo vniuersalis creationis die habitura erat, quo Christus resurrexit, simul cū ipso in cœlum ascendens: Sic, *in resurrectionē iudicij*: moriente creatura, et cum parturientis matris dolore: secundū sententiā datam, *In dolore paries filios. &c.* Quomodo in dolore paries filios? Hoc notum est: secundum allegatas rationes. Videlicet, non in octauo innocētiæ termino, (nullo modo) sine dolore: *in resurrectionē vitæ*, et paradisi perpetui: sed in nono malitiæ peccati, & cū dolore, et ipsius culpæ pœna; *in resurrectionē iudicij*. In dolore paries filios, (vt dicit) et transgressionis legis diuinæ testimoniū: vt perpetuò adimpletū est. Sed hæc lex et iudicium, legislatorem verbum incarnatum, iudicem, et vniuersalem ipsius culpæ redemptorem, non comprehendit, neq; virginem sanctissimā eius matrē, effectuale ipsius gratiæ instrumentum. Quia ipse est *filius hominis*, (vt ipse dicit) per innocentiam, ante peccatum: et *primogenitus mortuorum*, (dicit Spiritus sanctus) post peccatum, vtrunque, quo ad matrem: pater, et mater (vt dictum est) ipsius secūdi Adā: quia nō ex humano semine: sed ex eadem elementali materia quā fuit primus, in ventre suo virginali virtualiter cōsistens, ipse secūdus Adam de spiritu sancto conceptus fuit. Vnde, *Filius hominis*, inquantum ad particularē eius conceptionē vt secūdus Adam per innocentiā, in primi locū subintrādo. Et primogenitus mortuorū, inquātū ad purissimā genitricis suæ sanctissimæ cōceptionē: viuos primos parentes peccatores ipsius vitiati seminis propagatione

Ioann. 3.

Gen. 3.

Matt 9. Apo. 1.

quam-

quamdiu mundus ſtabit: vt mortuos, in hoc particulari, penitus excludendo. in quo dicere, Mortuorũ: Ideſt, Adam, & Eua: vt vniuerſalis generationis humanæ patres: Ioachim & Anna, Mariæ ſanctiſſimæ parentes, comprehẽduntur. Videlicet, quia non ex ipſo vitiato ſemine, & communi via propagatæ malitię primorum parentũ, peccatorum, (in hac parte perpetuo viuentium) fuit concepta, & poſt ſanctificata: ſed ex mortuis, vt in generationis præſentis fine erit per gloriam, in noua regeneratione, reſuſcitando: ſingulari priuilegio, fuit ex purificato ſemine, & concordata materia elementali, ad nouam generationẽ in Chriſto filio eius, primogenito mortuorum, (id eſt, mortui in Maria) per gratiam, & gloriam, ſine peccato originali concepta. Et propter has omnes rationes, ſancta virgo, in ipſa lege & iudicio, In dolore paries filios, non comprehenditur. imo, vt effectuale ipſius gratiæ inſtrumentum, & noua Eua, in locum primæ, quæ peccati inſtrumentum fuit, ſubintrando: in octauo termino concordante innocentiæ, cum in enarrabili gaudio ſpirituali, & corporali vniuerſalem ipſius culpæ redemptorẽ peperit, virginitate integra permanente. Et quando in nono fuiſſet, nec magis, nec minus. Quia, ſi verbum Dei filius, in ventre virginali homo mortalis factus, (*in ſimilitudinem carnis peccati, &c. vt iuſtificatio legis* (vt dicit) *impleretur in nobis*) terminum nonũ mortalium voluit obſeruare, nono menſe nascens, in originalis tranſgreſſionis legis teſtimonium, & totalis ipſius culpæ remiſſionis: quo ad matrem, & Dei immortalis matrem, ab ipſo vinculo (vt dictum eſt) exclusam: ſicut noua progenies Dei & hominis patientis: ſic nouus partus virginis & matris gaudentis. Terminus nonus mortaliũ, & multiplicationis ſeminis humani, vitam mundi (vt dictum eſt) cõtinens: ad tertium & ſexageſimum annum, quem climactericũ vocant, cum notabili vitæ humanæ periculo, ad hebdomadalem reductus: præſentis ſæculi finem, mortemque vniuerſalem teſtificans. in certa morte naſcentis in octauo, (vt dictum eſt) innocentia, & vitæ perpetuitate, per peccatum amiſſa: & in nono, pro ſeminis humani multiplicatione, cum parturientis dolore, in teſtimonium præteritæ tranſgreſſionis legis diuinæ, (vt dictum eſt), & conſequentis malitiæ propagatæ, terminaliter conceſſa, teſtificatum. & in ipſa particulari ſeminis humani reſurrectione, acerbis doloribus, & mortalibus periculis præcedentibus effecta: vniuerſalis carnis, cum ſimili præcedentia vniuerſalis mortis, maiorumque tribulationum, (*Erit enim tũc tribulatio magna* (dicit Dominus) *qualis non fuit ab initio mundi uſq; modo, neque fiet*) in reſurrectionem vitæ, aut in reſurrectionem iudicij conſecuta, verificata eſt. Circa quod, conſiderandum eſt: Quod reſpectu finis principalis manifeſtationis Dei in carne: præuiſo impedimento peccati, fuit ab initio natura angelica, in perpetuam humanæ cõſeruationem, non ſolum in hebdomadali ordine (vt dictum eſt) ſeptem aſſiſtentibus angelis coram Deo, vnita: Sed quaſi vniuerſalis ipſius humani corporis anima honorum, & malorum, in vitalem ipſius vniuerſalis damni trangreſſionis legis diuinæ reparationem, vt ſpiritualis, in Spiritu vitæ Deo, vno, & trino, in tres hierarchias, & tres angelorum choros pro vnaquaque, ternariè, & rouennaliter ordinata: tribus menſuris materiæ farinæ humanæ, & formæ fermenti legis diuinæ correſpondendo. Id eſt, legi naturæ, ſcriptæ, & euangelicæ, ad quam omnia reducũtur: donec fermentatum eſt totum. Videlicet, donec bonorum numerus ſit adimpletus: ſimulque vitale auxilium trinum, & nouennale angelicum, terminatum ſit: & ad ſeptimum terminum climactericum vniuerſalis mortis humanæ, ſecundum originalem ſententiam, Morte morieris, irremiſſibiliter reductum: omnibus hominibus

Gen 3.

Rom. 5.

Mat 24.

Tob. 12.

Gen. 2.
Ioan. 3.

bus, *in resurrectionem vitæ*, (vt scriptum est) *aut in resurrectionem iudicij* procedentibus. Vitalis terminus nouennalis, ad septimũ mortalem climactericum reducetur: quia tunc vniuersalis angelorum exercitus, qui, in eorum protegente ordine triennali, & nouennali, misericordiæ diuinæ ministri erant, in naturæ humanæ auxilium, cum sint perpetuo septem assistẽtibus angelis, verbi incarnationẽ repræsentantibus, in reuelationũ diuinarũ effectibus, subordinati: simul cũ ipsis, tremẽdi iudicis, (in ipsis repræsentati) ministri erũt, in rectæ iustitiæ suæ iustæq; iræ effectibus. *Sic erit in consummatione*
Mat. 13. *seculi.* (ipse dicit) *exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in camino ignis.* &c. vtraque castigatio, & pœna, præterita, & futura, temporalis, & æterna, mediantibus ipsis elementis executa. Vnde, *Ignis, grando, fames, & mors*: (id est, ipsa quatuor elementa, vt declaratum est) *omnia hæc ad vindictam creata sunt.* Quatuor elementa, cum virtute particulari, ab elementali iudicantis Christi corpore communica-
Apoc. 21. ta, (Ecce noua facio omnia) Spiritum, simul cum carne torquentia: *Ecce positus est hic in*
Luc. 2. *ruinam, & in resurrectionem multorum.* Qua ratione, ruinam, & resurrectionem simul? in hac ratione: quia tam gloria bonis, quàm pœna malis, mediante humanitate, & corpore eius elementali sanctissimo, vt misericordiæ, & diuinę iustitię instrumento, ministrata erit: in eius virtute & potentia, hos in gloria, illos in pœna æterna sustentante.

Et in hoc ordine, vniuersali per Christum peccatorũ redẽptione facta: sacramẽta ab ipso redẽptore instituta fuerunt: mediante elementali materia, (vt dictũ est) & verbali forma, ipsam vniuersalem gratiam com-
Mar. 16. municante. Vt dicit: *qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.* & conforme, ordine suo, ipsa sacramenta, à sancta eius Ecclesia, physicè, & moraliter applicata. per Ezechielem prophetam prædictum, peccanti naturæ humanæ, ex parte Dei dicentem:
Ezec. 16. *Et quando nata es, in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis.* &c. Et quando nata es, Ideſt, (cum in peccato originali nata esses) in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, Ideſt, quamuis adhuc in die lucis ortus tui per legem scriptam, lota fuisses, & circuncisa: non propterea præcisus est vmbilicus tuus, ab ipso communi peccati vinculo, & contaminata progenie humana, (quæ in vmbilico intelligitur) in quo concepta, & nata es: & aqua non es lota, (consequenter) in salutem, & ipsius culpæ remissionem: quia omne hoc in figura erat, & futuræ gratiæ testimonium. Nec sale salita, nec inuoluta pannis. Ideſt, quo ad distinctas partes mundatas corporis, & animæ: materiam, à forma distinguẽdo, vt dicit. Non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem: quo ad corpus, & elementalem materiam: parti spirituali impropriam: & parti generantis corporis elementalis propriam, & naturaliter applicatam: sed in cõmune beneficiũ, corporale, & spirituale, physicè, & moraliter applicatam, & receptã: per viã ipsius propriæ medij elementalis, in elementali corpore redemptoris, virtualis in tali effectu verbalis formæ, in redemptionem peccatorũ, (cuius formæ non est capax, excepta anima) originalis maledictionis peccati impedimentum, & propagatæ malitiæ, seminis humani, in vmbilico significatæ, remouendo, & scindendo. Hoc est, in hac parte nouæ cooperationis advitam æternam. Simul cum spiritu, absque vllo impedimento & repugnantia concurrendo. Vnde, sicut in tali lauacri effectu, singulariter concurrit rationalis pars spiritualis per gratiam, & iustitiam simul in sua iustificatione, ratione liberi arbitrij & donĩ potestatis diuinæ, ab initio, vt saluari, aut cõdẽnari velit, perpetuò cõcessi: vt in prædestinationis materia Dei gratia declaratũ est:

Sic irrationalis pars corporalis, consequẽter cõcurrit, pro mera & duplici gratia homini facta. quia, vltra quod rationalis spiritus, communicare non potest in tali effectu ipsũ spirituale donũ potestatis diuinæ in capaci corpore suo, (vt irrationali) in ipsius cõmunis impedimẽti spiritualis, & corporalis remotione: ratione ipsius vnionis in peccato, ambo, ipsi sensualium concupiscẽtiarum ingo, communiter supposita: ipsum commune damnum, non ab irrationali carne, libera in illo Innocentiæ statu, à similibus passionibus, causatũ fuit: sed à mera spiritus malitia, diffidentia, & superbia eius, originẽ habuit. & in hac ratione, mera gratia, quo ad corpus: & non per formalia media moraliter, quo ad rationalẽ spiritum: Sed physicè per materialia & virtutis media elementalia, quo ad elementale corpus, communicata. Nec sale salita, nec inuoluta pannis: quo ad verbalem formam, Charitatis Dei: in sale significatam. vt dicit: *Baptizantes eos* (quo ad elementalem materiam: animæ impropriam, vt dictum est: sed in commune beneficium receptam) *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*: quo ad verbalem formam: propriè moraliterque animæ applicatam: vt rationali: cuius non est capax corpus, prætẽrquã elementalis materiæ, in cõmune beneficiũ, vt dictum est, physicè applicatæ. Verbalis forma efficientis charitatis diuinæ, & vniuersale huius, est omniũ operũ sacrificio rumq; humanorũ cõdimentũ, vt Deo grata sint, in saluationẽ: in sale quod dicit, significata. vt scriptum est: *Quicquid obtulerit sacrificij, sale condies, &c. I nomni oblatione offeres sal.* Nec inuoluta pannis: inquantum ad consequentem ipsius charitatis Dei effectum, in peccatorum remissionem, & nouum operimentum acquisitum stolarum candidarũ spiritualiũ & corporaliũ, quæ sunt in sanguine agni Christi lotæ, meritoque inæstimabilium stolarum suarum, corporis, & animæ, (vt dicit, Inuoluta pannis) corporaliter, & spiritualiter pro peccatis patiẽtis. Duo naturæ diuinæ operimenta, inquantũ Deus, quibus in vnius solius subiecti vnionem Dei & hominis simul concurrentibus: in charitate sua æterna, in ipso sale significata, & mediatibus sacramẽtis cõmunicata, omnes peccatorum maculæ euacuatæ sunt. *Vniuersa delicta* (per Salomonem) *operit charitas.* Et per sanctum Ioannem: *Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni: vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem. &c.* Et per portas intrent in ciuitatẽ. Videlicet, per hebdomadales sacramentorum portas: quæ ad duas reductæ sunt, Id est, ad Baptismum, & Pœnitentiã, vt dictũ est, inquãtũ ad perpetuas portas, in remissionem peccatorũ: in vna sola porta Christo, ipsius gratiæ authore, omnes simul, (vt declaratũ est) distinctè & vnitè concurrentes: in tribus rebus quas proponit, euidenter significatum. vt dicit. Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni. Hoc, apertè, inquãtum ad primam sacramenti sancti baptismatis portam. Vt sit potestas eorũ in ligno vitæ. Hoc, quo ad distinctum ipsius gratiæ effectum: in corpore, & anima, distinctè communicatæ: in corpore per meram gratiam: & in animo, per gratiã, & iustitiam simul, cõsecutæ: Vt declaratũ est: & in hac ratione: Potestas eorum in ligno vitæ. Id est, non solùm in vnione, omnes baptizatos fideles: sed in distinctione: corpus, & animã vniuscuiusque, distinctè in ipso baptismali effectu communicationis vitalis ligni Christi per gratiã, comprehendendo: distinctè corpori, per elementalis materiæ viam: & distinctè animæ, per verbalis formæ viam, communicatam: vt sit potestas eorũ in ligno vitæ: originale arboris vitæ paradisi terrestris testimonium, quo ad elementalem materiam & effectum communicatæ vitæ perpetuæ corporalis, per hanc virtualium elementorum viam: & spiritualis, per viam verbalis formæ præcepti, obediendo: distinctè adducendo. elementa-

Prou. 10. Apo. 22.

Leuit 9

lem

lem materiam, inquantum ad corpus, & verbalem formam, inquantum ad animam figuratæ & testificatæ arboris vitæ Christi, vbi sacramenta, cum distincta virtute efficiēte fundata sunt: physico & morali modo applicando. Vnde intrat coucluſio, Et per portas intrent in ciuitatem. Ideſt, in ipſomet ordine: Non ſolùm in vnione, omnes ipſæ hebdomadales portæ ſacramentorum, in indiuiſibili vnione hebdomadalium naturarum in Christo, (vt dictum eſt) humanæ, & diuinæ, cum diſtincta virtute in talibus effectibus communicata, diſtinctè, & vnitè concurrentium: vnde ipſe ſaluator, inquantum homo, & Deus ſimul. *Ego ſum oſtium. Per me ſi quis introierit, ſaluabitur:* ſed & in diſtinctione: elementalem materiam, inquantum ad elementale corpus eius pretioſum: à verbali forma, inquantum ad animam, diſtinguendo: portæ, in Dei manifeſtatione intra, & extra: vbi, tres perſonæ diuinæ, in tribus potentijs animæ, (vt dictum eſt) & quatuor attributa ipſius trini & vnius Dei, in quatuor elementis corporis, cum diſtincta virtute particulari in talibus effectibus, diſtinctè & teſtificanter ſignificata ſunt: vtraque natura, diuina, & humana, in vnione vnius ſolius portæ Christi, diſtinctè & vnitè concurrente. Ioann. 9.

Portæ ſunt quatuor attributa diuina, in manifeſtatione intra ipſius trini & vnius Dei: Pater, Filio in generatione ſua æterna, eſſentiā ſuam potentiæ, ſapiētiæ, iuſtitiæ, & bonitatis infinitæ communicando: & cum reciproco, & vniēte amore Spiritu ſancto, vnica comprehenſibilitate, & intelligētia, ex paterna generante, & filiali generata, procedente: in vnitate perſonarum, & tertio teſtimonio. ipſum eſſe diuinum attributorum, & trinitatis perſonarum, vnum ſolum Deum, diſtinctè, & vnitè ſimul manifeſtando. Portæ ſunt etiam elementa (in quibus quatuor attributa cum virtute particulari ſignificata ſunt) in manifeſtatione extra ipſius inuiſibilis Dei: mediante quamateria, & forma virtutis particularis (vt dictum eſt) ipſis communicata, ad gloriā & laudē eius hāc viſibilem machinam mouentium, & influentium cælorum, & mūdum minorem hominis, virtualiter omnia continētem, formando: ſecundum efficien tem virtutis propriæ narrationem eorum vniuerſalem & particularem homini pro, aut cōtra communicatæ, verbi incarnationem, (firmamentū principij, & finis rerum omnium) & hominis redemptionem, eiuſque vniuerſalem reſurrectionem & iudicium annuntiantium: excelſum, & ineffabile nomen eius manifeſtantium. Vnde per Dauidem: *Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annuntiant firmamētum.* Portæ fuerunt etiam verbi æterni elementa, per quas ipſa vera lux ſe incarnans, in mundum ingreſſa eſt, omnem hominem, (incipiēdo à primo, ad imaginem ſuam, ex ipſis elementis formato,) illuminans. Portę, in ſacramentorum inſtitutione, & ipſius gratiæ communicatione, elementa: vt dicit, nō ſolum Qui crediderit: inquātum ad verbalem formā, & rationalem animā credentē: ſed addēdo, Et baptizatus fuerit, inquātum ad elementalem materiam, & irrationalem partem corporalem elementalem: per ipſam viā naturalis medij, & meram gratiam, homini (vt dictum eſt) diſtinctè, & particulariter factam: ad communē ingreſſum figuratæ Ieruſalem, per gratiā diſponendo: ipſe homo per gloriā & vitam æternā, reſuſcitando. & tunc portæ elemēta, in ingreſſu animæ, in nouum corpus & carnem, reunita. Et portæ particulariter elemēta in ſacramenti Euchariſtiæ inſtitutione, ſicut prius, in ſuæ incarnationis effectu: ipſam elementalē materiā, in ventre virginali, & in panis, & vini hoſtia ſimiliter, vt dictum eſt, virtualiter conſiſtentem: in corpus & ſanguinem ſuum pretioſum tranſubſtantiando. in ventre, viſibiliter, & paſſibiliter: & in hoſtia inpaſſibiliter, & inuiſibiliter, in Apo. 12. Pſal. 18.

corpore glorioſo, ſicut in teſtimonium, in ſua tranſfigurationè apparuit: & poſtea, conforme in glorioſæ eius reſurrectione effectum. Paſtus figurati manna, in ipſius figuræ complementum, & futuræ gloriæ pignus, in ſuſtentaculum ſpirituale, & corporale per gratiam, contra inuiſibiles, & viſibiles inimicos, mundum, dæmonium, & carnem, ſub viſibilibus ſpeciebus, inuiſibiliter communicatus. Vnde per Dauidem: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco*

Pſal. 22. *paſcuæ ibi me collocauit. &c.* (breuiter) *Virga tua, & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt. Parasti in conſpectu meo menſam: aduerſus eos, qui tribulant me. &cæt.* Quomodo paratí in cõſpectu meo menſam, *aduerſus eos, qui tribulant me?* (ideſt ipſos tribulantes inimicos, viſibiles, & inuiſibiles, mundum, dæmonium, & carnem, & concupiſcentias humanas) Quia, virga tua, & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt. Ideſt, virgam rationalis animæ ſpiritualis, à baculo irrationalis corporis elementalis ſui ſanctiſſimi, vbi ſacramenta fundata ſunt, diſtinguendo: ipſa conſolatio, & gratia, mediante verbali forma, inquantũ ad animam, & virgam rationalem: & elementali materia, inquantũ ad baculum irrationalis corporis: in communebeneficium, ſimiliter cum diſtinctione moraliter, & phyſicè applicata. Portæ, & baculus in Chriſto, virtuteq; eius, elementa ſunt: (ſicut virga animæ, & natura diuina) omnia creata corpora, & includẽtes maioris, minoriſque mundi machinas ſuſtentãtia: quibus, creator Deus, & ipſe Chriſtus filius eius, vſus eſt, vt proprio inſtrumẽto, ſ. cũdũ vaſa ij dom corre ſpõdẽtiã ſignificati uæ virtutis eorũ, (vt dictum eſt) creãdo, & redimẽdo: & ſimiliter ſanãdo, & reſuſcitãdo, in futuri effectus teſtimoniũ. Vnde per Eliſæum: *Vade, & lauare ſepties in Iordane, & re-*

4. Reg. 5. *cipiet ſanitatẽ caro tua, atq; mũdaberis. &c. Deſcendit, & lauit in Iordane ſepties iuxta ſermonem viri Dei, et reſtituta eſt caro eius, ſicut caro pueri paruuli, & mũdatus eſt.* Quod lauacrum hebdomadale eundẽs figura & teſtimonium futuri effectus baptiſmalis, mundationis lepræ peccatorũ fuit: omnibus ſacramẽtis, (vt dictũ eſt) in cõmuni carnis & ſpiritus mũdatione, in vnoquoq; ipſorũ dignè recepto, virtualiter ſimul cõcurrẽtibus. Similiter elemẽtis vſus eſt Chriſtus, cęcũ natũ illuminãdo: præcedẽter originalẽ cauſam ſignificãdo ipſius, & omnium aliarum infirmitatũ corporaliũ, & ſpiritualiũ, cũ myſterio dicendo: *Neque hic peccauit, neque parentes eius: ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo. &c.* Ideſt, non propinqui parentes: ſed primi, Adã, & Eua. Ioan. 9. & hac in ratione: Neque hic peccauit, neque parentes eius. Non cum primis peccauit: ſed in originali cæcitate, & peccati eorũ ſpirituali & corporali maledictione natus fuit. Vnde ei Phariſęi dicunt: *In peccatis natus es totus, & tu doces nos? &c.* Totus: ideſt, animã, & corpus ſimul cõprehẽdẽtes. quia, defectus, & corporis infirmitates: ab originali malitia, & ſpiritus maledictione cauſatę ſunt. & hac in ratione cõueniẽs medij præparatiui in benedictionẽ parti corporali, particulariter applicati, *Hæc cũ dixiſſet, expuit in terrã, & fecit lutũ ex ſputo, & liniuit lutũ ſuper oculos eius, & dixit ei, Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur Miſſus. Abijt ergo, & lauit: & venit videns.* Vnde, hoc in ordine A poſtolus eius ſanctus Iacobus: *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros eccleſiæ, et orent ſuper eum,* Iacob. 5. *vngentes eum oleo in nomine Domini.* & hunc effectũ facit extremæ vnctionis ſacramentũ: mediante verbali forma ſolitarum orationum, & elementali materia ſimiliter, moraliter et phyſicè applicatũ: hominẽ ſpiritualiter, corporaliterq; adiuuare in illo extremo mortalis animæ et corporis ſeparationis: vt, quẽadmodũ ſimplex illi et purus ſpiritus in illud cõtaminatũ corpus, cũ maledictione intrauit: egredi, et ſolui ab ipſo peccati vinculo poſſit, cũ benedictione, et cõmuni beneficio valẽdi in gloriã & vitã ęternã reſurgere. et ſicut ipſa caro peccati inſtrumentum fuit, et perpetua Sathanæ tentatoris arma vſque ad periculoſum

pun-

punctum extremum saluationis, aut æternæ condemnationis: sit per hanc viam gratiæ instrumentum in ipso, & in omnibus alijs sacramentalibus effectibus: cõtraria impedimenta spiritualia, & corporalia, secundum humanas concupiscentias, reprimendo. Vsus est etiam elementis saluator, & pretioso baculo elementali corporis sui sanctissimi socrum sancti Petri sanando: & vnicum viduæ filium, resuscitando. & filiam etiam adorantis principis. Sicut scriptum est quò ad primum: *Et stans super illam imperauit febri.* & per sanctum Matthæum: *Et tetigit manum eius.* &c. & de secundo miraculo: in ipso ordine: *Et accessit, & tetigit loculum.* & quò ad tertium, similiter: *Intrauit: & tenuit manum eius, & dixit, puella surge. Et surrexit puella.* omnia, cum imperio verbalis formæ regentis virgæ animæ, & naturæ diuinæ, inquantum Deus, & medio elementalis materiæ, intra, & extra, (vt dictũ est) supraſtanti & tangente baculo elementalis corporis sui pretioſi vtendo, effecta fuerũt. Vnde, multa cum ratione: *Virga tua, & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.* Vsus est etiam elementis saluator, postquam resurrexit, in sacramenti pœnitentiæ institutione: & cũ ab eo Spiritus sanctus missus fuit. vt scriptum est quò ad primum: *Quod cum dixisset bis discipulis, Pax vobis: &c.* Ideſt, quò ad ipſas diſtinctas, & repugnantes partes, ſpiritualem, & corporalem: *Hoc cum dixisset, insufflauit:* (Ideſt, quò ad partem corporalem) *& dicit eis, Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. &c.* Hoc cum dixiſſet, inſufflauit. Qui flatus, non erat Spiritus ſanctus: ſed ſupradictum diſpoſitiuum mediũ materiæ elementalis, inquantum ad elementalem partem corporalem recipiẽtium diſcipulorum: per medium ipſius calidi flatus elementalis, cum virtute particulari communicati ſpiritus ſancti ſicut in ſancto Baptiſmo particularis aquæ, materia, & in alijs ſacramentis olei, communi diſpoſitioni carnis, & ſpiritus conueniens) pariter applicatæ: ſicut in illo inſtanti, & dicit eis, Accipite ſpiritum ſanctum. &c. Et quò ad ſecundum miſſionis ipſius Spiritus ſancti: *Et factus est repente de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & replenit totam domum vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, sedítque supra singulos eorum: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui varijs linguis prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. &c.* Qui repentinus ſonus, & apparitio diſpertitarum linguarum ignis, non erat Spiritus ſanctus: ſed ſupradicta materia & medium elementorum: cum effectiua virtute addita, (vltra naturalem eorum) venientis & ſedentis Spiritus ſancti, ſuper eandem fidelium eccleſiam, exteriores ſedes & portas corporales & ſpirituales eorum, ſenſus, & potentias, ad ingreſſum, & ipſius gratiæ diffuſionem, & igneũ amorem diuinum diſponẽtis. Vnde intrat illud de Chriſto ſignificatum, per præcurſorem ſuum, dicente: *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam, qui autem post me venturus est fortior me est, &c. ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igne.* Ideſt, duo baptiſmata: præſens, & futurum. præſens in ſpiritu ſancto, per gratiam, ſecundum ſuam miſericordiam: & futurum in igne, (vt dicit) ſecundũ ſuam diuinam iuſtitiã. ambo baptiſmata, effectus ipſius præſentis gratiæ, & futuræ gloriæ, reſuſcitando, (quanuis in vno inſtanti, in ictu oculi, vt ſcriptum eſt) præcedentia: quod aliter, effectum non fuiſſet. Vnde, dicendo: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit:* non intelligitur, quod catechizati credentes, dum non baptizantur ſalui ſint: nullo modo: quamuis addat: *Qui vero nõ crediderit: condemnabitur.* quia hoc tantùm intelligitur, quò ad rationalem animæ partem: ex qua incredulitate & ſpiritus diffidẽtia, (vt dictũ eſt) à principio ipſũ cõmune damnũ mortalis ſeparationis propriæ, & ipſius vitæ Dei, causatum fuit: non vt prius, ſecundum communem ſententiã, morte morieris, ad vitam æternam operando:

Luc. 4. Matt. 8. Luc. 7.

Matt. 9.

Pſ. 22.

Ioan. 20.

Act. 2.

Mat. 3.

Mar. 16.

in qua perpetua,& iusta pœna, omnes operationes humanæ,mortificationes obedientiales,et mors,vt dictum est,etiam iustorum martyrum, vsque ad saluatoris in mundum aduentum,includuntur: & sine valore aliquo ad vitam æternam operatæ. sed intelligitur,& sic intelligi debet:postquam baptizati sunt: præcedendo per meram gratiam,in ipso baptismali effectu remissionis peccatorum ,(etiam si, quasi in eodem puncto) communis carnis,et spiritus,dispositio,et remotio communis impedimenti originalis maledictionis infructuosi statis humanæ,in operando ad vitam æternam.sicut scriptum est, Maledicta terra in opere tuo:id est,terra propria corporalis,peccati instrumentum :per præcedentem causam declaratam demonstratum, dicendo:quia comedisti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes. Reparatio medicinalis spiritualis, contra peccati maledictionem: per medium proprium elementalis materiæ aquæ,peccata, gratiamque simul significantis:parti corporali,terrenę,cum particulari virtute diuina,in effectu præcedentis benedictionis per meram gratiam, nouo ingressui spiritus creatoris necessariæ particulariter applicata: originalem maledictionem suam,& impedimentum in mortalium operari ad vitam æternã,(sicut dicit,Maledicta terra in opere tuo) primùm remouendo:simulq; pars spiritualis in consequenti effectu mundationis vniuersalis peccatorum :cum viua fide ipsam materialem aquam , & trinam formam significatę gratię ipsarum culparum,in actu pœnitentiali tanti Dei offensi,recipiendo. Quod, conformiter, in præcedenti flatu materię elementalis, apparitione elemẽtalium linguarum ignearum, & repentini sonitus,(in illo alio loco) ad consequentem formam, Accipite Spiritũ sanctum:in cõmunicationis ipsius gratię effectu: (sicut alio in loco, Et repleti sunt omnes Spiritu sancto,&c.) euidenter à domino obseruatum est:& hæc veritas testificata:quod sacramenta,à sancta Ecclesia,fidelibus credentibus ,in saluationem, vt ipse ordinauit,physicè, et moraliter applicantur.

Gen 3.

Ioan. 20. Act. 2.

CAP. XL.

SEptem sunt supradictæ nouæ legis euangelicę sacramenta: ab euangelizato Christo redemptore Dei filio institutа: & ordine suo, à sancta Romana Ecclesia fidelibus credentibus,physicè, moraliterque applicata:vt necessaria(sicut dictũ est)corporis & animæ medicina, in peccatorum remissionẽ,per gratiam, & communem dispositionem, ad nouam vnionem per gloriam,resuscitando:cum sint virtute diuina,in hebdomadali natura humana, & diuina,in ipso Christo,vnitis, (morienteque,et resuscitante)perpetuo fundata. quæ sacramẽta sunt ista. Baptismus,Confirmatio,Pœnitentia, Eucharistia, Extrema vnctio,Sacer ordo,Matrimonium.Et considerandum est,quod ordinis sacri sacramentum, correspondenter in septem ordinibus,minoribus,& maioribus, consistit.minores,id est,Ostiarius, Lector, Acolitus, Exorcista.Maiores: id est, Subdiaconus, Diaconus,& Sacerdos: Quatuor minores, & tres maiores.Idest,vt materia,& formæ: quaternæ materiæ corporali elementorũ, & ternariæ formæ spirituali potentiarum, vbi quatuor attributa, (vt dictum est) & tres personæ diuinæ significantur, correspondentes:ab vnitiuo amore Spiritu sancto,in cõmunem corporis & animæ medicinam,(vt dictum est)& vnionem particularem,& vniuersalem per gratiam,& gloriam,sic ordinatum.Materia,& forma: Idest,per illam materialis dispositionis viam,dęmones,à materialibus corporibus ejiciendo: & per hanc alteram formalem, maiori cum authoritate, à rationalibus animabus, cum vniuersali ipsarum culparum remissione , formaliter expellendo. Sacri ordinis sacramẽtum, cum mysterio, hebdomadaliter ordinatum: & ab ipso æterno

terno sacerdote, in Eucharistiæ sacramenti institutione, & hebdomadali sacrificio Dei & hominis simul: quasi forma, inquantum sacrum, & sacerdotale simul, in omnibus alijs sacramentis, in ipso corporis sui sanctissimi indiuisibiliter consistentibus, stabilitum, dicente: *Hoc facite in meam commemorationem*: & ipsa particularis sacrificij dignitas, & sacramentalis ministerij, cum authoritate propria diuina, apostolicis sacerdotibus, particulariter data. Igitur septem sacramenta sunt: tam in eorum distinctione, quàm in eorum vnione: (quémadmodum imaginatus Deus distinctarum, & vnitarum personarum, & attributorũ) in vnoquoque ipsorum, si dignè receptum sit, virtualiter omnia, distinctè, & vnitè cõcurrentia, Sicut in homine, ex quatuor elementis, & tribus potentijs, consistente, in qua natura humana, cũ diuina, in Christo vnita, sacramenta virtutem suam & fundamentum habent, in ipsius imaginis Dei in homine, renouatione, per gratiã, secundũ legem diuinã, ad vitã æternã operante: producente, ratione ipsius corporis & animæ vnionis, naturalem plenitudinem octauæ, & concordatã vnionẽ sensuũ, & potentiarũ, rationaliter operante: ratione legis obseruatæ, (mediante ipso auxilio & gratia) videtur, quod vti non potest nulla ipsarũ octo rerũ, in se distinctarum, & in homine vnitarum, quin omnes octo simul, obedienter ialiter non concurrãt: & sensuales, cũ spiritualibus: & spirituales, cum sensualibus: quasi quod anima videat, audiat, gustet, odoretur, & tãgat: cũ tribus suis potẽtijs, memoria, voluntate, & intellectu, in omni actione spirituali, & corporali, distinctè, & vnitè efficiendo. cui parti spirituali animæ, naturam diuinam in Christo, significatis, vt formæ rationali, omne attribuitur. Vbi fundatur, quod sancti baptismatis sacramentũ sufficiẽs est in merito & virtute Christi, ipsi gratiæ integrę renouationi, in remissionẽ integram ad culpam & pœnã, omniũ peccatorum. Ideſt, non solũ inquãtum ad præcedentẽ effectum ipsius naturalis medij elementalis: in nouã benedictionem, & necessariã dispositionem partis corporalis elementalis (vt dictum est) physicè applicati: cuius non est capax anima: sed inquantum ad id quod ipsum aquæ elementum significat: Ideſt, peccata: & gratiam remissionis ipsorum delictorum: *Vbi autem abundauit delictum*, (dicit scriptura) *superabundauit gratia*) cum ipsa superiore forma efficiente naturæ diuinæ, inferior spiritualis humanæ, & passionum animæ, corporales formans, in rationali ipsarum culparũ põderatione, per gratiã, & iustitiam, vt dictum est, in hominis iustificatione, simul concurrens. Vnde per Dauidem, in persona Christi, petentẽ in se ipso patientis salutationẽ peccatoris, dicit Spiritus sanctus: *Saluum me fac Deus:* (Quam ob causam, & rationem?) *quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.* Forma magni momenti passiones animæ saluatoris, corporales formantes, ab ipsis peccatorum aquis, in intima ipsorum delictorum ponderatione (sicut dicit, vsq; ad animã meã, moriendo inquãtum homo) penetratæ, in totalẽ ipsarũ culparũ remissionẽ: superior diuina, (supplẽdo id quod humanę deeſt) efficiẽter simul cõcurrens. de quibus efficientibus formis, diuina, & humana, dicit postea: *Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. &c.* zelus æternus æterni verbi Dei filij, se hominem passibilẽ facientis, fuit prosecutio extra, manifestationis esse ipsius trini, & vnius Deitatis ipso verbo, intra, in æternũ manifestati: cũ esset à Patre in vno esse cõprehẽsibilitatis, & cõmunis testimonij reciproci amoris Spiritus sancti, æternũ generatus. Quæ manifestatio extra, fuit in Adamo impedita, per peccatũ: causa ipsius mortalis passibilitatis humanę, & vniuersalis ruinę ipsius domus Dei, et immortalis ædificij humani: et per ipsũ verbũ incarnatũ moriẽs, & resuscitãs, in ipsius culpæ redẽptionẽ, in æternũ

Luc. 22.

Rom. 5.

Psal 68.

continuata. Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. &c. Idest, Non passiones corporales, moriendo inquantum homo, neque aquæ afflictionum, & passionum spiritualium rationalis animæ, & formæ corporalium ceciderunt super me Deum impassibilem: sed opprobria exprobrantium tibi, (Pater æterne) inquantũ ad offensam diuinam, quamuis patiendo vt homo, ceciderunt super me: cum essem æqualis tibi, inquãtum Deus. & hoc, in exaggeranti forma passionum, & mortis suæ. de qua superiori forma efficiente naturæ diuinæ, & integrè exaggerante, inquantũ Deus, dicit Spiritus sanctus per Esaiam, de filio, inquantum homine facto, in persona patris loquendo: *In scientia sua iustificauit ipse iustus seruos meos multos, & iniquitates eorum ipse portauit.* Vnde, in hoc mysterio, sanctum baptisma & vniuersale lauacrum per gratiam, macularum peccatorum, fit in aqua: in qua, sicut in terra, potentia, & in aere & igne, (vt dictum est) misericordia, & iustitia, scientia, & sapientia diuina significata est. (*Cibabit eum pane vitæ & intellectus,* (per Salomonem) *& aqua sapientiæ salutaris potauit illum*) quia, non per iustitiæ rigorem, in igne, vt erit in secundo eius aduentu: sed per gratiæ æquitatem, secundum sapientiam, in aqua baptisma fieri debebat, & ipsa vniuersalis redemptio, communicata. in qua aqua, (sicut peccata) vtraque forma impassibilis naturæ diuinæ, & passibilis naturæ humanæ, in ipsarum culparum redemptionem, significata est: et in singulari & incomprehensibili vnione Dei, & hominis simul, & nouo modo redemptionis humanæ ad gloriam et vitam æternam, per ignominiosæ mortis viam, facto homine mortali, effecta: ipsa scientia, & Dei sapientia singulariter etiam manifestata est: et conformiter, efficienter moriendo: in sanguine et aqua, quæ ex sacro suo latere exiit, mysteriosè testificatum. sicut cum mysterio etiam scriptum est dicendo: *Et continuò exiuit sanguis, & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt et vos credatis. &c. Quoniam tres sunt qui testimonium dãt in cœlo:* (per eundem) *Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. & hi tres vnum sunt. &c.* Et hi tres vnum sunt. Idest, Non tria testimonia, aut testificationes: (sicut non tres dij: sed vnus solus Deus) sed vnum testimonium ipsius esse Dei: intra, ab omnibus tribus personis, testificanter manifestati. *Et tres sunt qui testimonium dant in terra: Spiritus, aqua, et sanguis. et hi tres vnum sunt. &c.* Spiritus, aqua, et sanguis. Idest, verbum, anima, et corpus. Et hi tres vnũ sunt. Idest, non tres Christi: sed vnus Christus. Nec tria testimonia: sed vnum solum testimonium. Quia, sicut animæ passiones, in ipsa aqua significatæ, sunt forma passionũ corporalium in ipso sanguine significatarum: res distinctæ, ex quibus natura humana consistit: et vtraque, anima, et corpus Verbo vnita, ratione ipsius vnionis, & participationis diuinitatis, insua distincta qualitate patiendi, sint simul sufficiens testimonium grauitatis peccati, concurrente simul superiore forma ipsius Spiritus Dei, Verbi diuini, distinctè incarnati: sic sunt tres, & hi tres vnũ sunt. Nõ tria testimonia: sed solum vnum testimonium, et redemptor Christus Verbum incarnatum, Dei filius. Vnum baptisma, et forma spiritualis Dei et hominis simul, in peccatorum remissionem: scientiæ diuinæ, efficienti formæ passionum Christi attributa, in ipsa baptismali aqua significata. Vnde præcursor: *Ego baptizaui vos aqua: ille vero baptizabit vos Spiritu sancto:* (sicut per Euangelistam: Spiritus, aqua, et sanguis) quod est ipsa concurrens, et superior forma naturæ diuinæ: diuino amore Spiritu sancto, et tertio testificanti cœlesti, efficiente: ab alijs duobus, Patre, et Filio, procedente. Et ipse Saluator, in hoc ordine testimonij in cœlo, et in terra, in manifestatione ipsius esse Dei,

Esa. 53.

Eccl. 15.

Ioan. 19.

Mar. 1.

Dei, se hominem faciens, moriendo, & resuscitando, dicit conformiter: *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Et per sanctum Marcum: *Qui crediderit & baptizatus fuerit: saluus erit.*

Mat. 28.

Primum oportet hominem credere, & postea baptizari, vt saluus sit. Quia sicut originalis incredulitas et primi hominis diffidentia, vniuersalis ruinæ ipsius ædificij humani fundamentum fuit, superbè nõ obedientis: & simul morti subditus factus fuit, seipsum, ab ipsa vita Deo separando: sic credere est nostræ partis principale fundamentum, humiliter obediendo, in ædificatione per gratiam ipsius domus Dei, humanæ naturæ, ad gloriam, & vitam æternam: in imaginem Dei hebdomadaliter creatæ: & in merito et virtute Christi Dei filij, et medio hebdomadalium sacramentorum restauratæ. Vbi, cum fit credere principale fundamentum ex parte nostra vt salui simus: et efficiens forma, (vt dictũ est) credita, et confessa natura diuina in Christo: primum & principale testificans grauitatis peccati, cum alijs duobus vnitæ naturæ humanæ, id est, corpore, et anima, in sanguine, & aqua (vt dictum est) significatis: patiendo in quantum homo, in vitalem ipsius culpæ redemptionem: qui simul cum ipsis tribus testificãtibus non concurrit in ipso actu baptismali, testificanter credendo ipsam vnionem in Christo saluatore, diuinæ naturæ, cum humana, (sicut dicit, Spiritus, aqua, et sanguis) saluus esse nõ potest: quamuis baptizatus sit: imò sicut dicit condemnabitur: deficiente in seipso, ipsa testificante forma exaggerante naturæ diuinæ, ab ipso infideliter, in Christo, non creditæ. Sicut per eundem sanctum Ioannem, & in ipso capite, de credentibus dicentem: *Qui credit in filium Dei: habet testimonium Dei in se.* & hac ratione: Qui verò non crediderit: condemnabitur. Qua ratione condemnabitur? Hoc Sanctus Ioannes dicat: *Quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in filio eius est. Qui habet filium Dei: habet vitam, qui non habet filium Dei: vitam non habet.* In quo consistit, habere filium Dei in se? Testificanter credendo, quod ipse saluator filius Dei est: *Quisquis confessus fuerit quoniam Iesus est filius Dei:* (per eundem) *Deus in eo manet, & ipse in Deo, &c.* Id est, per hãc viã testificantis credere, homine, in ipsa vitali vnione diuinæ naturę, cum humana in Christo, concurrente: ab ipso, per medium baptismatis: in peccatorum remissione credita et confessa. Vt dicit: Qui credit in filium Dei: habet testimonium Dei in se, et in hac ratione, & ordine credendi: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit: condemnabitur.* Dicit: qui verò non crediderit, tantùm: non addens, et non fuerit baptizatus: quia, non credendo, et consequenter non concurrens in ipsa vitali vnione baptismali, et omnium sacramentorum: quamuis efficienter baptizatus sit: cõdemnabitur. Quia deficit per talem causam in ipso baptismate, vitalis forma diuina: et similiter in omnibus alijs sacramentis, in vnoquoq; ipsorum, (vt dictum est) dignè, aut indignè recepto ad vitam, aut mortem æternã indiuisibiliter concurrẽtibus: cum sit in indiuiduo Domini corpore, viuorũ, & mortuorum iudicis, similiter ad vitam, aut mortem æternam indiuisibiliter fundata. Vnde intrat tremenda sententia diuina, quam Spiritus sanctus per Apostolum pronuntiauit, circa Eucharistiæ sacramentum, dicendo: *Qui enim manducat & bibit indignè: iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini.* & similiter in omnibus alijs sacramẽtis intelligi debet: ab ipso Domini corpore, indiuisibiliter emanãtibus.

Mar. 16.

1. Ioan. 5.

Mar. 16.

CAP. XLI.

QVamuis omnia septem sacramenta vniuersaliter in merito sanguinis innocentis Agni Christi saluatoris fũdata sint: & omnia indiuisibiliter in ipsa humanitatis suæ sanctissimæ hostia, (ver-

1. Ioan. 4.

1. Ioan. 5.

bo indiuisibiliter vnita) humanę redẽptionis instrumẽti, spiritualiter, & corporaliter pro peccatis patiẽtis, virtualiter contenta: hęc duo, inter illa, Baptismus, & Pœnitentia, habẽt hoc particulare fũdamẽtũ ipsius formãtis pœnæ spiritualis cõfusionis peccati, quã passus est inquãtũ homo ipse innocẽs Dei fili⁹: in ipsa aqua, (sicut peccata) significatæ. in quib. duob. sacramẽtis, naturæ humanę iustificatio cõsistit: cũ sint ipsa duo solũ, vt duo particularia media credẽtibus pro ipsius gratiæ cõsecutione, & peccatorũ remissione. & cõsequẽter sũt, sicut duę portæ, prima, & secũda, pro tali effectu, solũ apertæ. Baptismatis sacramẽtũ, vt prima omniũ sacramẽtorũ porta humanarũ culparũ maculas totaliter purgãs: & pœnitentię sacramẽtũ, vt secunda porta, pro ipsi⁹ status gratię recuperatione, in quo primũ erat⁹, nõ peccãtes: sẽper q̃ nouiter per nouã causã reiterationis peccatorũ, est euacuata: vocaliter propria peccata cõfitẽtes cõfessori legitimo & approbato: quib. ministris apostolicis sãctæ Ecclesię, ipse viuorũ & mortuorũ iudex (vt dictũ est) vniuersaliter ipsã causã cõmisit, & ample ipsorũ iudiciorũ auctoritatẽ dedit, dicẽdo: *Accipite Spiritũ S. quorũ remiseritis peccata, remittũtur eis: & quorũ retinueritis, retẽta sunt.* Igitur hæc duo sacramẽta, baptismus, & pœnitẽtia, solũ inter alia, particulariter sunt fundata, & virtutẽ sumẽtia in ista aqua pœnæ cõfusiõis peccati, quã Christus passus est in ipsa baptismali aqua (vt dictũ est) significatę. Quę, sicut per mediũ baptismatis sacramẽti, ipsũ iustificationis effectũ facit, omnẽ peccati maculã mundãs: sic etiã, in ipsius gratiæ recuperatione, pmediũ sacramẽti pœnitẽtię, & vocalis cõfessionis: supplẽdo imp̃fectionẽ humanę cõtritionis, verecũdię & doloręnecessariũ cõfusionalẽ nostrarũ nouarũ offẽsarũ: minori cũ ratiõe, & maiori culpa, post primũ lauacrũ Deo factarũ, vt nobis remissæ sint, p mediũ ipsi⁹ supplemẽti doloris & pœnæ cõfusionis ipsorũ delictorũ, quã habuit ipse innocẽs agnus Christus, Dei filius, in sua ignominiosa morte & passione. Nõ q̃ ipse iustus & innocẽs, Deus, ſ, offẽsus cõfusus esset, in peccato peccatoris offendẽtis: per talẽ viã pœnæ cõfusionalis, ipsũ peccatorẽ iustificãs: sed superabũdãter, debitã pœnã debiti doloris & cõfusionis suæ culpę passus est, fũdatã in zelo (in seipso, ignominioſe patiẽdo) honoris ęterni sui Patris Dei. sicut dicit: *Quoniã zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantiũ tibi ceciderũt super me.* Hoc quò ad zelũ. Sicut postea, quò ad cõfusionẽ suã, dicendo: *Tu scis improperiũ meũ & confusionẽ meã, & reuerẽtiã meã.* Quis tantũ penetrare potest, hãc abysſũ humiliatiõis Christi, filij Dei, inter oẽs angelicas & humanas creaturas, vt scire & cõprehẽdere possit qualitatẽ, simulq̃ quãtitatẽ ipsi⁹ cõfusionis & verecũdiæ, quã ipse passus est in anima sua, p̃ hominũ peccatis, in eorũ vniuersali in se ipso, iustificatione? Nemo: nisi Pater suus, æternus Deus: qui solũ, ipsã cõprehẽsibilitatẽ, esse & qualitatẽ diuinæ filij, in distincta persona, similis & æqualis sibi, æternò solus, se ipsũ comprehẽdẽs, generæ & cõprehẽdit. Quapropter: Tu scis improperiũ meũ & confusionẽ meã, & reuerẽtiã meã. etc. Et reuerẽtiã meã, Mirabiliter. Inquãtũ, quod in ipsa irreuerẽtia & iniuria, quã ille ab ipsis recepit, inquãtũ Deus, ipsa in cõprehẽsibilis abysſus humiliatiõis suæ fũdatur: patiẽdo formaliter, cũ verecundia & cõfusione, hæc improperia & ignominiosa mortẽ, inquantũ homo, in hominis iustificationẽ, & supplemẽtũde bitæ suæ confusionis & doloris propriorũ peccatorũ: per mediũ ipsorũ duorũ sacramẽtorũ, Baptismi, & pœnitẽtiæ, remissorũ: in ipsa aqua baptismali significatũ. Et sicut ipsa improperia cõfusionis, & irreuerentiã patiẽdo, homo vilis & peccator reputatus. Tu scis (vt dicit) reuerẽtiã meã: sic etiã correspõdẽter (vt alio in loco) *Exauditus est pro sua reuerẽtia.* Exauditus est pro sua reuerẽtia. Idest: Quò ad ipsã hominis iustificationẽ, ignominioſe patiẽdo, inquantũ homo: exauditus est, pro sua reuerentia, inquãtũ Deus. & inquantum homo etiam: & ratione

Ioan. 20.

Psal. 68.

Heb. 5.

ipſius vnionis Dei & hominis ſimul. Inquā
tum Deus: quia, Sicut iſtud pati Chriſti, mo
rientis, & cū ab ipſa morte deuoratus eſ
ſet, naturæ humanæ attribuitur, iuſtifica
tionis hominis inſtrumento: Sicut dicit in
Pſ.68. quantum homo, & Deus ſimul: Quoniā ze
lus domus tuæ comedit me: ſic ignominio
ſū pati, & iniuria ab ipſa ignominioſa mor
te reſultās, naturæ diuinę, ratione ipſius v
nionis cū humana, attribuitur. Sicut cōclu
dit, cū Patre loquendo, & inquātū Deus di
cendo: Et opprobria exprobrantiū tibi ce
ciderūt ſuper me. Ceciderūt ſuper me: quò
ad diſtinctionē perſonatū, & diſtinctā vni
onē naturæ diuinæ cū humana, diſtinctè ſe,
Verbū incarnando, ſecūda perſona triū di
ſtinctarū diuinarū. vbi hominis iuſtificatio
conſiſtit, ratione ipſius vnionis Dei & ho
minis ſimul, per mediū ipſius proportiona
bilis humiliationis & ſacrificij conuenien
tis effecta. quod per Apoſtolū conformiter
Heb 5. ſignificatū eſt, dicētē: Exauditus eſt pro ſua
reuerentia. Vbi nō eſt proportio, nō eſt iu
diciū: nec cōſequenter iuſtificatio. Quò ad
Ioan.3. iudiciū: *Nō enim miſit Deus filiū ſuū in mūdū* (di
cit dominus) *vt iudicet mundū ſed vt ſaluetur*
mundus per ipſū. Hoc, quò ad filiū. Quò ad Pa
Ioan.5. trē: conformiter dicēdo. *Neq; enim Pater iudi*
cat quēquā: ſed omne iudicium dedit Filio, vt omnes
honorificent filiū ſicut honorificant Patrē. &c. Sed
omne iudiciū dedit Filio. Hoc, inquātū ho
mo. Quia inquātū Deus infinitus, à creatura
finita offenſus: quod iudiciū habere poteſt?
Nō eſt proportio: & cōſequēter, nō eſt iudi
ciū. Eſt iudiciū? Hoc eſt, inquātū homo: ſi
cut dicit: et poteſtatē dedit ei iudiciū face
re, quia filius hominis eſt. Igitur: quomodo
in principio iudiciū fuit, inter creatorē &
creaturā Luciferū, cōtra ipſū creatorē Deū
conſpirātē? Quia, ſi nō fuit proportio quò
ad ipſū Luciferū peccātē: fuit quò ad pecca
Iſa.14. tū, ſe ipſi Deo æquiparantē. Sicut dicit: *Aſcē*
dā ſuper altitudinē nubiū, ſimilis ero altiſſimo. Quo
in iudicio omnes peccatores cōprehendū
tur, tā angelicæ, quā humanę naturę: qui et
iā ſi in varijs peccatis: oēs cū ipſo primo
peccatore Lucifero, in iſtud grauiſſimū ſu
perbiæ peccatū, cōueniūt. Quò ad ipſi⁹ ho
minis peccatoris iuſtificationē. Sicut in of
ſensæ proportionē concurrerat in ipſo ſu
perbiæ fundam ēto, ſuperbè præcepto Dei
contrauenièdo: ſimulq; proportionē ipſā,
Eritis ſicut dij (ſicuti Similis ero altiſsimo) ſu
perbè acceptādo: cōſequēter in proportio
nata humilitate cōcurrere debebat, pœni
tēter ſe humiliādo. Et hoc, homini impoſſi
bile erat: obſtāte ipſa improportione. Quę
improportio: ſicut in homine cauſa fuit, e
uacuationis eſſe fui in creatore Deo, per ta
lē cauſā euacuato, ipſe homo ſuperbè pec
cādo: cōſequēter fuit impedimētū euacua
tionis nō eſſe peccati, per omnē viā, quod
pœnitenter ſe humiliare poſſet, in ſua iu
ſtificatione. Vbi ab ipſa ſapiētia æterna per
infinitā ſuā miſericordiā, tali inuenienti, re
mediū inuentū fuit, per mediū incarnatio
nis Verbi. in quo ſolū, verò Deo, ſe humili
āte, & ignominioſè inquātū homo patiēdo:
cōcurrerat invicē hominis, cū proportiōa
bili humilitate inquantū Deus: peccati ſu
perbiā, & improportionēpœnitentialis hu
miliationis humanæ euacuādo. ſimulq; ſu
perbi Luciferi op⁹ diſſoluēdi: *In hoc apparuit* 1. Ioan.3.
filius Dei, (dicit Spiritus ſanctus) *vt diſſoluat o*
pera diaboli. In hoc apparuit. Ideſt: ipsā pec
cati diſolutionē inuiſibili Verbo Dei filio,
attribuēdo: per mediū ipſius viſibilis appa
ritionis, in carne paſſibili ſe incarnāti, & ſe
viſibiliter humiliāti, effectā. ſicut dicit: *fa*
ctus obediēs vſq; ad mortē. Quod genus mortis? Phil 2.
Hoc iā myſterioſe declarat, dicēdo: *mortē au*
tē crucis. denotādo: eſſentialeipſius mortis,
eſſe, ignominioſū ipſi⁹. Et in hac ratione &
myſterio, nullus inter homines purus ho
mo inuenitur, qui martyriū & mortē tā ig
nominioſam et illuſam paſſus ſit, quā ſa
luator noſter Ieſus Chriſtus, verus Deus, &
verus homo paſſus eſt. Imò, in ipſa tam
ignominioſa, quàm formali ipſius Chri
ſti, omnes aliæ ſanctorum ſuorum mor
tes, ſem per honoratæ & pretioſæ fuerunt

omneque opprobrium & dedecus: in gloriam & honorem conuerſum. ſicut ſcriptum eſt: *Preciosa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.* & alio in loco. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Ita, quod ipſa Chriſti redemptoris noſtri mors, pluſquam omnes aliæ ſimiles, derisionum, vituperiorum, & dedecorum copioſa fuit: quia ab illa tam formali, quam copioſa humiliatione, eo magis copiosa redẽptio reſultabat: maiorque exaltatio ipſius vniuerſalis redemptoris, Dei humiliati. Et conformiter, in hac ratione & myſterio: ipsa vniuerſalis redemptio, fuit à Spiritu ſancto, & ab ipſo Verbo incarnato, ſicut effecta, conformiter prædicta. Vbi per Eſaiam: *Quis credidit auditui noſtro, & brachium domini cui reuelatũ eſt? Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti. Non eſt ſpecies ei, neque decor. Et vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſideravimus eum deſpectum, & nouiſſimum virorum, virum dolorum & ſcientem infirmitatem. Et quaſi abſconditus vultus eius & deſpectus, vnde nec reputauimus eum &c.* concludendo. *& cum ſceleratis reputatus eſt.* Et per Dauidem in perſona ipſius ſaluatoris, dicentem. *Ego autem ſum vermis & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. Omnes videntes me, deriſerunt me: locuti ſunt labijs, & mouerunt caput.* Et alio in loco. *Circumeuiauerunt ipſum, Quoniam inutilis eſt nobis, & cõtrarius eſt operibus noſtris, &c. Promittit ſe ſcientiam Dei habere, & filium Dei ſe nominat. Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum. Grauis eſt nobis etiam ad videndum. &c. Si enim eſt verus filius Dei, ſuſcipiet illum, & liberabit eum de manibus contrariorum. Contumelia & tormento interrogemus eum, & ſciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. Morte turpiſſima condemnemus eum. &c.* Et ſimiliter, in multis alijs locis. Et per ipſum prophetatum Chriſtũ, ſummatim dicentem: *Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. tradetur enim gentibus, & illudetur & flagellabitur, & conſpuetur: & poſtquam flagellauerint, occident eum. &c.* Et hoc, dixit dominus, cum myſterio, ſtatim quod à ſancto Petro, pro Dei filio confeſſus fuit. ſicut ſcriptum eſt: *Tunc præcepit diſcipulis ſuis, vt nemini dicerent, quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.* Et cum diſcipuli ſui nouum hunc ſermonem non intelligerent: neque tam profundã humiliationem penetrarent: *Apprehendens eum Petrus,* (ſicut dicit) *cepit increpare eum. &c. Qui conuerſus & videns diſcipulos ſuos, comminatus eſt Petro, dicens. Vade retro me ſatana: quoniam non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum. &c.* Cæpit increpare eum. Hoc: cum magna admiratione & zelo : non tantùm illius mori, quantum ipſorum opprobriorum, & ignominioſi mori, in perſona filij Dei: tunc ab ipſo Petro, Spiritu ſancto pleno, pro tali confeſſi. Et hoc: non intelligens, quod omnia ipſa opprobria, et iniuriæ receptæ inquantum Deus: ipſius mortis condimentũ & forma erant: paſſæ inquantum homo, in hominis iuſtificationẽ. Proportionata humiliatio & ſacrificium inquantum Deus: ipſum opus diabolicũ ſuperbiæ peccati in homine, originis & capitis omnium peccatorum, diſſoluẽs: ignominioſe inquantum homo patiẽdo. vbi Dominus, in hoc myſterio: comminatus eſt Petro. Non Petro ſolùm, ſed & ipſi diabolo principaliter, ipſius ſuperbiæ peccati authori, ſuam ſolutionẽ in homine, ſemper impedienti, ſicut dicit: Vade retro me ſatana: quoniã nõ ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum. &c. Non ſapis quæ Dei ſunt: ipſi ſatanæ et iã: qui ſuperbẽ, à principio, peccando: neſcit, quod ipſius altiſſimi Dei humiliatio, quem, pro tali cauſa, adorare noluit, ſe hominẽ faciẽtis, exaltationis hominis via erat, & angeli in ipſo Deo conſeruatio. Nõ ſapis quæ Dei ſunt. Sicut alijs duobus Apoſtolis, qui verſus Emaus ibant, tam incredulis, quam pro tali cauſa ſcandalizatis dicendo: *O ſtulti & tardi corde ad credẽdum in omnibus quæ locuti ſunt prophetæ, nõne hæc oportuit pati Chriſtũ, & ita intrare in gloriã ſuã?* Nõne hęc. ideſt: hęc opprobria et turpiſſimũ pati, cõforme prophetato. ſicut dicit:

Pſ. 115. Act. 5.

Eſa. 29.

Eſa. 53.

Pſ. 21.

Cap. 2.

Luc. 18.

Matt. 16

Marc. 8

1. Ioan. 4.

Mar. 8.

Luc. 24.

Sap. 2. dicit: Cõtumelia & torméto interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. Morte turpissima condemnemus eum. &c. Et probemus patientiam illius. Quia, in ipso spirituali passione ipsorum opprobriorum & turpitudinis suæ ignominiosæ mortis, aquæ penetrabiles pœnalis confusionis, rationali animæ parti attributæ, & in ipsa aqua sacramenti sancti baptismatis (sicut dictum est) significatæ, immutabilis patientia ipsius immutabilis Dei probata fuit. Proportionabilis humiliatio (sicut dictum est) sacrificans, ipsam iniuriam receptam inquãtum Deus, patiendo inquantum homo, in hominis iustificationem. Iudicium à diuino concilio factum, contra ipsum superbum & antiquum aduersarium satanam, in hominis liberationem: in dignitate & reuerentia ipsius redemptoris Dei & hominis humiliati fundatum. Sicut dicit: Contumelia & tormento interrogemus eum, & sciamus reuerentiam eius. Et correspondenter per Apostolum. *Exauditus est pro sua reuerentia.* Quia, ipsum irreuerentiæ peccatum, opprobrij & contumeliæ, in persona filij Dei, dignè ab omnibus venerari, adorari. & obediri, cum esset maius omnibus peccatis, & grauius illo mortis eius, inquantum ad esse vita priuatum, quæ communiter honori postponitur, omniũ pecca torum, & ipsius met mortis, destructio fuit: quæ in hac ratione, absorpta est in victoria. Id est: in victoria ipsius humiliationis, & probatæ patientiæ. Sicut dicit. Morte turpissima condemnemus eum. Et probemus patientiam illius. Antidotum humiliationis in Christo: ipsum venenum, & opus diabolicum peccati superbiæ, mortem generantis, dissoluens: simulque, ipsam generatam mortem, & mortalem aquam omnium peccatorum, in victore igne sui æterni amoris, absorbente, & lambente.

Mob. 5.

2. Cor. 15.

Sap. 2.

3. Reg. 18.

Maius peccatum commisit Herodes, in Christi cõtemptu & derisione, quam fecit, simul cum exercitu suo, in veste alba, vt hominem stukum, publicè, per medium ciuitatis Hierusalem, remittendo eum ad Pilatum: quam magnum Baptistam præcursorem suum, in carcere decollare faciẽdo. Et maioris meriti est opprobrium istud & dedecus in publico, quam non est ipsa præcursoris mors in priuato, quando ab ipso Dei filio passa fuisset. Calx in persona Regis, & publicè? maioris est ponderis, quam mors omnium hominum regni sui, simul. Et hac in ratione, omnia alia opprobria sua & dedecora considerare debemus. Sicut scriptum est: *Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius: & veste purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant. Aue rex Iudæorum: & dabant ei alapas.* (& de illo quod sequitur) *Exiuit iterum Pilatus, & dicit eis. Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoscatis quia in eo nullam inuenio causam. Exiuit ergò Iesus foras portans coronam spineam, & purpureum vestimentum. & dicit eis. Ecce homo. &c. & sedit pro tribunali. &c. & tradidit eis illum vt crucifigeretur.* Ioan. 19. Vbi, consequenter, maius peccatum fuit illud quod commisit Pilatus, sic ignominiose hominem tractando, quem ipse pro iusto habebat & declarabat, diuinum magis quam humanum, & post flagellatum, & illusum, publicè eum videre facere, in illa forma regis derisionis & hominis stulti, transformati, quam eum morti condemnando, ad illius ingrati populi complacitum, simul eum iustum esse declarando, sciens quod mortem non merebatur. Hoc ipsa Patris sapientia declarat, dicendo. *Audistis quia dictum est antiquis: Non occides. qui autem occiderit: reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, rhaca, reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue.* (ecce punctus) *reus erit gehennæ ignis.* Hoc est, super omnem hominem, purum hominem cadendo. Nunc quid erit, super ipsum Christum Deum & hominem cadendo, qui per Dauidem, cum Matt. 5.

Patre loquendo, inquantũ Deus, de se ipso dicit: (& non de Idiota qui ista scribit: merito pro sulto publicato, & cõtepto: dono, & gratia sua particulari) *Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me?* Qui autem dixerit, fatuè: reus erit gehennæ ignis. Quale est fundamentum? Hoc est fundamentum. Quod ipsa iniuria, Fatue, cùm sit contra esse hominis, inquantum rationalis: distincti hac in parte, à brutis animalibus: maior & dãnabilior iniuria est, quæ homini fieri potest. & cò magis est maius peccatum cõtra ipsum creatorem Deum: quãtum quod ipsum esse, non est propriè hominis: sed solũ ipsius, qui solus creator Deus est: ad cuius imaginẽ homo inquãtũ rationalis creatus fuit. Ita quòd nõ solũ notabile peccatũ est, & iniuria cõtra hominem: sed absolutè cõtra Deũ creatorem suũ: manifestationẽ suam & cõmunicatũ esse, in homine, talẽ ob causam falsæ opinionis & iudicij quod nõ sit, euacuãdo. Et hoc operatus est ipsum mas ius in Christo, omnibus peccatis: eũ, in illis tenebrosis diebus ignominiosæ suæ passionis pro homine tantũ peccatore, & fatuo reputãdo: quod vltra iniuriam eius nõ esse inquantũ homo: in ipso, esse sui lux obscurata fuisset, inquantũ Deus: in tantis & tã notis miraculis vsq; tũc, resplendenter demonstrata: ab obscurato sole extraordinariè, cũ esset in cruce, significatũ: & ab ipso iustitiæ sole, in passionis suæ principio, dicente: *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum*, testificatũ. Sicut per Dauidem, conformiter dicentem: *Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi ceciderũt super me. &c.* Quoniam zelus domus tuę comedit me. Hoc: & inquantum Deus, & inquãtum homo simul. Idest: zelus domus tuæ (O æterne Pater) humanę naturæ per peccatum destructæ, comedit me: idest, deuorauit me, inquantũ hominẽ: ad non esse hominis veniẽtẽ: pro homine peccatore iudicatũ: & vt fatuũ illusũ, & tractatum, (in hoc verbo, fatue, intellectũ) sicut in illo alio loco dicit. *Ego sum vermis & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Et me deuorauit simul inquãtum Deũ. Quia ratione ipsius vnionis, in zelo domus tuę honoris tui, sacrificãter, in sua reædificatione, ipsas iniurias & opprobria inquãtũ homo patiẽdo: ceciderũt super me, inquantũ Deũ. Cum magno mysterio dicit: & opprobria exprobrantiũ tibi ceciderũt super me. Quia: sicut ipsa opprobria, filio facta, & ab ipso passa inquantum homine: ratione ipsius vnionis Dei & hominis simul, sunt in exprobratione & offensa Patris: (sicut dicit: exprobrãtiũ tibi) ve principium manifestationis intra ipsius Dei: ipsam secundã personam filij, in manifestatione & cõmunicatione integra esse sui, æternò generãdo: sic etiam, omnia ipsa opprobria, simulque omnia alia omnium peccatorũ hominum, contra ipsum Deum cõmissorũ, super filiũ cadunt, (sicut dicit: ceciderunt super me) ipse accipiẽdo ea super se, inquãtũ Deus, vt principiũ manifestationis extra, ab ipso volũtariè & æternò acceptatę, & per ipsam opprobriorum viã, homo mortalis factus, voluntarieq; moriẽdo effectæ. Ita quod, omne istud pati redẽptoris Dei filij, pro hominũ peccatis, principaliter fundatur in ipsa spirituali pœna cõfusionis ipsarum culparum, (sicut dicit: *quoniam intraverunt aquæ vsque ad animam meã*) in sancti Baptismatis aqua, vniuersalis lauacri, omnis pœnæ & maculæ peccati, significata: ab ipsis opprobrijs, dedecoribus & cõtumelijs, causata: forma mortis & pœnalitatis suę corporalis, in ipsorum delictorũ remissionẽ, & simul redẽptionis humanæ cõsũmationẽ: (superiore diuina cõcurrẽte) pœnã ipsius mortis corporalis, præcedẽs. ab ipso crucifixo Christo moriente significatũ: quãdo nouissimè in sua mortali siti, dicendo, *Sitio*: per vltimum derisum, ei cũ crudelitate & contemptu acetũ donaue runt: tunc præcedẽter dicẽdo: *Cõsummatũ est.* Et subsequẽter, inquãtum ad secundã consumma-

Psal. 68. *Psa. 21.* *Luc. 22.* *Psal 68.* *Ioan. 19.*

summationem: *Et inclinato capite tradidit spiritum.* Et in hoc mysterio ipsa opprobria & iniuriæ continuatæ fuerunt, (vltra eas, quæ factæ illi fuerũt, dum inter homines vixit) quoadusque in crnce expirauit. Sicut scriptum est: *Et stabat populus expectans, & deridebãt eum principes cum eis, dicentes. Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. Illudebant autẽ ei & milites accedentes & aceum offerẽtes ei, & dicentes. Si tu es rex Iudæorum, saluum te fac.* &c. Ita quod, ab omnibus, vsque ad vnũ ex illis duobus Latronibus, simul cum ipso crucifixis, Dominus iniurijs affectus & blasphematus fuit. Sicut scriptum est: *Vnus autem de his, qui pẽdebant latronibus, blasphemabat eũ, dicens: Si tu es Christus, saluum fac teipsum, & nos.* Et in hac formæ ratione, vbi particulariter hæc duo sacramenta, Baptismus, & Pœnitẽtia, fundata sunt, & ab ipso redemptore, (vt dictum est) in peccatorum remissionẽ, stabilita: dicit Dominus discipulis suis, (postquam resuscitatus fuit) qui, propter hanc causam suorum opprobriorum & ignominiosæ mortis, adhuc increduli & scandalizati erant: *Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. & dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die: & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma.* &c. Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati. Sic, & sic Ideſt: hoc modo ignominiosi & vituperiosi pati, scriptum erat, quod vniuersalis redemptio facienda erat: & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, Ideſt: & sic necessarium erat, per medium talis tamque profundæ humiliationis, ad altitudinem & gloriæ suæ celsitudinem ascendere, tertio die resuscitando. Et prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes incipientibus ab Hierosolyma. &c. Et prædicari in nomine eius pœnitentiam. Et prædicari. Ideſt: Et in hoc correspondentis humiliationis modo, prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum: secundum passibile & vniuscuiusque obligationem, dolorem conuenientem, verecundiam, & ipsarum culparum confusionem patiẽdo. In nomine eius. Ideſt: crucis nomen, & ignominiosum pati. Et sic ab ipsis apostolis obseruatum fuit. Sicut dicit: *Nos autem prædicamus Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* Cùm primo dixisset: *Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis, saluos facere credentes.* &c. Ideſt, vtramque cõsummationem, spiritualem & corporalẽ, (vt dictum est) comprehendendo. Et sic, (vt dicit: Et sic) ipsi hominicatori necessarium est, vt saluare se possit, quod in hoc concurrat, per vocalis confessionis viam, cum pœna & dolore naturalis confusionis & verecundiæ, quæ ex ea communiter in pœnitentibus & contritis nascitur, confessori, turpitudines suas & peccata confitendo: vnica et salutifera ipsarum plagarum mortalium medicina: concurrens, sicut in ipso pœnitentiæ sacramento, formalis, spiritualis & corporalis concurrit, quam ipse iustus et innocẽs saluator Dei filius passus est, in remissionem peccatorum.

Luc. 23.

Luc. 24.

1. Cor. 1.

CAP. LXII.

TAntus, tãq; magnus dolor iste et ipsius cõfusionis saluatoris pœnæ fuit, quam in sua ignominiosa passione passus est: vt infernalẽ inferni dãnatorũ exuperet: in qua principaliter, passionis suæ, abyssus æterni meriti, consistit. Et mysteriũ, ad ipsas tenebrosas abyssos descendisse, vniuersalis redemptionis opere consummato, moriendo: vltra quod etiam, à suo æterno zelo inquantum Deus procederet: per medium animæ

animæ suæ sanctissimæ gloriosè descẽdentes, ipsas expectantes iustorum animas, in puncto illo expirãdo, liberantis: quæ in eodem zelo, primùm propter ipsorum peccatorum causam, se humiliãdo, in profundiores abyssos pœnæ & confusionis ipsorũ, descenderat: ad hoc etiam exrenditur, singulis vicibus, quod peccator, per hanc vnicam & securam vocalis confessionis viãm, per medium ipsius naturalis confusionis & verecundiæ, à peccati abysso, concordanter, cum ipso Saluatore descendendo, ad gratiæ sublimitatem ascendit. Quæ cõfusio, & ipsius pœnitentis verecundia: formali iusti & innocentis Christi saluatoris, concurrẽte: fundamentum & essentiale ipsius sacramenti pœnitentiæ est. Sicut concurrens spiritualis, quam ipse saluator in anima sua passus est, in zelo in seipso honoris æterni Patris sui fundata, est essentiale sanctibaptismatis sacramenti, in ipsa aqua (sicut dictum est) significata.

Peccator, pro mortali peccato, iustè pœnis infernalibus condemnatur. & sicut moriendo, ratione ipsius mortalis perfidiæ, a ipsas pœnales & infernales abyssos descendit: sic etiam, eandem ob causam, impœnitenter in hoc mundo viuẽdo: vt mẽbrum ab ipso Domini corpore & iustorum congregatione, sancta Ecclesia catholica, separatum: spiritualiter, corpore, & anima cohabitator factus est: cum ijs qui in infernis condemnati sunt. Et contrà, in quacũq; hora, se pœnitendo, & per hanc securam viam & vnicum vocalis confessionis remedium adiuuando, videtur, in nota maiorum peccatorum conuersione, hoc magis meritorum passionis Christi respledere: in quo humiliationis suæ abyssus, & virtus omniumque sacramẽtorũ fundamẽtum, consistit: & particulariter, istorum duorum, baptismatis, & pœnitentiæ, in remissionem peccatorum. De quo saluatore, in talibus & tam gloriosis effectibus, verè in laudem & gloriam eius, de nouo dicere possumus: *Descendit ad inferos.* Non eguerunt totaliter ipsi sancti patres in limbo, vt iusti, tanta humiliationis & meriti abysso, quanta fuit hæc particularis & incomprehẽsibilis saluatoris, vt cum ipso à tenebris, ad suæ æternæ gloriæ lucem exirent: eam habuerunt quidem, & habebunt omnes peccatores, donec stabit mundus, (semper, superabundantia eius seruata) vt exirent ab infernalibus peccatorum fuorum abyssis: ea, per eandem propriæ confusionis & verecundiæ viam, confessori, pœnitenter confitentes. Hanc lucem, iusto Dei iudicio, in infernis condemnati habent, ad vniuscuiusque tenebrarum peccatorum mensuram: vt Spiritus sanctus, de peccatore dicit: *Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius:* cum scirent, quanto maior fuit in innocentis Christi redemptoris passionibus: ipsa particularis pœna confusionis, & peccati verecundiæ, quam passus est: zelator in seipso, honoris Patris sui Dei: ab ipsis peccatoribus causata: & eorum culpa, in vanum, in quantũ ad eos, passa. Vbi æterno, hoc modo condemnati, arboris vetitæ fructum ruminantes: arbor, in eorum inobedientia, scientiæ boni amissi, & mali acquisiti: ipse tam mortifer fructus, quam damnabilis sciẽtia, ipsis, in nutrimentum correspondentis confusionis, mortis, & pœnæ æternæ cõuertitur. Et hæc in ratiõe rationalis formæ passionũ animæ saluatoris, in ipsa baptismali aqua significatæ: Spiritus sanctus per Ioannem dicit: *Qui est qui vincit mundum nisi qui credit quoniam Iesus est filius Dei? hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. non in aqua solũ: sed in aqua & sanguine.* Necessarium est credere, (vt dictum est) quod Iesus, id est, saluator, Dei filius est: vt se saluare posset, et ipsam redemptionem obtinere: per ipsum nobis, passione et morte sua acquisitam: quæ, in hoc quod creditur, fundatur. Id est, Quod ille, qui pro homine mortuus est: ipsum hominem saluauit, quia simul Dei filius erat. Et hoc est mundum vincere: in

Psal. 138.

1. Ioan. 5.

quo

quo verbo, Mundus: mũdus, caro, & dæmõ, intelligitur: ipsius mundi, & carnis princeps, per peccatum. Et in hoc, victoria cõsistit. Id est, in credendo & in pœnitentia operando. & ideo, subiungit, dicendo: *Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus.* Aqua, & sanguis: id est, ipsæ duæ animæ & corporis amaritudines: in quibus, ipsius saluatoris Christi calix consistit. Vbi, Dominus, Zebedei filijs, dicendo: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* dicere vult: (sicut declaratum est) quod nullus præter ipsum, calicem suum bibere poterat. vt dicit: hic est qui venit per aquam & sanguinẽ Iesus Christus. Hic est. Idest, Nemo, nisi ipse. Aquam. Idest: dicta, pœnæ confusionis peccati amaritudo: quam ipse solus integrè, vt Dei filius habere poterat: in paterni honoris zelo, fundata: integrè offensam, ei per peccatum factam, ponderando. Et hæc amaritudo, intelligitur in aqua: in superiore animæ parte passa. Sicut per Prophetam Dauidem, correspondenter dicentem: *Quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.* Altera ipsius calicis amaritudo: in ipso corporaliter pati, consistit, (vt dictum est) vsque ad vitæ corporalis priuationem: huic alterę partis rationalis animæ, multo inferior, cum esset in superioris formæ naturæ diuinæ vnione, vt homo, & Deus simul: ipsam peccati offensam totaliter exaggerãs, in ipsius culpæ remissionem. Vbi, quò ad corporalem, & humanam peccati exaggerationem, omnibus hominibus cõmunem, aut per martyrij viam occurrendo: aut pœnitenter patiendo: sine qua pœnitentia, nemo saluus esse potest: huic verbo, possumus, respondendo: sic dicit. *Calicem quidem meum bibetis.* Quia, quò ad primam: iam ipse declarat, dicens: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? quasi dicat: Nullus alius præter me Deum & hominem, eum bibere potest. Et ideo: Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus: vbi omnia sacramenta fundantur, & virtutem accipiunt: & hæc duo particularem, Baptismus & Pœnitentia, in remissionem peccatorum. Et hac in ratione, Baptismatis sacramentum, fit in aqua: pro suæ significationis mysterio: vt omniũ sacramẽtorum portæ: in ipsa formali amaritudinum animæ saluatoris aqua, virtualiter fundatorũ: in vnoquoq; ipsorum, dignè recepto, omnia septem sacramenta, virtualiter & spiritualiter, per communẽ gratiæ participationem, indiuisibiliter, cõcurrentia: cum sint in indiuisibili Domini corpore, (sicut dictum est) indiuisibiliter consistentia. Calicem quidem meum bibetis. Hoc: non solùm ipsis duobus fratribus: sed omni humanę generationi, in ipsis duobus, significatæ, dicitur.

Mat. 20.

Ps. 68.

Mat. 20.

Iohan. 5.

Prou. 10. Apo. 22.

CAP. XLIII.

OMni tẽpore, quo saluator noster hoc in mundo in carne mortali vixit, amaritudinis spiritualis animæ calicẽ bibit: cuius naturaliter, (vt in spiritualibus & vitę pœnitentis hominibus videtur) pars corporalis exterior participat. Vbi, cũ triginta annos natus esset, aut circa, ipse saluator, quinquaginta annorum iudicatus fuit: sicut dicit. *Quinquaginta annos nondum Ioann. 8. habes, & Abraham vidisti?* Et hoc magis manifestè, cum esset morti propinquus, in illo nouo sanguinei sudoris effectu, demonstrauit: inquantum homo, cum affectu orando: Et simul, cum afflicto spiritu, passibiliter, pars corporalis etiam cõcurrendo: magnitudinem interioris animæ suæ amaritudinis, à profunda peccati ponderatione causatæ, prorumpenter demõstrando: superabundanter patiendo, quasi iam in cruce penderet, debitam confusionis ipsius culpæ pœnam. Duæ calicis sui amaritudines, spiritualis, & corporalis simul, ab ipso solo, singulariter bibiti in remissionem peccatorum, in ipso nouo naturæ effectu sudoris

Luc. 22.

aquæ, cum sanguine mixtæ, testificatum. V-
1. Ioan. 5. bi, multa cum ratione, Hic est (vt dicit) qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. Cui calici, & pœnitentiali peccatorum amaritudini, ea confessori vocaliter (vt dictum est) confitentes: omnes peccatores obligati sumus: vnusquisque quod potest faciendo. Sicut Dominus significat, de ipsorum talentorum negociatione, & æternis suis meritis tractãdo, quæ
Mat. 25. variè distributa fuerunt, *secundum propriam virtutem*: ad varios gloriæ gradus in vita æterna. Et sic acquisitio & ipsorum donorum lucrum negociari debet, aliquid ex parte nostra diligenter facientes, spiritualiter & corporaliter pro peccatis patientes: ita quod in vanum ipse Domini calix non transeat, quin eam aliquantum gustemus, in ipsorum remissionis lucrum. Et hac in ratione: calicem meum bibetis: ipsas duas amaritudines, spiritualem & corporalem comprehendendo: in ipsis duobus fratribus, Ioanne, & Iacobo, (vt dictum est) significatas. Duo fratres: id est, anima & corpus: ex qua ipsa humana natura consistit, in ipsis duobus fratribus significata. Vbi Ioannes, immortalem animæ partem repræsentans, non efficienter martyrium passus est: quamuis seipsum promptissimè ipsi morti & pœnæ offerret. Et hic proprius animæ pœnitentis effectus est. Iacobus frater eius maior, efficienter martyrium passus est: partem mortalem cor-
Gen. 25. poralem (vt dictum est) repræsentans: *Quia maior seruiet minori* (vt scriptum est). Ipsi duo fratres, Esau & Iacob, similiter, corpus & animam significantes. Corpore pro fratre maiori accepto, quia primum à Deo formatum est. Seruiet minori: ratione dominationis rationalis animæ. Ipsi duo fratres, Ioannes & Iacobus, sicut anima & corpus, naturam diuinã, & humanam in Christo, significãtes. vt declaratũ est. Fuit ancilla instrumentalis in Christo, natura humana: quæ formaliter à principio seruiuit vsq; ad vltimum operis redẽptionis humanæ, se Verbum incarnãdo, nascẽdo, moriendo, & resuscitãdo: per medium ipsarum duarum amaritudinũ, spiritualis & corporalis, ex quibus (vt dictũ est) singularis calix suus cõfiliit, effectæ. Vnde Spiritus sanctus per Dauidem, in martyrijs, & omnium martyrum persona, in ipso primo apostolorũ martyre Iacobo significatorum, sic dicit: *O Domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Cùm primum dixisset: *Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax.* Bis dicit: ego seruus tuus, ego seruus tuus: ratione earum duarum rerum: id est, animæ & corporis, ex quibus homo cõsistit. O Domine quia ego seruus tuus: quò ad primã animæ spiritualẽ amaritudinẽ, in charitate fundatã: sine qua (formali saluatoris cõcurrẽte) nullius essent fructus omnia nostra opera, & corporaliter pati, & ipsa mors, per talẽ effectum remissionis peccatorum. Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ: quò ad ipsius mortis corporalis amaritudinem. Filius, omnis fidelis in martyrio, ipsius ancillæ humanitatis Christi crucifixi: vt primæ & principalis formæ in suo singulari calice, ab ipso solo bibito, inquãtum Deo & homine simul: peccati grauitatem, in honoris Patris zelo, toraliter exaggerãte, in ipsius remissionẽ. Quia hic est (id est, nemo alius) qui venit
1. Ioan. 5. per aquã & sanguinẽ Iesus Christus. Omnes martyres à primo iusto Abel incipiendo, in principio, Christi figura, vsq; ad vltimos qui in mũdi fine erũt, per sanguinẽ, tãtũ venerũt. Nõ, quod simul cũ eo: porali, spirituali animæ amaritudinẽ in ipsa aqua significatã, nõ sint passi: formã, inquãtũ ratio nalẽ, ipsius sanguinis & passionis corporalis: sine qua, Christi principalis nõ cõcurrerer: Sed per sanguinẽ tantũ omnis fidelis venire dicitur, inquãtũ quod ipsa formalis aqua amaritudinis rationalis animæ, in puro homine sufficiẽs nõ est ad cõmunẽ peccati fiãmã extinguẽdã, neq; in propria iustificatione, ad vitã æternã, etiãsi cũ martyrio sociata, cũ sit morti obligatus: donec ipse
Ps. 115. saluator

saluator Deus & homo veniés ipsú defectú suppleuit,cú in carne mortali incarnatus & passus esset. Qua in ratiõe: hic est qui venit per aquã & sanguinẽ Iesus Christus. Et cõformiter per Esaiã. (vt dictũ est) *In scientia sua iustificabit ipse Iustus seruus meus multos, et iniquitates eorũ ipse portabit.* In sciẽtia sua. Idest, ipsa superior forma exaggerãs, inquãtú Deus, cú inferiori amaritudinis animę suæ sociata, (in ipsa aqua, significata, patiẽdo inquãtú homo) in totalẽ hominis iustificationẽ. Quæ, superior forma, cú ad hoc, superabũdãter sufficiẽs sit, absq; corporali mortis & sanguinis sui, propter bonitatẽ suã etiã, liberaliter & copiosè effusi: hac in ratione, ipsú æternú amorẽ, qui eú coegit, exaggerãdo, cõcludit dicẽdo: Non in aqua solú: sed in aqua & sanguine. *Et Spiritus est qui testificatur quoniam Christus est veritas.* (ad peccatoris differẽtiã: de quo dicit, Omnis homo mendax) Idest: ipsú testificãtẽ excedẽtis amoris effectú, Spiritui Sãcto, attribuẽdo: cui subsequenti gratiæ, diuinoq; amori in peccatore, totalis peccatorú remissio ad culpam & pœnã, attribuitur: per mediú ipsius pœnitẽtiæ sacramenti, in vocali ipsorú cõfessione, generaliter collatæ. Quia, etiãsi talis forma, per seipsã, particulariter ꝓ peccatorú remissione sufficit, quãdo cadit super particularis amaritudinis materiã & doloris intẽsi propriarú culparũ, in ipsa charitate fũdatã: rarú, quã difficile est scire. (O peccator) quod in te sufficiẽs sit: ꝙ securior est, & omni hoc nõ obstante, vnicuiq; necessaria hæc alia ordinaria vocalis cõfessionis via: propter quod à Christo, ipsú sacramẽtú, cú cæteris omnibus, ordinatú est. Quare tam difficile est. Quia, *Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.* In excessu meo. Idest: ablato ipso excessu, & concurrenti amoris diuini forma in Christo Deo & homine, in cruce mortuo: in omni humano excessu pœnitẽtialis amaritudinis, spirituals & corporalis, vsq; ad hũc vltimú excessum, morte pro Dei amore patiendi: omnis homo mẽdax, & similiter mẽdax, in proprio veræ pœnitẽtiæ iudicio, in charitate fundatæ. Sed cõcurrẽdo ipse formalis excessus in Christo saluatore, in cruce mortuo, & charitatis suæ æternæ supplementum, inquantú Deo: in tali effectu, per medium vocalis confessionis, & naturalis ipsarum culparum verecundiæ, ministratæ: pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Non solùm ipsa mors, & omnis fidelis martyrium: sed omnia pœnitentialis mortificationis opera, (vt est ipsú pœnitentiæ sacramenti) in ipsa morte intellecta: & in ipsis duabus animæ & corporis amaritudinibus, inclusa: spiritualiter & corporaliter in Dei amore pro peccatis patiẽdo: cũ aliis misericordiæ operibus, in ipsa charitate fũdatis: sunt pretiosæ in conspectu Domini. Idest, ante trini & vni Dei tribunal, in peccatorum remissionem, ad vitam æternam.

Esa. 53.

1. Ioan. 5.

Psal. 115.

CAP. XLIIII.

Omnis victima (dicit Dominus) *sale salietur.* Omnia prædicta opera, & pœnitẽciales mortificationes humanæ, sũt victimæ, quæ cũ ipso homine, pœnitẽter operãte, Deo, in sacrificiũ, pro peccatis offerũtur. Pretiosæ ei sũt & acceptæ in peccatorũ remissionẽ, quotiescũq; charitatis, & amoris sui sale cõditæ sũt: per eãdẽ viã, superiore sale, & forma gratiæ: & charitatis suæ diuinę, cõcurrẽte: (*Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris,* (vt scriptũ est) *per Spiritum sanctum qui datus est nobis*) in passionum Iesu Christi filij sui saluatoris mundi merito, collatæ. Qui viuorum & mortuorũ iudex, secũdũ hãc rationẽ, hanc sentẽtiã de pœnitẽte Magdalena pronuntiauit. *Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum.* Quæ Magdalena, ipsis necessarijs & salutiferis victimis pœnitentialibus, vacua non venit. Idest, interiori peccatorũ dolore: per exteriorũ lachrymarum abũdãtiã, manifestato: cum confessionali confusione ipsarum

Mar 9.

Rom. 5.

Luc. 7.

culparum verecundia addita: palàm in domum & gentem alienam veniendo(omnia acceptans)ad gratiam petendam. Quid enim est, Christum in caluario, publicè inter duos latrones pendentem videre, nisi publica confessio, quam malefactores de delictis suis faciunt, quando ob talem causam publicè à iustitia puniuntur? Hoc formaliter ad exemplũ nostrum.innocentissimus Dei filius fecit, vt bonus Leuita,& æternus sacerdos,legem formaliter obseruãdo: super se, omnia peccata populi vniuersi mundi accipiendo: omniaque ab ipso,per hanc viam confessionalis confusionis ipsarum culparum:in peccati imaginem, publicè inter peccatores patiente,confessa:seipsum innocentem,in vniuersalẽ ipsorũ delictorum remissionẽ,& peccatorũ iustificationẽ,charitatis suæ æternæ sal,formaliter offerẽte.Quo amoris diuini sale, ipsa vera amás Magdalena sufficiẽter cõdita fuit: seipsam totaliter offerẽdo. Ignis charitatis: mixtus cũ amaritudinis & doloris peccatorum aqua: confusio & verecundia ipsorum:in ipsa aqua significata: vbi ipsum exemplum,nobis à Domino datum, fundatur:cũ sit sal,particularis ipsorum duorum elementorum, aquę & ignis,congelatio.Et correspondenter pœnitens, & mundo pœnitẽtiæ exemplum,sancta Maria Magdalena,fuit totaliter ab ipsa formante luce, & igne diuini amoris, in amati Christi merito, iustificata. Omnis victima sale salietur.

Marc. 9. Leu. 2. Et alio in loco *Quicquid obtuleris sacrificij,sale cõdies,nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. etc.*Prima:Idest, Quicquid obtuleris sacrificij:sale cõdies: Quò ad ipsũ hominẽ peccatorẽ:seipsũ,omneq; opus suũ pœnitẽtiale,vt disposità materiã,per mediũ ipsius salis:legitimè offerentem.Quod sequitur:idest,nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo: Quò ad formantem & superiorẽ salem saluatorem,Deum & hominem: (vt dicit:Dei tui)cõsistentẽ aqua animaritudinis animæ suæ,inquantum homo patiendo,& igne æterni amoris sui,inquãtũ Deus,ab ipso propriè & formaliter oblatum simul concurrentẽ.Nec auferes:(cum nobis peccatoribus loquendo) idest, in tuo excessu pœnitentiali fundatus: quia omnis homo mendax.Sal fœderis:solus ipse Christus:sicut arcus fœderis.Sal fœderis:quò ad duas naturas,diuinam,& humanam, in Christo vnitas:& in ipsis duobus elementis,igne,& aqua,ex quibus ipse sal consistit, significatas. Arcus fœderis: quò ad naturam humanã,& sacratissimum corpus suum: ex quatuor varijs elementis compositum: quatuor varijs attributis diuinis correspondentibus,in ipso variorum colorum arcu, significatum. pro signo positus (secundũ pactũ diuinũ) vniuersalis pacis & concordiæ inter Deũ & homines: inquãtũ ipsa humana,cũ diuina natura vnita est:& ipse Christus Dei filius,vniuersalis redemptor est.

Ps. 15. Leu. 18.

Gen. 9.

Mat. 5.

Quod si sal euanuerit:(dicit Dominus) *in quo salietur?* Hoc amoris diuini sal,in Adamo,& in terra ab ipso primo homine, in propriã cõseruationẽ,primùm oblatũ fuit; creatorem suum,rationaliter amante, eique obediente.& hoc modo,in illo fœlici innocentiæ statu,res omnes in ipso homine inclusę erãt,in bono ipsarũ vsu:& ab homine inciẽdo,ipso sale aquæ diuinæ gratiæ,& amoris Dei igne,vniuersaliter cõditæ:&in laudabile ipsius creatoris Dei sacrificiũ,&cõseruationẽ propriã,dignè oblatæ. Sed breui tẽpore(peccando) euanuit: aquã gratiæ & amoris Dei ignem,in peccati aquã,(mortem generãtis)& amoris proprij ignẽ,omne peccatum causantis,conuertẽdo: in notabili castigatione vniuersalis deletionis hominis & omnis rei creatæ, per medium aquarũ diluuij, peccatorum humanorum aquas significantium,testificatum.quia tũc terra vniuersaliter corrupta erat,& ipse sal aquæ gratiæ & ignis amoris Dei,in peccatorũ aquã,& amoris proprij ignẽ conuersus. Fuit nouiter,p gratiã & misericordiã diuinã,ipse sal in Christo,restauratus. Arcus fœderis factus se incarnãdo,& moriendo, visibili-

Genes. 7.

Genes. 6.

Gen 9.

sibiliter, in cruce exaltatus, super terram apparendo. & per sanctæ suæ crucis viam, homo, pœnitenter operando, sal fœderis etiam factus: aquam morbi peccati, salutiferam ipsius culpæ amaritudinem causantem, in aquam diuinę gratiæ, & tenebrosũ ignem inordinati amoris proprij, in verũ ignem illuminantem amoris Dei, conuertendo: & simul infatuatum & vanum ipsius salis, homo, se ipsum superbè & vanè amando: per medium ipsius nouæ gratiæ, euacuando: è contrario seipsum pœnitẽter, odio habẽdo. Quia: Sicut per medium mortis, à peccato causatæ, tam contrariæ vitæ, remedium peccato datum fuit, Christus, in ipsius vitæ restaurationem moriendo: Sic, per medium ipsius peccati, in aqua significati, tam contrarij gratiæ & igni amoris Dei, ipsam amaritudinem & dolorem ipsius offensæ Dei, correspondenter causantis, (formali passionum ipsius Dei & hominis cõcurrente) de nouo reducitur ad gratiam, in ipsius culpæ remissionem. Et hic in ratione, Christus sal fœderis nominatur: (sicut, arcus fœderis) & apostoli, ab ipso redemptore, correspondenter, sal terræ. Quia: Sicut ipse æternus sacerdos, ipsũ sal fœderis, æternò offert, in naturæ humanę, cum ipso Deo reconciliationem, pacẽ, & concordiam: sua inimicitia, per peccatum causata, & reconciliatione ipsius culpæ redemptionis, semper præsente: sic etiam tribus Leuitica sacerdotalis, præsens & futura, in ipsis primis apostolicis patribus sanctæ Ecclesiæ, cum quibus Dominus loquitur, donec stabit mundus, vniuersaliter intellecta: est sal terræ, in præseruationem corruptionis vitiorum & peccatorũ humanorum: & cum prædicatione & exemplo pœnitentiæ, quotidiano sacrificio & administratione sacramentorum: omnis res in charitate fundata: per hanc viam, peccatorum aquam, in gratiæ, & remissionis ipsarum culparum aquam, conuertendo: & amoris proprij ignem, (omnis mali radicis) in amoris Dei ignem: perpetuo ipsi Deo ipsum sal fœderis offert: æterno sacerdoti filio eius correspondendo. & eo magis, quod ipsa charitas, in ipso sale significata, est ab ipsis, per medium tribulationum & martyrij, ipsum Christum imitantibus, demonstrata. Et hac in ratione Dominus, antequam dicat apostolis suis: *Vos estis sal terræ*: proponit eis persecutiones, quas passuri erant, & quas prophetæ ipsi passi erant, se ipsos pro amore Dei, vt verum charitatis sal odio habentes. (In quo sale, ipsa charitas suum proprium significatum habet: omnia, à diuina lege incipiendo, ad ipsum amoris Dei ignem reducẽdo) Super quos particulares ecclesiasticos, religiosos, & sanctæ Ecclesiæ ministros, consequenter omnis populi, vniuersale pondus est. Sic Dominus Deus, cum Aaron & tribu Leuitica loquendo, declarat dicẽs: *Pactum salis est sempiternum coram Domino tibi ac filijs tuis. &c. Solis filij Leui mihi in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi.* Dicit: Tibi, ac filijs tuis, (intellige gens ecclesiastica) est pactum salis sempiternum coram Domino: quo ad continuatam oblationem ipsius salis exemplaris pœnitentis vitæ eorum, tam pro suis, quàm pro populi peccatis, donec mundus stabit. *Quod si sal euanuerit:* (ad sanctum Matthæum reuertendo) *in quo salietur? ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Et hoc, in vniuerso mundo videtur, absque dubio compleri inter fideles, qui sub sanctæ crucis vexillo militant, & in sanctæ Romanæ Ecclesiæ obedientia, sacras solitorum iciuniorum, & abstinentiarum ordinationes, obedienter obseruantes. & magis particulariter (vltra multos exemplares sacerdotes, & Laicos seculares) in sacris religionibus, quarum est copiosa, omnes, à nouis præcursoribus sanctis, communiter, in sale vitæ apostolicæ, pœnitentis et crucifera, sunt fundatæ: quæ, multa cum charitate spiritualiter, & corporaliter, pro peccatis patientes, portant in hoc (vt scriptura dicit)

Leu. 1.

Mat. 5.

Num. 18.

Mat. 5.

cit)commune pondus peccatorum populi. Vnde, in hoc ordine, vetus sal, suum valorem habet,& semper æstimatus est:& è cõtrario, infatuatus, & qui euanuit in illis, qui nimis seipsos amant, extra obligationem eorum, delicatè,& sensualiter viuentes, ab omnibus hominibus cõmuniter despecti sunt:& Deo permittente, de religionibus, volũtate propria, aut ordine superiorum, electi: in vniuersalem notam, & omnium hominum contemptum restantes. quia cũ sint tã inutiles, quàm impediti in suo talẽto, ab eis malè negociato: quasi sal infatuatus,& qui euanuit, ad nihilum valet vltrà, (vt dicit Dominus) nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Quia ipse sal pœnitentiæ, & pœnitenter operandi, non solũ personas ecclesiasticas, quas magis particulariter, sicut dictum est: sed omnia personarum genera, vniuersaliter obligat. Et sic declarat Dominus: omnibus vniuersaliter loquendo. Sicut scriptum est: *Et conuocata turba cum discipulis suis, dixit eis. Si quis vult me sequi, deneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me, &c.* Et tollat crucem suam. Idest: secundum propriarum culparũ obligationem: propria crux, secundum vnicuiusq; statum, in correspondenti oblatione ipsius salis pœnitentiæ propriarum offensarum: sine qua, concurrente formali (vt dictum est) passionum Christi: non remittentur ei. tunc, magis securè concurrẽte, quãdo per mediũ vocalis cõfessionis ipsarũ culparũ, à cõfessore approbato, applicata est. Vnde sciendũ est: quòd tanti ponderis est pœnitentiq sacramẽtũ: quòd sicut baptismatis sacramẽtũ, omniũ sacramẽtorũ porta est: sic, sacramentũ Pœnitentiæ & vocalis confessionis peccatorũ, est porta etiã vniuersalis recuperationis omniũ septẽ sacramentorũ, quò ad recuperationem cõmunicatæ gratiæ, quæ per vnum quodq; ipsorum in particulari cõfertur, cũ fit post baptismum, per nouam culpam mortalem euacuata. Idest: supplente ipso sacramẽto, in remissionis peccatorum effectu, cum naturali verecundia (vt dictum est) & confusione propria confessorũ, defectũ debitę pœnitẽtię ipsarum culparũ. Magni ponderis supplementũ, & dispositio pœnitentialis, cõfusio, & naturalis verecundia in vocali peccatorũ confessione, pro ipsarũ culparũ remissione: (sicut inuerecnndia, notabile pœnitẽtiæ impedimẽtum) cõcurrente formali efficiẽte innocẽtis Christi saluatoris: in paterni honoris zelo, cũ in cruce nudus, inter duos latrones esset, amarissimè passa: ipsâ Dei offensâ, integrè exaggerãdo. Vbi, reuerẽdi confessores considerare possunt, quãtum pœnitẽtiæ filijs damnosa est, & officio eorum iudiciali indebita, nimia familiaritas cum talibus: visitationibus, donis, & muneribus: verum salem charitatis diuinæ, super quem, ipsum sacramentũ simul cum cæteris omnibus fundatum est: per viam alterius salis amoris proprij & auaritiæ infatuantes. Vnde Dominus, in institutione ipsius sacramenti pœnitentiæ & vocalis cõfessionis peccatorũ, authoritate apostolicis facerdotib. (inteligite hæretici) quibus particulariter dicit: Vos estis sal terræ, solùm data, in remissionẽ peccatorum, dicendo eis: *Accipite Spiritum S. quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* omnia in ipso charitatis sale fundando.

Mar 8.

Ioh. 20.

CAP. XLV.

QVando Dominus à præcursore suo Ioanne baptizatus fuit: *confestim ascẽdit de aqua, & ecce aperti sunt ei cæli, & venit Spiritus sanctus super eum, sicut columba: & facta est audita vox æterni Patris sui Dei, pronunciantis & dicentis: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui, &c.* Plura mysteria, circa hoc factum, in debili humana mente occurrũt. Tres partes, in pœnitẽtiæ sacramẽto, simul concurrunt: (dicunt docti: & non ignarus idiota qui hæc scribit) ex quibus ipsum sacramẽtũ cõsistit: id est, cõtritio, cõfessio, satisfactio. & in hoc Domini baptismate oẽs tres præfuerũt. non necessitate præsẽti: sed

Mat.

sed in cõmemorãs testimonium, & confirmationem futuri lauacri peccatorum, & nouã ipsarum culparum remissionem, relabendo: per medium ipsorum duorum sacramentorum Baptismatis, & Pœnitentiæ, effectum. Igitur in Domini Baptismo, ipsa tã particularis, quã mysteriosa cõmemoratio sacramẽti pœnitẽtiæ facta fuit: quia, sicut ipsum sanctũ Baptismatis sacramẽtum, porta est omnium sacramentorũ: sic sacramentum Pœnitentiæ & vocalis cõfessionis peccatorum, est porta vniuersalis & etiã (vt dictum est) vniuersalis & particularis recuperationis ipsius gratiæ, per vnũquodq; ipsorum sacramentorum collatæ, & per noua m peccati mortalis causam, euacuatæ. Et hoc in mysterio, dicenti Baptistæ, *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondit Dominus. Sine modò, sic enim decet nos implere omnem iustitiam.* Sic enim decet nos, Idest: Te Ioannem, & me. Te, quo ad contritionem, per medium ipsius salis asperæ & pœnitentis vitæ, quã facis: nõ solùm ad exemplum, sed etiã ad supplementum debilium peccatorum errãtium, vt bonus Leuita, iustus, & im peccabilis portans peccata hominum. Et quò ad confessionem etiã, in nomine confitentium peccatorũ: dicendo: (sicut dixisti) Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Et me saluatorem, dãtẽ esse & formã omni rei, quò ad satisfactionẽ: cũ ego solus integrè, in meo zelo æterno, eã facere possim: in sale æterni amoris offensi patris mei Dei, fũdatus. Et sic, in huius veritatis cõfirmationẽ, & testimoniũ eius, q; pro merito suo, futurũ erat, in effectu baptismali mũdatio nis peccatorum: & effectus etiã sacramenti pœnitẽtiæ, in noua remissione nouarũ culparũ, cum ipso Christo, de aqua peccatorũ, ad gratię statũ, ascẽdẽdo: Baptizatus Iesus, (vt dicit): cõfestim ascẽdit de aqua. & ecce aperti sũt ei cæli. &c. Apertura per gratiã p ęsentẽ, libri humanæ naturę per peccatũ clausi: & apertura in gloriæ futuræ præparatione, reluscitãtis: per medũ sacramentorũ (& particulariter, baptismatis & pœnitentiæ) effectum. Et quia vera cõtritio, in sale amoris & charitatis diuinæ, & nõ in timore & sale infatuato amoris proprij fundãda est: *& vidit Spiritũ Dei (vt dicit) descẽdẽtẽ sicut columbã, & venientẽ super ipsũ.* Idest, vt reciprocũ amorẽ, in ipso effectu charitatis & cõmunis volũtatis, paternæ, & filialis, à Patre & filio procedentẽ. Et in cõfirmatione eiã eius, quod ipse præsensor de ipso Christo prædicauerat, dicẽdo. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne. Idest: in noua illuminatione ignis charitatis & amoris diuini. peccatorũ aquã lãbentis: per medũ aquæ lachrymarũ & interioris doloris ipsarũ offensarũ, in illa formali ipsius saluatoris aqua valoris effectæ: & in ipsa aqua (vt dictũ est) sancti baptismatis significata: virtutẽ suã, ipsis duob⁹ sacramẽtis, Baptismo, & Pœnitẽtię, particulariter, in remissionẽ peccatorũ, cõmunicãte. Et ideò mysteriosè dicit. *Baptizatus autẽ Iesus confestim ascendit de aqua.* Cõfestim. Idest: subitò ascẽdendo (sicut ascendit peccator, per hæc duo sacramẽta, tantũ) de aqua peccati, ad gratiã. Et consequẽter: & ecce aperti sunt ei cœli. Idest, in effectu apertur æ ipsius libri humanæ naturæ, per peccatũ clausi: sicut dictũ est. Et ecce aperti sunt ei cœli. Et: quia ipse effectus aperturæ ipsius libri, per gratiã, in præsenti vita militanti, per medũ istorũ duorũ sacramentorũ, Baptismi & Pœnitẽtiæ, vltra illã perfectã aperturam, quam in vita æterna triumphante speramus, gloriosè in ipso Christo Deo & homine, resurgentes: ipsi saluatori in cruce mortuo, & merito suo æterno attribuitur. Sicut alibi in loco, conformiter dicendo: *Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius: quoniam occisus es.* Cum primùm dixisset: *Ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & soluere septem signacula eius*: quo ad hebdomadalia signacula potentialia, & elementalia, (vt dictum est) in operando efficienter ad vitam æternam, donec per ipsum Agnum & leonem simul, Christum, spi itua-

Leu. 2.

Mat. 3.

Apo. 5.

ſpiritualiter & corporaliter patientem, per gratiam ſoluta fuerunt: & per medium hebdo nadalium ſacramentorum, correſpondenter, ipſe hebodmadalis liber naturæ humanæ, ad laudem & gloriam creatoris ſui Dei efficienter apertus: hebdomadali & efficiente forma trium perſonarum diuinarum, & quatuor attributorum ipſius vnius Dei, diſtinctè, & vnitè concurrente. Vbi, ſancta Eccleſia catholica, ſemper à Spiritu ſancto illuminata, in hoc hebdomadalis aperturæ myſterio, in primo Baptiſmi ſacramẽto his verbis vtitur; *Ephetha, quod eſt adaperire*: & reſpondent patrini, Epheta: ſeptem crucis ſignis, prius factis, cũ alijs verbis comitantibus: ſolutionem ipſorum hebdomadalium ſignaculorum, & aperturam per gratiam, ipſius libri humani, ſignificando. Et in vltimo ſacramento extremæ vnctionis, in eodem myſterio, alia ſeptem crucis ſigna, ſimiliter facit: ad nouam concordantiam hebdomadalem, & perfectam vnionem per gloriam, potentiarum, & elementorum, diſponendo: & concurrentiam ſimul (in hoc, & in alijs effectibus) omnium ſeptem ſacramentorũ, in vnoquoque ipſorũ, (vt dictum eſt) digne recepto, virtualiter concurrentium, teſtificando. cum ſint, (vt verè ſunt) in Domini corpore, ſicut virtutem accipientia, vnitè et indiuiſibiliter conſiſtentia. Ita quod, ſi contingeret, quod infirmus propter aliquam indiſpoſitionem corporalem, vt accidit, Euchariſtiæ ſacramentum & viaticum, recipere non poſſet: diſpoſitione ſpirituali in ipſo non deficiente: in eadem animæ diſpoſitione, recipiendo extremam vnctionem, & vltimum ſacramentum, recipit omnia ſeptem ſacramenta, & omnia, indiuiſibiliter concurrunt: & in eadem gratię communicatione, quam habere potuiſſet, efficienter ipſum viaticum, & omnia alia ſacramenta recipiendo: Sacerdos, ordinem ſuum ſacrum, & omnes ſeptem gradus, diſtinctè recipit, ſicut eos à ſuo epiſcopo recepit: imo, in illius gratiæ recuperationem, quam forsan ſua culpa, tunc non habuit: ſimiliter & coniugatus, matrimonium ſuum, vt ſi tunc, & in puncto illo contraheret: omnia, per meritum & Chriſti virtutem, in maioris gratiæ renouationem, & in maiorem diſpoſitionem futuræ gloriæ, & præmium omnis rei, quam à proximo habere ſperat. & hoc, iuſtè et cum ratione: cum hebdomadalis Chriſti humanitas, redemptionis humanæ inſtrumentum ſit, moriendo, et reſuſcitando, vbi ſeptem ſacramenta virtualiter fundata ſunt, diuinæ naturę, indiuiſibiliter vnita: & correſpondenter in omni ſacramentali effectu, ipſa ſuperiori forma hebdomadali, trium perſonarum diuinarum, & quatuor attributorum ipſius vnius Dei, vt vnica et efficiens cauſa in vniuerſali, in vnica & communi virtute omnium ſacramentorum, diſtinctè & vnitè concurrente. et hoc, ſemper cum vnumquodque ſacramentorum, dignè recipitur. Dicitur, ſacramenta, in generali, dignè recipi: per ipſas duas portas, Baptiſmum, & pœnitentiam, intrando: vnicas, pro mundatione maculari peccatorum, & noua ipſarum culparum remiſſione, (cum eſſent anima, & corpus ſimul, de nouo in peccatorum pice inquinata) in diſpoſitione ipſam veſtę nuptialem gratiæ recuperandi, & in vita præſenti militanti, et in futura triumphanti, in ipſius panis corporis Domini fruitione, in hoſtia conſecrata realiter conſiſtentis, in quo omnia ſacramenta continentur, & indiuiſibiliter virtutem accipiunt: & hac in ratione, poſt Baptiſmum, adultis, Euchariſtię ſacramentum, miniſtratur, vt principium et finis efficiens omnis rei: futurę glorię pignus, peritum, & promiſſum. cibus angelicus: *Qui permanet* (vt dicit) *in vitam æternam.* *Ioan. 6.* Ita quod, (ad myſteriosum Domini baptiſmum redeundo) cum homo, ſeruus peccati eſſet: et ob talem causam, omnis gratię pauper, ſe, per ſeipsum liberare non poterat:

terat: Ecce quod Dominus noster, & Deus noster, homo mortalis factus in suum remedium: in hoc mysterioso Baptismatis sui facto, plura mysteria in auxilium suũ proponit. Fit hoc, tali modo, quod ipse iustus & ipsissimus redẽptor, (sicut in cruce mortuus) in persona peccatoris, & in actu confessionali, baptizari voluit: & quod Baptista, in locum ipsius Christi baptizando, vicarij officium, in remissionem peccatorum faceret: (videlicet, in testimonium eius quod in effectu futurum erat, per medium ipsorum duorum sacramentorum, Baptismi, & Pœnitentiæ, in remissionem peccatorum) & baptizatus Christus, in actu cõfessionali, humiliato capite, integrã pœnam acceptans. Et per hunc mysteriosum modum confessionalis formæ, & exempli humilitatis: non solùm hæc duo sacramenta, Baptismus, & Pœnitentia, in particulari, vt duæ particulares portæ, per quas solùm ingredi potest, donec stabit mundus, in locum securum status saluationis: sed omnia septem sacramenta simul, confirmauit. Vbi in hoc duorum sacramẽtorum mysterio, ipse præcursor & pœnitentiæ exemplum, erat baptizans: & simul cum propria vita pœnitentiæ, & verbis, ipsum Pœnitentiæ sacramentum, prædicans: & baptizati ab ipso, correspondenter, peccata sua etiam confitentes: sicut dicit. *Pœnitẽtiam agite: &c. Ipse autem Ioannes habebat vestitum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem eius erat, locusta & mel syluestre. Tunc exibat ad eum Hierosolyma & omnis Iudea, & omnis regio circa Iordanẽ: & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.* &c. Confitentes peccata sua. Videlicet, quòd particulare Pœnitentiæ sacramenti, & vocalis confessionis peccatorum. Non quod necessarium Baptismo, fit: sed sicut secũda porta peccatori, recuperationis ipsius gratiæ, (vt dictum est) perditæ per peccatum: & simul ob talem causam, secunda porta, in locum primæ baptismalis, & non iterabilis sacramenti; ipsi clausa: in ipso Pœnitentiæ sacramento, & noua peccatorum absolutione, primo baptismali de nouo cum omnibus alijs, concurrentibus. Et conformiter in hoc mysterio istorum duorum sacramentorum, Baptismi, & Pœnitẽtiæ, distinctè & mysteriosè dicit: *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam.* Id est: In aqua, quò ad particulare sacramenti Baptismatis. In Pœnitentiam: quò ad particulare sacramenti Pœnitentiæ: quod, simul cum illo Baptismi, prædico: in quo particulariter ipsa pœnitentia, & peccatorum dolor, necessarius est: & ipsa materialis dispositio pœnitentialis, & concurrens formalis passionum Christi: in baptismatis aqua significata. Et quò ad istam partem materialem (tantum) peccatoris: Ego quidem (sicut dicit) baptizo vos in aqua in pœnitẽtiam: Quod inquantum ad formalem meritipassionum Christi: ipse vos baptizauit in Spiritu sancto & igni. Qui est ipsa diuina forma ignis amoris sui Diuini, inquantum Deus: simul cum aqua amaritudinis calicis sui, inquantũ homo & Deus simul: ab ipso solo bibiti in remissionem peccatorum. Vnde, cum essent istæ duæ amaritudines, & materialis peccatoris pœnitentis, & formalis iusti saluatoris redimentis, in sancti Baptismi aqua significatæ: & hæc duo sacramenta, Baptismus, & Pœnitẽtia, in formali aqua passionum saluatoris, (superiori forma efficiente ignis charitatis diuinæ, concurrente) particulariter fundata, in remissionem peccatorum: hæc in ratione & mysterio, secundum mysteriosum ordinem baptismi Domini, & prædicationem pœnitentis præcursoris, (vt dictum est) simul comitata vadunt. & conformiter ab ipso saluatore. operata per ipsum humana redemptione, ambo nouissimè fuerunt, post gloriosam suam resurrectionem instituta. Sicut dicit, quò ad Baptismatis sacramentum. *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, euntes ergo docete omnes gentes: baptizan-*

Mat. 3.

Mat. 28.

tes eos in nomine patris & filij & Spiritus sancti. &c. Et quòd ad Pœnitentiæ sacramentum.

Ioan. 20. *Accipite Spiritū sanctum, quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.*

Dicitur, communis concursus hebdomadalium sacramentorum, in vnoquoque ipsorum (vt dictum est) dignè recepto, vnitè & indiuisibiliter concurrentium, non solùm quòad effectum præsentis regenerationis per gratiam, totus homo, simul cũ ipso regenerante Christo, in diuinæ legis obseruatione, ad vitam æternam operando, in vnione carnis & spiritus, voluntariè & obedientialiter concurrendo: & simul repugnantes concupiscentias spirituales, & corporales, mortificando: per ipsam medicinalem viam & portam frequentiæ sacramenti Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, effectum: sed principaliter quòad effectum & finem principalem regenerationis in gloria, quam speramus, resurgentes: in totali ipsius Dei manifestatione: per ipsam vnicam & gratiosam viam, præparatum. Qui effectus resurrectionis in gloria: in præcedenti effectu per gratiam resurgentis plenitudinis octonariæ (vt dictum est) spiritualium potentiarum, & sensuum corporalium, ad vitam æternam operando, significatus est. Qui effectus, non à fragili et defectiua vnione hebdomadali humana potentiarum & elementorum: sed ab vnione hebdomadali humana & diuina simul, sacramenti Eucharistiæ & corporis Domini, aut si recipi non potest, vt accidit, per viam sacramenti Pœnitentiæ, causatur: omnibus alijs sacramentis, in Domini corpore (cum esset ipsa humana, diuinæ naturæ, indiuisibiliter vnita) consistentibus: indiuisibiliter concurrentibus. Et eò magis & maiori cum perfectione sacramenta simul concurrent, in futuro effectu regenerationis in gloria, resuscitando: Quia tunc natura humana integrè Baptismum habebit: cum esset in ipso effectu regenerationis per gloriam, impeccabilis facta: peccati fomite, totaliter euacuato: & consequenter, Confirmationem: cum sit sine contradictione aliqua præsentis & futura, in gratia & gloria æterna confirmata. Et quid de Pœnitentiæ sacramento dicemus? Quia tunc ipsa pœnitentia, tanto magis perfectè completa erit, quanto omni timore & pœna, (tunc non necessaria) euacuata: cum esset in vero fundamẽto charitatis perfectæ, & maioris lucis, fundata: homine, cum firma resolutione volente, mille vitas potius, & millium mũdorum gloriam perdere, si posset, quàm in periculum perdendi veram illam vitam & gloriam, quam possedit, per minimam culpam contra donatorẽ Deũ & caritatis suæ æternæ legem, incidisse. Simul etiam concurret, distinctè, & vnitè, virtualis Eucharistiæ sacramenti effectus: vt verus cibus spiritualis & corporalis (secundum suum finem principalem) figurantis Agni, inquantum hominis: & fructus veri arboris vitę, inquãtum Dei: in consecratis panis & vini hostia, inuisibiliter, fidelibus, in præsenti vita, per gratiam communicatus: & tunc, in futura per gloriam, visibiliter, secundum dispositionem & vnius cuiusque meritum, in glorię & vitæ æternę fruitione, distributus. Vnde ipsa vita Christus: *Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternã, quem Filius hominis dabit vobis.* Vnde concurrit simul, Extremæ Vnctionis sacramentum: secundum principalem suum finem æternæ concordantiæ hebdomadalis in gloria potentialis & elementalis, in septem ipsius vnctionis signis, exterius in homine, & extremo vitæ suæ, factis, significatum. concordantiæ recepti corporis Domini, & hebdomadalis naturę humanæ, & diuinæ, simul vnitæ, correspondendo: ex tribus personis diuinis, (vt dictum est) & quatuor attributis ipsius vnius Dei, consistentis, in hebdomadali humana, per gratiam & gloriam, potentiarum & elementorum, significatæ: vt propertionaliter per gratiam, spiritualitèr, & cor-

Ioan. 6.

po-

poraliter, se disponat, vt eo frui possit per gloriam, in vita æterna. Et cõsequẽter, cui ipsa digna fruitione, necessario, simul cõcurrit, ordinis sacri & sacerdotalis sacramentũ: cũ tunc ipsa hostia corporis & sanguinis Domini, sicut in merito suo, omnes, dignè, & visibiliter fruentur: ita etiam ab omnibus, cum propria, in vnius solius hostiæ vnione, simul cum ipso æterno sacerdote Deo & homine, dignè, & æternò, oblata
Apo. 5. erit, sicut scriptum est: *Et fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram.* &c. Super terram videlicet, pars irrationalis terrena corporalis, à spirituali rationali recta, & dominata. & conformiter Do-
Ioh. 18. minus: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Vnde intrat (ad concludendum) septimum & vltimum sacramentum Matrimonij: secũdum suum finem spiritualis sponsalitij per gloriam, (sicut hic per gratiam) simul cum aliis, concurrens. & hoc: quando ipsa sponsa humana natura peruenerit ad dispositionem augmenti numeri electorum, & proportionalis corporis, ipsi magno capiti gigantis, & vniuersalis sponsi Christi Dei & hominis, conuenientis. sicut scriptum
Psal. 18 est: *In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedẽs de thalamo suo.* Hoc, quò ad primum sponsalitium per gratiam, in primo suo aduentu: se incarnando, hominem faciendo, & moriẽdo, effectum: & per medium sacramentorum, in peccatorum remissionem, communicatum. *Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cælo egressio eius. & occursus eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius.* &c. Hoc, quò ad secundum sponsalitium per gloriam, in secundo suo aduentu, resuscitando: sicut significat, concludendo: *Nec est qui se abscondat à calore eius:* omnes vniuersaliter, in virtuali calore ipsius solis iustitiæ Dei & hominis, in noua regeneratione (sponsalitij aut diuortij, ad gloriam aut pœnam æternam, resuscitando. & quò ad electam & renouatam sponsam, alio in loco: *Et vidi cælum nouũ*
Apo. 21. *& terram nouam* (Ideſt, quò ad ipsam renouationem per gloriam animæ & corporis: in ipsis cœlo & terra significatorum) *Primum enim cælum, & prima terra abiit, & mare iam non est.* (Ideſt, euacuationem omnis concupiscentiæ spiritualis & corporalis, simul cum fomite peccati, & maris peccatorum, ab ipsis concupiscentijs & fomite, causati, significando. per medium hebdomadalium sacramentorum, per gratiam & gloriam, (vt dictum est). simul spiritualiter & corporaliter concordando, & disponendo, effectum) *Et ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cælo à Deo, parata tamquam sponsa ornata viro suo.* &c. Ideſt secũdũ ipsũ ornamẽtũ hebdomadale, ab hebdomadali natura diuina & humana in Christo, per medium sacramentorum effectum. omnia sacramenta, in ipso ornamento, & dispositione per gratiam, & post per gloriam, (sicut in Domini corpore indiuisibiliter consistentia) vnitè, & indiuisibiliter concurrentia.

CAP. XLVI.

IGitur, secundum rationes allegatas, duo effectus cõsiderandi sunt, circa sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, cum aliis sacramentis, in ipso indiuisibiliter consistentibus: Videlicet: effectus beneficij præsentis gratiæ, in vita transitoria militante: et effectus beneficij gloriæ futuræ, resuscitando, in vita æterna triumphante: ab ipsa dispositiua gratia, & prima causa Deo, effecti. Et hoc significat Dominus, Ioan. 6. dicens: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis.* &c. Quia, sicut virtus occulta istorum duorum effectuum, procedit ab occulto cibo spirituali inuisibilis corporis filij Dei hominis facti: ram realiter, quàm inuisibiliter, in hostia consecrata, consistentis: sicut est ad dexterã Patris, gloriosus & impassibilis: conseruando hominem, qui digne eum

recepit, in ipsa bona gratia Christo, ad vitam æternam: sic, consequenter cibus est, qui permanet (sicut dicit,) in vitam æternam: conseruando ipsa corpora resuscitatain æternum, in virtute sua æterna. Et est, non solùm cibus, & viaticum, sacrificium, in hac præsenti vita militante transitoria, in paschali agno figuratus: cum amaritudine lauacrum amararum verę pœnitentiæ, manducatus: sed consequenter cibus, & æternum sacrificium est: ab ipsis iustis recipientibus & manducantibus, (vt dictum est) in vita æterna triumphante, æternò oblatus. Et tunc in tã glorioso effectu, occulta istius angelici cibi virtus, manifestabitur, eo visibiliter in gloria fruendo: sicut occultè sumitur, & offertur in gratia, in hoc transitu, (cum omnibus alijs sacramentis in remissionem peccatorum) in laudem & gloriam ipsius donatoris Dei, protantis beneficijs acceptis. Vbi Dominus, cum fecisset illa tam stupenda, quàm mysteriosa miracula panis multiplicationis, ipsum panem viuum Christum, significantis, bis, multa hominum millia satiando: & videns, discipulos suos tam huius rei immemores, quam cogitantes, quod sine tali prouisione, nauim conscenderant: eos reprehendit dicens: *quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes non habetis? Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum, & quinque millium hominum, & quot cophinos sumpsistis? neque septem panum, & quatuor millium hominũ, & quot sportas sumpsistis? Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis, Cauete à fermento Pharisęorum & Sadducęorum? &c.* Et satiatis turbis, eum, de nouo quærere venientibus, in Capharnaũ, dicendo: *Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.* (addendo, sicut dictum est) *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitã æternam, quem filius hominis dabit vobis: &c. Panis enim verus est qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo.* (Hoc Dominus dicit quò ad panem viuum cœlestem, qui de seipso figurabatur erat in illo terreno, quo eos in deserto cibauerat) *Dixerunt ergo ad eum, Domine semper da nobis panem hunc.*

Act. 16.

Ioan. 6.

CAP. XLVII.

Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum, & quinque millium hominum, quot cophinos sumpsistis? &c. Quod est secundum beneficium per gloriam, resuscitando: ab ipso incipiendo, & ipsum prępo nendo (vt finem principalem omnis rei) beneficio gratię præsentis, per medium septem sacramentorum, communicatæ, in septę multiplicatis panibus istius alterius conuiuij, significatorum. per quam viam peruenitur ad huius alterius beneficij consecutionem, & finem principalem æterni conuiuij, in gloria æterna: in primo quinque panum conuiuio, significati. Igitur, sacrosanctum Euangelium dicit, quò ad beneficium præsentis gratiæ, per mediũ hebdomadalium sacramentorum, communicatæ: *Venit Iesus secus mare Galilææ: & ascendens in montem, sedebat ibi. &c.* Galilea, interpretatur confinium. (secundum sacra Biblia) Galilæi vero dicti sunt, quòd vicini sint gentium: Igitur ad confinium omnium gentium secus mare Galilææ redemptor venit. Ideò: secus mare aquarum amararum passionum suarum & mortis quæ, à mari magis amararum aquarum peccatorum humanorum causantur: quando patiendi hora aduenit, operi redemptionis vniuersalis omnium gentium, principium dedit, in Caluariæ montem ascendens, in ipso mõte significatum. Vbi humiliter inquantum homo patiendo, & cum authoritate diuina, inquantum Deus; sedens in tribunali & iudiciali sanctę suę crucis sede; (sicut dicit, sedebat ibi) fecit vniuersalem causam naturæ humanæ, mundi, & dæmonis simul: Sicut dicit: *Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras* (medicus factus & medicina omnium ipsarum variarum infir-

Mat. 16.

Ioan. 6.

Ioan. 12.

infirmitatum humanarum, & variorum morborum mortalium ipsarum culparũ, in varijs infirmitatibus turbæ, quæ tunc ab ipso sanatæ fuerunt, significatarum. Sicut postea, quò ad spirituales animæ infirmitates, facta ipsa redemptione & iudicio gratiæ præsentis, in suo sanguine: donec stabit mundus, per medium sacramentorum, effectum in consequenti miraculo multiplicationis septem panum, septem sacramenta significantium, testificatum. omnia, per gratiam & misericordiam suam infinitam, effecta. Sicut scriptum est: quò ad præcedens testimonium interioris medicamenti infirmitatum animæ, in exterioribus corporalibus, testificatum, dicendo: *Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos: ita vt turba mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes, & magnificabant Deum Israel.* &c. & quò ad secundum miraculum & testimonium cibi & medicinæ hebdomadalis sacramentalis ipsius panis & vitæ Christi, in hostia confecrata & Eucharistiæ sacramento, consistentis: & omnia alia medicinalia sacramentain suo sanguine, in remedium & remissionem ipsarum infirmitatum mortalium peccatorum, non indifferenter, per manum & medium aliquorum ipsius turbæ, & populi secularis: (intelligite hæretici) sed particulariter, per manum & medium suorum apostolicorum sacerdotum dispensata. quibus etiam postea, particulariter dicit, in ipsius gratiæ effectu, donec stabit mundus: *Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* &c. & conformiter eisdem: *Accipite Spiritũ S. quorũ remiseritis peccata remittuntur eis: & quorũ retinueritis, retenta sunt.* *Iesus autem conuocatis discipulis suis, dixit. Misereor turbæ: quia triduo iam perseverant mecum, & non habent quod manducent, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via.* &c. Misereor turbæ. Istud verbum, vtrunque beneficium amplectitur: tam istud gratiæ præsentis, moriendo: quàm illud gloriæ futuræ, in Christo resuscitando. De quo resurrectionis mysterio, per os sanctissimæ virginis Mariæ, matris suæ, Spiritus sanctus consonanter dicit: *Suscepit Israel puerum suum: recordatus misericordiæ suæ.* (sicut dicit: Misereor turbæ) dest: Recepit animã Israel, puerum suum: idest, suum proprium corpus, resuscitando: homine restituto in primo immortalitatis, & innocentiæ statu, per peccatum perditæ: in ipso verbo, puerum significatæ. Et hoc: Recordatus misericordiæ suæ. (sicut dicit: Misereor turbæ) cum in priori versu dixisset: *Esurientes implevit bonis: & diuites dimisit inanes.* sicut successit, in testimonium consequentis satietatis bonorum gratiæ & gloriæ: pauperibus pedestribus, qui eum, per crucis incommoditatis viam, sequebantur: non multum à diuitibus frequentatam: vbi: Et diuites dimisit inanes. Impleuit bonis. Quomodo, impleuit bonis? Iam id dicit, & in sequenti versu causam donat, dicendo: Suscepit Israel puerum suum: recordatus misericordiæ suæ. Et tunc impleuit bonis. (sicut per Dauidem: *Satiabor cum apparuerit gloria tua*) concludendo: *Sicut locutus est ad patres nostros: Abraham & semini eius in secula.* Quid Deus Abrahamo dixit? *Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam quæ est in littore maris.* Idest, Duo beneficia, sicut dictum est: quæ Deus, per medium ipsius saluatoris, naturæ humanæ, facturus erat: & in eodem ordine promissa, quæ saluator obseruat: ponendo vltimum, vt principale, primò: & primum, vt medium, secundò. Beneficium præsentis gratiæ, in vita militante: ipsis arenis litoris maris, continuè, à tempestatibus, & contrarijs vndis, agitatis, cõparata. in impetuosis vndis, aduersitates & maris huius mundi persecutiones, quas iusti patiuntur, significando. Et beneficium gloriæ futuræ, in vita triumphante: ipsis stellis fixis, & incorruptis, glorificata, & incorrupta ipsorum

iustorum resuscitatorum corporà, assimilando. & in eodem ordine, quo saluator vtitur referta sicut dicit: *Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum, et quinque millium hominum: & quas cophinos sumpsistis?* quod est vltimum futuræ gloriæ beneficium, sicut cõformiter: *Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli &c. Neque septem panum & quatuor millium hominum.* quod est primum gratiæ præsentis beneficium, in vita militante, per medium septem sacramentorum, in ipsis septem panibus significatorum, consecutum. Sicut conformiter concludit, cum Abra, ham o loquens & dicens: *Et velut arenam, quæ est in littore maris*: quò ad præsentem vitam militantem. præponendo vltimum gloriæ futuræ beneficium, in vita triumphante, beneficio præsentis gratiæ, in vita militante. ut finem principalem omnis rei: & quod in æternitate sua, omne complectitur. *Miseror turbæ*: (sicut declaratũ est) *quia triduo iã perseverant mecum, & non habent quod manducent. &c.* Quia triduo iam perseverant mecum. Iam completi erãt quando venit Christus, tres dies, in quibus, præsentis mũdi vita cõtinetur. ternarium tempus, vita & anima præsentis sæculi, perpetuò, donec ipsa vita Christus in mundũ venit, continuatũ. sicut ternaria anima rationalis hominis, se, cum suo creatore, trino, & vno Deo, perseuerãter conseruãtis in prima concordantia potentiali per innocentiã, obediendo, perpetua erat ipsius mundi minoris humani: concordãtię supremę trium personarũ diuinarũ correspondẽs. in qua triangulari forma, tã similis, quã æqualis & immẽsurabilis esse triũ personarũ diuinarũ & vnius Dei, omnẽ cõtradictionẽ principij & finis, euacuãtes, ipsius creatoris æternitas, constitit sic etiã, correspõdẽter isti tres dies perseuerãtię turbę iustorũ, perseuerãter, in iusto iustorũ Christo saluatore, in vita fide operanmũ, (sicut dicit: Quia triduo iã perseuerãt mecũ) incipiẽdo à Iusto Abel, cũ re liquo iustorũ, qui fuerunt, sunt & erũt, vsq; ad præsentis sæculi finẽ, perpetuitatẽ in sę, & mũdi vitã continent. Sunt anima et mũdi vita: quę, si in puncto deficeret, deficiẽte ipsa iustorum perseuerantia, fide & opere in iusto Christo saluatore: mundus in eodẽ puncto deficeret, & cõsũmaretur. Sicut deficiente anima in homine, deficit & interit ipse homo. Vnde ipse iustus Deus, vniuersaliter anima perseuerantiæ iustorum deficiendo, & ad vnũ solũ hominẽ, & paucã familiã reducta, Dixit ad Noe, *Finis vniuersæ carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate à facie eorum, & ego disperdã eos cũ terra. &c.* Et idẽ, in particulari, Sodomitis & Gomorrheis, succelsit, & non succelsisset, si in ipso corpore & pessima republica, vitalis anima vnius solius iusti Lot, nõ defecisset, in timore & vnione charitatis Dei perseuerãtis: ab ipso, tunc, cũ missis Angelis punientib. deo stratę. & simul ipso vitali spiritu & protectione iustorũ, ab ipsis iniustis, & in dispositione corrupti corporis, euacuata. A Domino declaratũ, oranti & protegẽti Abraham iusto, dicente: *Non delebo propter decem.* ad decem perseuerantes iustos: aut ad vnũ iustũ Lot, & vnicã animã ipsius corporis & reipublicæ, & per corruptionẽ suã (vt dictũ est) euacuatũ, decimalẽ legẽ diuinãobseruãtẽ, in ipso denario numero intellectã, reducẽdo. Ita quod, nõ defuit per istã particularẽ castigationem, ipsa vitalis mũdi anima: cũ nõ esset ipsũ corpus & caro generationis humanæ totaliter corrupta, tali modo, quod cõtinuata nõ fuisset iustorũ perseuerantia: ab ipso redẽptore significata, dicẽte: Quia triduo iam perseuerãt mecũ: dicente etiã scriptura. *Noe vir iustus, atq; perfectus fuit in generationibus suis*: & sicut talem, declarauit eum Dominus, ei dicens: *Ingredere tu, & omnis domus tua in arcamiste enim vidi iustum coràme in generatione hac. &c.* Tres dies quos dicit Dominus de perseuerantia turbæ iustorũ, in ipsis tribus perseuerãtię illarũ turbarũ, quæ cũ sequebãtur, significati, anima & mundi vita, sunt isti dies legis naturæ: dies legis scriptæ: & dies legis gratiæ

Mat. 16.

Gen. 22.

Mat. 16.

Gen. 22.

Mat. 15.

Mat. 15.

Gen. 6.

Gen. 18.

Mat. 12.

Gen. 5.

de quo

2. Cor. 2. de quo dicit Apostolus, *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Isti tres dies, principium habuerunt in iusto Abel, figura ipsius vitæ Christi: & tunc mundi mortui in Adamo, propter peccatum, vita incepit in iusto Abel, in Christi figura, moriente, cú à proprio fratre suo occiluse effet: sicut in ipsius prodigiosæ figuræ complementú figuratus Christus inquátú homo, occisus fuit à fratre suo humana natura, in ipsius redemptionem: in Cain figurata. Et tunc, morientе Abel, reuixit mundus in Adamo, mediãte typico sacrificio, & oblatione, quam de illo fecit Deo, pœnitenter, doloroſus pater: cum illi tunc reuelatum esset mysterium illud innocentis sanguinis & sacrificij humani, esse in figura & arra ſui fururi remedij, per medium alterius iusti Abel ex ſua progenie, morte et sacrificio diuino, plus quã humano. Ita quod, incepti fuerũt in ipso primo peccatore hominum, & primo pœnitẽte Adamo tres dies (quos dicit Dominus) iu dorum perſeuerantiæ, & mũdi vitæ: in eodem puncto mortis iusti Abel filij ſui, & oblationis paternalis ipſius innocentis ſanguinis humani: in figura innocentis Christi redẽptoris, primùm effuſi: & ab ipſo primo peccatore & primo ſacerdote in terra, primùm oblatiecum perpetuo dolore & pœnitentia peccati commiſſi, & viua fide, perſeuerãter in figurato Abel Christo & morte ſua, vniuerſalem ipſius culpæ redemptionem ſperante. et ſicut in præſentis gratiæ beneficio, præſẽtis ſeculi vita, ad ipſos tres dies perſeuerantię turbæ iuſtorum, reducitur: vt anima & vita ipſius corporis & vnionis fideliũ in Chriſto, per mediũ paſſionũ ſuarũ et mortis: ſimiliter, in anima ſua cõſiſtẽs, formaliter pariẽter: in ipſius gratiæ effectu: ſuperiori formali efficiente, trium perſonarum diuinarũ, et vnius eſſentiæ, in ipſa anima & tribus ſuis potentijs ſignificata, concurrente: Sic etiam, anima ipſius corporis et vnionis iuſtorũ in gloriã futuræ beneficio, in Chriſto reſuſcitando, eſt eadẽ natura diuina in Chriſto, vita et reſurrectiõe noſtra. *Ego ſum resurrectio & vita:* dicit ipſe. ex qua ternaria anima diuina ipſius trini & vnius Dei, (& non à propria humana) ipſum corpus humanum fidelium in gloria, in æternum ſuſtentatũ erit. Anima natura diuina in Chriſto, ipſius naturæ humanæ: in vita æterna triumphante, glorioſe in Chriſto reſuſcitantis. Sicut ipſe Chriſtus, Deus et homo, formaliter et efficiẽter patiẽdo, eſt anima viuificans, (in præſenti vita militante, per mediũ ſacramẽtorũ) ipſius corporis et Eccleſiæ fideliũ: in viua fide, et charitate Chriſti, pœnitenter operantis. Vnde: *Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem. &c. Dominus conſeruet eum, & viuificet eum. &c.* et alio in loco: *Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud. &c.* de ipsa viuificãte anima Chriſto & redemptore, per ipſum, in medio annorũ & floris humanę vitę, operata, prophetãdo. Et ipſe ſaluator, (ad tanctum Euangeliũ redeundo) ternarię animę mundi, vitę et ſuſtentaculi, ideſt iuſti, in ipso iuſto Chriſto Deo et homine perſeuerati, pœnitẽter, viuentes: in ipſis turbis gentis pauperculę et pedeſtris, quæ eũ perſeuerãter ſequebantur, ſignificati: *Miſereor turbæ, quia triduo iam perſeuerãt mecum, et non habent, quod manducẽt &c.*

Et nũ habent quod manducent. Multa cũ ratione. Quia ſemper, à principio mũdi, (cũ peccauiſſet homo) donec venit ſaluator ipſius, fuit fames in iuſtorũ turbis, et defect' ipſi, deſiderati panis gratiæ in remiſsionẽ peccatorũ, ad vitã æternã, mediantib' ſeptẽ ſacramentis diſtributi: in ſeptẽ panibus quibus turbas ſatiauit, ſignificatis. *Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. &c.* Ne deficiant in via. quod ſine dubio, Verbo nõ ſe incarnãte, eueniſſet: deficiẽte in terra, et in cælo, pane ſuſtentãte per gratiã, et gloriã, naturæ humanæ, Verbo vnitè, iuſtrumẽti vniuerſalis redẽptionis, et remiſsionis peccatorũ, ſpiritualiter, et corporaliter patientis: mediantibus hebdomadalibus ſacramẽtis applicatæ homine, pœnitẽter ſimul co icur-

Ioan. 11.

Psal. 40.

Habac. 3.

Mat. 15.

concurrente,qua in ratione, & istius veritatis & lucis significatione, procedendo dicit: *Quot habetis panes? At illi dixerunt: Septem.* Et ita est, quòd ex septem panibus, in vno contentis, natura humanæ panis, consistit communè instrumentum (vt passibile) Deo, & homini, pro ipsius saluatione. Sunt septem panes, quò ad distinctionem quatuor elementorum corporis, & trium potentiarum animæ: & vnus est panis, quò ad communem concursum, in ipsius individui conseruationem ex vitali vnione, & indiscerpabili concordantia eorum, procedente. Et est commune instrumentum etiam, (vt passibile) Deo, & homini, in Christo Deo, & homine, in concordantia sua per gratiam, & gloriam æternam: amissam per peccatum: & de nouo, per pœnitentiæ viam, ac quisitam: applicatam ipsa vitali medicina hebdomadali septem panum sacramentorum, & vno pane gratiæ Christo, Deo & homine, in quo, virtutem accipiunt, in remissionem peccatorum: in Eucharistiæ sacramento præsentialiter consistente: & ad hunc finem effectiuæ medicinæ, simul communicato. Quia: sicut in homine, (& in Christo, inquantum homine) ipsa vitalis carnis, & spiritus vnio, in diuinæ legis obseruatione, & communi passibilitate, spirituale, & corporale, pœnitenter pro peccatis patiente, ad superiorem formam rationalem passionum animę reducitur, in baptismali aqua (sicut dictum est) significatam: Sic in Christo, vtrumque reducitur ad superiorem formam naturæ diuinæ: animæ principalis in Christo, naturæ humanæ, (sicut ipse Christus, per gratiam, corporis & Ecclesiæ fidelium) diuinæ, indiuisibiliter vnitæ, in anima rationali humana, significatæ: peccati offensam integrè exaggerante, in vniuersalem ipsius culpæ redemptionem. Et hac in ratione, & mysterio, septem sunt sacramenta, in septem panibus, quibus Dominus turbas satiauit, significata: vt septem panes in Christo, communis sustentationis, spiritualis, & corporalis, quò ad quatuor corporis elementa, & tres animæ potentias, vbi ipsa fundatæ sunt: & in ipso Christo, spiritualiter, & corporaliter patiente, in remissionem peccatorum virtutem accipientia, ad præsentis gratiæ vitam, & ad futuræ vitæ, & gloriæ æternæ dispositionem, resuscitando: in omni re, efficiente natura diuina, simul cõcurrente: anima, & forma principali humanæ: cui solùm, peccatorum venia, ad gratiam præsentem, et effectum resurrectionis in gloria futura, attribuitur. Et hac in ratione & mysterio communis instrumenti hebdomadalis humani, & diuini naturæ humanæ, & sacramentorum, in suum remedium, spiritualiter, & corporaliter pro peccatis patiendo, dicit Dominus discipulis suis, & perpetuæ Ecclesiæ suæ apostolicæ, *Quot habetis panes?* Et conformiter: *At illi dixerunt, septem, & paucos piscículos.* vtrunq; cum mysterio. *Multi enim sunt vocati:* (dicit Dominus:) pauci verò electi. *Hæc autem omnia* (dicit Spiritus sanctus) *in figura contingebãt illis.* in quibus paucis panibus, & paucis piscibus, & paruulis, ipse humilis, & paruulus grex militantis Ecclesiæ fidelium, significatus est, qui humiles pisciculi iustorũ, asperis & lucidis, operantis pœnitentiæ squamis adornati, dominanter super maris diuitiarum, et delectationum huius mundi aquas ambulantes, veras diuitias & æternũ regnũ acquirunt. (*Nolite timere pusillum grex,* (dicit eis Dominus) *quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.*) Ad differẽtiam anguillarum diuitum, morbidorum, & sensualium: qui sibi ipsis, solùm attendentes, & cum toto affectu per limum & vitiorum suorum lutum, à malo ipsarum diuitiarum vsu procedentes, ambulantes, veram defectus diuinæ gratię paupertatem acquirunt: cum miseriæ humanæ abundantia (iusto Dei iudicio) perpetua infirmitate, & doloribus comitatæ. Vnde intrat communis maledictio serpenti, simul & ho-

Mat. 20.

1 Cor. 1.

Luc. 12.

Gen. 3. & homini peccatori à Deo data, dicente: *Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cũctis diebus vitæ tuæ.* & prohibitio piscium sine squamis, quò ad iustos, in ipsis parunlis & squamosis piscibus, significatos: ad differentiam anguillarum (vt dictum est) morbidarum, & delicijs affluentium diuitum. *Hæc sunt quæ gignentur in aquis,* (cum mysterio dicit) *& vesci, licitum est. Omne quod habet pinnulas & squamas, tam in mari, quam in flumimbus & stagnis, comedetis. Quicquid autem pinnulas & squamas non habet eorum quæ in aquis mouentur & viuunt; abominabile vobis execrandumque erit &c.* Abominabile vobis execrandumque erit. Ideſt, non quò ad significantem, sed quò ad significatum (vt dictum est) Abominabile vobis execrãdumque erit. Et præcepit turbæ vt discumberent super terram. *Et accipiens septem panes & pisces, & gratias agens fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo.* qui etiam in testimonium fuit proximi effectus distributionis vniuersalis hebdomadalis panis corporis & sanguinis sui pretiosissimi populo & Ecclesiæ suæ fideli, mediantibus similiter hebdomadalibus sacramentis, & ministerio particulari apostolicorum sacerdotum, in remissionem peccatorum distributi. Vnde, Spiritus sanctus mysteriosè eodem loquendi modo vtitur, quo saluator postea in Eucharistiæ sacramenti institutione vsus fuit, (in quo figurato pane hebdomadali, & vero corpore suo, omnia sacramenta (vt dictum est) virtualiter inclusa sunt) dicendo: *Accepit Iesus panem, & benedixit: deditque discipulis suis, &c.* Similiter, & in figuratiua distributione sua, in hoc alio loco: *Et accipiens septem panes et gratias agens fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo &c.* Et discipuli dederunt populo: ideſt, *Hoc facite in meam commemorationem.* quod idem est, quòad effectum obedientialem dispẽsationis ipsius gratiæ, quod primùm cum particulari miraculo testificatum fuit: & postea realiter, & cum effectu, ordine suo, ab apostolicis sacerdotibus, donec stabit mundus, obseruatum. sicut dicit, Et discipuli dederũt populo. Procedit dicens. *Et comederũt omnes et saturati sũt. Et quod superfuit de fragmentis tulerunt, septem sportas plenas:* quod est hebdomadalis fructus superabundans sacramentalis plenitudinis gloriæ, quam expectamus: in noua reunione quaternorum elementorum, ternario spiritu simul concurrente, consecutæ: & in præcedente communicatione plenitudinis gratiæ remissionis peccatorum ad vitam æternam operando, testificatæ. Cum mysterio dicit: Et comederunt omnes & saturati sunt Quia, omnes iustorum turbæ, quæ à principio mundi fuerunt, donec ipsius saluator venit, sequentes eum cũ fame necessitatis ipsius veri cibi, & siti desiderij ipsius salutis, secundum naturæ legem, & scriptam, benè operantes, in viua fide expectantes: omnes manducauerunt, sicut præsentes, per gratiam, & saturati fuerunt ipso pane cœlesti, in die particularis sui augmenti & gloriæ resurrectionis: cum esset in eodem puncto ipsis visibiliter manifestatus. & hoc, in testimonio & arrha similiter vniuersalis resurrectionis omnium iustorũ, in vltimo die cõplementi multiplicationis ipsius panis gratiæ, repente apparendo. Similiter cum mysterio concludit, mysteriosum manducãtium numerum declarando, dicens: *Erant autem qui manducauerunt, quatuor millia hominum, extra parunlos & mulieres* (sicut in alio conuiuio. (per sanctum Marcum) futurũ per gloriam resuscitando, significante, cum mysterio etiam ad istius alterius differentiam dicendo: *Erãt autem qui manducauerunt, quinque millia virorum*) Effectus redemptionis per gratiam, in remissionem peccatorum: mediantibus sacramentis, in ipsis septem panibus significatis, collatam & ad nouam vniuificationẽ operandi ad vitam æternam, communicatã quod est noua reductio ab infructuosè non esse peccati, ad fructuosum esse gratiæ: cum tanta maiori gloria & honore creatoris Dei.

Mat. 15.

Mat. 20. Luc. 22.

Mat. 15.

ris Dei, quãta est maior difficultas in hoc, quod non fuit in principio, formando hominem ab esse incorruptæ materiæ elementalis in forma esse status innocentiæ. Et hac in ratione, mysteriosè fuerunt illi, qui in hoc conuiuio de septem panibus manducauerunt, quatuor millia hominum: primo esse quaternæ materiei elementalis correspondendo. sicut si nouiter homo fuisset, in hoc nouo esse per gratiã, ab originali ipsorum quatuor elementorum materia, in primam innocentiæ formam restauratus: in quam nouissimè, per hanc testificationis viam, restaurandus est, ad gloriam et vitam æternam resuscitando. Similiter, cum mysterio dicit: *Extra paruulos & mulieres.* non cum alijs cõnumeratos: quia paruuli, vt innocentes, non sunt, sicut homines peccatores, in ipso materiæ & malitiæ peccati statu: & mulieres: non à communi materia originali ipsorum quatuor elementorum, in ipso numero quatuor millium hominum manducantium, signi- *Gen. 2.* ficatorum: sed ex particulari costæ primi hominis Adami originatæ sunt: quæ similiter à Deo, cum mysterio, in mulierem ædificata fuit.

CAP. XLVIII.

CVm aliqua (Dei gratia) dicta sint, de admirando septé panum conuiuio, præsentis gratiæ beneficium, significãte: mediantibus sacramentis, in ipsis septem panibus significatis, collatæ & multiplicatæ in multiplicatione ipsorum paucorum panum, & paucorum piscium, quibus Dominus turbas satiauit, significatũ: nunc aliquid aliud (mediante ipsa gratia) dicetur de alio conuiuio, et non minus stupendo quinque panum & duorum piscium miraculo: gloriæ futuræ beneficium, in Christo resuscitando, significante: similiter, mediante cœlesti pane humanitatis suæ sanctissimæ, diuinæ naturæ vnitæ, *Iohan. 6.* effecto. Sunt quinque panes: (& non septé, vt in alio conuiuio fuerunt) ratione quinque sensuum corporalium: cum sit caro illa quæ resuscitat: & non anima: quæ vt immortalis, non corrumpitur: sed secundum statum & locum, in quo inuenitur, eodem tempore cum corpore suo resuscitante, in æternum indissolubiliter vnita erit. in qua secunda & indissolubili animę & corporis vnione, (& non in prima) inenarrabilis diuinæ naturæ cũ humana in Christo, testificata est: cum essent etiam ex puncto quo à Spiritu sancto conceptus fuit, in æternum, indissolubiliter vnitæ. & in hoc mysterio, non fuerunt plures pisces in hoc conuiuio, sicut in primo fuerunt: solũ duo pisces: ipsæ duę res distinctæ, & singulares, animam & corpus, naturã diuinam, & naturã humanã, simul vnitas, ex quibus ipse resuscitans Christus consistit, significãtes. Quomodo, O Domine, (si te rogare licet) quinque panibus, quinque hominum millia satiasti: & septem panibus, solùm quatuor millia? videtur, cum tua æterna potentia, & immensa magnitudine non congruere. Quo ad septé panes, & quatuor hominum millia, iam declaratum est: ita quòd, non in maiore aut minore quantitate: sed in mysterioso numero, quem cõtinent, mysterium quod ibi absc̃ditum est, consistit. Quia, cum homo ipse, septenario numero consistat, ideſt, corpore & anima: quatuor elementis, & tribus potentijs: ex qua vitali concordantia hebdomadali, potentiale & elementale, ante peccatum, (vbi incomprehensibilis trium personarum diuinarum (vt dictum est) & quatuor attributorum ipsius creatoris Dei significata est) aut ex mortali sua discordantia post peccatum, procedit (gratia mediante) salutifera concordantia octauæ, quo ad quinque sensus, (in ipsis quinque panibus significatos) & tres potentias, rectè operando: aut mortifera discordantia, è contrario, homine sensualiter viuente: omnia pecca-

peccata causans. in qua concordantia, aut discordantia etiam, ipsius in homine, rectè aut obliquè operante, sua resurrectio in vita, aut resurrectio in iudicio testificata est. Vnde, ratione ipsius causalis discordantiæ septenariæ humanæ, trium potentiarum animæ, & quatuor elementorum corporis, superiori concordantiæ trium personarum diuinarum, & quatuor attributorum ipsius Dei, contradicentis: à sapientia diuina mediante Verbi incarnatione, morte & resurrectione sua, inquantum hominis, remedium hominis, hebdomadaliter ab æterno præordinatum fuit. & conformiter in effectu incarnationis suæ in ventre virginali, in transubstantiatione quatuor elementorum ibi consistentium in corpore suo sanctissimo, & infusione animæ, simul cum ipso incarnante Verbo vnitè comitatæ, in vnico supposito Dei & hominis simul, & vnica concordantia hebdomadali potentiarum & elementorum, & trium personarum diuinarum (vt dictum est) & attributorum, fuit ex eodem puncto, (homo passibilis factus) remedium hominis ex peccato medicina, hebdomadaliter præparata: et mediantibus hebdomadalibus sacramentis, ab ipso Christo applicata: ipse peccator de nouo relabendo, passibiliter etiam, per medium conuenientis crucis & pœnitentiæ, correspondendo. vbi extraordinaria ieiunia & abstinentiæ, vigiliæ & orationes, à sancta Romana Ecclesia institutæ, & obseruatæ ingrediuntur. Et hac in ratione hebdomadalis medicinæ & cibi sacramentalis hominis in Christo, contra communem morbum humanum discordantiæ hebdomadalis potentiarum & elementorum: (quinariam sensualem (vt dictum est) cum omnibus peccatis, & mortem corporalem & spiritualem causantis) septem panes in primo conuiuio fuerunt: in effectus præsentis gratiæ testimonium, mediantibus sacramentis, in ipsis septem panibus significatis. Et in testimonium etiam transubstantiationis quatuor elementorũ, in Domini corpus, & hebdomadalis vnionis cum anima (vt dictum est) & natura diuina, in vno supposito: homo passibilis factus, & spiritualiter et corporaliter pro peccatis patiendo: ipsis sacramentis, hebdomadaliter in se ipso, in vniuersalem ipsarum culparum remissionem, virtutem accipientibus. similiter & in eodem mysterio, non fuerunt plures, quàm quatuor millia hominum, illi qui manducauerant: ratione ipsius quatuor elementorum transubstantiationis in Christo, & nouæ formæ per gratiam: quasi nouiter homo factus fuisset, ab ipsa prima materia elementali, & in pristinam, innocentiæ formam restauratus: & simul mediantibus ipsis quatuor literis elementalibus, vbi quatuor sua diuina attributa significata sunt, ineffabile nomen suum & esse potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ manifestatum.

Sed in secundo conuiuio gloriæ futuræ effectum resuscitando, significante: non fuerunt plures quàm quinque panes: ratione partis inferioris corporalis, quæ est illa quæ resuscitat: ex quinque sensibus consistentis. Quia, etiam si homo cũm ipso resuscitante saluatore concurrat, quò ad nouam corporis & animæ vnionem: non concurrit in communi virtute et potentia, sicut primùm concurrebat: ab ipso Deo homini, in præsentis gratiæ beneficio, in sua iustificatione, mediante libero arbitrio, communicata: cum esset, secundum primum iudicium, in cinerem reductus: et in eodem puncto, ab ipso Deo & homine & virtute sua propria diuina solùm, exhalatã animã, & elementa, de nouo reuniente, in nouã carne, & noua generatione ad gloriã & vitã æternã resuscitatus. Et sicut ani-

Ioan. 6.

ma nullo modo resurrectionis sui corporis causa erit: neque etiam sustentationis suæ (sicut primo erat) in vitam æternam: nisi ipse spiritus Deus creator, & virtus sua æterna: mediante incarnato Verbo communicata, anima particularis et vniuersalis ipsius carnis, (ipse spiritus Deus) corporis & Ecclesiæ fidelium resuscitati in nouum immortalitatis pondus, numerum electorum et mensuræ trium dierum, legis naturæ, (vt dictum est) scriptæ, & gratiæ, iam completæ, proportionaliter occurren-
Ephe. 4. tis: (desi. *Donec occurramus omnes* (vt scriptum est) *in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virū perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Et hac in ratione, in hoc alio conuiuio, vltimum futuræ gloriæ beneficium resuscitando, significante: non fuerūt plures quā quinque panes: ratione quinque sensuum corporalium: (de quibus sensibus non habetur ratio in primo, nisi in hoc vltimo conuiuio: ratione perpetuæ eorum discordantiæ cum potentijs, secundum peccati fomitem, vsque in hunc punctum continuata) & correspondēter, quinque millia hominum, illi qui manducauerunt: ratione ipsius particularis effectus resurrectionis carnis, cum sit ipsa, illa quæ particulariter resuscitat, ex quinque corporalibus sensibus consistentis, in noua et perfecta vnione cum anima & potentijs suis, concordantibus. Hordeacei quinque panes fuerunt, & cum ipsis, duo pisces, vtrumque magno cum mysterio: quia in ipsis duabus rebus, sanctissima & innocentissima ipsius resuscitantis Christi humanitas, significata est. Quod à mysterioso contingenti casu
Iohan. 6. colligitur: dicendo: *Est puer vnus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces &c.* Puer: quia in ipsa anima cū corpore suo vnione resuscitando: susceperit Israel puerū suum.
Luc. 2. (sicut per sanctum Lucam) ideſt, anima Israel, quæ peccando, vt rationalis, ipsam mortalem separationem præteritam cauſans, per malitiam peccati, innocentiam perdiderat: & simul stolam candidam puritatis et innocentis corporis sui, tali dignitati sacerdotali communis & perpetui sacrificij, conuenientem: Susceperit puerum suum. Quo modo? In ipso innocente puero, et immaculato agno Christo, resuscitando: homine, in perditum innocentiæ statum, restituto: in sacerdote et regno æterno, in gloria æterna, puerili stola, & noua hostia renouati corporis sui glorificati in ipsius innocentis agni sanguine, ab omni peccati macula & inquinamento mundata: cum principale corporis ipsius pueri Iesu saluatoris, et simul cum ipso æterno sacerdote, in æternum oblata. Vnica hostia, & vnicus æternus sacerdos, in redemptionem peccatorum: Sicut dicit: Est puer vnus hic. Vnus: Quia, vnus est innocens inter omnes homines, Christus, inquantum homo, ex puncto, quo Spiritus sancti opera, conceptus fuit, donec in cruce mortuus est: qui solùm, superare poterat, sicut superauit, & vicit peccati malitiam, in vniuersalem ipsius culpæ redemptionem. & ipse est vnica causa, (sicut vnicus Dei filius) ipsorum effectuum gratiæ, & gloriæ æternæ: sic ut declaratum est. Qui habet quinq; panes hordeaceos & duos pisces. Et hoc etiam, innocenti Christo crucifixo, singulariter attribuitur. Quia ipse solus inter omnes homines, cum esset Deus & homo simul, habet in suo qualificato pati, ipsos quinque panes hordeaceos veræ pœnitentiæ, quò ad quinque sensus corporales: & ipsos duos pisces, vt dictum est, quò ad duas res distinctas, corpus et animam, ex quibus humanitas sua sanctissima consistit, humanæ redemptionis instrumentum, spiritualiter & corporaliter in remissionem peccatorum patiendo. Octaua summæ perfectionis concordatorum sensuum & potētiarum, diuinè & impeccabiliter viuendo & operando: & singulare testimonium ipsius vniuersalis resurrectionis carnis: Sicut causa, inquantum Deus: in seipso, & in

sua propria virtute testificanter incepetæ. Vbi, in primo septem panum conuiuio, præsentis gratiæ beneficium significante, mediantibus sacramentis, plures pisces fuerunt: & cum mysterio, pauci, & paruuli, (sicut dicit: *& paucos piſciculos*) iustos, in vniuersali significantes. Quia, in ipso præsentis gratiæ effectu in vita militante, homo in sua iustificatione concurrit (vt dictum est) per pœnitentiæ viam, cum proprio pane & sudore pœnitenter operando. & hac in ratione communi; concursus, & proprij panis pœnitentialis peccatoris, in præsenti vita militante: panis non fuit hordeaceus veræ pœnitentiæ, & sufficiens ad remissionem peccatorum. sicut pisces, quos etiam ipsi apostoli habebant: in parte illa, quæ hominis propria est: pauci, & paruuli, & mysteriosè, verumque apud eos inuentum. Sicut scriptum est: *Et ait illis Iesus. Quot habetis panes? At illi dixerunt. Septem, & paucos piſciculos.* quia parum est & pauci valoris, etiamsi necessarium, illud quod homo ex sua parte ponit. Et in hoc præsentis gratiæ effectu, manducatur ipse panis pœnitentialis creaturæ: & est pro saluatione sua necessarius. & quamuis non sit hordeaceus verè pœnitentiæ satisfactoriæ, vt ille Christi, Deus tamen eum recipit, & meritis ipsorum humilium pisciculorum iusto-um comitatus, eum accipit pro instrumento, simul cum vero pane suo satisfactorio, in ipsius præsentis gratiæ effectu, in gloriæ futuræ dispositionem: & per pretium moretæ humanæ in præsenti vita mortale, ipso saluatore illi quod deficit ponderis, secundum suam rectam iustitiã, supplẽte. Et sic, mysteriosè (omnia sciens Dominus) mysteriũ istud attingens, petit à discipulis suis, humanũ genus vniuerſaliter repræsẽtantibus: *Quot panes habetis? At illi dixerunt septẽ.* Quia ita est: quod ex puncto quo peccauit homo, cum verum gratię panem, ad vitam perpetuam perdidisset: illi proprius pœnitentialis panis suiipsius, reliquit, in septem panibus quos Apostoli possidebant, significatus. Septem. Idest, panis hebdomadalis humanus, potentialis & elementalis, vt dictum est: communis creatori & creaturæ, mediante Verbi incarnatione, & sacramentis, spiritualiter, & corporaliter pro peccatis patiendo. Significatus à Deo in principio: primo homini & primo peccatori & omni ipsi generationi humanæ dicente: *In sudore vultus tui vescẽris pane tuo. &c.* In sudore vultus tui. Idest: in sudore interiori & afflictione pœnitentiali faciei rationalis animæ, pro eo quod peccauit: ex quo etiam simul ipsum corporaliter pati resultat. Cum primò dixisset, quòd ad pœnalitates exteriores terrenæ partis corporalis similiter necessarias: *Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ: spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ, &c.* & postea, veniens ad tractandum de forma ipsarum pœnalitatum corporalium, consistente in pœnalitate & afflictionibus interioribus animæ, in exaggerationem rationalem suæ culpæ, sine qua, ipsum corporaliter pati, pauci fructus esset: dicit: (sicut dictum est) In sudore vultus tui vescẽris pane tuo. Quia, principalis hominis facies, anima rationalis est: secundum notitiam, & voluntariam exaggerationem pœnitentialem eius quod per peccatum perdidit. Et hac in ratione Dominus à discipulis suis, & omnibus hominibus generaliter petit: *Quot habetis panes? At illi dixerunt. Septem.* Quia hic est panis pœnitentialis, qui homini resistit: & quem à principio, cum peccauisset, iussit Deus vt manducaret (sicut dicit) *cunctis diebus vitæ suæ*: & ille, quem correspondenter saluator petit: si eum habemus: quia sine ipso pane, etiã si pauci prerij, nõ fiet miraculũ, neque venietur ad effectum ipsius beneficij præsentis gratiæ, in futurę gloriæ dispositionem.

Matt. 15.

Matt. 15.

Gen. 3.

Matt. 15.

Postquam natura humana, per hanc vnicam pœnitentiæ viam, ad punctum istius

alterius effectus beneficij gloriæ futuræ, in vitam æternam triumphatem peruenerit: cessabit cum præsenti vita militante, ipse panis pœnitentialis mortalium: in hoc sæculo per misericordiam Dei particularem homini datus, postquam peccauit, in particularem sustentationem suam spiritualé, & se saluandi occasionē, in pœnitentia operanti: (Vbi Dominus: *Venit nox, quando nemo potest operari*) & visibilis fruitio per gloriam, panis vitæ Christi in vita æterna, incipietur. (per gratiam in præsenti vita, in Eucharistiæ sacramento, cum omnibus aliis sacramentis, inuisibiliter communicati) sicut dicit: *Est puer vnus hic* (Idest, Christus) *qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces.* Quia, hic effectus beneficij gloriæ æternæ resuscitando, virtuti solùm ipsius panis vitæ Christi Dei & hominis attribuitur. Vbi per Esaiam. *Venite, emite absque argento & absque vlla commutatione vinum & lac. &c.* Absque vlla commutatione, multa cum ratione: Quia, hic effectus beneficij gloriæ æternæ resuscitando: vinum lætitiæ sempiternæ, cū lacte perfectæ innocentiæ coniunctum: cū sit res, quæ à virtute diuina solùm procedat, pro instrumento solùm accipiendo sacrum panem naturę humanę, Verbo vnitæ, (Christus Deus immortalis omni mortalitate & passibilitate voluntaria, in sua propria virtute, inquantum Deus resuscitando, euacuata) non recipit aliquam rei mortalis commutationem: immortalitati suæ contradicentis: sicut eam recipit ab homine mortali, in beneficio gratiæ præsentis: ratione, quod se hominē mortalem fecisset, pro sua salute patiendo: petens rationē particularem ipsorum operum pœnalium & pœnitentialium, quæ accidentaliter iusti hoc in mundo patiuntur: (res, quam tantum mundani & peccatores fugiunt, quātum effectum cum possint, remedij ipsorū operum, contra suam sanctam legem) allegando tacitè pœnas suorū: ipsum in sua propria persona inquantum homo, accipiendo. Vbi in tract: *Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est*: dispositionem, aut indispositionē pro tali effectu gloriæ, in ipso filio Dei & filio hominis, perditam, aut acquisitam, iudicando: sicut dicit, mihi, aut non mihi fecistis: cum operati fuissent, aut non operati fuissent in merito suo, in ipsa gratiæ dispositione: mediantibus sacramentis, in præsenti vita militante, in remissionem peccatorum, totaliter acquisita: per quem effectum remissionis, ipsa commutatio humanorum operum recipitur: quæ sunt in ipso Christo in charitate operata: & consequenter in suo æterno merito, valoris effecta. Sed ipse effectus beneficij gloriæ futuræ & immortalis, inquantum Deus immortalis resuscitando, & immortaliter resuscitans: sine vllo genere commutationis præsentis, gratiose donatur: sicut dicit: absque argento, & absque vlla commutatione. Quia gloria & honor tam gloriosi effectus immortalitatis æternę: ipsi Deo immortali vbi procedit, debitè attribuitur. Vnde conformiter Apostolus: *Existimo enim quod non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Et hac in ratione Esaias procedendo, dicit: *Quare appendistis argentum non in panibus & laborem vestrum non in saturitate? &c.* Quia in statu legis naturæ, & legis scriptæ, sēper fuit fame: (sicut dictum est) ipsius panis gratiæ Christi. & cum veniisset ipse iam desideratus panis, & fuisset ipsum beneficium fruitionis gratiæ præsentis, mediantibus sacramentis consecutum: eo magis creuit fames spiritualis in sua Ecclesia, fruitionis suæ futuræ in gloria, totaliter satiantis, vt finis principalis omnium rerum. Vbi Dauid. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Et Apostolus. *In hoc ingemiscimus habitationem nostram quæ de cælo est, superindui cupientes.*

Ioan. 9.

Ioan. 6.

Esa 55.

Rom. 8.

Esa. 55.

Psal. 16.

Hoc

Hoc quinque panum conuiuium, fuit plurium inuitatorum in vniuersali, quàm non fuit illud septem panum, ratione vniuersalis vnionis iustorum, quam significabat, resuscitando: locus etiam cum mysterio varius, & diuersè dispositus. quia aliud fuit *secus mare Galilææ*: & hoc fuit *trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis*: quod interpretatur, Bona visio: sicut Hierusalem, Visio pacis: inquantum quod significat cœlestem Hierusalem, in gloria resuscitan-
Mat. 15. tem: Et similiter, cum mysterio, inuitati, in alio conuiuio, iussi fuerunt *vt sederent super terram*: (sicut dicit: *Et præcepit turbæ vt discumberent super terram*) ratione, quod panis gratiæ sacramentalis præsentis vitæ militantis, in illis septem panibus significatus, humiliter, & pœnitentialiter, proprias culpas confitendo, manducandus est: homine in terra & demissione propria corporali fundato: in quam per peccatum reuersurus est. Super terram: cum numero quatuor millium inuitatorum, qui in illo conuiuio fuerunt, concordando: ratione (vt dictum est) quatuor elementorum, in ipso terræ intellectorum: quasi de nouo formatus fuisset ex ipsa vniuersali materia elementali, ex qua in principio formatus fuit: in testimonium primæ formæ innocentiæ, in quam, per hâc viam, in beneficio gloriæ futuræ, homo reintegrandus est: cùm esset in nouam formam per gratiam, ad vitam æternam operando, restauratus. Sed in hoc quinque panum conuiuio, futuræ gloriæ beneficium significante, resuscitando: non super terram, vt in alio, sed *super viride*
Mar. 6. *fœnum*. Et per sanctum Ioannem. *Erat autem*
Ioan. 6. *fœnum multum in loco. Omnis caro fœnum.* (dicit
Esa. 40. Spiritus sanctus per Esaiam, de hoc facto resurrectionis & iudicij vniuersalis tractans) *& omnis gloria eius quasi flos agri. Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia Spiritus Domini exsufflauit in eo: &c. Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt.* Et hac in ratione: Erat autem fœnum multum in loco. Multum. Quia tunc totaliter con-Ioan 6. uersa erit in fœnum vniuersalis caro mortalium omnis status et qualitatis, qui in mundo fuerunt. ratione quorum præsentium tunc & viuentium, & in puncto illo finali, à repentino igne cœlesti, consumptorum: dicit per Esaiam. *Exsiccatũ est fœnum,* Esa 40. *& cecidit flos, quia spiritus Domini exsufflauit in eo.* Psal 36. *Quoniam tanquam fœnum* (per Dauidem) *velocitèr arescunt, &c.* Et sicut repente omnes tãquam fœnum velociter arescent: sic etiam omnes in momento in ictu oculi resurgẽt: 1. Cor. 15. & reuirescet fœnum carnis: pastore & iudice vniuersali super terram, apparente. sicut dicit: *Et præcepit illis vt accumbere facerent omnes secundum contubernia super viride fœnum:* Mar. 6. (& non super terram, vt in alio conuiuio) Spiritus sanctus, cum mysterio suppletio, ratione ipsius renouationis naturæ humanæ, ei quod dicere obmisit per sanctum Ioannem: dicendo solùm, *Erat autem fœnum multum in loco.* quò ad præteritam consummationem suam. Super viride fœnum, sicut per Ezechielem, de ipsis ouibus electorum, tractãtem ab ipso bono pastore Christo, hoc vniuersalis resurrectionis die, diligenter congregatis & pastis, dicit. *Ecce ego i* Ezc. 34. *pse requiram oues meas, & visitabo eas: &c. Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & in ducam eas in terram suam. &c. Ibi requiescent in herbis virẽtibus*, (sicut per sanctum Marcum: super viride fœnum) *& in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel.* Super viride fœnum: Ideſt, dominanter, pars superior animæ, super reuirescens fœnum carnis & noui corporis sui, resuscitando. *Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos*, & de *piscibus. Erant autem qui manducauerunt, quinque millia virorum. &c. Et sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos*: ab alio conuiuio septem panũ variando, in quo superẽrãt septẽ sportæ plenæ: beneficiũ præsentis gratiæ, & vniuersalis redemptionis fructum, mediantibus septem sacramentis, signi-

significantes. Et hæc variatio, non sine mysterio: sicut alia, variè successit, iam declarata, quia ipse numerus duodecimus, (sicut ipsum conuiuium) carnis resurrectionem significat, & vltimum futuræ gloriæ beneficium quod speramus: Qui numerus duodecimus, ab ipso numero quinto quinque sensuum corporalium formatur, in ipsis quinque panibus (vt dictum est) significatorum, nouiter coniuncto in gloriæ futuræ beneficio resuscitando, cum numero septimo beneficij præsentis gratiæ, mediantibus tribus sacramentis, in ipsis septem panibus alterius conuiuij, & multiplicationis ipsius gratiæ, contento: Quod est, (secundum experientiam musicalem, ipsius perfectæ consonantiæ duodecimæ) quinta, ipsam carnem significans, in vnionem primi resurgentis gradus dominicalis ipsius septimæ, in octauo, resurgens. Et in hoc mysterio, et non causaliter, superfuerunt in hoc conuiuio quinque panum, duodecim cophini pleni fragmentorum: quoniam ipse numerus duodecimus, & ipsum conuiuium et miraculum, carnis resurrectionem significabat. Numerus duodecimus, à Spiritu sancto, in multis alijs locis obseruatus, de hoc vniuersalis resurrectionis mysterio tractante. Sicut per sanctum Ioannem: *Et audiui numerum signatorum, &c. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati: Ex tribu Ruben, duodecim millia signati: &c.* Et mirabiliter alio in loco: *In diebus illis: Vir fortissimus Iudas, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorū sacrificium, iustè & religiosè de resurrectione cogitans. &c.* Et hac in ratione et mysterio correspondenter à Domino duodecim apostoli, electi fuerunt: vt venientes postea prædicare Euangelium in vniuersum mundum: particularis resurrectio sua et vniuersalis omnium gentium esset ab eis, & in numero, & visu, testificata. et conformiter Spiritus sanctus per os apostolorum principis, dicendo: *Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus incipiens a Baptismate Ioannis, vsque in diem qua assumptus est a nobis, testē resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. &c.* declarando primò, cum mysterio esse, & non casu, in numero duodecimo congregatos, carnis resurrectionem significante: dicendo, *Erat autem turba hominum simul ferè centum viginti.* similiter et in hoc mysterio, & non causaliter, sanctum Euangelium concludendo: *Erant autem qui manducauerunt quinque millia virorum.* in quo quinario numero ipsa resuscitata caro, (vt dictum est) quò ad quinque sensus corporales, significata est, Quinque millia virorum. & cum mysterio Virorum, sicut per sanctum Ioannem, conformiter: *Discubuerunt ergo viri, &c.* ad differentiam alterius conuiuij præsentis gratiæ beneficium significantis, dicendo: *Erant autem qui manducauerunt quatuor millia hominum.* Hominum id est, peccatorum: non virorum, sicut in hoc alio, conuiuio, futuræ gloriæ beneficium, in vniuersali perfectione humanæ naturæ & plenitudinis gloriæ resuscitando, significante.

Apoc. 7.

2 Mac. 12.

Act. 1.

Mar. 6.

Mar. 6. Ioan. 6.

Mat. 15.

Vbi per Apostolum, conformiter dicentem: *Donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi.*

Ephe. 4.

CAP. XLIX.

QVid aliud colligitur, vltra id quod dictum est, de istis duobus miraculis multiplicationis panis, quæ mūdi saluator fecit, hæc duo beneficia, et gratiæ præsentis, mediantibus sacramentis, et futuræ gloriæ resuscitando, significantibus? Quod necessariò, vt cōsequi possimus ipsum æternæ gloriæ finem, in Christo resuscitantes: primo, vti debemus, donec secundum, perueniat. Et hoc, significatum, & mysteriosè in populo Israele obseruatū fuit: qui, miraculosè à Deo cibatus fuit manna (miraculo sum hunc panem cœlestem sacramenti Eucharistiæ & corporis Domini,

mini, omnia sacramenta continentis, significante) quadraginta annorum tempore, quo transitus suus durauit, postquam egressi fuerunt de captiuitate Pharaonis, peccati captiuitatem, significante: per medium asperi & sterilis deserti, magna cum incommoditate ambulantes, & multis tribulationibus, in illo longo itinere iactati: desertum & laboriosum, præsentis vitæ miliatis iter, significante: multis tribulationibus, & persecutionibus plenum, quas patiuntur, & indesinenter iusti donec stabit mundus patientur, quoadusque perueniant ad desideratam terram promissionis, cœlestem, in ipsa terrena fluente (vt scriptum est) lac & mel, significatam: & cõsequantur ipsum vltimum præmium & beneficium futuræ gloriæ, in vita æterna & triumphante, in Christo, gloriosè resuscitantes. sicut dicit: *Filij autem Israel comederunt manna quadraginta annis : donec venirent in terram habitabilem: hoc cibo alibi sunt , vsquequo tangerent fines terræ Chanaan.* Et Dominus. *Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducauerunt manna in deserto: & mortui sunt. Hic est panis de cælo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur.* &c. Quomodo, non moritur: si tam Israelitæ, figuratiuum, quàm fideles, figuratum & verum corporis sui panem manducantes: præsentis sæculi fine aduento, omnes mortui erunt? Quod mysterium istud est? Hoc est mysterium. Quòd, cum horum duorum mysteriorum finis, res eadem sit: ideſt, vt in promissionis terram intrare possint: in figura, illi: & in effectu isti: seipsos per desertum, cum ipso nouo modo, & nouo cibo sustentantes, ad hunc finem, à creatore ordinato & concesso: Patres vestri (id est in figura) manducauerunt manna in deserto: (Id est, ipsum finem in figura, in promissionis terram intrandi, consequentes) & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit. (ideſt, ipsum finem consequendo, in effectu, in figuratam promissionis terram cœlestem intrandi, resuscitando) non moriatur. Illi, in figura intrantes: mortui sunt. Et isti, in effectu intrantes: viuent in æternum. Illi, in figura intrantes: mortui sunt. Quare, mortui sunt? (imò, ex omnibus illis, qui ex Pharaonis captiuitate egressi fuerunt, quibus ipsa promissio facta fuit: duobus solũ, *Caleb, & Iosue* exceptis: nulli intrauerũt) Quia cibus & sacrificium simul non erat, sicut hic verus corporis Domini panis, est: spiritualiter manducatus, & simul quotidie oblatus, in consecrata panis & vini hostia, (vt dictum est) realiter consistens, gratiam conserens, (cũ omnibus alijs sacramentis) cùm dignè, in peccatorum remissionem receptus sit. Vt si quis ex ipso manducauerit, ideſt: omnis iustus : tam illorum in figura, quàm istorum, in effectu: qui, vt iustus, in iustorum iusto Christo saluatore Dei filio, ipsũ panẽ verum de cœlo descendentem, manducauerit, ipsum communem iustorum finem consequens, efficienter in promissionis terram cœlestem intrans, resuscitando: quadraginta annorũ termino completo, præsentem vitam militantem, & ipsum resurrectionis finem simul, significante. Vbi, consequenter, prosequitur, dicens. *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* &c. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi: quò ad diuinam naturam: panis viuus, ipsum Verbum æternum: cui diuinæ, naturæ, humana concurrente, ipse particularis resurrectionis effectus attribuitur. Panis viuus: ad panis vitæ differẽtiam: sicut primò dicit, tractando de ipso pane, in particulari, & vero corporis sui sacratissimi mãna, simul cum diuina natura vniti: in deserti præsentis vitæ militãtis transitu, in illo figurati, spiritualiter manducati : & quotidie oblati. Sicut, hoc in ordine sequitur, dicens: *Patres vestri manducauerunt manna in deserto: & mortui sunt.* Et in eodem ordine & ratione, prosequendo: *Hic est panis de cælo descendens.*

Gen. 16.

Ioan. 6.

Num. 32.

Ioan. 6.

De ſcendens: ad differentiam, deſcendi: (ſicut infra dicit: Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi) de ipſo pane tantùm diuinæ naturæ, de cœlo deſcendente tractando. Deſcendens: ad differentiam, deſcendi: (ſicut dictum eſt) Id eſt: humiliter deſcendendo et in effectibus incarnationis ſuæ & voluntariæ paſſibilitatis & mortis ſe humiliando. per hanc viam, fidelibus ſuis, & veris imitatoribus credentibus panis vitæ factus: id eſt fructus & vitæ arbor, in illa paradiſi terreſtris, figurata. quæ perpetua vita, per peccatum interrupta, de verito fructu manducando, ipſum viuum naturæ diuinæ panem, Verbi & ſapientiæ Patris, ſignificante: ab eodem Verbo, via, veritate, & vita noſtra, homine facto, moriente, & reſuſcitante, per gratiam, & gloriam æternam continuata fuit. correſpondenter in ipſius figuræ cõplementũ, noua vitæ arbor factus, et vitalis credẽtiũ fructꝰ, donec mũdus ſtabit: & veri mannæ cœleſtis ſacrificium: medẽtibus ſacramẽtis cõmunicatũ. Vbi, hoc in myſterio, ſacrificiũ & Euchariſtiæ ſacramentũ, in cibo cõſiſtit: efficienter correſpõdẽdo per gratiã & gloriã æternã, primæ figuranti arbori et fructui per innocentiam, ad virã perpetuam, obediendo: id eſt de altera arbore prohibita nõ comedẽdo: ipſum mortiferũ venenũ ſpirituale & corporale, euacuante. Sicut dicit: *Hic eſt panis de cœlo deſcendens: vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur.* (Hoc, quò ad præſentis gratiæ beneficium, et ſacramentale antidotũ) *Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi,* (Hoc, quò ad futuræ gloriæ beneficium, refuſcitando: ipſi pani viuo diuinæ naturę, particulariter attributum: ipſum mortalẽ morbum ſpirituale et corporalẽ, totaliter euacuanti: ſicut concludit dicendo) *Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo,* (id eſt, in futuro) *caro mea eſt pro mundi vita, &c.*

Ioan. 6.

Vbi Eſaias, de hoc fœlici Domini die tractãdo, hęc duo beneficia cõprehẽdẽdo, ſic dicit: *Et apprehendent ſeptem mulieres, virum vnũ in die illa, dicentes. Panem noſtrum comedemus, & veſtimentis noſtris operiemur: tãtummodo inuocetur nomen tuum ſuper nos: aufer opprobriũ noſtrũ.* (Hoc: quò ad præſentis gratię beneficiũ) *In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ ſublimis, & exultatio his qui ſaluati fuerint de Iſrael, &c.* Hoc: quò ad futuræ gloriæ beneficiũ: vt declaratũ erit. Septẽ mulieres. Videlicet: ſeptẽ angeli, qui ab initio in maieſtatis Dei præſentia aſtãt: (vt dictũ eſt) ſacrificantes, pro vniuerſi conſeruatione: incarnationis Verbi myſteriũ repræſentãtes, & vtrumq; beneficiũ impetrãtes. Quò ad primum. *Et apprehenderunt ſeptem mulieres, virum vnum in die illa.* Virum vnũ: in puncto, quo homo, in virginali ventre ſe incarnãdo, factus fuit: quo in puncto, corũ continuatæ petitionis effectus peruenit. ſicut dicit: Et apprehendent ſeptẽ mulieres virũ vnũ. Virũ vnũ: Quia ipſe ſolus Deus & homo, inter omnes homines, vnicus & vniuerſalis ſaluator eſt. Dicentes. Panẽ noſtrũ comedemus, & veſtimentis noſtris operiemur: tãtũmodo inuocetur nomẽ tuũ ſuper nos: aufer opprobriũ noſtrũ. & c. Panẽ noſtrũ comedemus. Id eſt, viſionis diuinæ panẽ: ſicut ſcriptum eſt: *Panem angelorum manducauit homo:* & in particulari, ipſam Verbi panẽ: ratione futuræ ſuæ incarnationis, in vero pane vitæ, & hominis reſurrectionis. *Panis enim verus eſt* (ipſe dicit) *qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo. &c.* Et panẽ noſtrum comedemus, etiã: quò ad ipſũ incarnationis Verbi myſteriũ, ipſis reuelatum: & in ipſis ſeptem angelis ſignificatum: vbi eorum petitio, ſacrificanter, in vniuerſi conſeruationẽ, fundata eſt: qua in ratione, dicunt: tantummodo inuocetur nomẽ tuũ ſuper nos. &c. Super nos. Videlicet, quò ad ſuam humanæ naturæ repræſentationem, in ipſum Verbum aſſumptæ, ſuper quã, vt diuinæ naturæ humerum, in paſſibilitate ſua, pœnæ peccati pondus onerat. *Parvulus enim natus eſt nobis,* (per eundem prophetam) *& filius datus*

Pſal. 77.

Ioan. 6.

Eſa. 4.

Eſa. 9.

Eſa. 4.

Psal. 90. *datus est nobis, & factus est principatus super humerũ eius.* Et per Dauidem: *Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.* vtranque, & scapularũ, & humeri incarnati Verbi protectionem, & protegentiũ pennarũ impetrãtiũ angelorũ, comprehendendo. Paruulus natus est nobis: quò ad ipsam humanæ naturę scapulã: quę est illa quę nascitur: (sicut dicit: natus est nobis) super quã, vt passibilis, moriendo: pœnæ peccati pondus, onerat Et filius datus est nobis: (datus: ad differẽtiã, natus) quò ad diuinam naturã, Verbũ æternum incarnatũ, Dei filium: nobis peccatoribus datũ, per gratiã, se hominẽ faciẽdo, & inquantum homo, in hominis iustificationẽ patiendo: quod est primũ præsentis gratiæ beneficiũ, mediantibus septẽ sacramentis, in ipsa humanitate & humero suo sanctissimo virtutem accipientibus, in peccatorũ remissionẽ collatæ. qua in ratione: & factus est principatus (vt dicit) super humerum eius. Id est: super ipsam humanã naturã, diuinæ humerũ in Christo: vniuersaliter resuscitantem: vt & bonorum præmij, & castigationis & pœnæ malorũ, instrumẽtũ. sicut scriptum est: *Ecce positus est hic in ruinã, & in resurrectionem multorũ.* Et vestimẽtis nostris operiemur. Idest: diuinæ gratiæ vestimentis: ab esse Dei infinitò, variè dispensatis: sine qua veste gratiæ, & esse: nõ esse creaturæ deformitatem, operiente: nullus ante ipsũ creatorem stare, & dignè comparere potest. Auferopprobrium nostrũ. Videlicet, in se ipsis, vt humanæ naturæ imago: opprobriũ captiuitatis suæ, per peccatũ causatæ, accipientes: & postea ab ipso vnico viro Christo, efficienter, secundum iustam eorum petitionem, liberatæ. Hoc: quò ad præsentis gratiæ beneficium, mediãtibus sacramentis, in peccatorũ remissionem, consecutum. Sicut quò ad futuræ gloriæ beneficium resuscitando, addit dicendo: In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Israel. &c. In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria. Idest, naturæ humanæ germen, in Domino & saluatore nostro Christo: magnificè & gloriosè resuscitando. Germen: per similitudinẽ ipsum resurrectionis mortuorum effectũ denotando: quasi germen de nouo exire, cũ maioris status magnificentia, & sublimitatis gloriæ, resuscitando. qua in ratione concludit, conformiter, dicendo: Et fructus terræ sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Israel. &c. Et fructus terræ sublimis. idest: ipse primus terræ fructus, humanum corpus, & innocentiæ flos, in Adamo natura humana peccando, defectus: exluti demissione, de quo in principio à creatore formatus fuit, & puluere in quam fuit moriendo conuersus: in fine, simul cum ipso Christo, ad sublimitatẽ & omniũ cælorũ altitudinem ascendet: in virtute sua, nouiter gloriosè resuscitando. Et fructus terræ sublimis. Quò ad vtrũq; fructum etiam, totalis humanæ redemptionis, per gratiam, & gloriam: ab ipsa sancta humanitatis suæ sanctissimę terra, proprio sudore & sanguine sufficienter disposita, & impinguata, copiosè & sublimiter productum. Et exultatio his qui saluati fuerint de Israel. Idest: *his qui scripti sunt in libro vitæ agni*: sicut procedit, dicendo. *Et erit: omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Hierusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Hierusalẽ: &c.* Qui scriptus est in vita. Idest, (sicut per sanctum Ioannem) Qui scriptus est in libro vitæ agni: de humanitatis suæ sanctissimę libro, humanę redemptionis instrumẽto, tractantẽ. *Liber scriptus intus & foris*: quò ad partem interiorem animæ, & exteriorem corporis: naturam diuinam & naturam humanam. cui exteriori libro, potentiali & elementali, interior inuisibilis naturæ diuinæ hebdomadalis (vt dictum est) triũ personarum diuinarum & attributorum, in tribus animæ potentijs & quatuor corporis elementis significatorum, correspõdet. quasi septem signacula diuina & humana

Luc 2. Esa 4.

Apoc. 10. Esa. 10. Apoc. 5.

Apo 3. in Christo, viuorum & mortuorum iudice, & clausura: *qui habet clauem Dauid:* (vt scriptum est) *qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.* &c. idest duo beneficia dicta, per gratiam, & gloriam: & duas vitæ aut iudicij resurrectionis, significando. ipsum humanum librum, clausuras & signacula, in

Apo. 5. æternum aperiendo, aut claudendo. Vnde: *Dignus es Domine accipere librum & aperire signacula eius: quoniam occisus es.* &c. Liber vitæ facta, natura humana in Christo, (sicut mortis, in homine, post peccatum, impœnitenter viuente) per pœnitentiæ & sacramentorum viam, in suo sanguine fundatorum, in peccatorum remissionem. correspondenter omnis homo, in pœnitentiam, spiritualiter & corporaliter pro peccatis patiendo. & secundum suum possibile & sui status obligationem, consuetum hac in parte, sanctæ Romanæ Ecclesiæ ordinem, humiliter obseruando. per quam viam solùm, in libro vitæ Christo, rescribitur: &

Apo. 22. de nouo aperitur: ad vitam æternam operando. Vnde *Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni: vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem.* &c. Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni. Hoc faciunt omnes homines pœnitentes: & in vita pœnitente viuentes: lauant (vt dicit) stolas suas in sanguine agni. Stolas suas: ratione, corporis, & animæ, distinctionis: duæ innocentiæ stolæ in Adamo per peccatum inquinatæ: & vna stola in Christo candidior & splendidior, cum diuinæ naturæ vnita esset: diuisa in homine, in duas stolas inquinatas peccante: de nouo in suo sanguine moriente, mediantibus, pœnitentia, & sacramentis, purificatas: pœnitenter operando. vna in Christo stola: ab ipso æterno sacerdote vestita, ex puncto quo incarnatus fuit: neque vnquam in æternum nudata: nõ obstante, quod in spirituali parte animæ suæ sanctissimæ, exterior corporalis nudata fuisset, moriendo: & de nouo vestita, gloriosè resuscitando. & simul ipsam humanam stolam, in prima immortalitate, & vltimo gloriæ & vitæ æternæ præmio, quæ Ili in Christo, non peccando, parata erat, restituendo. puritatis stola, annulus & arrha in Christo: in nouo per gratiam sponsalitio, sicut postea per gloriam, pœnitenti sponsæ & peccatrici humanæ naturæ, mediantibus sacramentis, restituta. ab ipso vniuersali sponso, per filij prodigi parabolam significatum dicente: *Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius, & calceamenta in pedes eius.* &c. Duo, & præsentis gratiæ, & futuræ gloriæ, beneficia, mediantibus pœnitentia, & sacramentis, confecuta. Noua stola, & nouum sponsalitium, in Christo, totaliter effectũ. Noua stola, & nunquam in æternum spoliata, se in carne immaculata, incarnante: nouiter, in sanctissima Maria virgine præparata: cum sine peccati originalis macula concepta esset. Et nouũ in seipso Deo & homine sponsalitiũ: in hominis beneficio, per gratiã & gloriã æternam effectum: se incarnante, nascente, & moriente: & tertia die gloriosè resuscitante. My steriosè dicit: Et date annulum in manu eius: quia in omnis hominis manu est, consequi, aut perdere ipsam gratiam in macularum peccatorum mundatione, cum vult, aut non vult, in pœnitentiam operari: (sicut dicit, *Apo. 22.* in manu eius) per hanc viam, (vt scriptum est) stolam suam facerdotalem, spiritualem, & corporalem, lauando, in ipsius immaculati agni sanguine lauando, spiritualiter & corporaliter patiendo, & simul cũ ipso æterno sacerdote, seipsum sacrificando, et offerendo. vt sit potestas eorum in ligno vitæ, (sicut concludendo dicit) & per portas intrent in ciuitatem. Per portas: idest, per solitas septem sacramentorum portas: ad duas portas reductas, (sicut declaratum est) Baptismum, & Pœnitentiam. Idest, secundum lauacrum vocalis confessionis macularum peccatorum, & absolutionis ipsarum culparum. Et hac

Luc. 15.

in ra-

in ratione præparationis pœnitentialis, portæ sunt omnia sacramenta: concurrentia, sicut in vnoquoque concurrunt, indiui sibiliter omnia simul, cum noua & vitali reſcriptione, in vitæ Agni Chriſti Dei, & hominis, libro, vt noui characteres, in pretioſum & innocentem ſuum ſanguinem intincti, vbi virtualiter, in peccatorum remiſſionem ſundantur, & recuperationem
Apo. 21. euacuatæ gratiæ, ad nouum vitæ & gloriæ æternæ ingreſſum. *Quia, non intrabit in eam aliquod coinquinatum:* (ſicut dicit) *&c. niſi qui*
Eſa. 4. *ſcripti ſunt in libro vitæ agni.* Sicut per Eſaiam: (ad ſuam metaphoram redeũdo) *Omnis qui ſcriptus eſt in vita in Hieruſalem.* In Hieruſalẽ. Id eſt: vbi ipſe liber, humana natura in Chriſto, (ſicut diuina, in Sion) ſignificata eſt: concludendo: *Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Hieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris. &c.* Sordes filiarum Sion. Id eſt: maculas & peccatorum deformitates, animabus, (vt rationalibus) in ipſis filiabus Sion ſignificatis, attribuendo. Dictæ, & nominatæ, filiæ Sion: inquantum quod immediatè à diuina natura, & creatore Deo originatæ ſunt, in ipſo monte Sion ſignificata. Sicut materialia corpora, ex quatuor elementis formata, in ipſa terreſtri Hieruſalem, & in cœleſti, reſuſcitantia, intelliguntur. alio
Apo. 21 in loco ſignificatum dicendo: *Veni, & oſtendam tibi ſponſam, vxorem agni. Et ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnum & altum: & oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Hieruſalem, &c. habentem claritatem Dei, &c. Ab oriente, portæ tres: & ab aquilone, portæ tres: & ab auſtro, portæ tres: & ab occaſu, portæ tres.* Quatuor partes, ratione quatuor elementorum: in quibus ipſa propriè aſſignata ſunt: quibus quatuor elemẽtis, tam terreſtris militans, quàm cœleſtis Hieruſalem triumphans, quò ad partem corporalem, conſiſtit: cui, vt mortali, ſanguis homicidij vniuerſalis, (ſicut parti animæ ſpirituali, vt rationali, maculæ & peccatorum deformitates) attributus eſt. vtrisque damnis, mediantibus his duobus beneficijs, reparatis. Id eſt: præſentis gratiæ beneficium, mediantibus ſacramentis, ipſas maculas & peccatorum deformitates, parti rationali animæ attributas, totaliter purgantibus: & futuræ gloriæ beneficium, reſuſcitando: ipſo ſanguine homicidij mortis corporalis, à mortali peccati culpa vniuerſaliter cauſati, in æternam vitam *Eſa. 4.* reſuſcitando, totaliter loto. ſicut dicit: *Et erit. omnis qui relictus fuerit in Sion, & reſiduus in Hieruſalem, ſanctus vocabitur, omnis qui ſcriptus eſt in vita in Hieruſalem: ſi abluerit Dominus ſordes filiarum Sion,* (id eſt animarum) *& ſanguinem Hieruſalem,* (id eſt, ſanguinem homicidij vniuerſalis corporalis) *lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris. &c.* In ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris. Duo diſtincta. Id eſt: In ſpiritu iudicij. quò ad partem animæ rationalem: et in ſpiritu ardoris, quò ad partem corporis ſenſualem. Myſteriosè etiam dicit, de iuſtis tractando: Omnis qui relictus fuerit in Sion. Id eſt, quò ad animam: relictam, vt ſpiritus, in Sion ſpiritu Deo, (à quo immediatè dependet) ex puncto quo à corpore ſeparata eſt. Vbi, per ſã- *Apo. 14.*
ctum Ioannem: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur. &c.* In Domino: id eſt, in Sion Deo *Eſa. 4.*
relicti, quo ad animam. Sicut per Eſaiam, relictus in Sion, quò ad animam: & reſiduus in Hieruſalem, quò ad corpus: in ipſa Hieruſalem ſignificatũ: quod eſt pars quæ in terra reſtat, & in maternæ Hieruſalẽ terreſtris gremium, & catholicæ Eccleſiæ militantis: cum præteritorum bonorum operum & ſacramentorum diſpoſitione, (opera enim illorum ſequuntur illos) vt conſequi poſſit ſecundum futuræ gloriæ beneficium, vltima die in Chriſto reſuſcitando. *Eſa. 4.*
qua in ratione ſubiungit, comparatiuè cõcludendo: *Et creabit Dominus ſuper omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus eſt, nubem per diem, & fumum & ſplendorem ignis flammantis in nocte: ſuper omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æſtu,*

& in securitatem et absconsionem à turbine , & à pluuia. Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus est, nubem per diem. Res distinctæ sunt , Sion, quæ est arx Hierusalem, naturam diuinam (sicut dictum est) significans: & ipse mons, vbi ipsa ciuitas ædificata est: in vniuersali, naturam humanam significans: ex qua, in Christo, resuscitante, ipsa Hierusalem cælestis consistit: Ita quod, ipse mons Sion, Christum significat: natura diuina, & humana simul vnitis. Vbi, ratione vnionis vniuersalis electorum suorum, in ipso monte Sion Christo, resuscitantium, dicit: Et creabit Dominus super omnem locum mõtis Sion, & vbi inuocatus est, nubem per diem. &c. Super omnem locũ. Id est: distinctè, super omnem electum: locum ipsius montis Sion Christi saluatoris. Et vbi inuocatus est. Id est: ei quod principio dixit correspondendo, de septem mulieribus angelicis, naturam humanam significantibus: Deo dicentibus, *Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos: aufer opprobrium nostrum.* &c. Vbi, ipso opprobrio omnis præteritæ passibilitatis totaliter ablato: Et creabit Dominus (sicut dicit) (super omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus est, nubem per diem, & fumum & splendorem ignis flammantis in nocte: super omnem enim gloriã protectio. &c. Quod in figura & testimonio effectum fuit, in transitu per desertum, vt in promissionis terram intrarẽt, cælestem Hierusalem significantem. sicut scriptum est: *Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis , & per noctem in columna ignis: vt dux esset itineris vtroque tempore.* cui figuræ et testimonio correspondendo, dicit: Nubem per diem: quò ad corpus, et humanam in Christo naturã: Et fumum & splendorem ignis flammantis in nocte: quò ad animam, et illuminantem naturam diuinam, simul cum humana in Christo vnitam. et hac in ratione: Super omnem enim gloriam protectio. Id est, quia tunc efficienter in omni communicationis gloriæ protectione et lucis æternæ, Et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, (vt dicit) et securitatem et absconsionem à turbine, & à pluuia. Id est: figuratum tabernaculum Christus saluator, verus homo, et verus Deus simul, mons & arx ipsius ciuitatis Hierusalem & humanæ naturæ, in columna nubis per diem , (vt dictum est) & columna ignis per noctem ad demonstrandam viam, significatum: nõ solùm per gratiam et mediantibus sacramentis erit vmbraculum diei ab æstu iuuenilium concupiscentiarum humanarum, & in securitatem & absconsionem à turbine periculosorũ & repentinorum effectuum mortalium peccatorum, sed ad pluuiam consequentium aquarum consummationis ipsorum delictorum, iræ Dei et vindictæ in hoc et in alio seculo, ipsarum offensarum: nouissimè (omni ipsa mortalitate euacuata) ad gloriam, et vitam æternam resuscitando. Vnde per Dauidem: *Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.* in abscondito tabernaculi sui: sicut per Esaiam, concludendo, et huic capiti quarto finem dando: Et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, et in securitatem & absconsionem à turbine et à pluuia. (sicut declaratũ est) Et per sanctum Ioannem conformiter: *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: & habitabit cum eis.* &c. quod cum multum ad propositum sit, Domini gratia, sequenti capite declarabitur.

Esa. 4.

Exo. 13.

Esa. 4.

Psal. 26.

Esa. 4.

Apo. 21.

CAP. L.

QVoniam abscondit me in tabernaculo suo: vt supra. Hoc naturæ humanę in Christo tabernaculum: duobus modis consideratur. videlicet quò ad partẽ corporalẽ, tãtùm, ex quatuor elementis compositã, & fabricatam: partis spiritualis animæ habitaculum: & quò ad vtrumque, simul vnitũ: Dei creatoris sui habitaculum, se Verbum incarnando. Et hominis tabernaculum, quò ad partem corporalem, tantùm: ratione

one ipſius infuſionis partis animæ rationa lis : ſicut à principio effectum fuit, creator Deus, ipſum corporale tabernaculum (vt ſcriptum eſt) de limo terræ formando: id eſt, ex ipſis duobus, terra & aqua, cum a Iijs duobus, aere & igne, ſimul vnitis: & animam in ipſam ſuâ habitationem corporalem infundendo. quod fuit in teſtimonium manifeſtationis in carne ipſius Dei: & vnionis diuinæ, cum humana natura. ſicut dicit: *Et inſpiranit in faciem eius ſpiraculum vitæ,* Gen. 2. *& factus eſt homo in animam viuentem.* Ita quòd, ipſa quatuor elementa, quatuor ipſius creatoris Dei attributa (vt dictum eſt) ſignificantia, id eſt, potentiam, ſapientiam, iuſtitiam, & bonitatem infinitam, portæ hominis, in eorum concordantia fuerunt, ab obedientiali præcepti Dei obſeruatione, dependente, vt ad habitandum in perpetuo, in ipſum corporale tabernaculum ingrederetur. Effectus, bonitati & creatoris miſericordiæ, attributus: ſecundum Iob, dicẽtem: *Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi.* Et è Iob 10. contrario, rectæ iuſtitiæ diuinę inſtrumentum fuerunt, in eorum diſcordantia, ab inobedẽtiali ipſius legis transgreſſione, cauſata, vt illũ de ipſo corporeo tabernaculo eijceret. Sicut ſcriptũ eſt: *Ignis, grando, fames,* Eccli. *& mors,* (id eſt, ipſa quatuor elemẽta) *omnia hæc ad vindictam* (ſicut ad vitam) *creata ſunt.* Vbi, hac in ratione tabernaculi hominis, quòd ad partem corporalem elementalem, Spiritus ſanctus, per apoſtolorum principem dicit: *Iuſtum autem arbitror quamdiu ſum in* 2. Pet. 1. *hoc tabernaculo, ſuſcitare vos in cõmonitione: certus quod velox eſt depoſitio tabernaculi mei, &c.* Sicut, & humana natura Dei tabernaculũ ſit, per gratiã, & gloriã, & quòd ad corpus et animã, ſe Verbũ incarnãdo, moriẽdo, & reſuſ- Apo. 21. citando, hoc alio in loco dicit: *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: et habitabit cum eis, &c. Et qui ſedebat in throno. Ecce noua facio omnia. et cætera.* Quia, ratione vnionis hebdomadis animæ & corporis, in homine : trium potentiarum & quatuor elementorum: & concurſus per gratiam ſuperioris trium perſonarum diuinarum, & quatuor artributorum ipſius Dei: vbi ſeptem ſacramenta in Chriſto Deo & homine fundata ſunt: reſurgit rationalis plenitudo concordantis octauæ potentialis & ſenſitiuæ, in imaginem & dignum Dei tabernaculum, conforme ſuæ ſanctæ legi rectè operando: ſuam in gloriam reſurrectionem teſtificantis. Et è contrario, diſcordans : in imaginem & dæmonij habitationem: & teſtimonium ſimul reſurrectionis ſuæ in iudicio. vtraque, ſecundum concordantiam, aut diſcordantiam cum ipſo Deo, in homine, ad varios præſentis gratiæ gradus, & futuræ gloriæ, ſiue culpæ & pœnæ æternæ, reſurgente. Et ſicut tot portæ & clauſuræ ſunt, per quas, mediantibus ipſa gratia & ſacramentis aperte, omnia in ipſo homine concordanter renouantes, (ſicut ſcriptum eſt: *Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum*) Pſal. 147. ad habitandum in ipſam humanam domum, Deus ingredietur: Dei tabernaculum factam, mediante ipſa gratia. aut contrariè, ea egreditur: & ſunt ſimiliter, ſicut tot portæ, ſeræ, & ſigilla contra ipſum Deum: per quas tentat or dæmon ingreditur: (homine peccante) Dei imaginem, in hydram ſuam horrendam ſeptem mortalũ capitum, transformando. in omni mortali peccato, (ſicut ſacramẽta, in vnoquoque ipſorum, dignè recepto, vt dictum eſt) omnia ſeptem, per participationem cum primo ſuperbię, concurrentia: ipſum reſurgẽtem plenitudinem ſenſualem & potentialem, in teſtimonium reſurrectionis ſuæ in iudicio, diſcordanter producentem. Et ſicut à principio, ſeptẽ principes & lucidiſſimę lampades cœleſtes angelicæ, coram Dei maieſtate: ſacrificanter, in hominis auxilium et incarnationis Verbi teſtimonium, illuminante caritatis igni Spiritu ſancto, perpetuò ardentes: quibus omnis natura angelica, in particulare & vniuerſale humanæ auxilium, vnita eſt: ſic etiam ſeptem capita, & tenebroſi principes infernа-

fernales,æmulate à principio in peccati imaginem,in quam peccádo homo, fuit in ipso hebdomadalis diuina,transformata, omnis infernalis exercitus, contra humanam naturam,in particulari & vniuersali, hebdomadaliter vnitus est: excelsum nomen & esse hebdomadale trium personarum diuinarum & attributorũ ipsius Dei, vbi septem sacramenta,in ipsius damni remedium sunt fundata, hebdomadaliter simul cum sua sancta lege blasphemantes.

Apo.15. Sicut scriptũ est:*Et vidi de mari,bestiam ascendentẽ,habentẽ capita septẽ, & cornua decem, &c.* (Idest,victricẽ hydra,cõtra decimalẽ legẽ diuinam) *Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum,blasphemare nomẽ eius, & tabernaculũ eius, & eos qui in cælo habitant.&c.* Blasphemare nomen eius:quò ad diuinam naturam, & ineffabile ipsius Dei nomen:ex quatuor attributis,id est, potentia,sapientia , iustitia, &bonitate infinita,consistens.Et tabernaculum eius: quo ad hebdomadalem naturam humanam in Christo,& particulare Dei tabernaculum, vniuersalis redemptionis instrumentum: superiore diuina efficiente. qua in ratione effectiuæ vnionis Dei & tabernaculi sui naturæ humanæ, particulariter in Christo, & vniuersaliter in electis suis,mediantibus sacramentis,in gratia, in terra, & in gloria in cælo habitantibus,blasphemare nomen eius, (vt dicit)& tabernaculum eius,& eos qui in cælo habitant.&c.

Spiritus sanctus per Dauidem, de Rege gloriæ Christo tractando,& de victoria habita spirituali & corporali contra mortem,& mortalem hydram,bestiam peccati,spiritualiter & corporaliter patiente, & tertia die gloriosè resuscitante, ipsas hebdomadales portas potentiales & elementales,ab ipsa hydrea bestia & exercitu suo infernali,per peccatum , vsque tunc possessas,& clausas,per gratiam, sicut postea per gloriam simul aperiente, dicit ex parte iustitiæ diuinæ,cum ipsis septẽ principibus tyrannis ,& vno capite Sathana, cum ceteris ipsius tenebrosæ turbæ simul vnitis:*Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales:et introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens: Dominus potens in prælio. &c.* (Hoc, quò ad præsentis gratiæ beneficium,in vita militante,mediantibus sacramentis:ipso gloriæ rege moriente)*Attollite portas principes vestras , & elevamini portæ æternales:et introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse rex gloriæ.* Hoc, quò ad futuræ gloriæ beneficium: Christus resuscitando. quod in vniuersali iustorum resurrectione,effectum erit. Dicit, Dominus virtutum: ad differentiam prælij: (sicut primò dicit, Dominus potẽs in prælio, quo ad præsentem vitam militantem) ipsius resurrectionis effectum,virtuti diuinæ inquantum Deo,particulariter attribuendo. Vnde, conformiter ipse gloriæ rex:à beneficio præsentis gratiæ in vita militante,mediantibus sacramentis cõmunicatæ, incipiendo : *Cum fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum: vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. &c.* In pace sunt ea quę possidet. Ea:idest, ipsæ portæ sensuales,& potẽtiales peccatoris,sine vlla resistentia , in peccati discordantia permanentis, pacificè,cum virtute & potentia diabolica, ab ipso forte armato dæmonio possessæ : ad omnem sensualitatem et malitiam, dominanter incitante: & armato suis proprijs armis naturalibus hominis, spiritualibus & corporalibus,omnem bonam cogitationem & piam operationem in suum remedium impedente.Si autem fortior illo (id est Christus) superueniens vicerit eum:(sicut fecit,se incarnando, moriendo, et resuscitando) vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat.id est, arma naturalia humana potentialia et sensualia, peccati instrumentum,et portæ, per quas intrat ipse inimicus ad habitandum in homine, pec-

Psal. 23.

Luc.11.

peccāte:ab ipso fortiore illo Christo, Deo & homine de nouo in se ipso possessæ & acquisitæ:& ipsa naturalia spolia & dona humana,cum supranaturalibus per gratiā & virtutem diuinam,quibus peccādo spoliatus fuit:de nouo & ad nouam gratiam fidelibus suis, mediantibus sacramentis, distribuente:(sicut concludit, dicendo: Et spolia eius distribuit) per hanc nouam viam,de nouo homo ad vitam æternam operando.Et hoc,à Deo fideli Abrahamo promissum fuit,filium suum Isaac, Christi figuram, fideliter & obedienter sacrificāti: conformiter dicente: *Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum,& benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ.* Gen. 22.

Ps. 9. Et per Dauid:*Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiē omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.* &c.Qui exaltas me de portis mortis: quoad ipsas portas mortiferas, sensuales & potentiales,in peccati statu. Vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Siō: Quo ad ipsas nouas portas,arma & spolia naturalia,& supernaturalia,vt dictum est, de nouo in Christo acquisita:& ab ipso redemptore fidelibus suis, per gratiā & mediantibus Sacramentis,distributa in arma defensiua,per nouam & gratiosam concordantiam,ad vitam æternam operando, cōtra mortiferam peccati discordantiam,& ipsius dæmonij,mundi,& carnis repugnātiam. Portæ animarum fidelium, quò ad ipsam rationalem vnionem, vt intrent in sanctam ciuitatem, & fidelium vnionem, mediantibus sacramentis:in præsenti vita per gratiam,militanter,in pœnitentia operantium.& in futura per gloriam, resuscitātium: Dictæ,filiæ Sion:ideſt, vt Spiritus, filiæ ipsius spiritus Sion naturæ diuinæ:cui primæ in Christo formæ suarum passionū, (vt dictū est) ipsa redēptionis humanæ victoria,principaliter attribuitur. Vbi ipse Dominus,conformiter,sancto Petro. *Et ego dico tibi quia tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam,& portæ inferi non præualebunt aduersus eam:* Omnia in futuro:quia, quando hæc dixit Dominus,per ipsum humana redemptio effecta non erat,obediēn tialiter moriendo:sicut postea fuit: omnis fidelis possidendo per gratiam, & mediātibus sacramentis, nouiter obediendo,infernales portæ (propter peccati inobediē tiam)discordatorum sensuum & potentiarum,in nouam obedientialem concordantiam,ad vitam æternam operando. Vnde: *Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum,et benedicentur in semine tuo omnes gētes terræ,* (qua ratione?) *quia obedisti voci meæ.* Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum: etiam omnes credentes comprehendendo: ipsius Verbi semen,mediantibus prædicatione euangelica & sacramentis. Vbi Spiritus sanctus etiam per Esaiam. *Aperite portas,& ingredietur gens iusta,custodiens veritatem.* Gens iusta:loquendo de ipsis seminatoribus apostolicis ipsius seminis Verbi Dei, & sacrosancti Euangelij sui, donec stabit mundus.& hoc modo, *Et portæ inferi* (sicut dicit) *non præualebunt aduersus eam.* Aduersus eam: Ideſt,contra ipsam in Christo portā, Summum Pontificem,& petram simul. Vniuersalis in Christo porta, & fundamētū, per vniuersalem obedientiam,in ipsius tabernaculi Dei humanæ naturæ rædificatione:per inobedientiam in Adamo, vniuersaliter destructi: & in Christo , per obedientiam rædificati.et ipsa noua gratia rędificationis et regenerationis humanæ in suo sanguine, ad vitam et gloriam æternam,moriente,et resuscitante: per præcedentem obedientiam solùm , ipsi suo vicario in terra, & in locum suum,vniuersaliter datam,& mediantibus sacramentis ,ab ipso etiam institutis in remissionem peccatorum,communicata.Vnde: *Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor Domino.* Hoc,quò ad naturales portas humanas, vt dictum est,mediantibus sacramentis,apertas.& quia omnes istæ portæ, potentiales,et sensuales,ad vnam solam portam

Gen. 22.

Esa. 26.

Ioan. 16.

Ps. 117.

Mat. 16.

obedientiæ in Christo reducuntur: Vicario suo in terra, in locum suum, vniuersaliter datæ, et in ipsius iusti Christi merito, omnibus iustis vniuersaliter apertam, (Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur) concludit dicendo: *Hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam.* Porta etiam dæmonij (vt dictum est) non obediendo, et mortaliter peccádo: per quam ipsa hydrea bestia ex septem mortiferis capitibus consistens, ingreditur: aliam octauã et discordãtem plenitudinem sensitiuam, in imagine sua, producens: in resurrectionem iudicij, semper ad peccatum incitãs. Vnde Spiritus sanctus: *Et bestia quæ erat et non est: & ipsa octaua est: & de septem est, & in interitum vadit.* &c. Et de septem est id est: primũ septẽ capitũ. Et ipsa octaua est: id est, ipsi primo superbię capiti, attribuendo ipsã octauam et resurgentem plenitudinẽ sensualem, et potẽtialem, omnia peccata et concupiscentias amplectentem, et in sua contra Deum discordantia, ad omne peccatum incitantem, & simul vt dictum est, sanctissimum suum nomen blasphemantem. Præsens in homine testimoniũ, futuræ suæ in vita, aut in morte resurrectionis, cum octauus vniuersalis resurrectionis et iudicij dies aduenerit: vnusquisque secundum propriam concordantiam, aut discordantiam, resuscitando cum ipso iudicante et resuscitãte Christo Deo & homine, in resurrectionem vitę (sicut ipse dicit) aut in resurrectionem iudicij. et hoc ipso hebdomadalium sacramẽtorũ antidoto, benè, aut malè vtendo. Vnde Apostolus, de Eucharistia, tractando: in quo pane et calice corporis et sãguinis Domini omnia alia sacramenta vt dictum est, virtualiter includuntur: *Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè: iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.*

Apo. 17.

Mat. 10.

Psal. 117

Mat. 5.

1. Cor. 11.

QVemadmodũ ex originali creaturæ rationalis diuisione, (Angeli, et Hominis) a suo creatore, peccando, præ dicta damna successerunt: homo, ex eodem puncto nõ obediendo, et superbẽ de prõhibito fructu comedendo, iusto Dei iudicio, ipsi perpetuo carnis, et spiritus prælio, et mortali elementorum, sensuum & potentiarum contrarietati, subiectus est: eidemq; ab ipsa sapiẽtia diuina ab æterno remedium suum præparatum fuit, mediante ipsa natura humana, in noua cum diuina in Christo vnione, et noua obedientia, cibo, et corporis et sanguinis sui sacrificio, in consecrata panis, et vini hostia consistẽtibus, ab omni apostolico sacerdote, ordine suo, et in suam memoriam, (sicut ab ipso in cruce moriente) perpetuò oblatis: Sic bonitate diuina, in vniuersale exẽplum, et testimonium certissimi effectus horũ mysteriorum, fuit omnis res, nõ solùm per diuina verba, à sãctis prophetis prædicta, sed per mysteriosos effectus sanctorũ patriarcharum, et altissimi Dei sacerdotũ, præfigurata. Quod apertè ex scriptura sacra colligitur: Quia tam mysteriosa, quàm accidẽtali Lot diuisione, (quo ad naturam humanã) à patriarcha Abrahamo, cũ propriæ libertatis et substantiæ perditione: et consequente ipsius vincẽtis Abrahami victoria, (quò ad naturam diuinam, in Christo cum humana vnitam) omnia recuperantis: et correspondente oblatione Melchisedech regis Salẽ, altissimi sacerdotis, (quò ad humanam, in ipso æterno sacerdote Deo et homine, in cruce, et mediante Eucharistiæ sacramento, (vt dictum est) simul cum diuina realiter et voluntariè oblatan) cum benedictione et mysterio panem, et vinũ offerentis, euidenter testificatum est: sicut à Spiritu sancto mirabiliter repræsentatum: quo ad originalis diuisionis mysterium dicente: *Elevatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, &c. sicut paradisus Domini.* &c. Vidit omnem circa regionem Iordanis, si-

Gen. 13.

CAP. LI.

nis, sicut paradisus Domini. Id est, *Vidit igitur mulier quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro suo, qui comedit.* vbi mortalis naturæ humanæ separatio, à creatore suo Deo, causata fuit: & ipsorum duorum fratrum, carnis, & spiritus: in mysteriosa Lot, ab Abrahamo, significata. sicut concluditur, cum mysterio dicendo: *Elegitque sibi Lot regionem circa Iordanem, & receſſit ab oriente: &c.* Id est: secundum quod ipse fluuius interpretatur, Fluuius Iudicij: homo voluntariè sibi à principio ipsam mortem eligendo, & ad ipsam mortalem vitam transitoriam accedendo, in ipso fluenti flumine significatam: recedendo simul ab oriente vniuersalis lucis Dei, Verbi incarnati: ipsi iudicio, & vniuersali sententiæ, *Morte morieris,* (sicut ipse Christus, homo mortalis factus, & in vniuersalem ipsius culpæ redemptionem moriēdo) perpetuò obligatus manſit: sicut concludendo, & ipsam mortalem carnis & spiritus diuisionem significando, dicit: *Diuisique sunt alter ab altero à fratre suo.* Vnde, conformiter de ipsis Sodomitis, & sensuali natura humana, dicit: *Duodecim enim annis seruierunt Chodorlahamor, & tertio decimo anno receſſerunt ab eo:* in quo numero duodecimo, humanæ vitæ per innocentiam perpetuitas, et occasio per hāc viam nouæ suæ regenerationis per gloriam, & vitam æternam, non peccando, significata est quæ per gloriam regeneratio, à Christo nobis per gratiam, moriente & resuscitante, acquisita fuit: sicut à iustis in vltimo vniuersalis resurrectionis & iudicij die, obtinebitur. In decimo tertio numero quem dicit, recessus eorum, quinque rebellantium regum, quò ad quinque sensus corporales, post peccatum: & consequens prælium, in pœnam & ipsius culpæ castigationem, mediantibus quatuor regibus, & neglecto dominio, quò ad quatuor elementa, et attributa diuina, in ipsis quatuor elementis significata, secundum interiorem, & exteriorem eorum discordantiam contra ipsum peccatorem et miserabilem humanam vitam, perpetuò factam: vniuersalis carnis contra spiritum rebellio, & hominis contra Deum creatorem suum, testificata est. Sicut mysteriosè dicit: *Et egreſſi sunt rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ, rex-que Adamæ, & rex Seboim, nec non et rex Bale, quæ est Segor: et direxerunt aciē contra eos in valle syluestri, scilicet aduersus Chodorlahamor regem Elamitarum, & Thadal regem gentium, & Amrephel regem Sennaar, et Arioch regem Ponti: quatuor reges aduersus quinque.* (id est, quatuor dicta vindicantia elementa, & spretū dominium attributorum diuinorum contra ipsam sensualem rebellem humanam naturam, in ipsis quinque rebellibus regibus intellectam) *Vallis autem Syluestris habebat puteos multos bituminis.* (id est præcipitiorum multitudinem, et interitum carnis et sensualitatis humanæ) *Itaque rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ terga verterunt, ceciderunt̃que ibi* (ibi: id est, cum pœnæ distinctione, secundum vniuscuiusque vitia et peccata, præcipitati. quinque superatos reges, quo ad quinque sensus, ad duos solùm reges cum mysterio reducendo, id est animam, & corpus, ex quibus ipsa præcipitata et totaliter reprobata natura humana consistit: sicut dicit. Ita que rex Sodomorum, et rex Gomorrhę terga verterunt, ceciderunt̃que ibi) *Et qui remanserant fugerunt ad montem.* (Ad montem: id est, ad montem saluatoris Christi, et Ecclesiæ suæ fidelis. *Mors in quo beneplacitum est Deo* (vt scriptum est) *habitare in eo: ecce enim Dominus habitauit in finem, et cætera.* Habitabit in finem. Id est, in illis, qui secundum spiritum ascendunt per salutiferam, asperam, & angustam, pœnitentiæ viam, *quæ ducit ad vitam*: per quam pauci illi iusti ambulant, qui saluti remanent, respectu multitudinis sensualium, qui descendentes secundùm

Gen. 3

Gen. 13

Gen. 2.

Gen. 14

Psal. 58.

Matt. 7.

carnẽ ambulant, per latam viam, *quæ ducit ad perditionẽ. Inimicis crucis Christi:* (vt dicit Apostolus) *quorum finis interitus*: Ideſt, confuſè in propriorum vitiorum & peccatorum interitus cadentes: in ipſis ſimulatis puteis, ſignificatorum) *Tulerunt autem omnem ſubſtantiam Sodomorum, & Gomorrhæorum, & vniuerſa quæ ad cibum pertinent, & abierunt: nec non & Lot, & ſubſtantiam eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodoma, &c.* Duæ diſtinctæ prę ig, & ſubſtantiæ. Ideſt, ſubſtantia Sodomorum, & Gomorrhęorum, quò ad partem reprobatam, & in peccatorum & vitiorum ſuorum interitus (vt dictum eſt) præcipitatam: addendo, Et vniuerſa quæ ad cibum pertinent: quo ad commune cibi ſpiritualis animæ remedium, mediantibus ſacramentis communicatum: quibus, quamuis quaſi omnes confeſſi, & communicati, moriuntur, non in ſaluationem, ſed in condemnationem eſt. *Qui enim manducat, & bibit indignè* (dicit Spiritus ſanctus) *iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.* & hoc in myſterio addit, & dicit: Et vniuerſa quæ ad cibum pertinẽt. quod de Lot non dicit: electam partem ſignificante: niſi, Nec non & Lot, & ſubſtantiam eius, tantum: inquantum ad communem ſubſtantiam innocentiæ ſtatus, & vitæ perpetuæ: perditæ in Adamo peccando: reſtantes etiam iuſti, ſicut communi morti corporali, ipſi tam perpetuo, quàm periculoſo prælio & repugnantiæ carnis, & ſpiritus, perpetuò ſubiecti: & cum noto periculo maioris perditionis veri paradiſi & vitæ æternę: niſi eis ſubueniſſet ipſe vitalis cibus ſacramentalis, (in arbore vitæ, ſignificatus) & promptè à figurato Abraham, Chriſto ſaluatore adiuti fuiſſent. ſicut promptè fecit, ipſum corporis & ſanguinis ſui cibum præparando: (& ſimiliter omnia alia ſacramenta inſtituendo) & ſine mora aliqua, mediante paſſione ſua & morte, ipſos prædantes inimicos, mundum, dæmonium, & carnem, per hanc viam, in nocte & tenebris maioris cæcitatis eorum in ſeipſo vincendo: (ſicut eis dicit, *Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum*: in vniuerſalibus tenebris obſcurati ſolis moriendo demon ſtratarum) & ſimul naturæ humanæ populum, cum omni ſubſtantia, ab ipſa captiuitate & morte liberando: cum vitæ & gloriæ æternæ victoria, tertia die gloriosè reſuſcitando. Vnde intrat promptum & acceleratum figurantis Abrahami auxilium, (conformiter etiam nocte effectum) & conſequens oblatio & ſacrificium, vt dictũ eſt, in Chriſti figura. à Melchiſedech oblatum. ſicut ſcriptum eſt dicendo: *Quod cum audiſſet Abram, captum videlicet Lot fratrem ſuum, numerauit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem & octo: & perſecutus eſt eos vsque Dan. Et diuiſis ſocijs, irruit ſuper eos nocte, &c. Reduxitque omnem ſubſtantiam, & Lot fratrem ſuum cum ſubſtantia illius, mulieres quoque & populum, &c. At verò Melchiſedech rex Salem, proferens panem & vinum (erat enim ſacerdos Dei altiſſimi) benedixit ei, & ait: Benedictus Abraham Deo excelso qui creauit cælum & terram: & benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt. Et dedit ei decimas ex omnibus.*

Phil 3.

1. Cor. 11.

Gen. 14.

Luc 22.

Gen. 14.

Ita quod Melchiſedech, in figura & ſignificatione, panem & vinum obtulit: panem vt principalem virtualem ſuper omnem aliam ſuſtentationem, quò ad naturã diuinam: ſicut nos figuratus ſacerdos æternus Chriſtus docet: inquantum Deus dicẽdo: *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi*: & vinum, quò ad naturam humanam: voluntariè in Chriſto paſſibilem. A Spiritu ſancto ſignificatum: de ipſo ſacerdote & ſapientia æterna dicente: *Immolauit victimas ſuas*, (ideſt, naturam diuinam, & humanam, in ſeipſo indiſſolubiliter vnitas) *miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam.* Ideſt, quò ad voluntariam paſſionem: ab ipſo Deo & homine voluntariè ab æterno acceptatam. qua ratione Pater ait: *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Sicut completũ fuit ab ipſo æterno ſacerdote Chriſto Dei

Ioan. 6.

Prou. 9.

Pſal. 109.

B

filio:non in figura & significatione,vt Melchisedech,panem & vinum offerendo:sed realiter seipsum,in Eucharistiæ sacramento,sicut in altari crucis: & omnis alius sacerdos in omni alio altari:(vt ipse in sacramenti ipsius institutione ordinat) panem, & vinum, in corpus, & sanguinem suum transubstantiando. natura diuina & humana,in ipso Christo vnite:et in sacrificio laudis,tali victoriæ vniuersalis redemptionis humanæ,conuenienti, Patri suo Abrahamo, excello Deo, in distincta persona, distincte offerente.Non in figura & medicinali signo, vt figuratiuè in deserto factũ
Num.21. fuit,(Absit quod taliter credatur,blasphemanter dicendo,quod verum, ipsa Patris veritas non dicit) exteriores corporales plagis, tantum,medicante:sed in effectu, & realiter,sicut in cœlo in corpore glorioso est,ad dexteram Patris, sedens: in ipsius figuræ complemento, vt verus medicus & medicina, interiores peccatorum plagas medicans:in exterioribus ipsis serpentum morsibus significatas.Non passibiliter, visibiliter & palpabiliter, sicut figurans serpentis æreifignum, Christum in cruce pendentem,significantis: visibiles plagas medicantis:sed inuisibiliter & impassibiliter, imo gloriosè, in consecrata panis & vini hostia consistit, sicut postea resuscitatus fuit,& est ad dexteram Patris in cœlo, & sic inuisibiliter oblatus est: verunque gratiæ,& gloriæ æternæ beneficium,quam speramus,commemorando:inuisibiles peccatorum plagas,per inuisibilem virtutem sacramentalem & salutis spiritualis effectũ, in ipsarum culparum remissionem,inuisibiliter remittens.Ideſt, cùm dignè recipitur:charitatis diuinæ legis formã obtinendo.Sicut mysteriosè dicit:
Sap.16. *Etenim cum illis supervenit saeua bestiarũ ira,morsibus pervertiri colubrorum exterminabatur. Sed non in perpetuum ira tua permansit,sed ad correptionem in breui turbati sunt, signum habentes salutis,ad commemorationem mandati legis tuæ.* Ideſt: ad commemorationem primi mandati,facti homini,& voluntariæ legis diuinæ sub mortis pœna, quod de arbore scientiæ boni & mali non comederet:in ipso ligno & mortifero pẽdentis serpentis fructu,figurata,in testimonium vniuersalis damni peccati hominis, non obedientis:& in signum salutis, & vniuersalis ipsius plagæ medicinæ per Christum vniuersalem saluatorem:Similiter in salutifero crucis ligno pendentem,in peccati imaginem,& vniuersalem ipsius culpæ redemptionem.Sicut concludit dicendo,& cum ipso Christo loquendo:*Quia enim conuersus est, non per hoc quod videbat sanabatur, sed per te omnium saluatorem.* Arbor et mortis fructus in Adamo, non obedienter comedente, & arbor & vitæ fructus in Christo saluatore et secundo Adamo: in serpentis peccati imagine, & vniuersalis ipsius culpæ solutionis, in crucis arbore pendente, obedienter moriente. mediantibus sacramentis,Baptismo,& Pœnitentia,vnusquisque suas culpas cõfessori approbato vocaliter cõfitẽdo,per gratiã ad gloriã æternã, effectum. Et hac in ratione futuri effectus per Christum saluatorem,vniuersalis peccatorum remissionis: signum habentes salutis,vt dicit:(hæretici intelligite)per eandem viam & propriæ crucis signum, (*licut dicit, Signum habentes salutis*) in præsentis vitæ militãtis deserto,tecũdũ apostolicũ ordinẽ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ,cõsuetum,& crucem proprium statum & vniuersum iusque obligationem, vt ipse Christus docet, pœnitenter operando.Sed tanti beneficij cõmemoratio,& tam digni,quam conuenientis sacrificij redemptionis per gratiam,efficienter,Christo moriendo, et resuscitando, effectæ:non in signum salutis in futuro, (intelligite ignari qui hæc dicitis) nec in commemorationẽ figuræ præteritæ Isaac, & Melchisedech: sed *in meam commemorationem*, sicut dicit, et dignum & conueniens sacrificiũ veri corporis & sanguinis Christi:per præsentem remissionis peccatorum ef-

rum effectum ad vitam & gloriam æternã, vsque ad consummationẽ sæculi in hostia consecrata, in omnis figuræ complemẽto, realiter & præsentialiter oblati. Sicut scriptum est, dicendo: *Accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit: dedit que discipulis suis. & ait. Accipite & comedite: hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit: & dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Quod, magnum non est miraculum, vt dictum est, neque magna admiratio (breuiter ad concludendum: rationes in principio propositas, cõmemorando) Quia, etiam si fit (vt est) hoc Eucharistiæ sacramẽtum venerabilius & maius omnibus sacramentis: in quo indiuisibili Domini corpore, natura diuina, & humana simul oblatæ, (sicut simul, indiuisibiliter vnitæ, & indiuisibiliter cõmunicatæ, & receptæ) omnia sacramenta virtutem accipiunt, & indiuisibiliter continentur: quo modo fit, considerato: & facilitate suæ transubstantiationis panis & vini, in corpus & sanguinem Domini: quãto facilius est, tanto minus est miraculũ, & eò credibilius fit. Circa quod: (vt ad conclusionẽ, & huius tractatus finẽ veniatur: credẽtes, & in Christo humiles & fideles relinquẽdo) Hoc tibi sufficit, incredule et infidelis homo, pro re certa & indubitabili tenere, quæ negari nõ potest, quòd in ipso pane & vino virtualiter ipsa quatuor elementa sint: id est, terra, aqua, aer, & ignis: & non propterea, ipse panis & vinũ, saporem aliquem habet, odorem aut sensũ aliquem in gusto humano, terræ, aquæ, aut ignis: pars inuisibilis, impalpabilis, & incorruptibilis: in re visibili palpabili, & corruptibili, consistens: quæ, cum efficienter ad corruptionem venerit, non est cũ lesione aliqua elementali, cui vsque tunc, ei tebatur: quæ nihilominus restat in vnione vniuersali ipsorum quatuor elemẽtorum, in sua propria impalpabilitate, firma & integra: similiter debes credere, & pro re certa & indubitabili tenere, & sicut ipsa pars materialis ipsorum quatuor elementorum, inuisibiliter & impalpabiliter in ipsa panis & vini hostia consistit: sic etiam facilius consistit Verbum incarnatum, secundũ suã potẽtiã infinitã, cum formaliter (vt dictũ est) transubstantiata esset in corpus & sanguinẽ suum: similiter impassibile, & inuisibile: sicut post gloriosam suam resurrectionẽ fuit: nisi quando pro mysterij huius confirmatione, aliquãdo discipulis suis apparere voluit: & modico tẽpore, post qua draginta dies, ascendens ad cœlũ. sicut scriptũ est: *Videntibus autẽ illis, elevatus est: & nubes suscepit eũ ab oculis eorũ. &c.* Nubes: id est maior reparatio, pro eorũ cõseruatione, illa qua vsque tunc in terra vsus erat, omni cælo gloriosus totaliter apparẽdo. velatus similiter ex illa parte, quæ in ipsa hostia visibilis est, (sicut erat inuisibilis elementalis) palpabilis & corruptibilis, vt ab humana & mortali creatura videri non possit (vt dictũ est) quæ subitò non moriatur, (sicut scriptum est: *Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. quã nullus hominum vidit, sed nec videre potest*) donec iudicans, hominibus immortalibus appareat: omnes ad vitã aut mortẽ æternã resuscitando. Et hac in ratione & ordine sacrificij panis & vini, in Melchisedech altissimi sacerdote, figurati: ipse æternus sacerdos Dei filius, se Panẽ nominat, dicendo. *Ego sum panis viuus qui de cælo descẽdi.* similiter & cũ mysterio, ratione suæ æternæ generationis, & effectus incarnationis suæ, Verbũ nominatur. sicut scriptũ est: *Et verbũ caro factum est.* Dicta panis viuus natura diuina in Christo, de cœlo descẽdens, (sicut verbũ) ratione quatuor suorũ attributorũ: id est, potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ: esse & substãtia ipsius inuisibilis creatoris Dei, trini & vnius: in ipsis quatuor elementis, significatorũ: quæ sunt etiã esse & substãtia ipsius panis & vini, secundũ electionis suæ finem. substãtia elementali conuersa siue transubstantiata (vt di-

Mat. 26.

Act. 1.

1. Tim. 6.

Ioan. 6.

Ioan. 1.

(vt dictum est) in corpus & sanguinẽ in visibilem, & incorruptibilẽ filij Dei: Ita quod extrestri pane, secundũ communem ius finem, factus est vnus solus panis viuus & cælestis in Christo, Verbo incarnato. sicut dicit: *ego sum panis viuus qui de cælo descendi*. Vbi, magnus error & temeritas magna esset contra ipsam veritatẽ Christũ Deũ & hominẽ, tenere & credere, quòd post ipsius hostiæ consecrationẽ, simul sint, & corpus & sanguis Domini, & esse et substantia panis & vini, vt primò erat: sicuti etiam error esset tenere & credere, quod postquam Dei filius incarnatus fuit: diuina natura, ab humana, & humana, à diuina separata erat: cũ ab vtraque vnicũ suppositũ factũ fuit à Spiritu sancto declaratũ per Athanasium dicẽtem: *Sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus.* Et per Apostolum et Euangelistam, dicentem: *Et verbum caro factum est.* Et si quæras: Quo modo Verbum Dei filius, cum Spiritus esset, caro fieri potuit? Intelligere debes, quod sic dicit, in exaggerationem ipsius tam indissolubilis, quàm ineuarrabilis vnionis ipsarum duarum naturarũ, diuinæ & humanæ, se Verbum incarnãdo: faciens ex ipso Verbo diuino Dei filio, & Verbo humano elementali, (quod illud est, quod caro factum fuit in diuinæ vnione, in virginali vtero) vnum solum verbum, & vnicum suppositum Dei, & hominis simul. Et ne cum errore acciperetur, pro Verbo humano, tantùm, quod erat in principio apud hominem, (sicut dicit: In principio erat verbũ) id est, ipsa quatuor elementa: (sicut declaratũ est) excepto verbo, q̃ erat apud Deum, (vt dicit) æternũ Verbũ: subiũgit, dicẽs, *Et habitauit in nobis*: quod proprium Dei est. Sic etiam similiter, in hoc sanctissimo Eucharistiæ sacramento: incarnatus, Dei filius nominatus, panis: ratione ipsius vnionis, quæ fit: ipsius Verbum elementale, in ipso pane, et vino, (sicut in virginali vtero) virtualiter consistẽs, in corpus, & sanguinẽ suũ, trãsubstãtiãdo: facẽdo ex ipso pane mortuo reuerẽno, vnũ solũ panẽ viuum in Christo, de cælo descendentem: sicut dicit. *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi.* Et sicut ipsum Verbum incarnatum, ex duabus rebus distinctis, et vnico subiecto, consistit: id est: diuina natura, et humana simul vniris: parte inuisibili, et parte visibili: à principio, in vnione inuisibilis animæ, et visibilis corporis humanæ, testificatum: sic etiam, panis et vini hostia: vtrũque distinctè consistit ex parte visibili, & parte inuisibili, in vno subiecto, q̃ pars inuisibilis elementalis, quæ est substantialis ipsius panis et vini, secundum (vt dictũ est) electionis suæ finem: tã diffusa est in ipsam corporea panis et vini parte, sicut anima in corpore humano, quod rectè dici nõ potest, panis, et terra: vinum, et aer: aqua, & ignis: sed tantũ panis et vinum, sicut hominis, in quo anima est principalis pars, & quæ dat esse corporis: dici nõ potest, dũ ipsa vnio durat, corpus et anima: propriè et rectè loquendo: sed tantùm, homo. *Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo* (Spiritus sãctus per Athanasiũ dicit) *ita Deus & homo, vnus est Christus.* Sic etiã, in panis et vini hostia: cõsecratione facta, et transubstantiatione inuisibilis partis elementalis (quæ est essentialis, secundũ hunc principalẽ finem) in corpus, et sanguinẽ Domini: dici non potest, cum veritate et propriè loquendo: panis, et vinum: et corpus et sanguis Christi: Panis terrestris, et panis cælestis simul: quamuis immutabiliter, in ipsa hostia resteret pristinꝰ odor, sapor, et nutrimẽtũ: sed tãtũ corpus et sanguis Christi: panis viuus de cœlo descendẽs. sicut absq; dubio est in tota ipsa hostia, et in quauis parte vt dictum est, quamuis minima sit, et imaginari possit, cũ propria præsentia et assistẽtia, sicut est ad dexterã Patris in cœlo, et cũ defectu ipsꝰ necessarij vel aminis partis visibilis, et corruptibilis speciẽũ sacramẽtaliũ interrupta nõ est.

Athan.

Ioan 1.

Ioan. 6.

& sicut

& sicut talis, particulariter à sacerdotibus, cum tremore tractari debet: et vniuersaliter ab omnibus, cum omni timore & reuerentia, secundum sanctæ Romanæ Ecclesiæ ordinem, dignè recipi & adorari.

CAP. LII.

ET vt omnis dubitatio, gratia & Domini Dei luce, resoluta sit: (vltra id quod dictũ est) præsupponẽs quod tu hæretice, & infidelis etiã diceres: Quo modo plurimis in locis, hostijs, & altaribus, & eodem tempore, integrè & indiuisibiliter Domini corpus esse potest? Fortè, crescit, & multiplicat plurimis in corporibus, secundum quod plures hostiæ sunt: aut diminuit, secundum quod eodem tempore magis aut minus consumptæ sunt? *Eccl 1. Cunctæ res difficiles:* (dicit Spiritus sanctus) *non potest eas homo explicare sermone. &c.* Sed his omnibus non obstantibus secundum naturalem ordinem, relicto supranaturali omnipotentiæ diuinæ, hoc magnum non est miraculũ, neque magna admiratio. & quanto magis naturale habet, tanto minus difficile, & ad credendum facilius est. antecedentibus verbis, clarè & aperte verificatum. *Omnia flumina intrant in mare:* (prædicit) *& mare non redundat: ad locum, vnde exeunt flumina, reuertuntur vt iterum fluant. &c.* Ita quod, vnum est aquæ elementum, (sicut vnum est Domini corpus) naturaliter plurimis in locis fluminum, fontium, et puteorum, sine augmẽto, aut diminutione aliqua communicatæ. quæ semper terræ, et omnibus alijs elemẽtis, aëri, et igni, vnita est. Vides in plurimis terræ partibus, vbi vena sulphurea est, perpetuo aquam bullire: (aere, et terra, simul cum igne concurrentibus) quæ cum tam contraria igni esse videatur, nihilominus, cum sine alijs lignis sit, naturaliter ignis cũ ipsa aqua, aëre et terra vnitus, & non discedens ab altitudine originalis sui situs super aerem, ad terræ centrum, aquæ, et inferni descendendo, communicatus, hunc notabilem, inter alios effectus facit: ipsa tã indiuisibili quàm naturali vnione cum omnibus alijs elementis, semper seruata: ad omnium creatarũ rerũ conseruationẽ, visibilium & palpabilium, ab ipsis quatuor elementis formatarum, necessaria. Et vltra inuisibiles, abyssos et terræ centra, (vt dictum est) aquæ, et inferni: vides super terræ faciem in quot lapidibus, et quot particulis, omnis lapis in mille frusta diuisus, ignem inueniat, qui in ipso lapide est, (quamuis durus et congelatus sit) simul cum alijs elementis, terra, aqua, & aëre, indiuisibiliter vnitus, sine quo vitali aëreo spiritu, (vt dictum est) ignis viuere et permanere non posset. anima aër ipsius ignei elementi, sicut terræ, aquæ, et cum sit ignis tot in locis partibus et particulis, vt dictum est, in aliorum elementorum vnione communicatus: semper & nihilominus est in altitudine et situ suo proprio originali, sicut in suo terra, aqua, et aër, vnitè et indiuisibiliter collocatus. Vnde, propter omnes has, tam veras, quàm naturales rationes, considerare potes: Quod, quamuis hoc mysterium et Eucharistiæ sacramentum, verum Domini corpus, maius et venerabilius sit omnibus sacramentis, in quo vt dictum est, omnia continentur, et ab ipso fõte et omnis virtutis & gratiæ diuinæ origine, cum esset diuinæ naturæ indiuisibiliter vnitum, omnia virtualiter et indiuisibiliter procedunt: et ratione ipsius corporeæ vnionis, omnia in vnoquoque ipsorum dignè recepto, indiuisibiliter concurrunt: admiratio magna non est, vt dictum fuit, neque magnum miraculum, quòd sicut ipse diuinæ charitatis ignis Verbum æternum, seruata indiuisibili vnione trium personarum diuinarum, Patris et Filij, & Spiritus sancti, de cœlo ad terram descendit, vt se in virginali Mariæ vtero incarnaret: *(Ignem veni mittere in terram,* (ipse dicit) *Luc 1. et quid volo nisi vt accendatur!)* ipsa quatuor elementa (ibi virtualiter consistentia) sine

dimi-

diminutione, aut augmento aliquo, in corpus suum sanctissimum transubstantiando: & similiter in eodem ordine, virtute & potentia sua diuina, in panis & vini hostia, (sicut dicit: *hoc facite in meam commemorationem*) in eodem puncto pronuntiationis suorum verborum consecrando, & ipsum consecratum corpus, & sanguis, in memoriam suam & laudem vniuersalis redemptionis, vsq; ad consummationem seculi, in sua apostolica & fideli Ecclesia, perpetuò & vniuersaliter oblatum, indiuisibiliter sit in pluribus templis, sacrarijs & altaribus, in pluribus hostijs, & plurimis ipsius hostiæ partibus, in sua distributione & communicatione ipsius fidelibus, sine augmento, aut diminutione aliqua, semper & nihilominus in suo vnico & originali vbi dexteræ Patris, & communis vnionis reciproci amoris Spiritus sancti & esse potétiç, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, immutabiliter & indiuisibiliter collocatus. & sic integrè, immutabiliter & indiuisibiliter est in ipsa hostia, tam naturaliter, quàm sacramentaliter & realiter velatus, vt dictũ est, sub illa specie & parte, quæ in ipsa hostia est visibilis, palpabilis & corruptibilis, sine aliqua contenti corporis iniuria, totam ipsam hostiam, (sicut anima, totum corpus) in seipso continens, visibilis in seipso, & palpabilis, naturaliter: sed nobis mortalibus inuisibilis, & impalpabilis, accidentaliter: *non enim videbit me homo*, (ipse dicit) *& viuet*. & hoc, sine magno miraculo & admiratione aliqua: sicut in ipso palpabili & corruptibili lapide, visibilis ignis & palpabilis materia elementalis incorruptibilis, terræ, aquæ, aeris & ignis simul vnita, & sine sua iniuria, totum ipsum lapidem (sicut Domini corpus totam ipsam hostiam) & omnem ipsius partem, vt dictũ est, in mille frusta diuisam, indiuisibiliter continens, nobis inuisibilis & velata facta est naturaliter, sub illa parte quæ in ipso lapide palpabilis & corruptibilis est. quia non in passibili corpore est Christus Deus & homo, in ipsa hostia: sed glorioso & impassibili, sicut post resurrectionem fuit: lapideum & sigillatum sepulcrum, & clausas apostolorum portas, & omnes cœlos, videntibus illis ascendens in cælum, propriè & naturaliter penetrans. & omnem, sine dubitatione aliqua magni miraculi & admirationis, firmè & fideliter credere debemus, quòd ipsi redemptori tam naturalis sit (vt dictum est) inquantum homini, quàm propria & possibilis, inquãtum Deo.

CAP. LIII.

Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum. Ps. 109.

Hi duo versus, simul eũt. Quo ad primum. Dicit Spiritus sanctus, in huius psalmi principio, in persona Patris, cum Filio loquendo: Sede à dextris meis. Postea, hoc in versu, eidem Filio dicit: Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges. Igitur, dextra Patris, id est, misericordia diuina, & varij effectus ipsius, (vt dictum est) in ipsis dextris significati, non est communis omnibus tribus personis diuinis, Patri, & Filio, & Spiritui sancto? Quomodo à dextris meis, & à dextris tuis? Et si à dextris: id est, in ipsius misericordiæ effectibus: quomodo in die iræ? Res distinctæ sunt & diuersæ, dextræ filij inquantum hominis, de quibus hoc in versu loquitur: id est, dextræ instrumentales misericordiæ, ipsi, inquantum homo, voluntariè patiendo, particulariter attributæ: & dextræ, id est, ipsius misericordiæ diuinæ effectus, vnius, & omnibus tribus personis diuinis communis, mediantibus ipsis dextris spiritualibus & corporalibus animæ et corporis sui effectibus: vbi sacramenta virtutem accipiunt, spiritualiter & corporaliter patiendo inquantum homo, in hominis redemptionem. A dex-

tris tuis. Id est: secundum nouam hebdomadam humanam, & perfectam potentiarum & elementorum concordantiam, in quibus quatuor attributa diuina, potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, significata sunt. vocata dextræ misericordiæ etiam, in Filio, vt humanæ redemptionis instrumentum, spiritualiter & corporaliter inquantum homo patiendo: tam per gratiam, mediantibus sacramentis, quàm per gloriam, ipsa humana natura, in Christo vniuersaliter resuscitando: & simul ipsos hebdomadales & dominantes reges vsque tunc, (secundum continuatam mortem, fomitem & peccati discordantiam, in puncto illo totaliter euacuatum) superbiæ, auaritiæ, &c. in ipsis dextris nouæ concordantiæ per gloriam, & contrarias virtutes, inquantũ Deus, in æternũ in sua æterna ira confringens. ficut dicit: *Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges.* Hebdomada & Dei imago in homine, à principio quo creatus fuit, & ante peccatum: & hebdomada, & dæmonij imago in homine, post peccatum: Dei imaginem, discordanter, in suam horrendam transformando: producens in virtute & Christi merito, ipsam resurgentem octauam, (secundum quinque sensus) & plenitudinem gratiæ, (sicut postea gloriæ) mediantibus sacramentis, in resurrectionem vitæ: rectè operando. & contrariè faciendo, discordantem diabolicam in resurrectionem iudicij. Confregit in die iræ suæ reges. Reges: id est, inimicos: sicut in principio dicit: *Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum*: positos (sicut confractos) victoriosè pro scabello pedum suorum: totaliter dominatu suo & imperio priuatos: in ipsa totali dominatione & concordantia, & animæ cum corpore, & diuinæ cum humana natura, effectum à puncto desolationis: ipsius templi Dei humanæ naturæ, peccantis, vsque ad punctum reparationis suæ in Christo, resuscitantis, nunquam integrè habita sicut dicit, In die iræ: de vltimo die loquendo. Vbi Spiritus sanctus, per Danielem. *Et vsque ad consummationem & finem perseverabit desolatio* includendo in consummatione & desolatione ipsius templi Dei humanæ naturæ in Christo, (continuata vsq; ad punctum quo ipse dixit: *consummatum est*: sicut per Danielem, vsque ad consummationem & finem, inquantum homo, propter peccatũ moriendo) desolationẽ ipsius tẽpli Dei humanæ naturæ in Adamo, propter peccatũ: à mũdi principio, in ipso peccatore: consummanter effectam: & in ipsa humana natura, vsque ad ipsius seculi finẽm, (sicut dicit, vsque ad consummationem & finem) secundum continuatã mortem corporalem, & peccati fomitem, perseueranter continuatam. non obstante, quod per Christum, quo ad ipsum vniuersalem saluatorem, morientem, & resuscitãté, vniuersaliter per gratiam, sicut postea per gloriam, ab ipsa pœna & peccati tributo, vniuersaliter redẽpta sit. quia: *In hoc apparuit filius Dei, (vt scriptum est) vt dissolua opera diaboli. &c.* Opera diaboli: id est, ipsius inuidi tentatoris opus æmulanter homiẽ peccare facientis cõcordantem & pulcherrimam Dei in homine imaginem, in suam discordantem & horrendam transformãtis. & ipse Dei filius in carne apparendo, mediãtibus morte sua & sacramentis (tertia die gloriosè resurgendo) transformatã humanam imaginẽ, ad nouam formã per gratiam, sicut postea per gloriam, reducendo: et simul diaboli opus dissoluendo. Et hoc ipse saluator significat, dicens. *Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras.* Quia, in illo effectæ redemptionis puncto, (in illo Nunc, inter hæc cię) mortẽdo & resuscitando, ipso diabolico opere, dissoluto, natura humana receptura erat ipsam vniuersalem reparationem plenitudinis gloriæ, (quam in secundo Domini aduen-

Dan. 9.

Ioan. 19.

1. Ioan. 3.

Ioan. 12.

aduentu habere sperat) simul cum ipso Christo saluatore, vniuersaliter moriendo, & resuscitando: quam non habuit, (sicut habere poterat, secundum naturæ legem, & scriptæ rectè operando: qua in ratione, ipsius incarnationis effectus vsque tunc dilatus fuit) cum ab ipsa accidentali peccati causa, accidentaliter impedita esset: non concurrens cum plenitudine numeri electorum, ab æterno determinata; (sicut concurrere poterat vt dictum est) ipsi plenitudini gloriæ, in vniuersali tanti Dei manifestatione, finis principalis omnium rerum, conueniente. Et in illo puncto vniuersalis resurrectionis, cum Christo: in ipso, tertia die particulariter effectæ: consequenter, vniuersale iudicium faciendum erat. sicut dicit, mysterium istud attingens: Nunc iudicium est mundi. testificatum etiam, in stupendis signis iudicialibus, quæ in morte sua fuerunt. sicut scriptum est: *Et tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsque in horam nonam. Et obscuratus est sol: & velum templi scissum est medium.* (id est, ipsa violenta recisio vniuersalis, quæ tunc efficienda erat mediãte consumente igne cœlesti: vniuersaliter animam à corpore separante: velum, humana in Christo, naturæ diuinæ: in puncto illo moriente, particulariter scissum: esse suum diuinum, & futuram apparitionem repentinam & tremendam ad mundum iudicandum, in ipso, & in alijs iudicialibus signis, testificãter demonstrante: Vnde. *Et terra mota est* (per sanctum Matthæum) *& petræ scissæ sunt* (hoc: quò ad particularem recisionem, & violentiorem reprobatæ partis: suam duritiem vsque ad punctum illud, & in peccato obstinationem, significando) *& monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem: & apparuerunt multis, &c.* Venerunt in sanctam ciuitatem: id est, in vniuersalis ingressus testimonium quem tunc factura erat natura humana in sanctam ciuitatem Hierusalem cœlestem, simul cum ipso Christo resurgendo, & in cœlum ascendendo. quod beneficium per gloriam, gratia sua mediante, accidentaliter in secundo suo aduentu recipiemus. Et hoc in mysterio, accidentaliter, glorioſa sua resurrectio, vsque ad diem tertiam, dilata fuit: ratione ipsius tertij diei accidentalis tertiæ suæ manifestationis extra. Prima manifestatio Dei extra, in die vniuersalis creationis fuit: vltimo loco hominem creantis, & in omni perfectione: vt imaginem suam, & incarnationis Verbi testimonium, omnia includentem. sicut scriptum est: *Et dedit illi virtutem continendi omnia.* Sap. 2. Secunda manifestatio, fuit, se Verbum incarnando, moriendo & resuscitando, in totali manifestatione sua in carne: in seipso Deo & homine, solùm, propter causam ipsam impedimenti peccati, particulariter consecuta: & vniuersalis, accidentaliter dilata. De qua die scriptum est: *Hæc dies quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea:* Psal. 117. cum primò dixisset, quo ad præcedentem mortem suam: *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Tertia & vniuersalis manifestatio: tertia die particularis Domini resurrectionis, testificata: alio tempore erit, & magis conueniente occasione: in vniuersali omne impedimentum removendo. sicut primò dicit: *Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum:* (vt declaratum est) quo ad bonos: & hoc in versu: *In die iræ suæ:* quò ad malos. Qua in ratione dilationis accidentalis, in principio dicit: *Sede à dextris meis:* id est, (pater suus æternus) *donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum:* & tunc, concurrente plenitudine numeri electorum, tali gloriæ plenitudini, in tanti Dei manifestatione, conueniente: *Dominus à dextris*

Luc. 23.

Mat 27.

suis, (vt hoc in versu dicit) *confregit in die iræ suæ reges*: finem & terminum ipsi continuæ desolationi donando: remouens totaliter, vt dictum est, ipsius damni causam. In sequenti etiam versu significatam: qui cum hoc recte iungitur, vt dictum est: dicendo: *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum.* Quia in ipsius causæ remotione, ipsos reges confringendo, in totali reparatione hebdomadalium ruinarum spiritualium & corporalium ipsius templi Dei humanæ naturæ, à peccato causatarum: implebit præteritas vacuas peccati ruinas, præsentis suæ gloriæ plenitudine: (sicut gratia sua primò, mediantibus sacramentis) vniuersaliter illo in puncto resuscitando. Ruinæ spirituales & corporales, secundum humanas concupiscentias in tribus animæ potentijs, & quinque corporis sensibus, consistentes: ab hebdomadali potentiarum & elementorum discordantia, post peccatum, causatæ à principio, vsque ad seculi finem, ab humana natura, in diuinæ legis obseruatione, quò ad plenitudinem primam innocentiæ & perfectionis, vacuè et imperfectè, concurrentibus. & hac ratione, Implebit ruinas. Quo modo implebit ruinas? Iam in antecedenti versu dixit: Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges. Quia, in ipsa regeneratione in gloria, mediante consummatione vniuersali ignis cœlestis, ipsa humana vasa confringendo: vsque tunc, formitis peccati aqua, vniuersaliter depsita: confringit simul in renouatione eorum, ipsos reges: vsque tunc, talem ob causam, vniuersales ipsius humanæ naturæ dominatores: sicut scriptum est: *Dissipatum est vas quod ipse faciebat è luto manibus suis: conuertit atque, fecit illud, vas alterum, sicut placuerat in oculis suis vt faceret*: vtendo simul, et misericordia sua, & iusta sua ira. sicut concludit, dicendo: Confregit in die iræ suæ reges. *Veruntamen Deus* (alio in loco dicit) *confringet capita inimicorum suorum.* Et hoc: In die iræ suæ: sicut significat in huius psalmi principio, proponendo ipsum vniuersale iudicium, dicendo: *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, &c.* Septem internalia reges: quibus, sicut septem mortalibus capitibus, omnia peccata: sic etiam in illo ordine, omnis infernalis exercitus, cum a ipsam humanam naturam, hebdomadaliter, in peccati imaginem vnitus est. Spiritus superbiæ, spiritus auaritiæ, spiritus luxuriæ, &c. Quia, sic etiam cœlestis angelicus exercitus, priùs quàm homo creatus fuisset, & simbiter in ipsius humanæ naturæ imagine, (vt dictum est) & sacrificante Verbi incarnationis testimonio, in fauore suo, hebdomadaliter ordinatus, et correspondenter, imagine et similitudine creatoris in homine, in peccati imaginem, transformata: primo homine peccante: est etiam tota huius mundi Babylon reproborum in vniuersali, in ipsius tenebrosi exercitus vnione, ab eo, in peccati imaginem, & ipsorum peccatorum ordinem, hebdomadaliter dominata. Sicut sancta Ecclesia et electi Dei, in imaginem suam per gratiam, secundum contrarias virtutes, est in vnione resplendentis cœlestis exercitus, hebdomadaliter defensa, & ordinata. Vbi per sanctum Iohannem euangelistam, quo ad fidelium Ecclesiam. *Iohannes septem ecclesijs, quæ sunt in Asia. Apo. 1. gratia vobis & pax, &c. Et angelo Ephesi, ecclesiæ scribe, &c. Et angelo Smyrnæ. Pergami. &c.* in quo hebdomadali numero, omnis Dei Ecclesia, cælestis, et terrestris, angelica et humana, comprehenditur. *Quod vides, scribe in librum: et mitte septem ecclesijs. & c. Et conuersus, vidi septem candelabra aurea*: id est, hebdomadalem et purissimam Christi humanitatem: vniuersalibus omnium gratiarum aquis depsitam: cum à Spiritu sancto conceptus esset. in ipso hebdomadali purissimi auri candelabro, sicut in septem ecclesijs, templis & altaribus (vt dictum est) significatus. et in ipsius figuræ complemento, in Eucharistiæ sacramento, realiter consistens: et mediatibus heb-

Num. 21.

Ierem. 18

Ps. 67.

Ps. 109.

bus hebdomadalibus sacramentis, (vt dictum est) in remissionem vniuersalem omnium aquarum peccatorum communicatus. *Et in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis &c.* Id est, quo ad effectū ipsius communionis, resurgentis plenitudinis octauæ per gratiam, sicut postea per gloriam: quo ad quinque sensus, & tres potentias: rectè ad vitam æternam operando: & simul contrarios reges mortalia capita confringendo: à natura humana, vsque tūc, et punctum ipsius factæ redemptionis, in tali effectu per gratiam, ad vitam & gloriam æternam, vacuè productæ. Vbi præsente ipso vltimo termino totalis effectus per gloriam, in vita futura: *Implebit ruinas*: Id est, ipsa vasa implebit, (vt dictum est) plenitudine gloriæ suę: (sicut in præsenti vita, plenitudine gratiæ suæ) secundum vniuersu iusque vasis capacitatem, et vacui amore proprio: in martyrio, et vita pœnitenti. seipsum odio habentis: in charitate fundati: ipsum Deum super omnia amantis. Quia
Ps. 74. tunc, *Et omnia cornua peccatorum confringam: et exaltabuntur cornua iusti.* & in hoc alio loco:
Ps. 109. conformiter: *Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges.* Id est, vt. ūque iudiciū, & benedictionis et exaltationis cornuum humilium iustorum: et maledictionis, et confractionis cornuum superborum peccatorum, & regum eorum infernalium, com-
Apo. 17. prehendendo. Vnde: *Bestia, quam vidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit. &c.* Ibit: de futuro: quia nondum venit effectus ipsius bestiæ confractionis, et cornuum superborum mundanorum, et regum eorum infernalium, in totali ipsius iugi liberatione: pars electa, in Christo gloriosè resuscitando. Ascensura est de abysso. Id est, ascensura in resurrectionem iudicij, ipsa hebdomadalis diabolica bestia, simul cum ipsa humana reproborum
Apo 13. Babylone resuscitando *Habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata*: Id est, vt v. Gloriosa, in decimalis legis diuinæ transgressione: perpetuò naturæ humanæ, cum perpetua victoria infidians, & nomen & esse hebdomadale Dei, tribus personis diuinis, & quatuor attributis, potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, consistens: simul, hebdomadaliter blasphemans. sicut concludit dicendo: *Et super capita eius nomina blasphemiæ*: omnes peccatorum blasphemias, ad hebdomadalia nominatorum, superbiæ, auaritiæ, luxuriæ, &c. reducendo. Ascensura de abysso confusionum, ipsa etiam, in resurrectionem iudicij: in virtuali calore & igneo zelo ipsius Solis iustitiæ Christi tra-
Ps. 18. cta: (Quia non est qui se absondat à calore eius) omnia sua superba cornua. & dominantes reges, in iusta sua ira confringendo. reges, & Babylonis huius seculi dominato es. Vnde Apostolus: *Induite vos armatu-*
Ephe. 6. *ram Dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus. &c.* Mundi rectores tenebrarum harum. Id est: non visibilium tenebrarum huius orbis et elementalis regionis: sed invisibilium tenebrarum spiritualium mundi minoris hominis: secundum varias eorum insidias & tentationes, & humanas concupiscentias: med antibus sacramentis & fide in Christo, mundi luce, crucifixo in confractione ipsorum regum tenebrarum peccatorum, simul in ipsarum culparum remissione, euacuatarum. Mundus minor humanus, in ipso maiori, distinctè significatus: inferior pars elementalis, quò ad corpus: ex quibus quatuor elementis formatum fuit. & superior pars cælestis, perpetua et incorrupta, quò ad animam, sicut etiam significat distinctè dicendo: Aduersus mundi rectores tenebrarum harum: quo ad corpus, & fomitis peccati tenebras, in occasione pœnali ipsius desolationis: Contra spiritualia nequitiæ in cælestibus: quo ad animā: cui,

vt rationali, ipsa peccati nequitiæ attribuitur. In cælestibus, pluraliter : quò ad tres potentias, ex quibus anima consistit. (Pauca dicta sunt : & multa cum ignorantia: quia plura dici poterant secundum quod occurrit: & maiori cum sapientia, mediante diuina gratia. Sufficit) Et omne hoc prælium, *donec ponam* (vt dicit) *inimicos tuos scabellum pedum tuorum* : de primo aduentu tractando, donec secundus perueniat: in quo, ipsum vniuersale prælium cessabit, vniuersaliter peccati tenebris euacuatis: (quia, *Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur*) totaliter ipsos vniuersales tenebrarum reges, deponendo. sicut dicit : Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges. Distinctè dicit: Dominus confregit : inquantum Deus : & à dextris tuis, inquantum homo : quia ipse effectus, cum omnibus alijs effectibus infinitæ misericordiæ diuinæ, (vt dicit à dextris meis) & inimicorum confractio, in ipsa noua concordantia in Christo resuscitando effecta: non obstante quod sit, mediantibus instrumentalibus dextris ipsius saluatoris, particulariter misericordia sua inquantum homo vtendo (vt dicit: à dextris tuis) voluntariè, spiritualiter, & corporaliter patiendo : diuinæ naturæ attribuitur. Vnde, in sequentis versus conclusione, conformiter: *Conquassabit capita in terra multorum.* Id est, dogmatistarum hæreticorum multitudinis, qui vsque tunc in mundo fuerunt. Conquassabit. Id est, vnus cum alio: secundum eorum errorum varietatem, confusè in ipsa luce Christo conquassati. In terra: &, multorum. ad ipsius vnici Luciferi differentiam, & primi in cælo capitis: à sancto Michaele Principe conquassati & victi.

Ps. 109.

Ps. 138.

CAP. LIV.

Ps. 09. IVdicabit in nationibus, implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum. Hic à Spiritu sancto proponuntur duo humanæ naturæ fines, in ipso tremendo iudicio consecuti: tam diuersi, quam iusti in ipso iusto viuorum & mortuorum iudice Christo Deo & homine, secundum iustitiæ suæ qualitatem, & infinitæ suæ misericordiæ. Multum diuersi: sicut declarat, iniustis, à iustis, mediantibus suis sanctis angelis, separatis, pronuntiatæ sententiæ adiungendo: *Et ibunt hi, in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam.* Duo fines diuersi, pœnæ, & gloriæ æternæ, in ipso iudice Christo Deo æterno, in æternum permanentes. vt scriptum est : *Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum. &c.* Duo diuersa nuncia (sicut duo fines diuersi) gloriæ, & pœnæ æternæ, in æterno merito ipsius vniuersalis redemptoris Christi Iesu Dei filij: in vniuersalem humanæ naturæ reparationem, inorientis, & resuscitantis, iustificati. à principio, correspondenter, vsque ad mundi finem, ab vniuersali cœlorum & terræ creatione, in manifestatione extra, ipsius creatoris Dei, testificanter annunciati. Et conformiter per ipsius regis gloriæ ordinem, donec stabit mundus, ab apostolicis prædicatoribus, in ipsis cælis etiam significatis, vniuersaliter prædicati. *Cæli enarrant gloria Dei*: (dicit alio in loco conformiter Spiritus sanctus) *& opera manuum eius annunciat firmamentum. et cætera.* Qui decimus octauus psalmus, cum multum ad propositum sit, pro istius penultimi versus declaratione hoc loco, Domini auxiliante gratia, exponetur, & declarabitur.

Mat. 25.

Luc. 2.

Psal. 18.

CAP.

CAP. LV.

Psal 8. *Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum. &c. Cæli enarrant gloriam Dei, et cetera.* Duo diuersi supradicti fines, gloriæ, & pœnæ æternæ, à cœlis, secundum mysteriosum eorum ordinem & figuras, testificanter annuntiati sunt: simul æterni Dei gloriam, & æternum creatoris sui esse enarrantes. Cœli in eorum creatione (sicut natura angelica) n hominis imaginem disposîti, & ordinati fuerunt: quia solus ad imaginem Dei creatus fuit homo: in quo solùm, per Verbi incarnationem, Deus manifestandus erat: finis principalis ipsius vniuersalis creationis, & ipsius humanæ naturæ redemptionis. In quibus cœlis, quamuis irrationabiliter, ipsius hominis, & creatoris Dei imago inuenitur: ipsos duos humanæ naturæ fines, gloriæ & pœnæ æternæ, perpetuo, in eorum mysteriosis effectibus, annuncientibus. Cœli, catholicè & fideliter loquendo, sunt duodecim. Septem hebdomadales: & octauus firmamentum, stellarum varietate distinctum: postea tres alij sequentes, inuenti, & tandem empyreum. In septem primis, hebdomadalibus: ipsa humana natura figurata est: hebdomadaliter ab initio, quo ad quatuor elementa, quatuor Dei attributa (vt dictum est) significantia, & tres animæ potentias, quo ad tres personas diuinas & vnam essentiam, ad sui creatoris imaginem creata. Quatuor primi cœli prædicti: quò ad corpus: vbi similiter ipsa quatuor elementa inclusa sunt: ex quibus ipsum humanum corpus formatum fuit. (nominetur quinta essentia, aut alio modo: vnam solam materiam creauit Deus, in principio suæ manifestationis extra, in testimonium vnici sui esse potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, in ipsis quatuor elementis significati: vt in omnibus creatis rebus, ineffabile nomen suum Iehouach, id est nomen quatuor literarum, scriptum fuisset: cum in ipsis quatuor elementis significatum esset.) Id est, in infimo lunæ cælo, cum secundo coniuncto: aqua, et terra. super quam aquam, luna, particularem suum dominatum habet: cum sit ab ipso elemento, quamuis cum omnibus alijs, particulariter formata. in tertio sequente, & quarto solis: aer, & ignis. super quem ignem, sol, similiter, suam dominationem habet: cum sit ab ipso igneo elemento, (sicut luna ab aqua) particulariter formatus. in alijs tribus sequentibus supra positis: ipsa anima rationalis, ex tribus potentijs, memoria, voluntate, & intellectu, consistens, significara est. Postea sequitur octauũ cœlum stellarum, dictum, firmamentum: quod est in imagine ipsius resurgentis plenitudinis octauæ, (ipsum perfectum numerum adimplens), quo ad quinque corporales sensus: ex quatuor concordatis, aut discordatis elementis, cum tribus animæ potentijs, rectè aut indirectè operando, procedentis: ipsos diuersos humanos fines resurrectionis in vita, aut resurrectionis in iudicio, testificantis. resuscitata corpora, in ipsis stellis fixis, perpetuis, & incorruptis, significata. Postea alij tres cæli sequuntur, (qui vndecim faciunt) inuenti ab Alphonso, Aragoniæ rege catholico, sapiente, dicto: ab omnibus alijs astrologis per experientiam, receptum, & approbatum. Et multa cum ratione, non à gentilibus & infidelibus inuenti: sed à Christiano & catholico rege: cum in ipsis tribus cœlis, cœlorum & terræ creator Deus trinus & vnus, figuratus sit: super ipsas stellas fixas beatorum, vt caula ipsius firmamenti in gloria, dominanter regnando. Tres cæli sunt, in quibus singulariter non inuenitur (vt in omnibus alijs) signum, nec figura aliqua, propter quam inter se variati

variati sint: et hoc, non sine mysterio, secundum eorum significationem: quia, sicut sancta ecclesia catholica nos docet: *Quadis Pater, tale Filium tali Spiritus sanctus.* Postea, sequitur duodecimum cœlum empyreum, immobile et æternum, vbi beatorum habitatio est, in gloria æterna. ad quod, cum totaliter ipsa humana natura peruenerit, in corpore & anima reunitis: *Cœlum & terra transibunt* (vt scriptum est) Idest, omnes vndecim cœlos, ad vnum solum cœlum, & vnicam terram, animam, & corpus, naturam diuinam, & naturam humanam in Christo, reducendo: in vnica virtute sua diuina & ipsius figuræ complemento, humana terra, vniuersaliter ad gloriam aut pœnam æternam resurgendo. Qui finis et resurrectionis effectus (sicut sæpius iam declaratum est) in ipso duodecimo numero, significatus est. Qua in ratione & mysterio, sicut duodecim cœli: duodecim tribus: & duodecim apostoli: ipsa vniuersalis redemptionis mysteria per gratiam, Christo moriente: & vniuersalis resurrectionis & iudicij, Christo resuscitante: vt res effecta: non per figuras et astrologica signa, sed per propriam prædicationem, & mirabilia signa diuina supernaturalia, ab ipsis cũ effectibus, rationaliter et testificanter prædicata. Vbi, hac in declaratione: *In omnem terram* (sicut postea dicit) *exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.* Sonus eorum: quò ad miracula: Verba eorum: quò ad prædicationem) *Cœli enarrant gloriam Dei*: (ad figuram redeundo) *& opera manuum eius annuntiat firmamentum. &c.* Annuntiat firmamentum: in quantum quod ab eorum perpetua mobilitate, causa immobilis efficiens, colligitur et firmamentum æternum, Deus æternus: ab ipso opere tam perpetui motus cœlestis, quàm incomprehensibilis magnitudinis, annunciatum: simul in eorum extraordinaria pulchritudine & splendore, Dei creatoris eorum gloriam enarrantes. Hoc: (vltra id quod postea, Dei gratia dicetur) quò ad manifestationem ipsius Dei, extra vniuersali creatione mediante. Sicut quò ad ipsius manifestationis prosecutionem per seipsum, se Verbum incarnando, moriendo, & resuscitando: prosequitur dicẽs. *Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam.* Hoc: quò ad litteralem sensum, metaphoricè intelligendum: solem, pro die: & lunam cum stellis, pro nocte accipiendo. quia, sicut sol super terram apparens, diei simul eructando venit, sue lucis verbum & splendorem, omnia distinctè proferens, vsque tunc, à nocturnis tenebris confusa: sic luna, & stellæ, suam lucem a sole, secundum earum capacitatem & dispositionem recipientes: similter veniunt cœlestium rerum scientiam indicantes: distinctè, mysteriosas figuras, cœlestesque motus manifestantes: per quam viam, in ipsa astrologica scientia, ab ipsa nocturna luce indicata, ab hominibus acquisita fuit: et simul ipsæ tenebræ noctis ignorantiæ humanæ, euacuatæ. Quò ad principalem & verum spiritualem sensum. *Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam.* Id est: sicut solis diuinæ naturæ dies, vnitiuè in persona Patris intellectæ, adueniente puncto totalis manifestationis suæ extra, se Verbum incarnando, moriendo, & resuscitando, apparens super terram, in ipso incarnationis effectu. (sicut dicit: Spiritus. sanctus superueniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi) mortis & resurrectionis: lucis suæ Verbum & vnigeniti filij sui radios eructando venit diei, humanæ naturæ, in concipiente virgine, & matre, intellectæ. (lucis dies Maria, gratia plena, cum extra peccati originalis tenebras concepta esset) distinctè cum effectibus profectis, vt distincta persona, omnes ipsas figuras et prophetias, vsque tunc, in mũdo, à nocturnis peccati tenebris, vniuersaliter confusas: sic Ecclesiæ catholicæ luna, sponsa sua dilecta, et sanctorum suorum stellæ, noctem passionum et sponsi sui mortem, in vni-

Athan.

Luc 21.

Psal. 18.

Ioan. 6.

vniuersalis martyrij & pœnitentiæ effectibus, repræsentans, à sole & paternæ lucis radijs illuminata, superueniente Spiritu sancto, similiter venit, cum exempli sui luce, & euangelicæ prædicationis, nocti mundi, cœlestium rerum scientiam indicãdo: sicut dicit: *& lux in tenebris lucet*: ipsum Christum crucifixum, in vniuersalem redemptionem, mediantibus sacramentis & pœnitentia, prædicando. sicut alio in loco: Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, &c. ipse splendidissimus diei sol lucis Christi, pro nocte & cæcitate, à noctis ignorantiæ mundanæ tenebris reputatus, sicut euangelista concludit, dicendo: *Et tenebræ eam non comprehenderunt*. Postremò ipsum verbum, & veritatis Dei lux prævalebat. *Eructauit cor meum verbum bonum*: (alio in loco dicit, in persona Patris loquendo) *dico ego opera mea regi*: Verbum bonum: id est, verbum veritatis. Ipse dicit: *Ego sum via, & veritas, & vita*. Verbum bonum: ad verbi mali & mendacis hominis differentiam, post peccatum. sicut scriptum est: *Omnis homo mendax*. Verbum bonum, inquãtum Deus, quod erat apud Deum: ex quatuor literis suorum quatuor attributorum consistens. Et verbum bonum, inquantum homo, se incarnando: quod erat in principio apud hominem: quatuor literarum elementalium: in quibus quatuor elementis, ipsa quatuor attributa (vt declaratum est) significata sunt: ipsum Dei esse, potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, in omnibus ipsis vniuersalis creationis & redemptionis effectibus, mediante ipso Verbo bono Christo incarnato, & inquantum homine, productis: in vna vnione & vnius solius verbi concordantia, sacrificãter, pronuncians. Verbum in homine mendax per peccatum: ipsas quatuor elementales literas, cum superiori parte animæ rationali, irrationaliter discordantes, sensualiter operando. Et verbum bonũ in Christo, & inquantum Deo & inquantum homine, in incarnationis suæ effectu: cum esset ipsum humanum verbum, (quod erat in principio apud hominem) & elementalis materia, ab ipso æterno Deo, in Maria virgine sanctissima, Spiritu sancto cooperante, præparata: Lucis dies facta, cum sine originali peccato concepta esset: & ipsum verbum & elementalem materiant accipiens, à virginali utero suo, vbi conceptum fuit, & in verbum hominis rationalis in anima viuentis, conuertens; ex amborbus, vnum verbum factum fuit: ad seipsum humanam naturam assũmendo: & eodem in puncto, ipsum coniungens verbũ, eructando, sicut scriptum est: *Et verbum caro factum est*. ipsam duarum naturarum vnionem, in Christo, & duorum verborum in vnum, diuini, et humani, in vnica eorum concordantia, significando. Sicut in imagine fuit, in principio, in Adamo: ipso primo homine, in innocentiæ statu, concordanter creatori suo obediente. vbi, hac in ratione, consormiter concludit: *Dico ego opera mea regi*. quia in Adamo defuit ipsum opus manifestationis extra, creatoris, peccante: ab ipso rege æterno verbo, (homo obediendo) in futuræ suæ incarnationis merito, perpetuò recto, & gubernato, principalis vniuersalis creationis finis: ipse primus homo, & primus in terra sacerdos, in innocentiæ statu, seipsum & omnia, quibus obedientialiter vtebatur, in vnione et obedientiali concordantia cum ipso Rege æternoque sacerdote in cœlo Dei filio, vniuersaliter offerẽdo. *Dico ego opera mea regi*. Id est, opus manifestationis intra, & extra, à Patre, regi Filio suo verbo æterno, ratione voluntariq suæ incarnationis & mortis, æternò dictum, et operatum. Verbum Patris, in æterna sua generatione: ex quatuor attributalibus literis (vt dictum est) consistens: in manifestatione intra

Iean. 1.

Iean. 1.

Psal. 44.

Iean. 14.

Psal. 115.

Psal. 44.

Iean. 1.

Psal. 44.

intra & extra, ipſius Dei, eſſe ſuum potentiæ, ſapientiæ, iuſtitiæ, & bonitatis infinitæ proferens: cum eſſet à generante Patre, in reciproco amore tertiæ perſonæ & teſtimonij communis eſſe & comprehenſibilitatis Spiritus ſancti, æternò & teſtificanter generatum. Dico ego opera mea regi. &c. Opera mea: in Patris perſona loquendo: quia ipſum opus manifeſtationis Dei, intra, Patris perſonæ, particulariter, vt principio generanti manifeſtanti, attribuitur. & Filio, manifeſtatio extra: diſtinctè ſe incarnanti: (Vnde ipſum incarnatum verbũ: *Principium, qui & loquor vobis*) & medio ſuo continuata: poſt mortem & reſurrectionẽ ſuam, diſcipulis ſuis dicenti: *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate euangelium omni creaturæ.* Sicut quò ad effectum. (ad decimum octauum pſalmum redeundo) *Non ſunt loquele, neque ſermones: quorum non audiantur voces eorum. et cætera.* Eorum. Id eſt, non ipſorum cœlorum, metaphoricè loquendo: ipſa redemptionis humanæ myſteria, & diuerſos ipſius fines, figuratiuè annunciantium: ſed de ipſis cœleſtibus prædicatoribus apoſtolicis, miſſis: in ipſis cælis (vt dictum eſt) ſignificatis: ipſa myſteria per propria verba, & exemplarem vitam, vltra ſigna & ſupernaturalia miracula, prædicantibus. ſicut declarat, deinceps dicendo: *In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.* Sonus eorum: quo ad ſigna: (vt dictum eſt) verba eorum: quò ad prædicationem & doctrinam. Et veniendo ad particulare horum myſteriorum incarnationis, reſurrectionis & iudicij vniuerſalis, ab ipſis prædicatorum: ab incarnatione incipiens, proſequendo dicit: *In ſole poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.* Breuiter. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Id eſt: Ipſum Dei taberna culum humanam naturam, in Adamo per peccatum deſtructum: in Chriſto reædificatum, (verbum ſe incarnando) & cum tanta ſublimitatis & altitudinis differentia poſitum & collocatum, eam naturæ diuinæ vniendo, quanta ſignificata eſt, metaphoricè dicendo: In ſole poſuit tabernaculum ſuum: ſoli, ipſam naturam diuinam comparando. Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Hoc: quò ad ſuam ſanctiſſimam natiuitatem. tanquam ſponſus procedens: ipſas particulares nuptias per gratiam, denotando, naturæ diuinæ & naturæ humanæ, in virginali thalamo vteri Mariæ virginis, effectas: vbi de Spiritu ſancto incarnatus fuit.

Ioan. 1.

Mar. 16.

Pſ. 18.

CAP. LVI.

EXultauit *vt gigas ad currendam viam: à ſummo cœlo egreſſio eius. Et occurſus eius vſque ad ſummum eius: neque eſt, qui ſe abſcondat à calore eius: &c.* Hi duo verſus ſimul vadunt: & illis alijs duobus centeſimi noni correſpondent: Videlicet, *Dominus à dextris tuis confregit in die iræ ſuæ reges*: &, *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorum.* in cuius penultimi verſus declaratione, Iudicabit: ſimul cum præcedenti, Dominus à dextris tuis: hic decimus octauus, vt dictum eſt, exponitur: cum multum ad propoſitum ſit ipſius reſurrectionis & iudicij, materiæ. *Exultauit vt gigas ad currendam viam.* Exultauit: ipſius effectus reſurrectionis & iudicij velocitatem, & repentinam ſuam in momento apparitionem, denotando, (vt ſcriptum eſt) *in ictu oculi, in nouiſſima tuba.* Vt gigas. non paruulus (ſicut alio in loco: *Paruulus natus eſt nobis*) & tener infans: vt naſcendo, in primo ſuo aduentu apparuit. Nec humilis & manſuetus: ſicut in ſua paſſione, in cruce moriendo, demonſtrauit, ſicut prædictum eſt per ieremiam dicentem: *Et ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam*: ſed vt ferox & tremendus gigas. Ad currendam viam. Id eſt: communem humanæ vitæ tranſitoriæ

Pſ. 18.

1. Cor. 15.

Eſa. 9.

Hie. 11.

viam: Vnde Dauid: *Ego ingrediar viam vniuersæ terræ*: à mundi principio vsque ad ipsius finem, decursam. quò ad electam partem, non tam citò ipsa humana vita in puncto illo decursa & finita, omnes, bonos & malos, repentinus ignis consumendo: quam de nouo incepta, & in æternum prosecuta: natura humana, secundùm determinatum electorum numerum, eodem in puncto, ad vitam & gloriam æternam resuscitando: ipsum opus manifestationis extra, creatoris, in carne, finis omnium rerum, principalis, æternò adimplendo: in tam perpetuo, quàm velocissimo solis cursu, significatum. Viginti quatuor horarum cursus: à principio, vsque ad mundi finem, in figura, diuinam lucem, à nocturnis tenebris distinguendo. Vnde figuratus iustitiæ Sol Christus: *Nonne duodecim sunt horæ diei?* cum ad resuscitandum quatriduanum Lazarum venire vellet: ipsum vltimum vniuersalis resurrectionis & iudicij diem, & æquinoctiale tempus duarum plenitudinum, & gloriæ, & pœnæ æternæ, commemorando. ipsa vniuersalis resurrectio, in illa tam notabili, quàm admirabili Lazari resurrectione, testificata. Quod conformiter ab ipso resuscitante saluatore declaratur, dicente: *Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei.* Et hoc in mysterio: *Voce magna clamauit,* (sicut scriptum est) *Lazare, veni foras.* Et mysteriosè etiam, quatriduanum corpus mortuum: ipsum vniuersale humanæ naturæ corpus, vltima die, totaliter mortuum, significans. Quatriduanum: quòd ad quatuor elementa, ex quibus, ipsum humanum corpus formatum fuit: in puncto illo, ab ipso, sicut totaliter mortuo, totaliter exhalata: & de nouo subitò totaliter reunita: ipsum vniuersale humanum corpus omnium hominum, qui à principio, vsque tunc, fuerunt, de nouo vniuersaliter resuscitando.

3. Reg. 2.

Ioan. 11.

Ioan. 5.

Ioan. 11.

in tali effectu totalis manifestationis Dei in carne, esse suum potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ manifestando: cum sint ipsa quatuor elementa, in quibus, ipsa quatuor attributa significata sunt, in noua concordantia ad vitam æternam reunita. Mysteriosa saluatoris mora, Lazarum curare venientis: præsentem moram, donec ad iudicandum mundum veniat, significans: locum & tempus dantis ipsi totali exhalationi venenosæ peccati discordantiæ: in ipsa mortifera elementali mortalis humani corporis, testificatæ: determinatum electorum suorum numerum, adimplentis. Mortuus quatriduanus etiam, in reprobata parte, quò ad ipsa quatuor attributa, potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & misericordiæ infinitæ, in ipsis quatuor elementis significata. quia: sicut significantia elementa, exhalata moriendo: sic etiam reunita resuscitando: significata attributa, in æternum, corporaliter & spiritualiter moriendo, totaliter in suo remedio euacuata. imò, in castigatione sua, simul cum elementis, de nouo reunita, in æterni ignis pœna, resuscitando: restantia, iusto Dei iudicio, in ipsa corporali gehenna, inclusa: vt rectæ iustitiæ diuinæ ministri, in eorum perpetua discordantia, maiori cum virtute & potentia, corpus & animam simul torquentia: cum in virtuali corpore elementali resuscitantis Christi Dei & hominis, in noua forma ignea virtutem acceperint. ipsam tam perpetuam, quàm voluntariam ipsius æterni Dei offensam, si in æternum viuere potuissent: in æternum etiam vindicantia. sicut scriptum est: *Ignis, grando, fames, & mors*: (id est ipsa quatuor elementa) *omnia hæc, ad vindictam creata sunt.* Primò dicit: *Hæc omnia sanctis in bona, sic & impijs & peccatoribus in mala conuertentur. Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt*

Eccl. 39.

sunt tormenta sua: in tempore consummationis effundent virtutem: & furorem eius. qui fecit illos, placabunt. (& sequitur) *Ignis, grando, fames, & mors, omnia haec ad vindictam creata sunt. Tollite lapidem.* (ad sanctum Ioannem redeundo) id est, duritiæ lapidem: à peccati fomite, in humanis cordibus, cui plus, cui autem minus, vniuersaliter generatum: in diuinæ legis obseruatione, seipsos inordinatè, & nõ sic Deum, & eorum proximum, tenere & cum affectu amantes: secundum hebdomadalem ipsorum quatuor elementorum, & trium spiritualium potentiarum discordantiam, ipsam resurgentem octauam & discordantem plenitudinem sensitiuam in homine sensualiter viuente, producerem. Duritiæ lapis humano in corde: ab ipsa amoris Dei frigiditate, & inordinato amoris proprij calore, generatus: & correspondenter in veneni frigiditatem conuersus: vitalem diuinum calorem, (sicut humanũ corporalem, à discordantibus elementis) consumens. Vbi: *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* Tollite lapidem. Quia tunc in parte electa, originalem fomitis peccati causam, totaliter remouendo: & in reprobata, viuos affectus operationum sensualium, vitiorum & turpitudinum, in suo contra Deum fœtore, in cordis spelunca, ab ipso lapide & peccati duritie, impœnitenter tectarum & vsque ad finem conseruatarum, in puncto illo, in suam totalem cõfusionem, penitus manifestando: prorsus ablatus erit. & hac in ratione & mysterio: *Domine, iam fœtet.* (vt dicit) *quatriduanus est enim.* Vbi, multa cum ratione, Exultauit vt gigas ad currendam viam: (vt dictum est) iustorum numero completo: omnia hæc mala, terminando. A summo cœlo egressio eius. Id est, à supremo cœlo empyreo, ipsius altissimi creatoris, & beatorum eius habitatione: non tanquam sponsus, vt primò, nascens: sed vt gigas, iudicans in sede maiestatis suæ radians, tremendè & repentè apparendo. A summo cœlo. Id est, supra hebdomadales, cum octauo stellato, quò ad naturam humanam, & suam in gloria resurrectionem, & alios tres similes inuentos, quò ad naturam diuinam, collocatus: sublimitatem & altitudinem ipsius figurati solis, viuorum & mortuorum iudicis significando. Et occursus eius vsque ad summum eius. Id est, solis metaphoram accipiendo: in ipso breui resurrectionis & iudicij vniuersalis cursu: diuina sua celsitudine & altitudine, semper seruata. sicut dicit: vsque ad summum eius: ad primi cursus redemptionis humanæ differentiam: in hominis demissione, & vsque ad infimum eius, & ad infernales abyssos, descendendo: tàquam sponsus, de virginali thalamo nascendo, vsque ad crucem moriendo, humiliter currens. Nec est, qui se abscondat à calore eius. Id est: (vt iam declaratum est) omnes, bonos, & malos, resuscitando. O quam multi magni Pontifices, Imperatores, & mundani reges, cum omnibus alijs superbis principibus, omnis status, per multa secula in infernalibus abyssis absconditi, eorum præteritam qualitatem & magnitudinem, in maiorem eorum confusionem, superbè in perpetuũ conseruantes, egredi nollent: contenti iam quodammodo, ibi in æternum remanere: ad nouam illam verecundiam & confusionem euitandam, (vltra nouam pœnam additam) resuscitantes. Non, non: foras egredimini: quia non est qui se abscondat à calore eius. Quia: in puncto illo, manifestè super terram apparendo: sicut magnes festucam & ferrum: omnes ad se homines trahet, spirituales, & sensuales: bonos, & malos: omnes, in corpore & anima resuscitando. Nec est qui se abscondat à calore eius: ipsum resurrectionis effectum, virtuti & potentiæ diuinæ naturæ, ipsi soli comparatæ, attribuendo. sicut alio in loco, hoc in proposito: *Et facies eius sicut sol lucet in virtute sua.* Quia, sicut hominis facies, pars animæ rationalis est: sic Christi facies, est pars diuinæ

Ioel. 2. Ioan. 11

Psal. 18.

Mat. 13.

Psal. 18.

Apoc. 1.

nans solis diuinæ naturæ. Sicut sol lucet in virtute sua. Videlicet, quando in medio cæli est, æstatis tempore: denotando quod futura est apparitio ipsius Solis iustitiæ Christi in die illa tremenda, dominanter super terram, sicut sol lucet (vt dicit) in virtute sua, omnes generaliter resuscitando. In virtute sua: vt in centesimo nono psalmo:
Ps.109. *In die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum*: quos sanctos, & electos in cœlis remunerando: & reprobatos in inferno castigando, in ipsis vniuersaliter, ipse gloriæ rex manifestabitur. *Quis est iste rex gloriæ?* (quò ad reprobatos) *Dominus virtutum* (in die virtutis tuæ) *ipse est rex gloriæ. Ecce positus est hic in ruinam*, (alio
Ps.23. Luc.2. in loco dicit) *& in resurrectionem multorum.* Quare? Quia ipse est Dominus virtutum: nec est qui se abscondat à calore eius Dominus virtutum: pluraliter: ad differentiam virtutis tuæ: virtutem vniuersalis resurrectionis electorum in gloria: (vt dicit: in splendoribus sanctorum) ab hac alia resurrectionis reproborum in pœna, distinguendo. duo diuersi, gloriæ, & æternæ pœnæ effectus: in ipso verbo, Virtutum, significati. vt duo iusta pondera, distinctè, à recta Dei iustitiæ statera, dependentia: & ab vnica virtute ipsius vniuersalis iudicis & & resuscitantis Dei & hominis, causata. Id est, quatuor reunita elementa, reprobatam partem, corporaliter, & spiritualiter torquentia, in nouam formam renouando: & in seipso, mediante elementali parte glorificati corporis sui, virtutem accipientia. et hac in ratione & mysterio: *Ecce*
Luc.2. *positus est hic in ruinam*, (vt dicit) *& in resurrectionem multorum.*

Hoc supradictum mysterium, in hebdomada cælesti figuratum est: vbi, sol, vt rex inter alios omnes planetas, in medio positus est: (sicut cor in corpore humano) à quo, ad mundanorum regum differentiam, omnes accipiunt: & ipse à nullo accipit. Vnde figuratus gloriæ rex, & iustitiæ sol Christus, conformiter, Apostolis suis dicit: *Reges gentium dominantur eorum: &c. Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat.* In medio. Id est, sicut sol, in figura: ambas ipsas partes, electam, & reprobatam, distinguendo: in ipso cælesti corpore, in humanæ naturæ imaginem, (vt dictum est) hebdomadaliter composito, figuratas: ambabus lucem suam variè ministrando: & simul suos diuersos gloriæ, & pœnæ æternæ fines, significando. In medio positus est: (vt dicit: in ruinam & in resurrectionem multorum) Christum, principium & finem intransgressibilem ignis & pœnæ æternæ, ipsius partis inconstantis reprobatæ, significans: in quatuor cœlis interioribus, (secundum quatuor elementa) à solis cœlo incipiendo, vsque ad lunæ cœlum descendendo, significatæ. & sicut principium et finis Lucis, & gloriæ æternæ, electæ partis: in alijs quatuor superioribus, etiam ab ipso solis incipiendo, vlque ad hebdomadalium vltimum, ascendendo, significatæ. & in octauo stellato cœlo, quò ad suæ in gloria resurrectionis effectum, ab ipso igneo sole, cum omnibus alijs planetis et signis, iucundè illuminato, testificatæ. Numerus septimus, qui in se octauum continet: (vt dictum est) in hebdomada temporali septem dierum, antiquos illos creationis primos, id est, sex operæ, et vnũ requiei, commemorans, expertus. Vbi, primus dominicalis dies, ipsum solem creatorem et dominatorem Deum significãs, primus, et octauus simul est: principium et ipsius hebdomadæ finis, (sicut ipse dicit: *Ego sum A & O, principium & finis*) in octauo gradu, in æternitatis suæ imaginem, in perpetuum resurgens: ipsum resurrectionis carnis mysterium testificans: in figurato iustitiæ sole Christo, octauo die, et tertio, post sextum et vltimum creationis, (quo mortuus fuit) vt Deus resuscitando, effectum. Vbi, hac in ratione et mysterio: post septem cœlos, vbi ipsa natura humanæ significata est: octauum cœlum innumerabili-
Luc.22. Apo.1.

um ſtellarum ſequitur, firmamentum dictum: ipſum vniuerſalis carnis reſurrecti onis effectum ſignificans. ſtellæ fixæ: ſunt innumerabiles: quam ob rationem, ipſum octauum cœlum, firmamentum dictum eſt. in quibus lucentibus ſtellis: reſuſcitata, & glorificata electorum corpora, ſignificata ſunt: ſicut erunt in figurato firmamẽto pacis & gloriæ æternæ chriſto, reſuſcitantia ſtabilitæ. In velociſſimo ſolis curſu, incomprehenſibilem hanc machinam, viginti quatuor horarum ſpatio tantùm, circundantis, violenta damnatorum pœna notatur: & eo magis: ad duodecim ſolùm, reductarum: quò ad corporalem pœnam additam ad breuius ſpatium maioris ſupplicij, reductam: ſicut ſaluator ſignificat, dicendo. *Nonne duodecim ſunt horæ diei?* ipſum vltimum diem (vt dictum eſt) & rempus æquinoctiale duarum plenitudinum gloriæ & pœnæ æternę, commemorando: in æternum, gratiæ lucem, à nocturnis peccati tenebris, diſtinguentem. Ipſe violentus ſolis curſus, violentam damnatorum pœnã denotat: inquantum quod etiam ipſum ſolis cælum ſuperiorem animæ partem ſignificat, (vt lunæ, corporalẽ) vbi principaliter ipſius ſolis creatoris Dei imago, conſifit: cui animæ, vt rationali, ipſa pœnalis inquietudo, atrribuitur: ſicut ipſi igni, inter alia elementa, ipſum pœnæ & tormenti eſſentiale. Et ſicut tam perpetuo, quam violento motui, incorruptibilis ipſorum cœlorum materia correſpondet: qui, ſicut in hominis imaginem hebdomadaliter compoſiti & ordinati. ſimiliter à creatore, vt homo, ex ipſis quatuor elementis formati fuerunt: ipſum regenerationis humanæ myſterium, in gloria aut pœna æterna reſuſcitando, teſtificãtes: ita etiam, non exalia quinta eſſentia, à philoſophis, cum omnipotentiæ diuinæ iniuria, conficta: in ſupernaturalibus rebus, magis quàm in naturalibus demonſtratę: ſed ex eadem vnica et vniuerſali quatuor elementorum materia, & in eadem teſtificante cœleſti forma, humana corpora reſuſcitantia, ab ipſo vnico & vniuerſali architecto Chriſto reformata erunt: vt proportionaliter in gloria electi, & in pœna damnati, in æternum permanere poſſint. Quia: ſi proportio nõ eſſet quò ad damnatos, inter agentem ignem & violentum tormentũm ſuum, & patiẽtem tortum, ſemper corporali ſenſu, ſeruato: nulla pœna eſſet: cũ ipſe ſenſus, ab ipſa violenta pœna & tormento, ſuperatus et victus ſit. Ita quòd: communiter humana corpora, ſicut cœli, per quos ipſa natura humana in reſurrectione ſua ſignificata eſt, proportionaliter reformata erunt, reſurgẽtia: (ſemper humano ſenſu corporali, ſeruato) in penetrabili forma, tam incorruptibili, quàm gloriæ & pœnæ irreſiſtenti. Et hoc, quod in figurato humano corpore efficien dum eſt: iam in figurante cœleſti corpore eſt teſtificanter expertum. quod, cum à ſolis luce, perpetuò illuminatum ſit: ab ipſo rapido et violento motu particulari, et vniuerſali, confractum non eſt: imò, cum omnes cœli, à ſole, (in teſtimonium) perpetuam virtutem et motum accipiant: ab ipſo ſimul (vt illuminati) perpetuò moti, et conſeruati ſunt. ſicut de figurato ſole Chriſto & primo motore Deo ſcriptum eſt: *In ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus*, (alio in loco) *omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto. &c.* Vnde figuratus ſol: *Ego autem in medio veſtrum ſum*, (vt dictum eſt) *ſicut qui miniſtrat.* & ſimiliter in teſtimonium, figurans ſol in cœlo, in medio ipſius corporis cœleſtis hebdomadalis poſitus, ſicut cor in figurato humano corpore, virtutem, motui vniuſcuiusq; membri neceſſariam, miniſtrans: vt elementalis, & igneus particulariter, virtutem & motum cœlis omnibus miniſtrat: in veloci ſuo viginti quatuor horarum curſu, incluſum: in imaginem & Dei

Ioan 11.

Act. 17. Rom. 12. Mat. 22.

& Dei æternitatis, testimonium, omne humanæ vitæ tempus comprehendente. & hoc, secundum propriam vnicuiusque cœli dispositionem: respectu ad eorum variam elementorum compositionem, vnius magis, quàm alterius, sicut in humanis corporibus, & sensibus corporalibus: inter quos, visus, igni attribuitur. Vnde, ipsa vniuersalis lux ipsorum duorum cœlestiũ oculorum, solis, & lunæ, ab ipso lucis fonte procedens: ab ignis elemento causatur, à quo, vt omnibus alijs elementis nobilior, ipse planetarum rex particulariter formatus fuit. Vnde mysterium varietatis cõtrariorum motuum cœlorum colligitur: secundum elementorum cõtrarietatem, & eorum compositionem, vt dictum est, quãuis in communis vnionis & concordantiæ ordine, (sicut in humano corpore): ẽtrariè motorum, & eorum cursus, magis aut minus retardatus. Vnde lunæ cœlũ, quod tardiùs cursum suum conficit, hanc ob rationem forsan est, quòd subtili purificantis ignis est deficiens, & magis de graui corporeæ terræ participat. (Hoc, secundum vniuersalem sacræ scripturæ lucem: quia idiota scriptor, in cœlo non fuit: nec ab aliquo sapientum, qui nouiter de cœlo in terram venerit, hoc sciuit) qua in ratione communis & vniuersalis materiei elementalis, luna, cum stellis, forsitan à transparentis aquæ elemento (sicut ab igne sol) particulariter formata, vt ipsis naturalibus lucis & splendoris donis priuata, eam accidentaliter à sole accepit: & super aquas naturalem suam dominationem habet, similiter omnes alij planetæ & signa, vt elementalia, in varijs eorum influentijs, in elementalibus humanis corporibus. Vnde Spiritus sanctus, per Euangelistam & prophetam Ioannem, de testificato Christo Deo & homine loquendo, mysteriosè dicit: *Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea. Septem stellæ: angeli sunt septem ecclesiarum. & candelabra septem: septem ecclesiæ sunt.* Id est, testificatum Christum, & vniuersalem suam ecclesiam, & simul testificantes cœlos & planetas, in ipsis septem stellis intellectos, in quibus septem astantes angeli, in hebdomadalis humanæ naturæ protectionem, significati sunt, comprehẽdendo. Dicit præcedenter de ipso figurato rege Christo saluatore: *Et in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, &c. & oculi eius tanquam flamma ignis, &c. & vox illius tanquam vox aquarum multarum. &c.* In medio septem candelabrorum aureorum: Videlicet, sicut figurans sol in medio hebdomadalium candelabrorum cœlestium. vt declaratum est. Et oculi eius tanquam flamma ignis: Idest, ipsis duobus oculis cælestibus, Soli & Lunæ, (vt dictum est) & vnicæ solis luci, ab ignis elemento originatæ, ex quo ipse planetarum rex particulariter formatus fuit, correspondendo. Et vox illius tanquam vox aquarum multarum: quò ad triumphantem angelicam & humanam ecclesiam, in ipsa illuminata Luna & stellis significatam: ipsi volatiles & eleuati spiritus, sicut significans volatilia cœli, cœlestis luna, & stellæ, ab aquæ elemento formatæ, super quam aquam luna dominationem suam habet: ita ab indeficientibus diuinæ gratiæ aquis, regenerata. & hac in ratione, Et vox illius tanquam vox aquarum multarum. & conformiter alio in loco: *Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit: Dominus super aquas multas.* Quod Christus soli comparatus sit, inquantum elementali, & igneo, particulariter: & fidelis ecclesia sua, lunæ: videlicet tunc, cum resuscitando, ab ipsa communi instabilitate, & imperfectione, liberata erit: apertè ex scriptura sacra colligitur, dicente: *Et thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta*

Apoc. 1.

Psal 28.

Psal.

perfecta in æternum: & testis in cælo fidelis. Id est, de hebdomadali & elementali natura humana, (quo ad corpus) throno particulari in Christo, naturæ diuinæ, & vniuersali, in ecclesia sua fideli, particulariter loquendo: Soli & Lunæ, vt elementalibus, propriè comparata. Et testis in cœlo fidelis. Id est, quoniam hebdomadalium cœlorum testimonia simul cum octauo stellato, ad hominis imaginem, vt dictum est, & æternæ suæ in gloria regenerationis testimonium, ab ipsis quatuor elementis, incorruptibiliter formarorum: ad ipsa duo illuminatia, & testificantia testimonia, Solem, & Lunam reducuntur. Sicut eodem in ordine, illa terrestris paradisi quatuor fluuiorum, quò ad quatuor elementa, & eorum significationem, ad duo particularia notabilium duarum, arborum testimonia, reducuntur: cum effectibus, propositam vitam, aut mortem, testificantia. Quæ arbores, similiter, non ab alia sexta essentia, vt aiunt, cœli àquinta, sed ab communi quatuor elementorum materia, à Deo creatæ fuerunt: & nihilominus, in fidele (vt elementales) omnipotentiæ diuinæ testimonium (cum omnibus alijs attributis) & certissimis creatoris Dei promissis, hos singulares effectus causabant. Vnde: *Nunc ergo ne forte mittat manum suam* (in testimonium) *& sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, &c.* quibus testimonijs & sacræ scripturæ diuinæ, fides adhiberi debet: & non philosophiæ & humanæ scientiæ: quamuis per naturales rationes contradicat: quia reflectu supernaturalium Dei omnipotentiæ & sapientiæ ignorantia crassa est. qui philosophi, vt multi ci, (vt dicitur) de materiali solùm exemplari tractauerunt: & non de essentiali, designatæ fabricæ spiritualis, et manifestatio esse diuini architecti Verbi incarnati: in ipso vniuersali cœlorum & terræ Archetypo, & supernaturalibus effectibus, testificato, et simul ineffabile nomen suum, & esse propriorum attributorum potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, manifestantis. (ficut sæpius dictum est declaratum est, & millibus alijs vicibus dicetur, per gloriam suã, occurendo) quod per viam aliarum rationum philosophicarum alterius quintæ essentiæ, euidenter euacuatur. Ineffabile nomen *Tetragrammaton*: quod apud Hebreos, *Iehouah*, est. Videlicet, quatuor attributalium literarum nomen: in quatuor elementis significatarum: à principio, in hac elementali cœlorum terræque machina, scriptum: & secundum naturales, & supernaturales effectus horum particularium testimoniorum arborum vitæ, & mortis, Solis, & Lunæ, cum cæteris planetis, & stellis, vt elementalibus, ineffabiliter manifestatum. Vnde Deus ad Abraham: *Suspice cælum, & numera stellas si potes. Et dixit ei. sic erit semen tuum, &c.* Id est in spiritu: de ipso vltimo beneficio & nouo regenerationis semine in gloria, tractando: in ipso stellato cœlo & fixis stellis, vt elementali, propriè testificato: cum ipsum cœleste corpus, sicut humanum, (vt dictum est) ex ipsa communi elementali materia, in singulari forma testificanter formatum fit. Primò, cum mysterio, de Abrahamo dicit: *Eduxitque eum foras*: exitum præcedentem spiritualẽ de habitatione corporali moriendo: & cõsequentem visionem noui cœli & terræ, spiritualis et corporalis, eodem in puncto refusitando, testificans. Vnde multa cum ratione per Dauidem: *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum: &c. A summo cælo egressio eius. Et occursus eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius.* sicut declaratum est. & id. quod sequitur. quod similiter Dei gratia exponetur.

Gen 3.

Gen. 3.

CAP.

CAP. LVII.

Psa.18. LEx domini immaculata conuertens animas: testimonium domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Hoc:ad ipsius vniuersalis iudicij particulare veniendo: vniuersalem diuinæ legis statêram proponendo, per quã, omnes iudicandi sumus:à principio hominì,à creatore suo Deo propositam, statim atque creatus fuit: simul ei liberũ arbitrium donante, in duarum rerum propositarum,vitæ,aut mortis,electione: ad beneplacitum suum. Qua statêra, primus Adã, infideliter vsus est: & consequenter generatio sua:ipsis præceptis diuinis,non secundùm ipsam iustitiam, & Dei veritatem obseruatis.sicut scriptum est: *Mendaces filij hominum in statera.* Sed ipse iustus legislator Deus:tam in iustorum præmio, quàm in malorum castigatione,ipsa statêra,iustè & fideliter vsus est. Lex domini immaculata conuertens animas.&c. *Immaculata*: ideſt gratia mediante immaculatè seruata. & hoc in modo:conuertens animas. Et consequenter:testimonium domini fidele.ideſt, fideliter creditum & obseruatum: ipso testimonio,in fideli homine,ipsam diuinam legem immaculatè seruante, concurrente.
1.Ioan. 5. sicut scriptum est:*Qui credit in filium Dei:habet testimonium Dei in se.* & hoc modo: sapientiã præstans paruulis. *Testimonium domini fidele*: ideſt, in ipsis humilibus & fidelibus credentibus:ipsam legem(vt dictum est)fideliter obseruantibus,concurrens:ad infidelis testimonij,in Adamo differentiam, primo inter homines peccatore, diffidenter peccante:& simul ipsum testimonium domini fidele,in seipso euacuante,maioremque fidem adhibẽte inimico tentatori,quã ipsi fideli creatori DEO. *Sapientiam præstans paruulis.*Id est,humilibus: in ipso verbo, Paruulis,significatis: ad differentiam ipsorum superborum,Adami,& Euæ, & ignorantiæ eorum acquisitæ, superbè peccantium: in tunicis pelliceis, (vt declaratum est)quibus vestiti fuerũt,significatum:quasi ab ipsa Dei sapientia, cum brutis animalibus irrationalibus computati fuissent. *Sapientiam præstans paruulis*: Quia, non solùm ipsa castigati o causatæ ignorantiæ, & pœnæ legis executio, superbis & infidelibus, est in fidêle testimonium ipsius immaculatæ Dei veritatis:(quò ad hanc,partem)sed ipsum exemplum simul, est in sapientiam humilibus credentibus, in recta ipsius obseruatione;vt dicit:*Sapientiam præstans paruulis.* Ita quòd, legis testimonium,ipsas duas diuersas res,vitam,aut mortem, proponẽtis, in duabus notabilioribus paradisi terrestris arboribus significatas:in ipso homine,(& in quouis homine credente) vt rationali, & primo in terra testimonio in innocentiæ statu, ipsam legem fideliter & immaculatè custodiente, particulariter confiſtit. Vbi,fide,homo deficiens, diffidẽter creatori suo non obediendo: simul in ipso, veritatis immaculatæ legis testimonium defuit: pro perpetuã sua conseruatione, ab ipso legislatore Deo,in testimonium & principium ipsius vitæ Dei in carne manifestationis, statutæ: cum ipsum legis testimonium in homine, in pœnæ ipsius executione,moriente,quo ad ipsius perpetuę vitæ priuationem ,totaliter euacuatum esset. Duæ notabiles & particulares arbores (vt dictum est) inter alias in paradiso terrestri fuerunt,in humanę naturæ imagine:ipsos duos diuersos legis fines,hominì propositos,testificantes. Hæ duæ arbores,sicut omnia alia, ad ipsius humanæ naturæ imaginem,in paradiso terrestri creatæ fuerunt:cũ ipsa inferior pars terrestris, sicut superior cœlestis, ad ipsius hominis imaginem creata esset:omnes irrationales res,cœlestes & terrestres,in hominis imagine,hebdomadaliter compositas & ordinatas (sicut rationales spiritus: ad septem angelos):id has duas notabiles arbores,reducendo.Duæ arbores:id est, corpus & a-

anima: ex quibus duabus rebus, ipse homo consistit. Natura humana, & natura diuina in Christo: à principio, in creatione ipsius hominis, & harum duarum rerum vnionis, in manifestationis ipsius Dei in carne testimonio, Verbum se incarnando, testificatum. Pars inferior, obediendo: & superior pars, rationaliter dominando. Et consequenter, lignum vetitum, ipsum humanum corpus: in ipsa arbore vetita significatum: creatori suo obediendo. sicut dicit:

Gen. 2. *De ligno scientiæ boni & mali ne comedas. in quocunque enim die comederis ex eo morte morieris.* & lignum vitæ animæ, sanctam suam legem, rationaliter obseruando. vt dicit, postquã peccauit:

Gen 3. *Ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis.* Emisit: id est, quò ad effectum ipsius separationis corporis & animæ, in iustæ suæ sententiæ executione: & in testimonio principalis ipsius Dei separationis ipsum peccatorem, in ipsa anima intellectum, eijcientis & separantis (cui vt rationali, ipsum peccatum, principaliter attribuitur) de ipso terrestri sui corporis paradiso, morientem. delitiarum paradisus in perpetua vita, (cælestem æternum, quem, obediendo cõsecuturus erat, significans) super omnes, quæ in terra imaginari possunt, delitias: ipsam legem seruando: creatorem suum super omnia amando, eique obediendo: immaculatam ipsius legis veritatem, & ipsius legislatoris Dei esse, potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, vt primum in terra testimonium, efficienter testificans. Ita quod, in homine, post peccatum, remãsit testimonium immaculatæ veritatis diuinæ legis, quò ad ipsius pœnam, moriẽte, in arbore ipsa vetita significatæ: cum pro culdubio, in ipso peccatore executa effet: & simul, ipsa mendacij tentatoris macula, dicentis: *Nequaquam morte moriemini*, totaliter purgata: sed testimonium non remansit, quò ad vitæ Dei præmium, in ipsa vitæ arbore, significatum. Imo, in ipso homine, ipsum vitæ Dei testimonium, in ipsa suæ iustæ sententiæ executione, totaliter euacuatum fuit: mundo, ipsum primum in Adamo exemplum relictum est, & perpetuum rectæ Dei iustitiæ testimonium, in perpetuam salutiferæ pœnitentiæ occasionem, vniuersæ vijs pro hominis recuperatione, ad saluatoris aduentum: in præcursore suo Ioanne ipsa pœnitentia, in persona ipsius primi in terra testimonij Adami, & primi pœnitentis, cum operibus verbisque prædicante, renouata: in quo saluatore, moriente, & resuscitante, ipsum humanum semen per gratiam recuperandum erat, & ad incrementum suum rediturum. à Spiritu sancto, per ossipsius præcursoris significatum: primum pœnitentem Adamum (vt dictum est) repræsentãtis: de saluatore, & de seipso, dicẽte. *Illum oportet crescere: me autem minui.* Minui, & crescere. Id est: prædicens significantem proximè decollationis propriæ minutionem: & significatam præteritam minutionem innocentis primi capitis Adami peccantis: & futurum incrementum, & in cruce exaltationem secundi Adami & innocentis agni Christi (vniuersalis fidelium Ecclesiæ capitis) in ipsius culpæ remissionem (sicut prædicit, Illum oportet crescere: & per Dauidem, *Propterea exaltauit caput*) ad gloriam & vitam æternam, morientis, & resuscitantis.

Ioan. 1

Psal. 109.

CAP. LVIII.

SAluatoris testimonium Ioannes fuit, tempore quo ipse Christus in mundum venit: in primi testimonij locum in terra, & primi hominis Adami, per peccatum deficientis, subintrando: sicut scriptum est: *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes.* (id est: primo testimonio in terra deficiente: secundum missum fuit) *Hic venit in testimonium: vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. &c.*

Ioan. 1

Vtom-

Vt omnes crederent per illum. Quia: sicut per Adamum primum testimonium, se in innocentiæ statu conseruantem, vsque ad incarnati Verbi regenerationis aduētum, omnes homines, simul cum ipso in perpetua & innocente vita conseruati, disponi erant credentes, vt ipsam spiritualem regenerationem, in vita & gloria æterna, consequi possent: in spirituali formatione, sine humano semine, illam secundi Adami Christi, significante: & extraordinaria, ipsius Adami creatione in perpetua & immortali vita, testificatam: ita, per singulare ipsum sublintrans testimoniū, videli et Ioannem, homines crediturі erant ipsam spiritualem in Christo regenerationem per gratiam, ad gloriam æternam: (remota peccati causa) mediantibus: pœnitentia, & sacramentis, in peccatorum remissione, consecutam: in ipsius agni Christi sanguine, virtutem accipientibus; sicut ipse præcursor testatur dicens: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni.* Et conformiter de ipso saluatore mundi, indice demonstrato: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Et per ipsum testificatum Christum, in complemento & omnis rei confirmatione: vtraque per gratiam, & gloriam, regeneratio: per eādem crucis viā, omnibus ab ipso multum exhortatæ, & vtraque similiter, moriendo, & resuscitando, esse ctæ fuerunt. Et hac ratione: non solùm præcursor Ioānes, in exemplaris pœnitētiæ vita, sub intrans testimonium fuit, in primi Adami locum, quò ad ipsum primum pœnitētiæ exemplum: (qui Adam, sicut maiori cū causa particularis experientiæ magni boni perditi, & magni mali vniuersaliter sua culpa, causati, peccando: consequenter maiori cum effectu, maior omnibus hominibus pœnitens fuit) sed etiam, quò ad testificatum innocentem Christum: in ipso Adamo primo testimonio, in innocentiæ statu testificanter figuratum. Quo in ordine subintrans testimonium Ioannes, correspondenter impeccabilis fuit: cum priùsquam nasceretur, in materno vtero, sanctificatus esset. Rei incognitæ manifestatio, sine correspondente manifestate rei testimonio, stare non potest. Et hoc in ordine: (manifestationem intra ipsius Dei, & esse diuini: ab omnibus tribus per sonis testificati, relinquendo) statim quòd ipsum Verbum æternum, in effectu manifestationis extra, in virginali Mariæ vtero incarnatum fuit: primum testimonium Adam (vt dictum est) per peccatum in terra deficiendo: *Exurgens autem Maria,* (vt scriptum est) *abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iudæ, & intrauit in domum Zacharie, & saluauit Elisabeth.* Quem ad finem? Ad ipsum dictum finem conuenientis testimonialis sanctificationis: mota ipsa noua Eua & noua sponsa ab incarnato Verbo (nouoque Adamo) quod in virginali vtero suo portabat, ad Ioannem sanctificandum cum festinatione veniendo, in correspondente testimonio vniuersali ipsius vniuersalis redemptoris: in locum primi testimonij & vniuersalis patris ipsius humanæ naturæ, subintrantis: ipsum primum pœnitentiæ exemplum, in peccatorum remissionem in Christo crucifixo: in seipso pœnitenter viuente, proprijs pœnitentialibus operibus, & vniuersalis pœnitentiæ doctrina, & prædicatione propria renouante. sicut scriptum est: *Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum.* Scientiam salutis. Id est, scientiam pœnitentiæ: ab ipso præcursore martyre, & ipsius Christi crucifixi testimonio, proprijs operibus, & doctrina, prædicatam. Ipsa pœnitentia, in ipso senario laboris numero, quo in termino, Christus mortuus est, (die sexta moriendo) significata. In senescēte Elisabeth sexto mirabilis prægnationis suæ mense, cum festinatione à pijssima Maria virgine, proximè prægnanti & communi gaudio & exultatione duorum

insantium inclusorum, Iesu, & Ioannis, visitata: pœnitens humana natura in præsenti vita militante, & tam laboriosa, quàm fructifera pœnitētia, significata est: vsque ad ipsum desideratum diem salutis & redemptionis suæ, *Per viscera misericordiæ Dei nostri*, (vt scriptum est) *in quibus visitauit nos, oriens ex alto*, effectæ: ipsius gratiæ fructus, perpetuo cum desiderio, sterilis & vetulæ, ab annunciante angelo Gabriele, significatum, virgini dicente: *Et hic mensis est sextus illi quæ vocatur sterili: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.*

CAP. LIX.

Luc. 1. QVia non erit *impossibile apud Deum omne verbum*. Quia: se verbum incarnādo, ipsa sterilitas, & pœnitentiæ fructus impossibilitas, in peccatorum remissionē, in humana natura, cessatura erat: in ipsa sterili Elisabeth, fœcundata ad saluatoris aduentum, significata: cum ipso fructu præcedentis pœnitentiæ Ioanne, concurrente: in ipso senario numero, sanctificationem suam præcedente, significatæ. Vnde ipse saluator, veritatem hanc confirmando: ad eundem terminum, cum festinatione veniendo, ipse præcursor ab ipso, in nouum mundo testimonium, & necessariæ pœnitentiæ exemplum, in peccatorum remissionem, sanctificatus fuit. *Omnes enim*
Matt. 11. *prophetæ, & lex*, (dicit Dominus) *vsque ad Ioannem prophetauerunt. &c.* Vsque ad Ioannem: id est, exclusiuè: ipsa præterita legis & prophetiarum sterilitas in peccatorum remissionem, vsque ad Ioannem exclusiuè, continuata: in ipsius figuræ complemento, & ipsius gratiæ effectu, verbo se incarnante, terminata: mediantibus ipsa pœnitentia, & sacramentis, in correspondente zelo, nouiter, in noua lege, & noua saluationis via, ab ipso præcursore Ioanne introducta, effectum: ipsum agnum Christum saluatorem, qui solus peccata tollit: mundo personaliter demonstrante. Quo in mysterio, correspondentis zeli, in pœnitentiam operando, ipsi saluti necessarij, concludit dicendo. *Et si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est. Qui habet aures audiendi audiat.* Qui venturus est. Id est: Ille Elias, quem scriptura venturum esse dicit: ipse est. Hoc: in ipsius prophetiæ Malachiæ declaratione: qui de duobus Domini aduentibus tractat. A fecundo incipit; sicut sæpe Spiritus sanctus in scriptura solet, à fine eius rei, quam proponit, incipere: & postea, sicut per transitū, de præcedentibus mediis tractare. Quia: vnus Domini aduentus futurus erat: (vt dictum est) & eo tempore quo se ad incarnandum venit: humanam naturam, vsque tunc conseruatam, & in innocentiæ statu multiplicatam, in gloria & vita æterna regenerando. sicut in ipso innocente agno, procul dubio completum fuit, tertia die gloriosè resurgente. Et hac ratione, secundus aduentus, accidentalis est: propter accidentalis peccati impedimenti, causam. Vbi: ab ipso principali fine incipiendo totalis ipsius Dei in carne manifestationis, in ipso vltimo die vniuersalis resurrectionis & iudicij, effectæ: postea, primum aduentum introducit: vt medium ipsius finis & vltimi beneficij, quod speramus. Sicut scriptum est, quò ad secundum: *Ecce enim dies vt* Mal. 4. *niet succensa quasi caminus, &c.* & postea quò ad primum aduentum, tamquam medium, per transitum, ipsius finis: *Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. &c.* Sol iustitiæ: quò a dipsum medium iustificationis per gratiam, inquantum homo patiendo. Et sanitas in pennis eius: quò ad medicinale ipsius pati fundamentum: se ad hoc, accidentaliter, humiliando, contra superbiam, primam ipsius morbi peccati radicem: omnia ipsa opprobria, in humiliatione sua passa, ipsis pennis cōparando. Quia: sicut pennæ & alæ, quas superbus Lucifer, vt se contra Deum exolleret, accepit, sua propria superbia, & vana sui-

suijpsius æstimatio, fuerunt: & simul, humiliationis suæ causa: sicut de ipso scriptū est: *Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Verumtamen ad infernum detraheris in profundum lacus.* ita etiam, è contrario, pennæ & alæ passionum & opprobriorum saluatoris, se ad hoc voluntariè humiliantis, in medicinam salutiferam & nostrum exemplum, contra ipsum mortalem superbiæ morbum, passi: simul exaltationis suæ causa fuerunt. vt scriptum est: *Humiliauit semetipsum, &c. Propter quod Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod est super omne nomen. &c.* Et sanitas in pennis eius. Id est: pennæ passionum ipsarum duarum alarum, animæ & corporis ipsius saluatoris, (naturæ diuinæ, & naturæ humanæ) per multas opprobriorum vias, humiliatæ, in humanæ redēptionis effectu, spiritualiter & corporaliter patientis: in quibus, sacramenta virtutem accipiunt, in remissionem peccatorum. sicut dicit: Et sanitas in pennis eius. &c. (& alio in loco, conformiter: *Scapulis suis obumbrauit tibi: & sub pennis eius sperabis*) *Mementote legis Moysi serui mei, quam mandaui ei in Oreb ad omnem Israel præcepta & iudicia* (addēdo) *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, ante quam veniat dies Domini magnus & horribilis: & conuertet cor patrum ad filios, &c.* Ante quam veniat dies Domini magnus. Id est, ipse secūdus accidentalis aduentus, vniuersalis resurrectionis & iudicij, in primo intellectus: in quo (vt dictum est) efficiendus erat: in ipso Christo Domino nostro resuscitāte, particulariter adimpletum. & conformiter de ipso secundo Elia Ioanne prædictum est: *Et ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ.* & ita effectum. Vnde ipse saluator Patri dicendo: *Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo: Et clarificaui, & iterum clarificabo.* Id est: Et clarificaui, quò ad primum clarificationis effectum in Christo secundo Adamo, cum in primo, peccante, manifestatio extra ipsius Dei interrupta esset: & nomen suum obscuratum: & per Christum prosecuta, ab incarnationis suæ puncto: clarificatum. & vltra signa & miracula moriendo, & resuscitando, effecta. Vnde, Et clarificaui, quò ad primum incarnationis suæ & miraculorum: & iterum clarificabo: quo ad secundum mortis suæ & resurrectionis: naturæ diuinæ, in ipsa dictione, Pater, intellectæ, attributæ. in qua partículari resurrectione Christi, in redemptionem & vniuersalem hominis iustificationem: vniuersalis resurrectio, & humanæ naturæ iudicium, comprehenditur: cum tunc (vt dictum est) efficiendum esset: & per accidentale impedimentum peccati & numeri non completi electorum, accidentaliter ad secundum vsque aduentū, dilatum. Vnde hac in veritate & rationeipse Christus: *Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. &c.* Nunc iudicium est mundi: quia cum Christus in ipsa plenitudine temporis & ipsius mundi fine, veniret, mundus propriè iudicandus & finiendus erat, ipsaque humana generatio, per gloriam regeneranda: pro numeri electorum defectu, (vt dictum est) vtrunque accidentaliter dilatum. *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras:* quia, iam quod non per gloriam, per gratiam regenerando, eijcietur foras: mediante ipso iudicio & partículari in Christo iustificatione, morientе & resurgente: principium, & fundamentum vniuersalis resurrectionis & iudicij accidentalis futuri: secundum ipsam nouam legem et sacramenta à nouo Elia Ioāne, in ipsius Malachiæ prophetiæ complementum, missō, primò propositam & prædicatam: & proprio cum sanguine confirmatam. Vnde dicendo: *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, &c.* cum primo dixisset: *Mementote legis Moysi serui mei. &c.* legem, simulque ipsius zelatorem proponit. Et hoc: nō quò ad ipsius Moysi legem: neq; quò ad Eliam prophetam, ipsius legis zelatorem: nisi quò ad euangelicam legē, immediatè, ab ipso figurato saluatore Christo origina

Esa. 14.

Phil. 2.

Ps. 90.

Luc. 1.

Ioan. 12.

Mal. 4.

tam: ipſam figuram, & reliquum omne de ipſo prophetatum, adimplente. *Finis enim legis Chriſtus*: dicit Spiritus ſanctus. Et conſequenter, non de Elia propheta: vt ipſe ſaluator dicit, in iſtius prophetiæ Malachiæ declaratione dicendo: *Omnes enim prophetæ & lex, vſque ad Ioannem prophetauerunt*: ſed de ipſo plusquam propheta Ioanne, ipſius Chriſti præcurſore, legis ipſius nouæ legislatore, & ipſius noui teſtamenti, in ſuo ſanguine inſtitutore: zelatæ & introductæ, ab ipſo nouo Elia Ioanne, ante ipſius redemptionis effectum, teſtificante perſonaliter, ipſum vniuerſalem redemptorem, mundo manifeſtante. Vbi: ſi ipſa Moyſi lex, amplius introducenda non erat: imò totaliter excludenda, in ipſius figuræ complemento: neque ipſius zelator Elias: niſi ipſe nouus Elias Ioannes, & nouum teſtimonium ipſius nouæ lucis & legis, Chriſti ſaluatoris: vt dicit. *Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium: vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum, &c.* Vt omnes crederent per illum. Non per Eliam: zelatorem ipſarum tenebrarum figurarum veteris legis: ſed per Ioannem: à Deo, in nouum Eliam miſſum, & nouum ipſius nouæ lucis & legis teſtimonium: ipſum legislatorem Chriſtum, perſonaliter, teſtificantem: & ſimul, eodem in zelo, ipſam ſalutis viam, mediantibus pœnitentia, & ſacramentis, communicatam: per ſeipſum pœnitentiæ exemplum, baptizantem, & prædicantem, præparantem. ſicut Spiritus ſanctus, alio in loco, in huius prophetiæ Malachiæ declaratione, etiam ſignificat, dicendo: *Et ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ*: cum eiſdem Malachiæ verbis, proſequendo: (vt dicit) *vt conuertat corda patrum in filios*. Sicut per Malachiam. & conuertet cor patrum ad filios. Et correſpondenter, ipſe ſaluator in huius veritatis confirmatione, per ipſum Malachiam propoſitæ, & non declaratæ omni rei correſpondendo. Quo ad legem: Malachias dicit: *Mementote legis Moyſi ſeruus mei, quam mandaui ei in Oreb ad omnem Iſrael præcepta & iudicia*. Saluator reſpondet. *Omnes enim prophetæ & lex, vſque ad Ioannem prophetauerunt*. Malachias proſequitur, quò ad ipſius legis zelatorem. dicendo: *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies domini magnus & horribilis: & conuertet cor patrum ad filios: ne forte veniam, &c.* Et ſaluator, ad hoc reſpondendo concludit, de Ioanne dicendo: *& ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias, qui venturus eſt. Qui habet aures audiendi audiat*. Quia: cum Ioannes pro humilitate non confeſſus eſſet phariſæis interrogantibus (ſicut, quod non erat Chriſtus) neque Elias erat, neque propheta: ipſa patris veritas & lux mundi, in ipſius prophetiæ declaratione, vbi ipſi ſe fundabãt: vtrunque, ipſi Ioanni, nouo Eliæ, de quo Spiritus ſanctus per Malachiam loquitur, ei concedit: ipſis Iudæis, dicendo: Quò ad prophetam: *Etiam dico vobis, & plusquam prophetam*. Et quò ad Eliam: *& ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias*. ipſa humilitatem etiam laudando, (poſtquam ipſam etiam pœnitentiam approbauiſſet) dicendo: *qui autem minor eſt in regno cælorum, maior eſt illo*. Et quo ad eorum incredulitatem & ſuperbiam: *Qui habet aures audiendi audiat*. Quia ipſi, in Moyſi legis zelo, malè ab ipſis obſeruatæ, viſibilium Eliæ ſignorum oculos habebant: & aures non habebant fidei ipſius nouæ legis & inuiſibilis gratiæ, in peccatorum remiſſionem, neceſſariæ. Igitur, Ioannis humilitas, cauſa fuit, quod negando, rem diceret, contra id, quod ipſa veritas Chriſtus ei concedit? Rem, contra, non dicit, negando: imò, verum dicit: conforme ei quod ipſa veritas declarat: nõ tam verbis, quam intentioni, ipſorum verborum ſpiritus, reſpondendo. *Elias es tu?* illi, Phariſæi petunt. *Et dixit. Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit. Non. &c.* Non ſum ego Elias: quem vos expectatis, (ſecundum ipſius prophetiæ Malachiæ literam) qui cum nouis cœleſtibus ſignis venturus eſt, ad

Ioan. 1.

Mar. 11.

Luc. 1.

Moſay-

Mosaycam legem de nouo zelandam, sicut primò faciebat: neque propheta, eorum quos imaginamini, qui in futuro (sicut lex) de saluatore prophetauerunt: *Omnis enim prophetæ & lex*, (vt dicit Dominus) *vsque ad Ioannem prophetauerunt.* sed secundum ipsius literæ spiritum, à Domini angelo, priusquam in mundo essem, & postea ab ipso saluatore declaratum: in spiritu & virtute Eliæ, ante illum præcedente: *Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dixit Esaias propheta.* Elias sum, (sicut de me ipse saluator dicit) vt recipiar in præparatione nouæ legis, & nouæ gratiæ inuisibilis, loco primæ, per pœnitentiæ & sacramentorum viam, in peccatorum remissionem, collatæ: & per me, in pœnitenti vita baptizãte, præparatæ: *quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.* sed Elias non sum, sicut vos creditis & expectatis: ipsam Moysi legem, de nouo, per noua signa zelans & introducens. Ita quod, secundùm id quod ab ipsa scriptura colligitur, Ioannes, in ipsius prophetiæ Malachiæ complementum missus fuit: sicut nos ipsa lux mundi docet (vltra rationes allegatas) dicendo: *si vultis recipere, ipse est Elias.* Et per angelum, Zachariæ. *Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ, &c.* In spiritu & virtute Eliæ. Id est: in spiritu Deo & virtute diuina: signa Eliæ, diuinæ legis zelatoris, figuratiuè efficiente. Vbi notandum est, quòd Spiritus sanctus, de Ioanne Baptista dicendo: *Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios*, (sicut etiam Malachias dicit) *& incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam: &c.* de sancto Baptismate tractat, ab ipso præcursore Baptista baptizante, primò introducto: & simul, de ipsius sacramenti figura: in illo in notabili signo sacrificij Eliæ (vt dicit) in spiritu & virtute Eliæ) significati. Illud ter in aqua holocaustum baptizantis: sicut scriptum est: *Implete quatuor hydrias aqua, & fundite super holocaustum, et super ligna. Rursumque dixit: Etiam secundò hoc facite. Qui cum fecissent secundò, ait. Etiam tertiò idipsum facite, &c.* Etiam tertiò. Id est, ordini figurati sancti baptismatis sacramenti correspondendo, sicut dicit Dominus: *baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* In aqua: quò ad peccata, & ipsorum pœnitentiam, sicut declaratum est: Quatuor hydrias aqua plenas: quò ad quatuor elementa & corporalem partem: simul cum ternaria anima, ipsius trini Dei imagine, in peccati discordantia, vitiata. hoc in mysterioso ordine: *Cecidit autem ignis Domini* (vt dicit) *& vorauit holocaustum, &c. Et aquam, quæ erat in aqua ductu lambens.* Id est, quò ad superiorem formam inuisibilis gratiæ & ignis charitatis diuinæ, concurrentem: veterem hominem in noua regeneratione consumentem: & simul omnium peccatorum aquas lambentem. Quia *aquæ multæ* (vt scriptum est) *non potuerunt extinguere charitatem. Ego vox clamantis in deserto:* (ad secundum Eliam redeundo) in quo gentilitatis deserto, conformiter prophetatæ (vt dictum est) ipsa vox audienda erat, & mediantibus pœnitentia, & sacramentis, idolatria, vniuersaliter eradicanda: in consequenti occisione vniuersali ipsorum sacerdotum idolorum, & falsorum prophetarum, significatum, *Parare Domino plebem perfectam*: quò ad perfectionem ipsius nouæ legis & noui testamenti in remissionem peccatorum: per pœnitentiæ, & sacramentorum viam: (ad imperfectionis antiquæ legis differentiam, ipsam gratiam non conferentis) in eodem zelo & Eliæ spiritu, ab ipso pœnitente Ioanne et baptizante, ipsam gratiæ viam præparante, primò introductorum: ipsum altare Dei humanam naturam, per peccatũ destructũ, de nouo reædificãte: in altaris Domini reædificatione, quod Elias fecit, significatũ. sicut

Ioan. 1.

Luc. 1.

3. Reg. 18.

Mat. 28.

Cant. 8.

Luc. 1.

dicit

3 Reg. 18. dicit: *Et accedente à se populo, curauit altare Domini quod destructum fuerat. Et tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum filiorum Iacob. &c.* in electione quam fecit Dominus ipsarum duodecim fundamentalium petrarum duodecim apostolorum, completum: ab illo magno & primo apostolo Andrea, ipsius magni Ioannis Baptistæ discipulo, originatorum: Domino, Petrum fratrem suum, adducente, ipso-um apostolorum principem, & vniuersale ecclesiæ suæ sanctæ caput: & ipse præcursor mundo ipsum agnũ Dei Christum demonstrans, suo cum testimonio, ipsi apostoli in fide & ipsius veri saluatoris credulitate, confirmati: vniuersalem Ecclesiam & perfectam fideliũ plebem, in ipso duodeno numero comprehẽ-

Luc. 1. Ioan. 1. lam, præparando. sicut dicit: *parare Domino plebem perfectam.* Et per Euangelistam: *Hic venit in testimonium: vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum.* Omnes. Id-est: à primo, vsque ad secundum Domini aduentum, omnes crederent per illũ. Præparatio, & vnicum testimonium in primi Adami locum: ipsam iustorum plebem, donec iustorum iustus Christus ad iudicandum veniat, mediante pœnitentia, præparans: vsque ad seculi finem, permanens. sicut dicit: *vt omnes crederent per illum.* Nullus alius Elias, & testimonium, aliam plebem quam istam præparans, infra testificantem Ioannem nouum Eliam, & testificatum Christum, interponens. Nisi, falsus & impius Antichristus: qui, non ab alio Elia & spiritu, quàm ab ipso Spiritu & virtute diuina in Christo iudicante, Deo & homine,

2 Tha. 2. destructus erit: *Quem Dominus Iesus* (vt scriptum est) *interficiet spiritu oris sui.*

creatione, & vaius requiei, cum omnia ad hominis imaginem creauisset, & hac ratione fuæ in carne manifestationis, hebdomadaliter disposita & ordinata, ipsum incarnationis Verbi mysterium, testificatis: vltimo loco, id est, sexto die hominem ad imaginem & similitudinem suam creauit: (sicut dicit, postquam omnia creasset, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*) & in vnicum in terra ipsius Dei testimonium: ipsum incarnatum Verbum repræsentans, et sic etiam, hac ratione & ordine conueniebat, Quod in ipsius figuræ complementum, & totalis manifestationis extra ipsius Dei, se Verbum incarnando & hominem faciendo: cùm ipsum primum in terra testimonium Adami, inter homines deficeret, in innocentiæ statu & perpetua & impassibili vita, impassibilem Deũ testificans: secundum, missum fuisset: (sicut scriptum est: *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes*) in vnicũ & præcedẽs testimonium ipsius passibilis saluatoris, Dei & homi-

Gen. 1. Ioan. 1.

nis: in statu sanctificationis & gratiæ consummatæ, pœnitenter patiendo: ipsam viam Domini, passibilis facti, & pro peccatis patientis, in peccatorum redemptionem, testificanter simul præparando. vnica saluationis via homini, pœnitenter patienti: ipsum peccatum, testificanter etiam confitenti: ipsum vnicum testimonium & vniuersalis pœnitentiæ exemplum Ioannem, efficienter, imitanti. Quia: sicut in statu innocentiæ, & perpetuæ & impassibilis vitę, ante peccatum, præcedente testimonio ipsius gloriæ naturæ diuinæ, & impassibilis Dei, quod natura humana mediante ipso Verbo incarnato, consecutum erat, tempore quo in mundum venit, cum in ipso felici statu multiplicata, & ab ipso, in gloria & vita æterna regenerata esset: ita etiam conueniebat, quod cum peccando defecissẽt: præcederet testimonium in natura humana, ipsius gratiæ & lucis Christi, pro peccatis morientis: per pœnitentiæ & sacramẽ-

CAP. LX.

ADmaiorem nouæ Eliæ declarationem, considerare oportet: quòd in manifestatione extra ipsius Dei omnipotentis, mediante vniuersali sex dierũ

torum viam, collatæ: homo, in peccatis cõfessione, pœnitenter patiendo. Non ipsius gratiæ testimonium, inquãtum Deus, Lux, ab ipsa æterni patris luce, æternè genera-ta: quia, *Non erat ille lux*: (Spiritus sanctus de Ioanne dicit) sed ipsius lucis, & viæ Christi, inquantum homo patiendo: ipsam pœnitentiæ & sacramentorum viam in peccatorum remissionem præparandõ: ab ipso saluatore, inquantum homine, in hominis illuminatione, secutam: & à præcursore suo, (vt concludit: *sed vt testimonium perhiberet de lumine*) in præparatione ipsi gratiæ necessaria, per seipsum sanctum & impeccabilem, in pœnitenti vita baptizantem, omnibus hominibus testificanter demonstratam: extra quam viam, veritatem & lucem, vita non est. Vbi Dominus; dicendo: *Ego sum lux mundi*: de ipsa lúce sua exemplari tractat; inquantum homo; voluntariè pro peccatis patiendo. Lumen ad ipsam formam & superiorem lucem diuinæ naturæ, disponens: ipsam peccatorum remissionem, efficientem: necessariò, homo peccator, per eandem viam, voluntariè patiendo, & pro peccatis pati desiderando, eodem cum lumine, concurrens. Qua in ratione, & certissima veritate; *Fuit homo missus à Deo* (vt scriptum est) *cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium: vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. &c.* Vt testimonium perhiberet de lumine. Id est: de ipsa luce & exemplari Domini via, inquantum homo patiendo: ab ipso testimonio Ioanne, in mundo, pœnitentiæ exemplo, post primum peccatorem Adamum, testificata: non ipsi primo in terra peccatori, inquantum peccatori succedente: nisi in quantum pœnitenti, & simul vt sanctus & sanctificatus, ipsam lucem & salutis viam Christum crucifixum, inquãcum homine, nobis datam: (cum iustus esset, Deus & homo simul, vt peccator patiendo) efficienter, propria cũ vita & morte testificans. Quia *non erat ille lux*: id est, quòd ad ipsã lucẽ intõ-

Ioan 8.

prehensibilem, inquantum Deus: *sed vt testimonium perhiberet de lumine*: id est, inquantum homo: cuius pœnitentiæ lucis homo capax est: & consequenter, ipsi pœnitentiæ obligatus: ipsum sanctificatum testimoniũ Ioannem, & suum sanctificantem & testificatum Christũ crucifixum Dei filium, in peccati confessione humiliter imitãdo. Ita quòd, quia post ipsum primũ & maius testimonium, Adamum, deficiens peccando: aliud simile & competens inter homines testimonium nasci non poterat, obstante ipso peccati impedimẽto, nisi cũ ab ipsa maledictione liberatum esset: hoc in mysterio, sexto mense conceptionis Ioannis, interpositum tempus maledictionis & cæcitatis peccati, donec ipsa lux in mundum veniens, significante, statim Verbum incarnatum fuit: & confestim sine mora (vt dicit: *cum festinatione*) Ioannis sanctificationi operã dedit. Sex menses, pro sex diebus: secundũ crementũ. & declinationẽ duorum distinguẽtiũ luminariũ cœlestium, Solis, & Lunæ: in peccati testimoniũ. Et hoc in mysterio: non sexto die: secundum perpetuitatem & lucẽ solis innocentiæ: nisi sexto mense: secundùm corruptionem lunæ, & tenebras noctis peccatis: Et consequenter: non immediatè, ab ipso impassibili Deo, sicut primũ testimoniũ Adam creatus fuit, in perpetua & impassibili vita, ipsam gloriam & æternã vitã Deum, quam consecuturus erãt, testificante: sed mediante humanitate sua sanctissima personaliter veniente: cũ in mortali & passibili vita, sanctificãte: vt per hãc viã amaræ passionis suæ, de ipsa luce Christo saluatore, testimoniũ perhiberet: ab ipso, inquantum homo passibilis, pro peccatis patiendo, nobis data: & ab ipso præcursore, ipsam salutis viam, vniuersaliter præparante, testificata. Sexto mense sanctificatus, sicut Adam sexto die de limo terræ formatus: quia, sicut ratione peccati, inter homines minimus conceptus fuit; inter eos, ratione ipsius gratiæ & officij testificationis per-

Mat. 11. nis personalis, magnus natus esset: sicut ab ipsa luce declaratum est, dicente. *Amen dico vobis, non surrexit maior inter natos mulierum Ioanne Baptista.* Inter natos mulierũ id est, in quantum testimonium: ipsum primum & maius testimonium Adamum, in innocentiæ statu referuando: qui, non ex muliere natus, sed immediatè ab ipso creatore creatus fuit. Non surrexit maior. Id est: ratione testimonij: ex utero matris suæ, non surrexit maior. Et hoc: ad alia rum testimoniorum differentiam: in futuro, & non in præsenti vt Ioannes, ipsum testificatum Christum, indice, personaliter mundo demonstrans: Qua in ratione, prosequitur, dicendo. *Etiam dico vobis, & plusquam prophetam.* Ita quod, ipsa dictio, Surrexit: cum istis alijs, intelligi & connecti debet: videlicet ex utero matris suæ, nascendo: & ipsam mundo lucem, personaliter demonstrando. Qua ratione, hæc duo natalitia tantũ: & testificati Christi, Dei filij. (non ex humano semine, conformiter primo testimonio Adam: sed de Spiritu sancto, concepti) & testimonio sui Ioannis, celebrantur, quia ex utero matris suæ, nascendo, in personale ipsius lucis testimonium, ad quod missus fuit, non surrexit maior. Et in hoc rationali sensu: verbum, istud, Maior: intelligendum est: neque tam magnus, quàm Ioannes Baptista. Et hoc, multa cum ratione. Quia: si Adam, in innocentiæ statu, (non ex muliere natus) ratione testimonij Dei creatoris sui, mediante vniuersali ipsa creatione, manifestati, nõ peccãdo, maior & dignior erat, omnibus alijs hominibus, ex muliere natus, in ipso innocentiæ statu, similiter conseruatis: conformiter, & maiori cũ ratione, Ioannes Baptista, in effectu ipsius figuræ, & totalis ipsius Dei in carne manifestationis, Verbum se incarnando, in gratiæ statu, futurus erat, mediantibus ipsa pœnitentia, & sacramentis collatæ, ratione personalis testimonij, ipsam Dominæ viam præparantis: in sanctitate sicut in pœnitentiæ exemplo, maior. post primum non ex muliere natum, omnibus alijs sanctis & prophetis, natis ex muliere, qui fuerunt, & vsque ad seculi finem erunt. Sicut ipsa lux significat, ab ipso Ioanne testificata (postquam eum, quo ad sanctitatem suam, & exemplarem pœnitentiam exaltauisset) quo ad testimonium, super omnia alia testimonia, de ipso venturo saluatore prophetantia, dicendo: *Quid existis in desertum videre? &c. Sed quid existis videre Prophetam? Etiam dico vobis, & plusquam prophetam.* Mat. 11. *Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* Mal 3.

CAP. LXI.

TEstimonium Domini fidele, (ad Dauidem redeundo) *sapientiam præstans parvulis.* Ps. 18. &c. Lex scripta, multarum ordinationum (vltra dierum) & præceptorum copiosissima: vniuersale peccati testimonium fuit: damnorum multitudinem, per peccatum causatorum, testificans per hanc pœnitẽtialẽ viam, tenebrarũ ipsarũ figurarũ, hominem humiliando: & simul ad venturam lucem disponẽdo: omnia, ad primum superbiæ caput, reducendo. Sicut vniuersalis omnium irrationalium rerum creatio, hominis particularem præcedẽs, cui, ipsorum mysteriosorum exemplorum in: telligentia, pro sua cõseruatione, data fuit, (vt dicit: *Et deduxit illi virtutem continendi omnia*) Sap 10. ad has duas (vt dictum est) notabiles arbores, reducitur: id est, arborem vitæ, & arborem mortis: vt duo diuinæ legis testimonia, ipsas duas res diuersas proponentia, cũ effect quod omne hoc vniuersale exemplar, multorum variorum & diuersorum testimoniorum, secundum variam & diuersam vnuscuiusque rei creatæ proprietatem, omnes virtutes, & humana vitia significãtis, vbi rerum mundarum, & immundarum vitus, et prohibitio, fundatur: ad horũ duorum

duorum finium, vitæ aut mortis electionē: dirigitur, & reducitur. Vbi per eundem
Psal 18. prophetam: conformiter: *Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea. Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat parvulis, &c.* Et intellectum dat paruulis. sicut in hoc alio loco: Sapientiam præstans paruulis. Vbi, cum creator mediante Moyse, ipsam legem scriptam & vniuersale peccati testimonium dare veniret, dando ei primò duas tabulas scriptas, quæ fractæ fuerūt, & postea alias similes secundò: eodem in ordine fuit: hæc duo testimonia & fines legis, vitæ, & mortis, renouando: omnem hanc ordinationum & præceptorum multitudinem, in ipsis decem inclusam, (sicut inter irrationalia, testimoniorū & exēplorū multitudo, ad hæc duo particularia duarum notabilium arborum, in ipsius humanæ naturæ imaginem creatarum) ad hos duos vitæ, aut mortis fines, reducendo. Duæ tabulæ, sunt duæ arbores, in ipsius humanæ naturæ imaginem creatæ, id est, anima, & corpus: ad hominem, vltimo loco creatum, vt rationalem, omnia reducendo: in quo, obediente, ipsum particulare legis testimonium, & vniuersale omnium aliarū rerum creatarum, concurrit. Et è contrario, non obediente: ipsum legis testimonium, particulare, & vniuersale simul, eadē cum vita creatore & legislatore DEO, euacuatum est: in primarum duarum tabularum fractione, (interruptam immortalitatem & innocentiam, significante) & simul scriptum ipsius digiti Dei, Spiritus vivificantis, significatum. sicut scriptum est:
Exo. 31. *Deditque Dominus Moysi, completis huius modi sermonibus in monte Sinai, duas tabulas testimonij lapideas scriptas digito Dei.* Hoc: quò ad testimonium legis in homine, in innocentiæ statu, in istis duabus tabulis anima & corpore, scriptæ, ipsam legem seruante: Lapideas: ipsam perpetuam humanæ naturæ vitam, in illo statu obediendo, significantes. Sicut quò ad testimonium peccati, & euacuationis primi Innocentiæ, non obediendo, in mortalis pœnæ legis executione, concurrens: mysteriosè dicit: *Cumque appropinquasset ad castra, vidit vitulū, & choros: iratusque valdè, proiecit de manu tabulas & confregit eas ad radicem montis, &c.* Et confregit eas ad radicem montis, id est: in causali fundamento sublimis montis diuinæ legis: ipsos duos, vitæ, aut mortis fines, proponentis: quò ad secundum, mortalem ipsius pœnam, exequendo: ipsam perpetuam vitam, in ipsa lapidea materia significatam, interrumpendo. vniuersale testimonium veritatis immaculatæ legis, non integrum: in ipsius pœnæ executione, moriendo, consistens: hac in parte tantum apparens. Et integrum in Christo testimonium, moriente, & resuscitante: iustis suis credentibus, mediantibus pœnitentia, & sacramentis, in sanguine ipsius immaculati agni, virtutem accipientibus, communicatum: per ipsam pœnitentialē viam, patiendo, & per propriam in martyribus mortem, Christum confitendo, & ipsam vniuersalem in ipso resuscitato saluatore resurrectionem, viua cum fide sperando, manifestatum. Qui calix pœnitentiæ, & vitalis in Christo medicinæ sacramentalis, ex duabus amaritudinibus, (vt declaratum est) corporali, & spirituali, consistens: in sequenti notabili, & mysterioso casu, significatus est: sicut dicit: *Arripiensque vitulum quem fecerant, combussit, & contrivit vsque ad pulverem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Israel, &c.* Quem sparsit in aquam. Cum mysterio. Quia, iste peccati vitulus, à figurato Moyse Christo saluatore combustus & contritus, in æterni sui amoris igne, inquantum Deus: eum ad bibendum dat, in salutiferam medicinam in pœnitentiæ & sacramentorum aqua: ipsa aqua, spiritualem animæ amaritudinem (vt declaratum est) significante: forma in Christo, amaritudinis & pœnalitatum corporalium, (vt dicit: *quoniam intraverunt*
Exo. 32. Psal. 68.

aqua vsque ad animam meam) vbi sancti baptismatis sacramentum virtutē accipit, in peccatorum remissionem: concurrente inuisibili forma superiore ignis charitatis diuinæ, vt Deus, efficiente. Vbi ipsa charitas Spiritus sanctus per Baptismam, hoc in mysterio, de Christo dicit: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni, &c.* In Spiritu sancto & igni: cuius res distinctæ: Id est, gratiæ beneficium, in Spiritu sancto: baptizando: & gloriæ beneficium: in pœnali igni, in vniuersali resurrectione iniustos iudicando: & simul electos suos, mediante ipso igne perfectæ diuinæ charitatis, tāc communicatæ, ab omni fomitis peccati rubigine, totaliter purgante, ad gloriam & vitam æternam regenerando. Sicut prosequendo dicit: *cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam: & congregabit triticum in horreum suum, paleas autē conburet igni inextinguibili. Ipse enim quasi ignis conflans,* (per Malachiam conformiter) *& quasi herba fullonum. & sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. &c.* Vbi, cùm sanctū baptisma in aqua fiat: ratione ipsius concurrentis igneæ formæ inuisibilis ignis amoris diuini, in gratia regenerantis, & simul ad ipsum secundum baptisma regenerationis in gloria, per ignem effectū, disponentis: procul dubio fit, (vt dicit) in Spiritu sancto & igni. Gratiæ nuditas, (ad figuram redeundo) per peccatum causata, (à primis patribus, & primis peccatoribus, in seipsis considerata) & simul executio mortalis pœnæ ipsius culpæ legi diuinæ conformis, vsque ad seculi finem perseuerans: in illo quod sequitur significatum, sicut dicit: *Videns ergo Moyses populum quòd esset nudatum (spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat) Hæc dicit Dominus Deus Israel. &c. ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem & amicum & proximum suum. Fecerunt que in die illa viginti tria millia hominum. &c.* De porta vsque ad portam. Id est: à prima peccati porta in Adamo, moriendo, vsque ad ipsius mundi vltimam, in Christo, resurgendo. Ita quòd, in vniuersalem pœnæ legis executionem, moriendo, (ad decimum octauum psalmum qui exponitur, redeundo) veritatis immaculatæ legis testimonium in homine remanfit, quò ad arborem vetitam: non integrum testimonium: cum esset, in ipsius mortalis pœnæ effectu, ipsam perpetuam vitam interrumpente, arboris vitæ testimonium, & simul suus testificatus Deus vita æterna, euacuatū: in fractione primarum tabularum lapidearū & scripturæ simul, significatum. Integrum legis testimonium in homine, post pecatum non remanfit: non quò ad legem, qua mediante, ipsa gratia & vita Deus communicatur: quæ, de nouo, & in perpetunum in ipsis humanæ naturæ tabulis, scripta fuit: & maiori cum testificatione (hac in parte) veritatis immaculatæ ipsius legis, efficienter moriendo: sed quò ad indispositionem & ipsius humanæ materiæ fragilitatem, (prima innocentiæ forma perdita) de nouo ipsam formalem lucem recipiendo, in ipsius legis obseruatione, rectè operando, cum ab ipsa fragilitate & ignorantiæ peccati tenebris impedita esset: donec, ipse figuratus Moyses Christus veniendo, in ipso vniuersali saluatore, ipsæ humanæ naturæ tabulæ renouatę fuerunt, & simul ipsa lex, maiori cum perfectione rescripta & obseruata. sicut significat, dicendo: *Præcide tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas verba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti. &c. Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerunt, & de nocte consurgens ascendit in montem Sinai, sicut præceperat ei Dominus portans secum duas tabulas. &c.* Quæ figura, Verbo se incarnāte efficiēter cōpleta fuit, cú essent ipsæ duę nouę tabulę, humana natura, ab ipsa

Luc. 3.

Mal. 3.

Exo. 32.

Exo. 34.

ipsa elementali materia, in virginali vtero consistente, (vt declaratū est) perfectè præcisæ: & in pristinam innocentiæ formam (vt dicit, instar priorum) quam primæ illæ duæ tabulæ in Adamo habuerunt, similiter non ab humano semine, sed ab ipsa elemētali materia, primùm, in imaginem formatæ, maiori cum perfectione incomparabiliter renouatæ: cùm à Spiritu sancto, vltra indiuisibilem naturæ diuinæ vnionem, in impeccabilem hominem, conceptus esset. Et has duas tabulas similiter, ipse æternus sacerdos, in Moyse figuratus, secum portauit, obedientialiter ad Caluariæ montem, vt sacrificatus esset, ascendendo: ipsam legē de nouo, in noua lege, & nouo sacrificio & testamento, rescribendo: (vt dicit: *Non veni* Matth 5. *soluere legem, sed adimplere*) & simul omnem ipsam præceptorum multitudinem, damnorum peccati multitudinem, (vt dictum est) significantem: (ipsum peccatum delendo) ad ipsam primam obedientiam, primæ innocentię legis, reducendo. Vt scriptū est: Philip. 2. *Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortē, mortē autē crucis. &c.* Cū mysterio dicit: & de nocte consurgens: sicut cōcordanter de Abraham, eadem in figura, Isaac filiū Gen 22. suum sacrificare volente: dicendo. *Igitur Abraham de nocte consurgens, &c.* causam noctis & tenebrarum cæcitatis peccati significando. Similiter & figuratus Christus, in effi- Luc. 22. ciente ipsius figuræ complemento: *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.* Integrum legis testimoniū in Christo, voluntariè moriente, & die tertia resurgente: ipsam figuram, ipsarum duarum notabilium, vitæ, aut mortis, arborum, duas in Christo naturas, diuinam & humanam significantium, adimplente. Integrum & fidele in Christo testimonium, suis fidelibus & humilibus credentibus, per pœnitentiæ & sacramentorū viam, communicatum: ipsa forma & integro mortis & resurrectionis suæ testimonio, virtualiter in peccatorum remissionē ad vitam & gloriam æternam, concurrēte.

Vbi præcursor. *Ego quidem baptizo vos in aqua* Matt. 3. *in pœnitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est, &c. ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. &c.* Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam. Id est: quò ad ipsam dispositionem materiæ pœnitentialis, & formæ spiritualis in Christo, credendo & operando: in confessionali peccatorum pœnitentia, correspondendo ipsi materiæ & formę passionum corporalium, & formalium rationalium Christi animæ, in sancti baptismatis aqua, vt dictum est, significatę: cui obligati sumus, vt rei, quā ex nostra parte habere possumus: (id est, in illo modo quem sancta ecclesia catholica Romana eum obseruat & declarat: cui correctioni & iudicio, id quod hoc in libro scriptum est remittitur) qua in ratione, sanctum Baptisma, in igne non fit, secundum ipsam ignea superiorem formam, in quantum Deus: sed in aqua fit, secundum inferiorem humanæ naturæ, in ipsa aqua significatam. Qui autē post me venturus est, &c. ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Id est, quò ad ipsam concurrentem igneam formam Spiritum Deum, hanc præsentem per gratiam regenerationem, & futuram per gloriam, efficientem: ipsum integrum legis testimonium in Christo saluatore Deo & homine, in ipso remissionis peccatorum effectu, diuinæ naturæ attributo, ad vitam æternam resurgente, communicātem. Et idem saluator, eadem ratione & ordine, dicendo: *Ego Ioann. 5. autem habeo testimonium maius Ioannis. Opera enim quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea: ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me. &c.* Opera enim. id est, ipsum opus & humanę redemptionis testimonium, his duobus beneficijs, & præsentis gratiæ, moriendo, & futuræ gloriæ, resuscitando, cōsistens. Vt perficiam ea: id est, non solū moriendo: sed etiam tertia die resurgendo. Quia, si nō resurrexisset Christus: perfectæ redemptionis opus non fuisset. neque integrum testimonium immaculatæ diuinæ

legis veritatis: ipsas duas diuersas res, mortem, & vitam, proponentis: cum à principio in Adamo non obediente, per peccatum moriente, arboris vitæ testimonium, & simul testificatus vita Deus euacuatum esset: sicut in ipso iusto saluatore, inquantum homo obedientialiter moriendo, & inquantum Deus gloriosè resuscitando, de nouo integrè restauratum. Ego habeo testimonium maius Ioannis. Ideſt, ipſam ſuperiorem igneam formam inquantum Deus, efficientem, à Ioanne confeſſam, præponēdo: & ſimul ipſam teſtificantem pœnitentiam, neceſſariò præcedentem, approbādo. Vbi intrat, (ad propoſitum redeundo) *teſti monium Domini fidele, ſapientiā præſtans paruulis.* Teſtimonium Domini. Ideſt teſtimonium Chriſti: ipſam immaculatam legis veritatem, in ſuo cōplemento, fideliter teſtificās.

CAP. LXII.

IVſtitiæ Domini rectæ, Letificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. &c. Iuſtitiæ Domini: ideſt, iuſtitiæ Chriſti. Rectæ: ideſt, quo ad rectam legis obſeruationē, poſtquā ſaluator venit, & per ipſum humana redemptione effecta, per operantis pœnitentiæ & ſacramentorum viam (ipſa figura euacuata) in peccatorū remiſſionem, rectè obſeruatæ ipſæ iuſtitiæ, & iuſtificationis effectus, ab ipſa vnica forma & lucido charitatis præcepto illuminante Deo æterno, procedenter omnē ipſam myſteriosarum obſeruationum & præceptorū multitudinē, damnorū peccati multitudinē (vt dictū eſt) ſignificantium: ſicut omnia ipſa peccata, ab vno ſolo peccato ſuper hiæ cōtra Deum inobedientiæ dependentia: ſic etiam, ipſas iuſtitias & diſtinctā ipſarū eul parū iuſtificationem, ipſi vnicæ iuſtificanti formæ, & vnico præcepto & amoris Dei luci, attribuendo. Et ſicut omnia peccata humana, ratione hebdomadalis humanæ naturę peccantis, correſpōdenter, ad hebdomadalem ſeptem mortalium peccatorū numerum, reducuntur: à mortali diſcordātia quatuor elementorū, & triū animæ potentiarū, procedentiū: ita etiā, ipſæ iuſtitiæ, & diſtinctæ ipſarum culparū iuſtificatio, ad ipſum decimū numerum (vt dicit: Iuſtitiæ Domini rectæ) ipſam legem ſeruādo, quò ad ipſam hebdomadalē humanā naturam iuſtificatam, & ipſam illuminantem formā & vnicum præceptū charitatis iuſtificantis Dei vnius & trini, reducuntur. Quia: negare in ipſa vnione iuſtificantis charitatis, ipſum decimum numerū: quò ad iuſtificatū peccatorem & formā iuſtificantem: formatum: ipſius Dei trinitatem negare eſſet: in diſtincta hominis iuſtificatione, omnē ipſam peccatorū multitudinē, in ipſa præceptorum veteris legis multitudine (vt dictū eſt) ſignificatorū, ab ipſa hebdomadali diſcordātia procedentiū, vnicè & trinè, iuſtificātis: in ipſa vnione charitatis hebdomadalis naturæ humanæ iuſtificatæ, & ternariæ naturæ diuinæ iuſtificātis, rectè formatum. Myſteriū & ipſius diuinæ legis fundamentum poſt peccatum, ex decem præceptis conſiſtentis, in manifeſtationis Dei in carne, teſtimonio, Verbū ſe incarnando. Id eſt, prima tria præcepta, quo ad ipſum vnū & trinum Deum, ſuum honorem concernētia: & alia ſeptem, quo ad hebdomadalē naturam humanam, in ipſum Deum aſſumptam: in ſua mediantibus ſacramentis, iuſtificatione, (ipſam legem ſeruantem) in hebdomadali natura humana in Chriſto, virtutē accipientibus: (qua ratione hebdomadaliter etiā ordinata ſunt) inquātū homo, ſpiritualiter & corporaliter pro peccatis patiēdo: & inquātum Deus & homo ſimul, per ipſam viā decimalis vnionis Dei & hominis ſimul, & correſpōdētem diuinę legis decimalis obſeruationē, in qua, ipſa vnio Dei & hominis ſimul, teſtificata eſt, hominē iuſtificādo: & ſimul cū ipſo, in laudis & dignæ hoſtiæ ſacrificiū, in ſanctę crucis ſuæ altari, decimaliter offerendo. Dicitur ſacrificiū laudis & digna hoſtia, illa humanæ

minis, in quantū rationalis: hac in parte, secundum liberum arbitrium, in ipsa voluntaria vnione per gratiam, sicut postea per gloriam, fernata lege, laudabiliter concurrente. Vbi Spiritus sanctus, irrationalia sacrificia refutando: *Non accipiam de domo tua vitulos: &c. Nunquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo sacrificium laudis: & redde altissimo vota tua. &c.* Ita quòd digna hostia, in quantum rationalis: id est, in rationali suo operari, in obedientiali diuinæ legis obseruatione, libero suo arbitrio bona vtendo: ad hūc finē, laudabilis sacrificij, & dignę hostiæ, simul cū ipsa lege homini daro. Dei imago in homine: nō quòd ad ipsum liberum arbitriū: sed quòd ad bonū ipsius vsum. Quia, ipsum liberū arbitrium, in se ipso solùm, in homine, & Dei imagini, & dæmonj, cōmune est: ipse homo, & hebdomadalis natura humana, per cōtrariā viā indirectè cōtra ipsam legē operando: & simul Dei imaginē, in ipsam hebdomadalē hydrā dæmonij imaginē, ex septē mortalibus capitibus consistentē, cōuertēdo. Et hoc, ratione ipsius liberi arbitrij: animæ ipsius humanæ volūtatis: contrariè, cōtra ipsam vitam Deum, viuētis & operātis. Quia: sicut animę intellectus, memoria est: ita etiā, volūtatis anima, liberū arbitrium est. Et sicut corpus, sine anima viuere non potest: ita intellectus, sine memoria. Vbi memoria deficit: ibi intellectus deficit. Et similiter, liberū arbitriū deficiendo: simul deficit volūtas. Veri Dei serui, voluntatem non habent. Quare voluntatem verus Dei seruus nō habet? Quia liberū non habet arbitriū: quod liberum arbitrium, in ipsa voluntatis humanæ libertate consistit, faciendi, aut non faciendi Dei voluntatem, in diuinæ legis obseruatione: ad beneplacitum suum. Vbi, in totali hominis resignatione, in volūtate donatoris ipsius doni, (in quo, vt dictum est, ipse Deus, homini donatur) in diuinæ legis obseruatione: liberum arbitrium in homine moritur: & ipse Deus, in ipso viuit. Et è contrario: non obediēdo: Deus in homine moritur, (id est, in quātum per ipsam inobedientem, euacuatus est) & in ipso, peccatum viuit. Et hoc, ratione ipsius legis. Vt scriptum est: *Cùm venisset mãda tum, peccatum reuixit.* Et similiter, ratione ipsius legis, obediendo, Deus in homine viuit: simul secei, cū libero arbitrio donans, vt per ipsam viam, benè ipso dono vtendo, in ipsa obedientiali vnione, digna ipsius Dei hostia, factus esset: liberè seipsum propria voluntate priuando, & simul in diuina remanendo: vt sedes, templum, hostia & ipsius Dei altare, seipsum, simul cum ipso sacrificando: & decimaliter offerēdo. Quomodo, digna hostia homo, propria volūtate deficiendo, & simul per fectione sua, in ipso tam perfecto, quàm indiuisibili ternario numero, extribus animæ potentijs, cōsistens? Non propter hanc obedientialem propriæ voluntatis resignationem, homo, suis potentijs & perfectione deficit: imo, per hanc viam, ipsam legem seruando, maiori cum perfectione omnes tres concordanter possidet, eisque vtitur: in ipsa charitate permanendo: & ipse trinus & vnus Deus, in homine dominanter viuendo. Id est, homo, propriam voluntatem, in diuina, mortificanter resignando: & simul, ipsi sapientiæ æternæ, humiliter & fideliter, memoriam & intellectum subiugādo. Sicut scriptum est: *Christo confixus sum cruci. Viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Christus.* Dei imago in homine: mediante bono ipsius liberi arbitrij vsu, in tam voluntaria, quàm obedientiali ipsius diuinæ legis obseruatione, communicata: omnes ipsæ tres potētiæ, in ipso effectu illuminātis charitatis, principij & finis ipsius legis, (sicut distinctè & vnitè tres personæ diuinę significatæ, & vna causa Deus, efficiēs) sine particulari præcedētia cōcurrentes. Et ideo dicitur (maiorē ad declarationē) Deū se in libero arbitrio homini dedisse, quo ad ipsam liberam dominationem: id est, faciēdi aut

Psal. 49.

Rom. 7.

Gal. 2.

aut non faciendi Dei voluntatem: quę, quâ uis hoc in particulari hominis fit, vt sui ip sius domini: propria Dei est. Vt scriptū est: *Domini est terra & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo.* Ita quòd, Deus, proprius hominis Dominus & omniū rerum est. Vbi, ipsa libera naturæ diuinæ dominatione (quæ est ipse Deus) in humanam translata: est seipsum Deum homini dare, & in manibus suis ponere, ita, vt de ipso ad voluntatē suam faciat: aut ab ipso honoretur, obediendo: aut contemnatur, non obediendo. Et hoc, à principio, à natura angelica incipiendo, non sine mysterio, sic ab ipsa sapientia diuina prædordinatum: vt homo hāc occasionem haberet, dignam ipso Deo hostiam offerendi, (res homini impossibilis) in conseruatione sua, & præsenti fruitione per gratiam, & futura per gloriā ipsius Dei: homo, vltimo die totalis manifestationis ipsius creatoris in carne, ad gloriam & vitam æternā resurgendo: ipsi creatori offerendo, in diuinæ legis obseruatione, libera, & nō coacta, tam dignum, quàm liberum & obedientiale sacrificium, & sui ipsius, & ipsiusmet Dei. Quia: in ipsa totali resignatione liberæ voluntatis propriæ: in diuina, totaliter remanendo: inquantum quod est propria ipsius Dei dominatio, & non hominis: ipsi, in liberi arbitrij dono, translata: non solùm se ipsum, ipsius doni possessorem, & dominationis diuinæ accidentaliter receptę: sed ipsum dominatorē, & ipsius donatorem, dignè offert. Et in tanto vnionis gradu, ipse Deus ab homine, cū seipso effertur, in diuinæ legis obseruatione, quanto est gradus resignationis liberæ voluntatis suæ, & liberæ dominationis propriæ, (quæ, Dei propria & nō hominis est) in diuina voluntate: & tantam ipsius Dei partem possedit, & cohabitator suus est, & in præsenti militanti vita, per gratiam: & correspondenter in futura triumphāti, per gloriam: ipsa lege, ad ipsum primum & principale præceptum permanentis charitatis & amoris ipsius Dei, reducta. Et hæc in ratione (ô lector) maioris huius versus declarationis, & immaculatæ legis diuinę, quę exponitur: de nouo hę particulares res adducuntur: nō obstante quod, ad alia propositā, cum multis alijs, iam pluribus vicibus adductæ & declaratæ sint. quod non attenditur: sicut neque etiam ad libri methodum: nisi ad plurium conceptuum declarationem, secundum scripturam sacram, diuina mediante gratia, varijs in temporibus & occasionibus scriptorum, & omni modo, non obstante etiam mundanarū & diabolicarum cōtradictionum impetu: quod sint per immaculatam veritatem Dei, gloriæ & honoris sui, manifestati.

Psal. 23.

CAP. LXIII.

DIgna ipsius Dei hostia, ipsa natura humana dicitur, non solùm inquantum rationalis: laudabiliter, hac in parte, seipsam sacrificans: sed principaliter inquantum decimalis, ratione ipsius vnionis cum natura diuina: mediāte ipsa voluntaria obseruatione decimalis legis diuinæ, effectæ. Et non decimalis, quo ad hebdomadalem humanam naturam, solùm: per ipsam voluntariæ obseruationis viam, cum ternaria diuina, voluntariè vnitā: veré omni numero vacuam, in suo non esse: quāuis hebdomadali: sed principaliter quo ad ternariam naturā diuinam, & esse ipsius trini & vnius Dei: in quo sunt, & à quo omnes numeri & omnium rerum esse, procedunt: mediāte ipsa lege & libero arbitrio, ad hunc finem manifestationis extra ipsius Dei, (sicut angelo) homini dato, ternariè, in plenitudine esse per innocentiam, gratiā, & gloriam, concurrenti. Quasi dicerētur ad ipsum vnum, & principium numeri ipsius hominis, (sicut dicit: *ô Ioue esser creatus*) ipsum O plenitudinem adiungere: tam per innocentiam, ante peccatum: quā per

Sap. 10.

gratiam,

gratiam & gloriã post peccatum: ipsum nõ esse ipsius hebdomadalis numeri hominis, in esse ipsius Dei, vnius & trini, essẽtialiter: & simul, ipsũ decimalẽ ipsius legis, in obseruatione sua sacrificãrẽ, laudabiliter formãdo. De qua plenitudine per gratiã, Apostolus dicit: *Misimus etiam cũ illo fratrẽ nostrum, &c. in hãc gratiã quæ ministratur à nobis ad Domini gloriã, &c. deus tales hoc ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ ministratur à nobis in domini gloriam. &c.* Plenitudine, quæ ministratur à nobis: id est, gratiæ plenitudo (ipsam legẽ seruando) in plena peccatorũ remissione, mediãtibus sacramentis, cõsistens. Illa per innocentiã plenitudo, sicut postea per gloriã, immediatè: hæc per gratiam: mediante ipsa catholica & apostolica Romana Ecclesia, (sicut dicit: quæ ministratur à nobis) & cum auctoritate ipsius redemptoris Dei filij: ministrata. *Accipite Spiritum sanctum,* (ipse dicit) *quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retẽta sunt. etc.* Si plenitudo decimalis per gratiam, post peccatum, mediantibus sacramentis, in plena peccatorum remissione consistens: numerus decimus: (vt dictum est) secundùm decem diuinæ legis præcepta, quò ad hebdomadalẽ naturam humanam iustificatũ, & ternariã diuinam, iustificãtem, formatus: quomodo plenitudo decimalis erit ea, & per innocentiã, (& postremò per gloriam, resuscitãdo) ipsa plena peccatorũ remissio, in ipso innocentię statu non concurrẽdo? neque etiã ipsa decimalis lex, post peccatum ipsi peccatori data: nisi vnum solum obedientiæ præceptum? Dicitur, plenitudo decimalis etiam, per innocentiam: quia; si non concurrebat ipsa plena peccatorum remissio, non peccando: plena ipsorum præseruatio concurrebat, obediendo, quia peccare poterat: mediante ipsa spirituali obedientia, & corporali abstinentia, de fructu vetito non comedẽdo cõmunicata. Lex vnius solius præcepti voluntariæ obediẽtiæ ante peccatũ, ab ipso peccato præseruans: & decem præceptorum lex, post peccatum, in ipsius peccatoris iustificatione, mediãtibus sacramentis: ipsa vnica voluntaria obedientia, in charitate fundata, vtramque amplectẽs: hebdomadalis humana natura, tam per innocentiam, in præseruatione sua, quàm per grãtiam, in sua iustificatione, in voluntaria obediẽtia hebdomadali carnis & spiritus (vt dictum est) permanens, & ternaria diuina, in plenitudine decimali, præseruãdo, & iustificando, concurrens, seipsam in ipsius Dei vnione decimaliter offerens. Et plenitudo per gloriã, decimalis etiã, resurgẽdo. Vtroq; impedimento ablato: ipsa humana natura impeccabilis facta: & in ipsa totaliter peccati fomite remoto. Quia vsq; ad punctũ illud, quãuis humana redẽptio per Christũ facta sit, & ipsa plenitudo per gratiam, mediantibus sacramentis, ministrata: tamẽ hoc nõ obstante, ipsum humanæ naturæ tẽplum totaliter reædificatũ nõ erit. Sicut Spiritus sanctus per Danielem significat, dicendo: *Et erit in tẽplo abominatio desolationis.* (Hoc: quò ad ipsum vniuersalis redemptionis effectum, mediante ipsa particulari abominabili templi innocentissimi & impeccabilis agni Christi Dei filij, inquantũ homo & patientis: vt iniqui, secundum oracula prophetarũ, inter duos latrones & iniquos homines crucifixi.) *Et vsq; ad consummationẽ & finẽ, perseuerabit desolatio.* Hoc: quò ad vniuersalem desolationẽ ipsius tẽpli Dei humanæ naturæ, & cõmunis causa fomitis peccati: à principio in Adamo inceptã, & vsque ad seculi finẽ continuatã. vt dicit: & vsq; ad cõsummationẽ & finẽ, perseuerabit desolatio. Dicit: vsq; ad consummationẽ: quia in ipso seculi fine resuscitãdo, vniuersaliter & totaliter ipsa reædificatio, ipsius templi Dei, consummata erit. Ma ledictionis peccati fomes, in Adamo cõtractũ à mortifera hebdomadali potẽtiarũ & elementorum discordãtiã peccãdo procedentis: ipsum trinũ Deum, & innocẽtiã simul euacuantis, sicut scriptum est: *Quia ait*

2. Cor. 8.

Ioan. 20.

Dan 9.

Esa. 28.

Gen. 3.

dixisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. in sudore vultus tui vescêris pane tuo, donec reuertêris in terram de qua sumptus es: quia pulvis es, & in pulverem reuerteris. &c. Maledicta terra in opere tuo. Ideſt, non ſolùm terra, in opere tuo laboriosæ culturæ ſuæ, cum penuria & ſterilitate fructum ſuum reddendo: ſed principaliter corporis tui terra: in opere tuo rationali, & in ſpirituali diuinæ legis obſeruatione, in ipſa deſolatione & ſomitis peccati maledictione, vſque ad ſeculi finem, ſemper repugnans (ſicut dicit: vſque ad conſummationem & finem, perſeuerabit deſolatio) ipſas ſpinas & peccatorum tribulos, producens. Vbi A poſtolus: *Deſideria carnis, non perficietis: &cet. Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitiæ, luxuria, idolorum ſeruitus,* (ideſt, ipſorum vitiorum idola, quæ mundani, ſenſuales & carnales adorant) *veneficia,* (id eſt, ipſum venenum & ſomitis peccati maledictio, & pullulatio ipſarum corruptionum, in cogitatione & opere) *inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, comeſſationes, & his ſimilia.* Ita quòd, ipſa vna maledictio, duas maledictiones comprehendit: id eſt, maledictionem extra, terræ elementalis: ipſas ſpinas & tribulos producenti: & principaliter maledictionẽ intra & extra terræ tui ipſius peccatoris: ipſam etiam peccatorum & concupiſcentiarum multitudinem producentis, in ipſis ſpinis & tribulis ſignificatorum: vtraque maledictio, ab vna ſola cauſa mortiferæ diſcordantiæ intra & extra, ipſorum quatuor elementorum, (vltra potentialem) procedens: iuſto Dei iudicio, in peccati conſummatione in Adamo, in ipſius delicti pœna, & vniuerſali ipſius humanæ naturę caſtigatione, diſcordatorum. Sicut ſcriptum eſt: Ignis, grando, fames, & mors, (ideſt, ipſa quatuor elementa) *omnia hæc ad vindictam creata ſunt.* Ad vindictam ideſt, poſt peccatum, in præſenti vita: & ad vindictam etiam & æternã peccatorũ punitionẽ, in futura. (quod poſtea declarabitur) ſicut ad vitã in eorũ per manente concordantia per innocentiam, ante peccatum. Duæ maledictiones (vt dictum eſt) intra & extra, per peccatum cauſatæ: principaliter in ipſo homine, & in ipſius peccatoris caſtigatione, intellectæ. Et correſpondenter duæ benedictiones & ſanctificationes in ipſo Deo, intra, & extra: in ipſius humanæ naturæ auxilio, & ſpirituali & corporali ipſius hominis conſeruatione. Vbi, vniuerſalis fructuum, & terræ animalium oblatio fundatur, quo ad exteriorem: & ſacroſanctum ieiunium, quò ad interiorem & exteriorem ipſius peccatoris maledictionem: per particularem Dei miſericordiam, ab ipſo, & mediãte ipſo Verbo incarnato, vnico filio ſuo & vniuerſali redemptore in ſancta ſua Eccleſia vtrunque introductum & ordinatum: & in medicinali ſacrificio & ſanctificatione, eodem in ordine & myſterio decimalis diuinæ legis, decimaliter oblatum. Vt ſcriptum eſt: *Omnes decimæ terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum, Domini ſunt, & illi ſanctificantur, &cet. Omnium decimarum bouis & ouis, & caprę quæ ſub paſtoribus virga tranſeunt, quicquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino. &c.* Quicquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino: Ideſt, Non quò ad ipſam oblationem, decimaliter factam: ſed quo ad offerentem in ipſius myſterij effectu, per ipſam viam obedientialis ſacrificij, & decimalis oblationis, ipſum ſummum creatorem, & vniuerſalem Deum, recognoſcentem & myſterium manifeſtationis ſuæ in carne, ipſius decimalis legis fundamenti, teſtificantem, ſeipſum, in vnione obedientiali cum ipſo Deo, principaliter ſacrificantem: & in diuinæ legis correſpon-

Gal. 5.

Eccl. 39.

Leu. 27.

spondentia, decimaliter offerentem: Vtraque præcepta, in hoc mysterio vnionis Dei & hominis simul iustificantis (vt dictũ est) & sanctificantis, decimaliter ordinata. Vbi, dicendo: sanctificabitur Dominus: non intelligitur (vt dictum est) quò ad ipsam tam irrationabilem; quàm impeccabilem oblationem: quia, sanctificatio, peccatum præsupponit: sed principaliter, quò ad ipsum offerentem peccatorem: (vt dicit: *maledicta terra*: non quò ad terram: Gen 3. sed in opere tuo) ipsa iustificatione & sanctificatione, indigentem. Terræ maledictio, per hominis peccatum causata: sterilis & spinosa facta in sua humani victus productione: ipsa sterilitas, mediante ipsa decimali oblatione irrationali fructuum ipsius & animalium, quò ad corporalem necessitatem, euacuata: concurrente tamen, principali rationali, & formali (& non aliter) terræ ipsius hominis, & offerentis peccatoris, cum debito recipientis ecclesiæ supplemento, quò ad principalem spiritualem necessitatem: per operantis pœnitentiæ & sacramentorum viam, ipsam principalem spinarum peccatorum causam remouentis: & simul seipsum sanctificantis. A quo rationali defectu pœnitentiæ, non obstante complemento ipsius præcepti decimalium oblationum, vniuersalis penuriæ, plagæ, & flagella in mundum veniunt. Vbi Spiritus sanctus, per prophetam Ioel: *Sanctificate* Ioel 1. *ieiunium*. A sancta ecclesia catholica obseruatum: in talibus occasionibus de nouo ipsum sanctum ieiunium, eleemosynas & orationes introducente: & mediantibus plenarijs indulgentijs, & iubileis spiritualibus, ipsam spinarum peccatorum causam, remouente.

Sanctificate ieiunium. Quo modo, sanctificate ieiunium? Hoc modo: Cum ipso ieiunio & corporali abstinentia, simul dominanter ipsa forma spiritualis & rationalis abstinẽtiæ & purgationis peccatorum, concurrat, mediantibus sacramentis, & ipsius legis obseruatione: & simul, in virtute ipsius charitatis & obedientialis vnionis sacrificantis ipsius septenariæ naturæ Sap 16. humanæ sanctificatæ, & ternariæ diuinæ sanctificantis: seipsum homo decimaliter offerat: & simul ipsam maledictionem intra & extra, euacuet vniuersalem causam Sap. 16. ipsarum plagarum, penuriarum & mundi calamitatis. sicut significat, dicẽdo: *Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate senes, omnes habitatores terræ in domum Dei vestri: & clamate ad Dominum, A, a, a, dies, quia prope est dies Domini, & quasi vastitas à potente veniet. Numquid non coram oculis vestris alimenta pereunt de domo Dei nostri, Letitia & exultatio? Computruerunt iumenta in stercore suo, demolitæ sunt horreæ, dissipatæ sunt apothecæ: quoniam confusum est triticum. Quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti? Quia non est pascua eis, sed greges pecorum disperierunt. Ad te domine clamabo. &c.* Duæ per peccatum maledictiones, intra, & extra: ab ipsa vnica causa vniuersalis discordantiæ hebdomadalis potentiarum, & elementorum, procedentes: concordante ternaria superiori diuina, euacuata. Vbi hæ duæ decimales sanctificationes fundantur: & extra, fructuum & terræ animalium: & principalis, intra, & extra, sacri quadragenarij ieiunij: toto in mundo, & ab omnibus penè nationibus, præterquam ab errantibus & separatis hæreticis, (Deus eos illuminet) vniuersaliter obseruati: quod in sua sanctificatione complectitur, (cum à Christo etiam in vniuersale exemplum ieiunante, sanctificatum & confirmatum sit) omnia alia ieiunia, ab ipsa sancta Romana ecclesia, catholica & apostolica, simul cũ ipso dominicali, iuridicè ordinata. Quadragenariũ: ratione ipsorũ quatuor elementorũ: & in medicinali sacrificio, per eorum

discordantiam, ipsa peccata causantem, ea dē in ratione & decimalis diuinæ legis mysterio, decimaliter ordinatum. Sacrum ieiunium, & decimalis abstinentia, in resurrectionem vitæ, (ipsam legē seruando) sanctificans: tam in præseruationem, quàm in peccati medicinam, ab ipsa æterna luce, à mundi principio, sicut postquam in terram venit, per seipsum iuuantem, introductum & ordinatum: & à primis patribus Adamo & Eua, eodem in ordine & decimali ipsius sacræ legis mysterio, primò obseruatum. Idest, mediante ipsa vetiti fructus abstinentia, quaterna elementalis pars corporalis, in vnione obedientiali sacrificanti ipsius trini & vnius Dei, cū ternaria spirituali rationali simul concurrens: & ratione ipsius formati numeri decimalis, & præseruationis decimalis, (vt dictum est) secundùm decimalem legē, quia aliter poterat, decimaliter peccare, seipsum homo creatori suo, simul cum ipso Deo, in testimonio manifestationis suæ in carne, decimaliter offerens.

CAP. LXIV.

SAlutaris sacrificij & medicinæ decimalis effectus: non obedienti naturæ humanæ hebdomadali, liberæ ante, aut iustificatæ post peccatum, sed principaliter præuenienti lumini liberantis, & iustificātis naturæ diuinę attributus est: inquātum trinæ, augmenti & diminutionis, incapax: & inquantum vnius, & distinctionis trium personarum diuinarum, se Verbum incarnando, omnium numerorum capacis: qui, in eorum multiplicatione, in infinitū producta, ad ipsum decimū numerum, ex quo diuina ipsa lex consistit, mysteriosè reducuntur: in manifestationis suæ in carne, testimonio, (vt dictum est) hebdomadali naturæ humana, simul cum ternaria diuina, concurrente. Vbi spiritus sanctus, quo ad decimalem: plagarum peccatorum medicinam, in morsibus venenatorum serpentiū deserti, significatorum, ipsū ternariæ luci attributam; sic dicit. *Etenim cum illis superuenit* *Sap. 16.*
fæua bestiarum ira, morsibus perueersorum colubrorū exterminabantur. Sed non in perpetuum ira tua permansit, sed ad correctionem in breui turbati sunt, signum habentes salutis, ad commemorationem mandati legis tuæ, &c. Signum habentes salutis ad commemorationem mandati legis tuæ. Id. est: ipsum decimale in Christo signum, ipsarum duarum naturarum, septenariæ humanæ, & ternariæ diuinæ, simul vnitarum: vbi ipsius decimalis legis mysterium fundatur. (vt dicit: *ad commemorationem mandati legis tuæ*) videlicet tria præcepta, ad ipsius Dei honorem pertinentia, quò ad ipsam ternariam naturam diuinam iustificātem: & alia septem, quò ad iustificatam humanam hebdomadalē: in ipsum verbū assumptam, in suam vniuersalem medicinā & redemptionem. Sicut concludit, dicēdo *Qui e-* *Sap. 16.*
nim conuersus est, non per hoc quod videbat sanabatur sed per te omnium saluatorem. Idest, Non per ipsum solùm visibile signū ternariæ naturæ humanæ, crucifixę: sed per te omnium saluatorem: (de ipsa iustificatione loquendo) à patre missum, *in similitudinē carnis pecca-* *Rom. 8.*
ti: in ipso æreo serpente significatum: mediante ipsa natura humana, inquātum homo patiendo: vniuersales peccatorum plagas, inquantum Deus, medicando. Vbi ipse saluator, hoc in proposito & mysterio, cùm similia signa medicamētorum corporaliū allegasset, spiritualia peccatorum significantium, vt dicit: *Cæci vident, claudi ambulant,* *Matt. 10.*
leprosi mundantur surdi audiunt, mortui resurgunt, &c. cōcludit dicēdo: *& beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.* Idest, attribuendo inuisibili naturæ diuinæ, ipsos inuisibiles effectus iustificationis peccatorum, in cruce moriēdo: in ipsis signis visibilibus, significatos. vt dicit: *Qui enim conuersus est, non per hoc quod* *Sap. 16.*
videbat sanabatur, sed per te omnium saluatorem. Signum habentes salutis. Quo modo? Hoc nouo modo & noua Dei & hominis simul vnione, *in similitudinem carnis peccati*, ab æterno

Patre

Patre suo missi: vbi (vt dictũ est) decimalis lex diuina fundatur: sicut concludit: *Vt iustificatio legis* (id est, in quantum Deus) *impleretur in nobis*. & conformiter per Salomonẽ:

Sap. 16. *ad commemorationem mandati legis tuæ*. Et per eundem, alio in loco, primùm, de hoc mysterioso signo, & misericordiæ, dena castigatione & correctione, tractantem, & dicentem.

Sap. 11. *Sed & sine his, vno spiritu poterant occidi. &c.* concludẽdo: *sed omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti*. trinè loquendo: Id est, non solùm ipsum medicinalem peccati effectum, ipsi vni & trino Deo, in quo omnes numeri, pondera, & omnium rerum mensuræ sunt, attribuendo: sed eodem in ordine & mysterio, tam ternariam humanam iustorum interceſsionem, (inquantum rationalem) quàm naturæ angelicæ, trinæ etiam ordinatæ, in plagatorum peccatorum auxilio, benignè accepiãdo. Quia

Act. 7. *omnia* (vt dicit) *in mensura, & numero, & pondere disposuisti*. Vbi, conformiter, alio in loco. *qui accepistis legem in dispositione angelorum, & non custodistis. &c.* Id est; in obedientiæ angelicę dispositione: inquantum ipsis angelis in cœlo, primùm proposita fuit. & in omnium iustorum etiam dispositione. Ecclesię triumphantis, & militantis, ipsi Deo obedientis: per ipsius legis obseruationem, vniuersalium interceſsorum: ipsi plenitudini gratię, quam recipere sperabant, (postquã saluator venit) in peccatorum remiſsionem, necessaria. Per quam dispositiuę obedientię viam, naturę angelicę à principio, pro conſernatione sua, vniuersaliter propositę: boni angeli obedientes, malis non obedientibus contradicentes, & eos precipitantes, in consummata gratia, confirmati fuerunt. Et non custodiſtis. Id est: vt non obedientes: (vt dicit: *Dura cervice & incircumcisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis*) ipsis auxilijs: & angelicis inspirationibus, & interceſsionibus, iustorumque monitionibus malè vtentes: & iustorum iustum Christum, ipsius legis finem, ab ipsis crucifixum, non recipientes: & consequenter, in obstinatione & ipsorum malorum angelorum inobedientia, remanentes. vt dicit: *Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos qui prænuntiabant de aduentu iusti, cuius vos nũc proditores & homicidæ fuistis* (Hoc quò ad iustorum auxilium) *qui accepistis legem in dispositione angelorum, & nõ custodistis. &c.* Hoc: quò ad ipsam obedientialem angelicam dispositionem: ratione quòd ipsa obedientia (vt dictum est) eis primùm proposita sit: vtrunque auxilium in ipso vno & trino Deo, ipsa obedientia digno, trinè dispositum & ordinatum, id est: humanum auxilium, inquantum rationale (vt dictum est) & ipsius Dei imago, trium potentiarum: & angelicum, trium hierarchiarum: (& vnaquæq; ipsarum, ex tribus angelorum choris consistens) tres plenitudines dictas, innocentiæ, gratiæ & gloriæ, significantium: hebdomadali & ternariæ naturę humanę, mediãtibus ipsa obedientiali lege, & sacramentis, communicatas: angelica, pro tali effectu auxilij in ipso vno & trino Deo, ternariè disposita & ordinata: ipsum vniuersale sacrificium, angelicum & humanum, à septẽ angelis in particulari, in maiestatis Dei præsentia semper astantibus, in ipsius humanæ naturæ imagine, in Verbum assumptæ, & correspõdẽtia ipsius æterni sacerdotis, Dei & hominis, & ratione ipsius decimalis legis, ab ipsis iustis obseruatæ, decimaliter oblatum: ipsa hebdomadalis angelica, eodem in ordine & mysterio, ternariè, ad tres nominatos angelos, Michael, Gabriel, Raphael, tres personas diuinas significantes, etiam reducta: (sicut ternariè dicit: *Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti*) ipsum decimalem effectum Dei & hominis simul, ipsi us decimalis legis & sacrificij fundamentum, in hominis iustificatione: ipsi vni & trino Deo, particulariter attribuendo. Et sicut in cœlo: ita etiam in terra, correspondenter, eodem in ordine, à sancta Eccle sia

catholica, obseruatur: in qua, auctoritate Christi, vt dictum est, ipsa secunda plenitudo decimalis per gratiam, ministratur, in plena peccatorum remissione, mediantibus sacramentis. Et similiter, in sacrificio vniuersali quotidiano consecratæ panis & vini hostiæ, in qua præsentialiter corpus & sanguis Christi Dei filij, consistit: eadem in ratione ipsius vnionis diuinæ, cum humana natura, decimaliter offert. Id est, decimalem hostiam, Dei & hominis simul. Numerus septimus, quatuor elementorum & trium potentiarum, inquantum homo: & numerus tertius, trium personarum diuinarum, inquantum Deus: ipsum decimum numerum formantes: in singulari incarnacione ipsius secundæ personæ Verbi Dei filij, (vbi ipsa diuina lex decimalis, fundatur) aliæ duæ, Pater & Spiritus sanctus, in vna essentia, cum hebdomadali natura humana efficienter concurrentes, formatũ. Et postea, ab ipso æterno, & auctoritate sua, ab omni temporali sacerdote, (vt dicit: *Hoc facite in meam commemorationem*) legitimè ordinato, et vncto, vt digna hostia, laudabiliter & vnicè digna, ipsi vni et trino Deo, decimaliter oblata. Quomodo decimaliter, secundùm quatuor elementa: & non vndecimaliter, secundum quinque sensus & tres potentias ipsius humanæ naturæ, ipsi diuinæ ternariæ vnitas? in peccati testimonium: & regenerationis per gratiam ipsius peccatoris: quod est illud, quod laudabiliter & commemoranter offertur. Qua in ratione, septem sacramenta sunt, secundum quatuor elementa, & tres potẽtias. Quia: sicut in principio, ex ipsis quatuor elementis & tribus potentijs, per innocentiam formatus: ita etiã de nouo, mediantibus ipsis sacramentis, per gratiam regeneratus. Et non secundum quinque sensus & tres potentias ipsius humanæ naturæ, in peccati discordantia, sensualiter operantis: iusto Dei iudicio, (vt dictũ est) à mortali ipsorum quatuor elementorum discordantia, in ipsius peccatoris castigatione, discordanter procedentes: in ipsa mortali corporis & animæ separatione, mortalem separationẽ suam spiritualẽ ipsius Dei, testificante: sed secundum quatuor elementa: ratione quatuor attributorũ ipsius Creatoris, in ipsis quatuor elemẽtis significatorum: tã in mortali sua corporali & spirituali separatione ab ipso Deo, ad æternã pœnam, (ipso peccatore in peccato permanente) quàm in reunione & regeneratione per gratiam, ad æternam gloriã, mediantibus sacramẽtis, ipsam legẽ seruante, excelsũ & tremendũ nomen suũ potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis in finitæ, manifestante. Plenitudo decimalis, mediantibus ipsa lege & sacramentis, homini communicata: ipsa lex, ratione ipsius vnionis duarum naturarum, septenariæ humanæ, & ternariæ diuinæ, in suam redẽptionem, decimaliter ordinata. vt dicit: *Deus filium suum mittens, &c. vt iustificatio legis impleretur in nobis*. id est, ipsa plenitudo iustificationis per gratiam, quam per ipsam decimalem legem promittit: ipsa vnio Dei & hominis simul, (vt dictum est) in ipso decimali numero, significata. Fermentum doctrinæ diuinæ (vt nos docet Dominus) in ipsa trium distinctarum mensurarum farinæ, absconditum: id est, ipsæ tres distinctæ plenitudines innocentiæ, gratiæ, & gloriæ. vt per hanc viam, peccati impedimentum remouendo, ad crementum suũ veniat in numeri electorum plenitudine, ad plenam ipsius Dei manifestationem (finis omnium rerum principalis) conuenienter: in plenitudine gloriæ & vitæ æternæ resurgendo. Concludit dicendo: *donec fermentatum est totum*. Cum mysterio dicit: *Absconditus*: quia, donec ipsum crementi sui punctum aduenit, vniuersaliter resuscitando: ipse Deus, totaliter manifestatus non erit. Qua in ratione & mysterio, post incarnationem & nativitatem suam, per annos triginta, quos absconditus mãsit, vt scriptum est: *Et ipse Iesus erat*

Rom. 8.

Luc. 22.

Matt. 13.

Luc. 13.

erat incipiens quasi annorum triginta: vt putabatur filius Ioseph, &c. numerus trigesimus, ratione ipsarum trium decimalium plenitudinum, innocentiæ, gratiæ, & gloriæ: in quarum complemento, ipse glorię rex vniuersalis saluator: verus homo, & verus Deus, vnus & trinus, integrè manifestabitur. Et eadem in ratione & mysterio, correspondenter, eodem m numerò trigesimo, (con-
Zach. 11. forme prophetiæ erat) à Iudæis appreciatus, & à proditore Iuda venditus fuit. vt
Mat. 26. scriptum est: *At illi constituerunt ei triginta argẽteos. &c.* Et cum mysterio etiã, & per diuinã disposicionem, id quod ex ipso trigesimo precio & pecunijs resultauit. vt scriptum
Mat. 27. est: (inconuenienti proposito, dicentes: *Nõ licet eos mittere in corbonam: quia precium sanguinis est.*) *Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama hoc est, ager sanguinis, vsque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem, Et acceperunt triginta argenteos precium appreciati quẽ appreciauerunt à filijs Israel: & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. &c.* Ager figuli, & ager sanguinis, in sepulturã peregrinorum, eadem natura humana est: in præsenti miserabili & mortali vita, sem
2. Cor. 5. per in proprio corruptibili corpore sepulta, & peregrinans. iuxta illud Apostoli: *Audentes igitur semper, & sciẽtes quoniam dum sumus in hoc corpore peregrinamur à Domino. &c. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi. &c.* Ager figuli, in sepulturã peregrinorũ, Id est, boni & mali, in præsenti transitoria vita, secundùm rationalem partem, in agro & graui terra mortalis & corruptibilis
Gen 3. corporis nostri, per peccatum, sepulti: sicut vltima die, omnes erimus, vltra particularẽ, in vniuersalẽ agrũ cineris & pulueris virorũ & mortuorũ, conuersi: & in eo sepulti: conformiter vniuersali sententiæ præsentis peccati pœnæ: ab ipso vniuersali virorũ & mortuorũ iudice prolatæ: quò ad primũ particularis corporalis sepulturæ, dicente: *In sudore vultus tui vescẽris pane tuo, &* quò ad secundum: *donec reuertẽris in terram de qua sumptus es: quia pulvis es, & in pulverem reuertẽris.* Ita quòd vniuersaliter ipsa natura humana est ager, & lutum figuli, sicut ab ipsa etiam luce significatur, per Hieremiam di-
Hier. 18. cente: *Ecce sicut lutum in manu figuli sic vos in manu mea domus Israel. Repente loquar aduersùm gentem & aduersùm regnum, vt eradicem, & destruã, & disperdam illud.* Et conformiter alio in loco, de ipsa vniuersali bonorũ & malorũ re
Rom 9. surrectione tractãdo: *An non habet potestatẽ figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidẽ vas in*
Mat. 25. *honorẽ, aliud verò in contumeliã?* Et ager sanguinis, in particulari: quò ad bonos: (quãnis in vniuersali, & in copiosa redẽptione effusi) in ipsius figuræ complemento, in sanguineo precio trigesimo, & decimali (vt dictum est) ipsius appreciati Christi, in cruce mortui, emptos: & ex eadẽ terra, & massa humana, ab ipso, postremò in vasa honoris & gloriæ ipsius Dei, nouiter formatos & regeneratos: ad vitam & gloriã æternã resuscitãtes. Ager sanguinis in particulari: ex ipsis tribus decimalibus plenitudinib⁹, per innocentiam, gratiam & gloriã, cõsiliẽs: in ipso trigesimo & decimali triginta denariorũ precio (vt dictum est) significatis: omnem ipsam multitudinẽ peregrinorũ iustorũ, præteritorũ, præsentiũ & futurorũ, qui mundo mortificati & mortui sunt, cõprehendẽtibus: ab ipso æterno sacerdote, vero homine, & vero Deo, vno & trino, & ab ipsis electis, ratione ipsius nouæ vnionis, & nouæ plenitudinis per gloriã in ipso Deo: seipsos simul offerentibus: eodem in ordine decimali plenæ & perfectæ obseruationis diuinæ legis, in charitate fundatæ, in æternum. vt digna hostia & sacrificiũ æternę laudis ipsius Dei, decimaliter oblatorum.

CAP. LXV.

Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. &c. *Ps 18.*

Iustitiæ Domini rectę: id est: quòd rectum operari: & ab ipso præcepto lucido

lucido & illuminantis charitatis forma, procedens: cui formæ, & præcepto, omnia alia præcepta, in ipsius legis obseruatione, rectè operando, reducuntur: hominẽ & opera sua simul iustificante: per ipsam viam, in gratia fructificantem. *Nunquid colligunt de spinis vuas,* (dicit Dominus) *aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem, malos fructus facit.* Id est, metaphoricè: Arbor naturæ humanæ: speciosa & fructuosa oliua in Adamo: per innocentiã: videlicet, Præceptum Domini lucidum, oculos animæ & corporis illuminans, seruando: in fructuosus rubus facta peccãdo: peccatorum spinas producens: in cæcitate & peccati fomite permanendo. Mysterium Moysi repræsentatum, in spinosi rubi visione qui ardebat, & non comburebatur (vt declaratum est) quia, sicut non vera captiuitatis peccati liberatio, in illa, mediante Moyse facta, testificata: neque etiam præceptum Domini lucidũ, (ipsa lex, & ipsius figuræ lux) oculos spirituales & corporales in effectibus interiùs & exteriùs illuminans, & simul peccatorum spinas comburens: ab ipsis tortuosis ramis discordatorum sensuum & potentiarum procedentium. Quod, postquam figuratus saluator in mundum venit, vera lux & ignis diuinæ charitatis: (*Ignem veni mittere in terram:* (ipse dicit, figuram ipsam attingens) *& quid volo, nisi vt accendatur?*) omnis res efficienter adimpleta fuit: quia *Iustitiæ Domini rectæ* (vt dicit) *lætificantes corda.* Id est, *Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris,* (vt dicit Apostolus) *per Spiritum sanctum, qui datus est nobis:* in cordialibus effectibus, secundùm diuinam legem, ad vitæ æternæ fructum operando, demonstrata. & hoc in ordine: *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos.* Videlicet: oculos interiores & exteriores humanos: (vt dictum est) in ipsis effectibus amoris Dei, & amoris proximi, interiùs, & exteriùs, antecedenter, ab ipsa Patris luce Christo, & dono reciproci amoris Spiritu sancto, ipsam cordialem Dei charitatem diffundente, illuminatos: arbor vitæ factus nobis mortalibus, inviua fide credentibus, & operantibus: moriendo, & resurgendo: & simul, vt principium & finis hominis, ipsam legem et fidele testimonium, in charitate fundatam, perfectè adimplendo. *Finis autem præcepti est charitas* (dicit Apostolus) *de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, &c.* De corde puro. Id est, *Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis,* quò ad primum testimonium Adamum, et incarnati Verbi figuram. *Lignum etiam vitæ in medium paradisi.* Id est, in medio cordis, quò ad præceptum & testificatum Christum. *Deus autem rex noster ante sæcula* (de ipso rege Christo loquendo) *operatus est salutem in medio terræ.* Id est, *Quia non veni saluare legem* (vt ipse dicit) *sed adimplere.* & hoc in ordine: in medio terræ: id est, in medio corde terræ corporis humani: voluntariè moriendo: & simul hominem iustificando. & hac ratione: *Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda.* Quomodo lætificantes corda? *Quia fluuius egrediebatur de loco voluptatis, ad irrigandum paradisum.* Id est: *Fluuius impetu lætificat ciuitatem Dei* id est: fluminis de medio terræ & loco voluptatis cordis Christi, ad irrigandum Ecclesiæ paradisum, vt scriptum est: *Et continuò exiuit fons aquæ:* effectum ipsarum, iustitiarum & iustificationum, lætificantium corda, testificando. & hoc in ordine: *Testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.* Id est, fidelibus humilibus credentibus. Vnde, multa cum exaggeratione & mysterio Euangelista, *Et qui vidit testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Iustitiæ Domini.* Id est, Iustitiæ Christi: inquantum Deus & homo simul, hebdomadalem naturam humanã & corporales & spirituales partes in se aduersantes, in vna obedientiali concordantia per gratiã, in seipso, mediantibus hebdomadalibus sacramentis, iustificans. Decimales & hebdomadales iustitiæ & sacramenta, ab vna sola iustitia (ipsam legem

Matt.

Exo 3.

Isa. 12.

Psam 5.

Gen. 2.

1. Tim. 1.

Psa. 73.

Mat 1.

Gen 2.

Psa. 45.

Ioan. 3.

Psa. 18.

seruan-

seruando)vno solo Deo&esse hebdomadali ipsius naturæ diuinę, ex tribus distinctis personis,& quatuor attributis diuinis consistente,in vnionem vnius solius hebdomadę cum humana,vnius solius Christi redemptoris, Dei & hominis,procedente. vt dicit:*Iustitiæ Domini rectæ*: (de ipso Christo loquendo)*lætificantes corda*,&c. Quare lætificãtes corda?Quia rectæ.ipsa lætitia & cordialis pax spiritualis,& corporalis per gratiam viuificans:ab ipsa causa vnionis & vnicæ iustitiæ in Christo,concordatorũ partium(sensuum & potentiarum) particularis & vniuersalis corporis & membrorum fidelis suæ Ecclesiæ,procedens:mediãtibꝰ sacramentis communicata:in cordiali cordis humani,animæ fede,(& simul,Creatoris Dei)ipsum corpus & membra virtualiter sustentantis, effectiuè & comparatiuè comprobando.in qua pace & lætitia præsente,futurą in gloria quam speramus,resuscitantes,testificata est. qua in ratione: *Præceptum Domini lucidum*,(concludendo) *illuminans oculos*.Id est,omnes ipsos varios effectus viuificationis in Christo, mediante diuinæ legis obseruatione effectos, tenebrosam contrariam & discordantem hydram hebdomadalem imaginis peccati,euacuantes:ad ipsum vnicum charitatis & amoris Dei præceptũ, lucidum & illuminans reducẽdo.Vnde,*Dominus de Sinai venit: & de Seir ortus est nobis: apparuit de monte Pharan,& cum eo sanctorum millia* : *In dextera eius ignea lex*.&c.Ignea:Id est, in quantum quod ad vnum solum præceptum & ignea charitatis lucem,reducta est. Præceptum Domini lucidum.Id est: secundùm ipsam paternam lucem,& legislatorem Deum : & illuminantem lucem Christum filium suũ (& igneam formam reciproci amoris Spiritum sanctum)*Lumen de lumine, Deum verum, de Deo vero*,illuminans oculos.Oculos: Id. est,animam & corpus:in visione & cognitione in gloria ipsius Dei : secundùm vniuscuiusq; partis capacitatem, illuminãs, vt scriptum est:*Et in carne mea videbo Deũ*.omnes fideles,& Ecclesiã suã electam, in gloria,& vitam æternam resuscitando:ipsa cõsummata gloria, in diuina visione consistente:in corpore & anima simul, in æternum fruentes. *Deut.33.* *Iob 19.*

CAP. LXVI.

Timor Domini sanctus, permanens in seculum seculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa.&c. Hoc: in laudabili exaggeratione ipsius legis,& mysteriosorum præceptorum(vltra decem) & ordinationum suarum:vt certissimum in Christo mediũ, (sicut dicit:iudicia Domini vera) ad ipsam retributionem, & gloriæ & vitæ æternæ præmium consequendum:cum sint,cum timore Domini sancto(vt dicit)in charitate & viua in Christo fide, ipsius legis fine,fideliter obseruata. Vbi,ratione certissimæ suæ in Christo consecutionis,concludit dicendo:*iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa*,&c. Vera:quòd ad ipsum certissimum in Christo præmiũ,quod prophetizat & promittit:in ipso redemptore consecutũ. Iustificata in semetipsa:quòd ad ipsius præcedentis iustificationis effectum:non nostrorum operum materiæ:sed concurrenti ipsius charitatis formæ, & illuminanti lucidiuinæ,attribuendo.*Timor Domini sanctus,permanens in seculum seculi*.&c. *Si timor non est in charitate*:quomodo, timor Domini sanctus? Et si *perfecta charitas*,(vt idem euangelista dicit)*foras mittit timorem*:quomodo timor Domini,permanens in seculum seculi ? Timor, & Dei amor,simul vniti:in diuinæ legis obseruatione, tãquam duæ alæ sunt(secundum ipsos duos vitæ, aut mortis fines, quos proponit)in præsente vita militante, ambæ homini necessariæ,vt eum securè ducant ad ipsum gloriæ & vitæ æternæ finem;quem promittit : in ipsa vltima per gloriam regeneratione, extra omnem timorem , in perfectę charitatis vnione in *Psal.8.* *1.Ioan.4.*

Christo,resuscitando,consecutum. Et in hac ratione timoris ordinati : non solùm dicit, Timor Domini : sed timor Domini sanctus:cum ordinatè, in charitate fundatus sit : ad differentiam timoris,quem in alia vita,in inferno condemnati habent:extra omnem spem,inordinatè Deum timentes:*vbi vmbra mortis,* (vt scriptum est, *& nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat*. Ita quod,timor ille pœnalis est, qui per diffidentiam,aut desperationem,odio habédo, inordinatus est : & ille delectabilis, qui, cum spe certa,ordinatè,in viua fide & charitate,fundatur.Et timor sanctus:quò ad ipsius sanctæ legis complementum, extra ipsa innumerabilia peccatorum præcipitia, in ipsa obseruationis præceptorum multitudine(vt dictum est)significatam, per ipsam Domini viam, securè ambulando: & simul,permanenter delectabilis est , quò ad ipsam escam charitatis & amoris diuini,quæ eum nutrit & conseruat,in æternũ permanentem:(sicut dicit:Permanẽs in seculum seculi)&ipsum pœnalem timorem euacuantem. Quia : præcepta,æterna non sunt:præceptorum ordo,æternus est. Vbi, alio in loco. *Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua:* (Hoc,quò ad præcepta) *lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.* Hoc, quò ad præceptorum ordinem,in delectabili charitate obseruatorum:ipsa charitate & Dei amore, semper permanenter præcedente:Non charitas permanens, quò ad pium creaturæ operari: quia, permanens non esset:sed quò ad ipsam prænuenientem gratiam efficientem:sicut nos idem apostolus & euangelista docet,dicendo. *In hoc est charitas:non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos.* Quæ charitas, inquantum quod est gratia præueniens,ab ipso glorioso Deo procedens: foras mittit timorem.id est,ipsum pœnalem timorem inordinatum:vt concludit:*quoniam timor pœnam habet*:delectabilem, in ipsa charitate fundatum,relinquendo:in diuinæ legis obseruatione, amando & obediendo, necessarium.Sicut per psalmistam: (vt dictum est)*lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.* Vt timeat nomen tuum:id est,ordinatè, mediante ipsa præueniente gratia:(sicut prosequitur dicendo:lætetur cor meum) in operando, ipsam diuinam legem , directè obseruando,lætificante. (Hæc materia, tam abundans & profunda est, quòd vt aliquid,gratia Dei,dici possit, separatè alium librum facere oporteret) Timor Domini sanctus.Sanctus:id est, sanctificans, mediante ipso ordinato amore tremendi ipsius Dei,non peccando: extra ignorantiam,& peccati cæcitatem,in via immaculata illuminantis diuinæ legis, ambulando.vt alio in loco:*Sanctum & terribile nomen eius:initium sapientiæ timor Domini.* &c. Sanctũ & terribile nomen eius : quò ad ipsum timorem: diuinæ legis obseruatione, necessarium: ab ipsa consideratione (gratia mediante)tam sancti,quàm tremendi Dei, causatum.Initium sapientiæ timor Domini: quo ad ipsam veram intelligentiam ipsarum mysteriosarum obseruationum & præceptorum ipsius legis : mediante ipso freno timoris & amoris diuini,non secundum ipsam figuram, quò ad peccata,& ipsorum expiationem,in ipsa lege & vniuersali peccati testimonio,significatam : ipsa præcepta ad literam obseruando : sed secundũ verum spiritualem sensum,mediãte ipso timore sancto, & sanctificante gratia,extra hos mortiferos laqueos, per ipsam exemplarem ipsius sanctæ legis viam, (vt dictum est)sanctè & immaculatè ambulando.vt dicit:*Beati immaculati in via.* Qui sunt istiusiam id dicit: *qui ambulant in lege Domini.* Non secundùm occidentem literam: sed secundùm viuificantem sensum. sicut significat,prosequenter dicendo: *Beati qui scrutantur testimonia eius : in toto corde exquirunt eum.Vtinam dirigantur viæ meæ:ad custodiẽdas iustificationes tuas.* &c. quæ in Christo,iustificationes:in literali obseruatione ,non consistunt:videlicet quo ad rerum mundarum vsum,& immundarum abstinentiam : sed

Lib.10.

Psal.85.

1.Ioan.4

quò ad peccatorum abstinentiam: (Hæreti ci intelligite) in ipsis rebus immundis significatorum. Vbi ipsa Patris sapientia & lux nostra: occasionem sumens calumnio-
Matt.15. sæ scribarum & Pharisæorum interrogationis, dicentium: *Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lauant manus suas cum panem manducant.* respondet, in vniuersali ipsarum obseruationum declatione, circa res mundas, & immundas, in quibus, virtutes & peccata, significata sunt, dicens: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. &c. Quæ autem procedunt de ore: de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. hæc sunt quæ*
Psal.18. *coinquinant hominem.* Vbi propheta: *Viam iustificationum tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis. Viam iniquitatis amoue à me: & de lege tua miserere mei.* Viam iniquitatis, id est: non quò ad ipsam particularem viam prohibitionis ipsarum rerum immundarum: sed quò ad vniuersalem (secundum decem præcepta) peccatorum prohibitionis, in ipsis immundis rebus significatorum: ad hebdomadalem hydram septem mortalium capitum, reductorum. hebdomadalis peccati imago in homine: omnia peccata continens: mediantibus hebdomadalibus sacramentis, ab hebdomadali humanitate & diuinitate Christi (vt dictum est) virtutem accipientibus, expiata. Hebdomadalia sacramenta: in noua lege, & nouo testamento, instituta: omnem ipsam figurã, in eorum complemento, remouentia. Quæ euangelica lex solùm, hoc modo (sicut sancta Romana Ecclesia obseruat) custodita & obseruata, peccata aufert: & veram mundationem, & iustificationem facit. vniuersaliter à præcursore suo testificatam: particulariter, ipsi populo hebræo, dicen-
Ioan.1. te: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Quare magnũ peccatum est, (Hebræi intelligite) amplius ipsam Mosaycam legem obseruare: & in ipsis obseruationibus & cæremonijs permansio, æterna damnatione est digna, postquam Christus venit: ipsius promissæ gratiæ complementum: vsque ad aduentum suum, & sapientiæ suæ in terra manifestationem: in testimoniũ vniuersale peccati, & ignorantiæ humanæ, ab ipso peccato causitæ, institutam: in pelliceis animalium tunicis, quibus primi peccatores Adam & Eua vestiti fuerunt, significatam: hoc in mysterio ab ipsa sapientia æterna, sic vestiti: & ipsis animalibus irrationalibus, comparati. Et eadem ratione & mysterio: animalia immunda, peccata humana significantia: à figuratiua lege prohibita fuerunt: donec ipse saluator in mundum veniens, vniuersaliter ipsa peccata, mediante sanguine suo, & noua lege, & sacramentis, deleret. sicut per ipsum effectum fuit. Vnde & ad Apostolos sacer-
Ioan.12. dotes ordinatos, dixit: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt.* Et hac ratione Dauid dicit: in particulari cum Christo loquendo: *Viam iniquitatis amoue à me: &*
Psal.118. *de lege tua miserere mei.* Miserere mei: quia, misericordia, peccatorum veniam præsupponit. De lege tua. Id est, non de ipsa Mosaica lege: sed de tua lege euangelica, (cum redemptore loquendo) & nouo testamento thesauri indeficientis & infiniti meritorum ipsius Christi Dei filij, in peccatorum remissionem: per pœnitentiæ & sacramentorum viam distributi. verus thesaurus, & vera sapientia, in ipsis occultis figuratiuæ legis mysterijs, absconditamediante ipso sancto Domini timore acquisita: & à Spiritu sancto, omni alio thesauro & mũdanæ sapiẽtiæ, prælata. vt dicit:
Iob.28. *Sapientia verò vbi inuenitur? & quis est locus intelligẽtiæ? Nescit homo pretiũ eius, nec inuenitur in terra suauiter viuẽtiũ.* Hoc: quò ad ipsum in pœnitẽtia operari: Domini via euangelica: à suo præcursore præparata: qua diuites mundi, & suauiter viuentes, (vt dicit) rarò vtũtur,
Iob.21. *Qui dixerunt Deo,* (vt supra) *recede à nobis, & scientiam*

Iob 28. entium viarum tuarum nolumus: &c. *Non ad equabitur ei aurum, & c. trahitur autem sapientia de occultis. &c.* Id est: de ipsis occultis Mosaicæ legis mysterijs, ipsa peccata, & ignorantiam à peccato causatam, significantibus: *Deus autem intelligit viam eius, & ipse nouit locum illius. &c. Et dixit homini, Ecce timor Domini, ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia.* Ecce timor Domini, ipsa est sapientia. sicut per

Psal. 110. Dauidem: *Initium sapientiæ, est timor Domini.* Quia ignorantiæ initium, peccatum fuit. Quo modo? Hoc modo. Adam post peccatum, omnia ipsa mysteria vniuersalis ipsius creaturarum rerum exemplaris, non ignorauit illa quam ante habuit intelligentia, vnicuique, (vt dicit) proprium suum

Gen. 2. nomen donando: quæ illi, pro sua conseruatione in illo innocentiæ statu, donata fuit: sicut post peccatum etiam ipsi naturæ humanæ, ipsa particularia exempla, pro auxilio suo, secundum ipsam figurantem Moysis legē: sed ipsa intelligentia malè vtens, omnia omittendo, extra omne debitum timorem & Dei amorem, de fructu veritō comedendo, vbi ipsa pœna significata erat: perinde fuit, quasi eam sapientiam non habuisset: & in omni rerum ignarus fuisset. Sicut de peccatoribus diuinam legem violantibus: omissa communi ignorantia, & malitia humana, innocentia perdita: verè dici potest, quòd sunt in prima inobedientia: & ipsius primi peccatoris Adami, ignorantia quia omnes sciunt decem præcepta ipsius diuinæ legis: in qua vera sapientia consistit: ipsam, in timore

Iob 28. sancto, obseruantes: vt dicit. *Ecce timor Domini, ipsa est sapientia,* sed contrariè facientes, timorem Domini omittentes: voluntariè, in ipsa peccata, & prohibitiones incurrentes: perinde se habent, ac si omnia ignorassent. Quia: non consistit in sciendo decem præcepta, & obseruādo multitudinem ipsarū prohibitionum, ipsa peccata significantiū, ipsius diuinæ legis intelligentia: sed in vera ipsius obseruatione, non peccando: sicut concludit dicendo: *Et recedere à malo, intelligentia.* Vbi, multa cum ratione per Dauidem: *Initium sapientiæ, timor Domini.* & in decimo octauo psalmo (ad propositum redeundo) *Timor Domini sanctus, permanens in seculum seculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa.*

Psal. 110.

Psal. 18.

CAP. LXVII.

Psal. 18. *Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum: & dulciora super mel, & fauum. Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa. Delicta quis intelligit? &c.*

Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum. Aurum, & lapidem: Duæ res, ex quibus ipse annulus & sponsus simul Christus, Deus & homo, constitit: legislator; & ipsius legis præmium. Id est, aurum naturę humanę purissimum, & lapis & carbunculus pretiosissimus ipsius charitatis naturæ diuinæ: ab ipso sponso Verbo æterno, Dei filio, vniuersali sponsæ suæ humanæ naturæ datus, in particularibus suæ incarnationis nuptijs, & in vniuersali redemptionis suę pretio, moriente: & die tertia resurgente: sicut postea in præmio, vt ipsius legis fine: ipsa sponsa, iustorum Ecclesia, legem suam fideliter seruans, in futuris vniuersalibus nuptijs, in ipso sponso. Christo vniuersaliter in gloria & vita æterna resuscitando. Et sicut annuli valor, ordinariè, ad lapidis pretiosi qualitatē reducitur: ita etiam, omnes virtutes, in ipsis mysteriosis obseruationibus, (vt dictum est) & rerū mundarum vsu, (immundas, quo ad contraria vitia prohibēdo) significatas: ad ipsum lapidem (vt dicit) pretiosum multum charitatis, reducendę sint. Ipsa charitas omnibus, virtutibus prælata: sicut ipse multum pretiosus carbunculi lapis, de a quo, hoc in loco cōparatiuè loquitur: propter rubicundū colorē suū, vltra vnicū suū valorē, ipsam charitatē significās: omnibus alijs lapidibus pretiosis prælatus est. Quia: sicut omnes isti lapides pretiosi particulariter, (vt omnes aliæ res medicinales) suā propriam virtutem habent, in præsentis transi-

transitoriæ vitæ cõseruationem: ita etiam, suam propriam & exemplarem significationem habent ipsarum aliarum virtutum supernaturalium, in conseruationem futuræ vitæ ipsius humanę naturæ: ad æternã gloriam, in ipsius charitatis vnionem cum Christo, refurgentis. Quæ omnes (sicut omnia ipsa præcepta) ad ipsum vnicum lapidem pretiosum, (vt dictum est) & vnicũ charitatis præceptum, reducuntur. Vbi apostolus, de theologalibus tractando: cardinales etiam, & omnes alias virtutes includendo: *Nũc autem manent fides spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas.* Quæ virtutes, in ipsis lapidibus & pretiosis margaritis significatę porrę sunt, per quas in sanctam ciuitatem Hierusalem cœlestem intratur. Vt euangelista & propheta significat dicendo: *Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt, per singulas.* Portæ & fundamenta etiam, ipsius sanctæ ciuitatis, & ædificij spiritualis. Vt supra, dicendo: *Et fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum, iaspis: secundum, sapphirus: tertium, calcedonius: &c.* Hoc: non quò ad ipsos lapides & virtutem naturalem: (vt dictum est) sed quò ad eorum, virtutum & fundamentorũ spiritualium significationem: Quæ omnes, ad ipsum vnicum fundamẽtum & vnicam virtutem & pretiosam margaritam ipsius charitatis diuinæ illuminantis, reducuntur. Sicut nos, ipsa lux mundi docet, dicendo: *Similis est regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita, abijt, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. &c.* Vbi, conformiter, in præsenti psalmo: *Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum:* addendo: *& dulciora super mel & fauum.* Super mel & fauum. Duæ res: in animæ & corporis humani distinctione, in communi fruitione in gloria ipsius charitatis Dei, resuscitando. mediantibus duabus naturis in Christo, diuina & humana, simul vnitis, effectum. in notabili vnione animæ & corporis, & ipsius diffusi mellis (vt anima) in fauo & materia cerea, quò ad corporalem partem, testificatum. mel, naturæ diuinæ; & Patris sapientia, generato Verbo æterno, distinctè & particulariter: (vt distinctè dicit, super mel) vtrunque ipsi Christo, (vt addit, & fauum) distinctè & vnitè, attribuendo. cum ex puncto diffusionis animæ & particularis impressionis ideæ Dei in corpore suo sanctissimo, & mellis Patris sapientiæ Verbi æterni, in fauo ipsius humanæ naturæ, in suę incarnationis effectu, ipsa sapientia & visio diuina simul, ei, per hanc viam, communicata fuit: sicut proportionali peccati ponderationi conueniebat; in ipsius cuipæ remissionem, inquantum homo, patiendo, semper, & nihilominus, passibilitas spiritualis, & corporalis, per talem effectum, conseruata: quæ, inquantum Deus resuscitando, totaliter euacuata fuit: & ipsa fruitio gloriæ & visionis diuinæ corporis & animæ, humanæ naturæ in Christo, particulariter, distinctè, & vnitè communicata: sicut vniuersaliter, vltima die erit: & post-vniuersalem resurrectionem & iudicium. Vnde conformiter spiritus sanctus, hoc in mysterio communis & distinctæ sapiẽtiæ, & fruitionis gloriæ Dei, particularis & vniuersalis: *comede fili mi mel quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo: sic & doctrina sapientiæ, animæ tuæ: quam cum inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit. Etenim seruum tuum custodit ea:* (ad Dauidem redeundo) *in cuius laudendis vltis retributio multa. &c.* Retributio multa. Vt alio in loco. *Inclinauit cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum: propter retributionem.* Id est: ipsa permanens charitatis retributio: forma & ipsius legis præmium: tam in præsenti vita militante, quàm in futura triumphante, in æternum remunerãs. Vt dicit: propter retributionem. Id est: non tam propter particulare proprij commodum, in amore proprio fundatũ, (per quã viam, ipsa diuina lex non obseruatur.) quã propter ipsum vniuersalem finem retribu-

1. Cor. 13.

Apo. 21.

Matt. 13.

Psal. 18.

Prou. 24.

Psal. 18.

tionis æternæ charitatis, finis & ipsius legis forma, in vita & gloria æterna: in cordiali pace, & cõmuni gaudio carnis & Spiritus, (gratia mediãte) quod veri ipsius legis obseruatores in præsẽti vita habẽt, testificatã. 1. Tim. 1. Vnde Apostolus: *Finis autem præcepti est charitas de cõrde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Omne hoc: quò ad virtutes: in lapidibus pretiosis (vt dictum est) & exẽplari, & mysterioso vsu concessarũ rerum mundarum, significatis. Sicut quo ad prohibita vitia & peccata, in immũdis rebus significata, & eodem in mysterio, ab ipsa lege prohibitis, procedit dicendo: *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo.* Idest: mysteriosè, eodem in binario ordine, iam proposito, secundùm hæc duo, carnẽ & spiritũ, ex quibus ipsa humana natura cõstitit, ipsam legẽ humiliter seruãs, aut superbè interrũpens: omnia ipsa delicta & cõtra ipsum Deum peccata, ad duo delictorũ genera, videlicet, occulta, & manifesta, (secundũ inuisibilẽ spiritum, & visibilem carnem, peccati instrumentum) reducẽdo. Et in eodem binario ordine, secundũ ipsas duas naturas in Christo, diuinam & humanã, ad ipsum finem & humanæ redẽptionis effectum, simul vnitas, mysteriosè concludẽdo: peccata occulta, vt minora, humanæ: (vt dicit, munda me) vt instrumento redẽptionis suę, & peccatorũ mundationis, per sacramentorũ viam: & manifesta, vt maiora, & in summo gradu grauiora, diuinæ, attribuendo: (sicut dicit: parce seruo tuo) ad quod cõcurrentis charitatis lumẽ, particulariter ipsa venia & peccatorũ expurgatio pertinet. vt significat, prosequẽter dicẽdo: *Si mei nõ fuerint dominati, tũc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo.* Idest, tunc, (à qua dictione, Tunc, in huius versus declaratione, incipiendum est) concurrens charitas ipsa illuminans & spiritus Deus, propriè ipsa peccata remittens, Si mei non fuerint dominati, (Idest, ipsa occulta delicta, & mala cordis cogitationes, ab ipso peccati fomite procedentes) tũc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo. Tunc, idest, hic per gratiam, sicut etiam tunc per gloriam resurgẽdo, immaculatus ero: inquantũ Deus, & viuificans spiritus, omnia ipsa impedimenta, à peccati mortalitate procedẽtia, totaliter remouendo. Et tunc simul emũdabor à delicto maximo. Idest: tunc mũdabor ab ipso delicto maximo publicitatis peccati, mediante ipsa visibili humana natura in Christo, publicè inquantum homo pro peccatis moriendo: simul & particulariter, inuisibilis superior forma ipsius charitatis & inuisibilis Dei, concurrẽdo, in ipsa peccati publicitate particulariter offẽsi: propriè parcendo, (vt dicit, parce) inquãtũ Deus. *Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.* Idest, in eodem binario ordine, quò ad ipsam binariam naturam humanã, à peccato, ad gratiam, per viam sacramentorum & vocalis cõfessionis ipsorum peccatorũ, nouiter reductam: cum ipsa exteriori & materiali vocali peccatorũ confessione, interior formalis rationalis meditatis & exaggerantis doloris ipsarũ culparũ, in charitate fundati, cordialiter simul cõcurrẽdo. Grari exteriores peccatoris sermones: (ipsũ publicè accusantis: & grata interior pœnitentialis peccatorum meditatio, ipsi offenso Deo, & parcẽti. Quia: illæ ipsæ offensæ, & malę cordis cogitationes peccatoris, tã abominabiles nõ fuerũt, & propter eorũ indignitatẽ & turpitudinem, ablatæ à præsentia ipsius immẽsæ puritatis, & immaculati regni cælestis, quã placidæ sunt, & ipsi offenso Deo, & toti cœlo, in sua recõciliatione, per ipsius vocalis cõfessiõis viã: ipsa formalis, cordialis meditationis pœnitẽtialis, simul cũ facerdotali ipsarũ culparũ absolutione, cõcurrens, Vt dicit: *Et erunt, vt complaceãt eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in cõspectu tuo semper.* Ab ipso vniuersali redẽptore similiter testificatum, in parabolis ouis, & dragmæ perditæ, & nouiter recuperata, dicente: *Lucæ. 15.* Ita gaudium

gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiã agente &c. Vt per ſanctum Ioannem, quò ad ipſum pœnitentiæ ſacramentum: Dominus (in vniuerſali cum ipſis apoſtolicis ſa-
Ioan. 20. cerdotibus loquendo) *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. &c.* Et medi-
Pſal. 15. tatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Id eſt: per ipſam viam, & in ipſa gratia permanendo: non ſolùm ipſe meditans dolor cordialis peccatorum, in ipſorum remiſſionem: ſed ſimul, benè operari, ab ipſa recta cordiali meditatione procedens, quod, in peccati ſtatu, in ſuo remedio, ab ipſo Deo viſum non erat, neque alicuius valoris in ſua præſentia: iam viſum, & alicuius valoris erit, ad vitam æternam vt dicit in cõſpectu tuo ſemper. *Domine adiutor meus: & redemptor meus.* Id eſt: in eodem binario ordine, cõcludendo, & hûc decimũ octauũ pſalmũ terminando, quò ad ipſas duas naturas diuinã, & humanã, in ipſo Chriſto redemptore vnitas. ſicut dicit: Domine adiutor meus, q̃ ratione naturã diuinã; cui, ipſũ diuinũ auxiliũ, & præueniẽs gratia, attribuitur: & redẽptor meus, quò ad humanũ, ipſius redemptionis inſtrumentum. Vt ſcriptum
Apo. 5. eſt: *Et redemiſti nos Deo in ſanguine tuo.* inquantum homo, in hominis redemptionem moriendo.

CAP. LXIX.

Tractatur, Quid ſit delictum maximum: et peccatum contra Spiritum ſanctum, Quò ad delictum maximum.

Pſal. 18. DElicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo. &c. Omni peccato, etiamſi graue ſit, (ſecũdum ſeptem mortalia capita, & decem diuinæ legis præcepta) diſtinctè delictum maximum additur: & hoc eſt, ipſius peccati publicitas: quando publicè in commune ſcandalũ & malũ ex emplum peccatur, & Deus offenditur: Aut quando peccatum, cum per fragilitatem & ſecretò cõmiſſum ſit, poſtea cũ ſcandalo & malo exẽplo, & in proximi damnum, ab ipſo peccatore, (vt accidit) iniquè & malitioſè publicatur. Quod delictum maximũ, in ſua grauitate, maius aut minus eſt: ſecũdũ quòd maius aut minus eſt graue peccatum, cui adiungitur: & ſecundùm quòd eſt maius aut minus ipſum commune ſcandalum, et malum exemplum, reſpectu qualitatis ipſius publici peccatoris: aut per ſonæ offenſæ qualitatis: quando (vt dictum eſt) cum peccatum ſecretum ſit, per iactantiã, ab ipſo peccatore, iniquè publicatur. Vnde de adulterio et homicidio, ab ipſo propheta Dauid ſecretò et per fragilitatem commiſſis, (Vt ſcriptura dicit: *Tu enim feciſti* 2. Reg 12.
abſconditè: ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu Solis huius) & poſtea, non per malitiam et iactantiam, ea dem peccata, (ſed vt accidit) reuelata ſunt: Dauid ad Nathan dicendo: *Peccaui Domino. Dixitque Nathan ad Dauid,* (vt ſcriptum eſt) *Dominus quoq; tranſtulit peccatum tuum: non morieris.* Quomodo tanta clemẽtia et miſericordia, ſimul cum tanto rigore iuſtitiæ coniũgi potuit? Iam id ſignificauit, dicens. Tu enim feciſti abſconditè. Quia, ipſa publicitas ſcandaloſa ipſorum grauium peccatorum, in qua delictum maximum fundatur: non per voluntatẽ, et ipſius peccatoris malitiã, facta fuit. imò, præſupponẽdo q̃ manifeſtandũ nõ erat; tamẽ quia, ab ipſo effectu fragilitatis et ſecutæ incontinẽtiæ, cum ad manifeſtationem venit, etiam ipſum publicum ſcãdalum reſultauit, in maioris Dei offenſæ occaſionem, vbi delictum maximũ fundatur, concludit propheta dicendo: *Verumtamen, quoniam blaſphemare feciſti inimicos nomen Domini, propter verbum hoc filius qui natus eſt tibi, morte morietur.* Et hoc: vltra alias caſtigationes: ad ipſã ſcãdali occaſionẽ remouendam, quod ab ipſius filij adulterij præſentia procedebat. Vbi, dicendo: *Ab occultis meis mũ-* *Pſal. 18.*
da me: illi correſpõdet, quod ei à Nathã propheta dictum fuit: id eſt: *Tu enim feciſti abſcõ-* 2. Reg 12.
diteè:

dit: & consequenter: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum: non morieris.* Et concludēdo: (vt dicit) *Et ab alienis parce seruo tuo:* ci quod sequitur correspondet: (*Verumtamen, quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen Domini, propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur.*

Quomodo blasphemare fecisti inimicos nomen Domini? Quasi diceret. Videte quis Deus iste est, qui tales Reges eligit: & hac ratione, inimicos: quia tales isti sunt, qui sine ipsius iusti Dei timore, facilè tales occasiones sumunt, ad sanctissimū ipsius nomen blasphemandum: ipsi bonitati infinitæ, tales errores & scandala, attribuentes. Vbi, *Ab occultis meis munda me*: quò ad ipsam occultorum peccatorum causam: ipsi saluatori inquantum homo morienti, in redēptionem & mundationem peccatorum, per sacramentorum viam, attributam: (Munda me: vt alio in loco: *Amplius lauа me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me*) & ab alienis parce seruo tuo: quo ad ipsum delictū maximum & publicam ipsius Dei blasphemiam: ab ipsa occultorum delictorum causa, (vt dicit: Ab occultis meis mūda me), iam publicatorum, procedentem. Parce: ad differentiam, Munda: ipsius peccati grauitatem denotando: cùm necesse sit particularis ipsius saluatoris venia, inquantū Dei: ad quam diuinam naturam particulariter, (vt dictum est) pertinet peccatis parcere. Clementia et misericordia, simul cum ipsa castigatione et iustitia, qua ipse clementissimus et misericordiosissimus Deus, cum in ipso peccatore vtitur: in ipsa occulta commissione peccatorum, et fragilitatis humanæ, fundata: qua ratione, prosequendo, dicit, *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.* Quia: si mei non fuerint dominati, quò ad ipsā causā, et fragilitatis humanæ effectum: parcēdo mihi: tunc (id est, similiter) immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo, inquantum ipsum delictum maximum, non per malitiam publicè peccādo: sed ab ipsa causa et humanæ fragilitatis effectu, cum ad manifestationem venit, ortum est.

Psal. 50. *Psal. 18.*

Psal. 18.

CAP. LXX.

SAluationis signum, ipsa occulta peccatorum commissio: in Cain particulariter positum: et simul ab ipso clementissimo Deo, humanæ naturæ, vniuersaliter datum, in ipso Cain significatæ, (hoc iam, in prædestinationis tractatu declaratū est) quando per inuidiam, et iniquè, iustum Abel fratrem suum occidit: ipsum iustorum iustum Christum saluatorem, significantē: nouissimè occisum, in ipsius figuræ complemento, ab ipsa humana natura: et mortuum non in propria sua condemnatione: sed in sua saluatione: ipsa minuidiosam iniquitatem, in occulta ipsius delicti commissione, in dispositione ipsius misericordiæ et clementiæ, temperatam: in delicto maximo (omnia alia delicta et scandala includente) tam publicæ, quàm ignominiosæ mortis suę, euacuantem. Quod homicidij delictum, quam uis grauissimum, in tāto gradu non fuit, quanto fuisset, si ei simul additum esset ipsum delictum maximum publicæ commissionis ipsius. Sicut respondens ad interrogationem quæ ei facta fuit, *Vbi est Abel frater tuus?* Significauit dicens. *Nescio: Nunquid custos fratris mei sum ego?* Quod in patre suo Adamo non fuit, quando peccando, vniuersale homicidium commisit, et suipsius, et omnium hominum ex sua progenie descendentium: et in peccati sui maledictione natorum: ipse innocens Christus, inquantū homo mortalis tantū, hac in ratione, à seipso, filius hominis Adami nominatus, voluntariè in ipsa maledictione inclusus. Id est, in benedictione, et absolutione ipsius maledictionis et culpę, vniuersalis: vt maledictus, in peccati similitudinē in cruce pendens et moriens. Quia *maledictus à Deo est* (dicit scriptura) *qui pendet in ligno.* Id est, ipsum mysterium originalis in Adamo

Deu. 21.

no malèdictionis attingens, de fructu vetito comedendo: ipsam mortem, & humanam mortalitatem causante. Quod Adami peccatum, simpliciter acceptum, incomparabiliter grauius fuit, isto secundi homicidij sui primogeniti Cain: quamuis mortis violentæ fuisset. & eo magis: quantũ quod ipsi peccato, additum fuit ipsum delictum maximum publicæ commissionis ipsius: cũ illi impudenter à muliere sua reuelatum esset: & ipse Adam, qui eam reprehendere debuit fructũ de manu eius accepit, sine timore & ipsius creatoris Dei respectu, in sua præsentia delinquendo: & deceptor serpens, in forma visibili etiam concurrens: sicut dicunt, malè se excusantes.

Genes. 3. *Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* & ipsa mulier: *Serpens decepit me, & comedi.* & sic, impudenter vetitique peccatum suum reuelando, super seipsos iniquitatem & communem ipsius maledictionem portauerunt. Vbi Spiritus sanctus, in exaggeratione ipsius delicti maximi, & publicæ commissionis peccatorum, mysterium hoc attingens ipsius mutuæ publicationis peccati ipsorum primorum patrum humanæ naturæ, sic dicit.

Leu. 20. *Qui acceperit sororem suam, filiam patris sui, vel filiam matris suæ, & viderit turpitudinem eius, illaque conspexerit fratris ignominiam: nefariam rem operati sunt: occidentur in conspectu populi sui, eo quod turpitudinem suam mutuò reuelauerint, & portabunt iniquitatem suam.* Quia: tantò maius est ipsum publicæ Dei offensionis peccatum, quantò maior est obligatio ex parte ipsorum peccatorum, ad ipsum euitandum & reprehendendum: in ipsa maiori coniunctione (vt dicit: *Os ex ossibus meis, & caro de carne mea*) fratrum carnalium fundata: maiori cum euacuatione naturalis verecundiæ & propinqui respectus, in ipsius Dei contemptu. ita quod, ipsa prohibitio non in mutua membrorum pudendorum contemplatione fundatur: nisi, in causa & luxuriæ peccato, vnde procedit, ad ipsum peccatum, per hanc inhonestæ publicitatis viam, vbi ipsum delictum maximum fundatur, seipsos malitiosè incitantes. Sicut paterna ipsius Cham maledictio, non fundatur in manifestatione fratribus facta, quòd patris pudenda detecta viderit: nisi, in ipsius peccati ebrietatis publicatione, à quo ipsa nuditas causata erat. Et similiter, mutua confusio & verecundia ipsorum primorũ patrum & primorum peccatorum, statim post quam peccatum commiserunt: à communi nuditatis eorum contemplatione non procedebat: præterquam, à gratiæ nuditate, ab ipso delicto maximo, & publica præcepti solutione, causata. Sicut Dominus significat, ipsi Adamo dicendo: *Quis enim indicauit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti?* Et consequenter, irremissibilis executio pœnæ mortalis ipsius legis, in ipsa publica commissione & communi consensu ipsius offensæ diuinæ, iam à Deo præuisæ, fundatur. vt significat, similiter ipsi peccatori dicente. *Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: & cæt. donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia pulvis es, & in pulverem reuerteris.* Et è contrario ad Cain: qui homicida, mortis punitionem timens, & dicendo: *Omnis igitur qui inuenerit me, occidet me? dixit Dominus: Nequaquam ita fiet: sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur.* Mortalis punitio, & septenaria peccati pœna: quò ad quatuor elementa, & tres potentias, ex quibus ipsa natura humana coæssitit; in ipso Cain (vt dictum est) significata: spiritualiter & corporaliter concurrendo in ipso delicto homicidij vniuersalis peccati, voluntariè de fructu vetito comedendo: in ipso saluatore Christo, super se, & voluntariè ipsam pœnam accipiente, in vniuer-

Gen. 2.

Gen. 3.

Gen. 4.

dú, Dæmonẽ, & carnẽ) et è cõtrariò, euidẽs condemnationis signum, ea publicè committere: & similiter cum secreta sint, ea per iactantiam malitiosè publicare: vt cõcludit dicẽdo: Et sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. Et hoc in ordine & ratione, Dominus.

Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum. &c. Sicut gratia Dei, sequenti capite tractabitur.

CAP. LXXI.

Matt. 18. SI peccauerit in te frater tuus (dicit Dominus) *vade, & corripe eũ inter te & ipsum solũ. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. &c.* Hoc: quò ad peccatorum operimentũ: per hanc viam fœtorem dictum & scandalum, quod ab eorum publicitate procedit, vbi delictum maximum fundatur, euitando. Sicut, quò ad ipsorũ peccatorum publicationem, & simul delictorum suorum manifestationẽ, quando omni hoc nõ obstãte, pertinaciter nõ emẽdãtur: procedit dicẽdo. *Si autẽ te nõ audierit, adhibe tecũ adhuc vnũ vel duos, vt in ore duorũ vel triũ testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos: dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* Vbi fundatur rigor, quo iustè, ipsa sãcta Romana Ecclesia vtitur, per excõmunicationes, cõtra tales pertinaces & impœnitẽtes peccatores, ipsi Deo, & ecclesiæ suę sanctæ non obedientes, publicè lectas: & candelas accensas, in eorum personarum vicẽ, in terram proijciens, & extinguens, eos excommunicatos, & luce & gratia Dei priuatos declarãs, mediãte diuina sua sancta lege & voluntaria obedientia. communicata: & sicut mẽbra præcisa, diuisa & separata: tanquã infideles, priuati ipsa virtuali & auxilianti communicatione ipsius corporis & Ecclesiæ fidelium & electorum sanctorũ in cœlo & in terra, angelorum & hominũ, & communibus suffragijs, meritis, & eorum intercessionibus. Vt dicit: sic tibi fiat sicut ethnicus & publicanus: quod in substantia est: ipsi peccato particulare, ad maiorem eorum pœnam & confusionem, & exemplum fidelibus obedientibus, addere ipsum grauamẽ vniuersalis scãdali & delicti maximi: in ipsius delicti publicatiõe cõsistẽtis: tã ipsis, particulariter separatis, quã omnibus illis, vniuersaliter cum eis conuersantibus: qui per eandem viam tam periculosæ, quàm prohibitæ communicationis cum similibus maculatis publicis, & infectis, inobedienter se cum illis vnientes, consequẽter in ipsam excõmunicationẽ, & à Deo & ecclesia sua fideli separationem, incurrunt. &cæt. De hoc casu, vltra sancti Euangelij, allegatum textum, in sacra scriptura notabile habemus exemplum. Quando Maria, simul cum fratre Aaron, iniustè de sancto Moyse murmurabant, eum contemnentes, eò quod illam Æthiopissam pro vxore accepisset: cùm à fratre reprehensa non esset, ipsi delicto participe & consentiente: ad quem, officium hoc, vt fratrem & sacerdotem simul pertinebat: neque ab ipso summo sacerdote Moyse: qui vt erat humilis & mansuetus, patienter propriam offensam ferebat: ficut Spiritus sanctus significat, statim in excusationem suam dicendo: *Erat enim Moyses vir mitissimus, super omnes homines qui morabantur in terra:* propter hoc factum iratus iustus Deus: à seipso immediatè, & sine mora, præcedentem correctionem, quam docet, facere voluit: & postea excommunicationis simul castigationem: ipsi peccato, dictam circumstantiam delicti maximi, & publicam ipsius culpæ punitionem, addendo. Vt scriptum est. *Statim locutus est Dominus ad eum, & ad Aaron, & Mariam, Egredimini vos tantùm tres de tabernaculo fœderis. Cumque fuissent egressi, descendit Dominus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron, & Mariam. Qui cum issent, dixit ad eos, Audite sermones meos, Si quis fuerit inter vos* *Num. 12.* *Num. 12.*

Propheta Domini, in visione apparebo ei, &c. et. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquor ei, &c. et. Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi? Iratusque contra eos, abijt: nubes quoque recessit quæ erat super tabernaculum: & ecce Maria apparuit
Matt. 18. *candens lepra quasi nix. &c. et.* Ita quòd, cum Deus præcedentem correctionem, quam nos docet, fecisset, Moyse & Aaron præsentibus, *vt in ore duorum vel trium testium* (vt di-
Num. 12. cit) *stet omne verbum*: Iratusque contra eos, abijt. nubes quoque recessit quæ erat super tabernaculum: Ideſt, quò ad dictam Dei separationem, (vt dicit, abijt) & suam protectionem in illo instanti ablatam, (vt dicit, Recessit) simul cum sanctorum suorum, & fidelis suæ Ecclesiæ communione. Et ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix. Ideſt, quò ad addictionem exemplaris grauaminis delicti maximi, & peccati & peccatoris simul publicationem: in repentinæ apparitione lepræ, & publica castigationis & separationis peccatoris, significatum. Excommunicatio & peccatorũ publicatio, in occasione pœnitentialis confusionis & verecundiæ peccatoris, ipsarũ culparũ absolutioni necessariæ: (vt in sacramentorũ tractatu declaratũ est) publicè lecta, & in locis publicis affixa. Et ipsa extraordinaria pœna ab ipso iusto & misericorde Patre Deo, & auctoritate sua, à sancta sua Ecclesia, in vltimum remedium medicinalis castigationis particularis, & exempli vniuersalis, in communem talium morborũ præseruationem, addita, & applicata. Sicut ab ipsa luce Deo, ad piam Moysis serui sui petitionem, (vt dicit) *Deus obsecro sana eam*: ipsam sanitatem, propter maiorem suam salutem differente, significatur, dicẽte: *Si pater eius spuisset in faciem illius, nonne deberet saltem septem diebus rubore suffundi? Separetur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur. Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus. &c. et.* Si pater eius spuisset in faciem illius. Ideſt: per exemplum & similitudinem: quò ad huius facti substantiam: esse, vt si aliquis pater, ad cuius notitiã veniens, quod aliquis filiorum suorum, per incontinentiam & propriam culpam, ab aliquo morbo & contagiosa infirmitate, contaminatus est: in remedium suum particulare, & vniuersalẽ aliorũ fratrum suorum reparationem, eis, fratris ipsorum errorẽ manifestando, in exemplarem detestationem ipsius incontinentiæ & delicti sui, in eorum præsentia: ab ira & zelo paterno motus, in eius facie exspueret, dicendo: nullus vestrũ amplius cum hoc impudente, tractare audeat: neq; in patina sua comedere, neque in calice suo bibere, vt cũ ipso nõ contaminetur, & eandem pœnam & verecundiam patiatur, quam ipse meritò patitur. Dicit: Iratusq; contra eos, abijt, &c. Si iratus contra eos: ideſt, contra ipsos duos, Mariam & Aaronem, ambos delinquẽtes: quare sola Maria, lepra punita, & separata est? Quia, Si fratres sunt: consequenter, ipsa publica & exemplaris castigatio exterioris lepræ, & interioris confusionis & verecundiæ, cõmunis fuit. Sunt duo fratres: ipsam carnem & spiritum significantes: in ipso dicto, communiter concurrentes pars rationalis, per pœnitẽtiæ & sacramentorum viam, sacrificãs: & irrationalis pars, sacrificata: vt dicit. Qui autẽ sunt Christi, carnẽ
Gal. 5. suã crucifixerunt cũ vitijs & concupiscentijs. qua in ratione & mysterio, ab ipsa carne Maria & parte sacrificata, lepra: & ab ipso Spiritu Aarone, & parte sacrificãte, verecũdia & pœnitẽtialis cõfusio, particulariter tolerata fuit. cui spirituali parti, inquantum rationali, peccati origo, & consequenter, forma exaggerans debitæ cõfusionis pœnitentialis ipsius, culparũ remissioni necessariæ, attribuitur. Sicut humiliatus, ante supremum ipsum sacerdotem offensum, exaggeranter significat, dicendo. *Obsecro domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum quod stulitè commisimus, ne fiat hæc*

quæ

quasi mortua, &c. accedam medium earum eius deuoratum est à lepra. Clamauitque Moyses ad Dominum dicens, Deus obsecro sana eam. cui respondit Dominus. Si pater eius spuisset in faciem illius, &c. separetur. &c.

CAP. LXXII.

Num.12. *Si pater eius spuisset in faciem illius. &c.* Vbi ipse redemptor, eodem in mysterio cæcum natum illuminando, ipsam naturam humanam (vt ipsa leprosa Maria) significantem: *ex spuit in terram* (vt scriptum est) *Ioan 9.* *& fecit lutum ex sputo, & linuit luti super oculos eius, & dixit ei. Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur missus. Abijt ergo & lauit, & venit videns &c.* Expuit in terram: (vt in illo alio loco: Si pater eius spuisset in faciem illius) quo ad ipsam peccati detestationem, & publicam ipsius commissionem, in quo delictum maximum consistit: à primis patribus & primis peccatoribus Adamo & E- *Gen 2.* ua, publicè peccantibus, interptum. Et fecit lutum ex sputo: (vt in principio *Forma uit Deus hominem de limo terræ*) quò ad ipsam materiam elementalem: hoc in mysterio, ipsi terræ, alia tria elementa addendo: id est, aquam, aerem, & ignem, ex quibus ipsum sputum constituit: ipsa materia elementali. in sua per gratiam regeneratione, mediantibus sacramentis vtendo, in deletionis peccati testimonium: quasi de nouo ipse homo Adam natura humana, ex ijsdem quatuor elementis, reformatus esset. sed hoc: differenter, per ipsum sputum: vt di- *Ioan 9.* cit: Expuit in terram: id est, in faciem illius, vt alio in loco dicit: in detestationem *Num.12.* peccati, & maximi grauaminis publicitatis ipsius delictimalitiosè, à spirituali parte acceptatis & mediante ipsa terra & exteriori parte corporali, publicè peccante, consummati. qua in ratione & mysterio, *Ioan 9.* Et liniuit lutum (vt dicit) super oculos eius. id est, super ipsos duos oculos, corpus & animam: ex quibus ipsa natura humana consistit: in totalem ipsius reparationem. & hoc per medium ipsius sputi & pœnitentialis confusionis, & verecundiæ propriæ: ipsum peccatum, viua cum fide detestando in præparatione ipsius remissioni necessaria. vt dicit: *Si pater eius spuisset* *Num 12.* *in faciem illius, nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? &c.* Id est, metaphoricè: secundùm ipsam mysteriosam lepram & naturalem verecundiam & faciei ruborem: vtrumque, à sanguinis effusione inter pellem & carnem, caulatum: ipsam lepram peccatorum publicorum, & sanguinis ipsorum delictorum effusionem, in iniqua & venenosa ipsorum publicatione: & consequenter ipsam publicam castigationem, & conuenientem pœnitentiam publicæ confusionis & verecundiæ ipsarum culparum, significando. vtrumque, sub vno eodem hebdomadali termino, ratione ipsius hebdomadalis naturæ humanæ peccantis, includendo: ex ipsis quatuor elementis, quò ad corpus: & tribus potentijs, quò ad animam, consistentis: tam in ipso peccato & delicto maximo, quàm in totali ipsius euacuatione, corporaliter & spiritualiter simul concurrentis. per medium ipsius tam publicæ, quàm communis castigationis pœnitentialis ipsius visibilis lepræ corporalis, (corporaliter pro peccatis patiendo) & laboris verecundiæ & confusionis spiritualis, ad ipsam gratiam, mediantibus sacramentis applicatam, disponentis, effectum. Vbi, conformiter, eodem in mysterio, Vade, laua (vt dicit) in natatoria Siloe, quod interpretatur, missus. id est, ipse medicus & medicina Christus: ad hunc vniuersalis redemptionis effectum, in mundum missus, in qua natatoria, aquæ deficientes & hebdomadaliter cum mysterio redeuntes: ipse effectus cum minis euacuationis aquarum peccatorum, & reditio super abundantium aquarum gratiæ, significabatur, per peccatum perdi &: & mediantibus sacramentis, in infinito me-

significatus est. In aqua: sicut peccatorum aquæ, ipsam vniuersalem omnis carnis delectionem causantes: ita etiam gratiæ plenitudo, mediantibus sacramentis, in ipsarum culparum remissionem, significata est: Vbi ipse iustus Lot, corporalem partè significans, ipso viuo charitatis igne, & honoris Dei zelo accensus, tres peregrinos angelos hospitio accipiendo, & defendendo: correspondenter, ab ipso viuo charitatis Dei igne, per eos, cum omni sua familia saluus factus fuit. Similiter & iustus Noe, spiritualem animæ partem significás: mediantibus tribulationum aquis, in vniuersali aquarum diluuij inundatione communiter passarum, à gratiæ aqua, peccatorum aquis deficientibus, cum omni familia sua saluus factus est. *Id est, octo animæ*, (vt dicit) *saluæ factæ sunt per aquam.* Per aquam: id est, non solùm per arcam, quò ad pœnalitates corporales: sed per aquam: quò ad correspondentem aquam formalem, spiritualium in Christo pœnaliratum, vt dicit: *Quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.* Vnde baptismales aquæ virtutem accipiunt, ideoque rectè Apostolorum Princeps subiungit: *Quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma.* Sicut gratia Dei, sequenti capite, fusiùs declarabitur.

1. Pet. 3.

Isa 62.

CAP. LXXIII.

1. Pet. 3.

Cant. 8.

Rom 5.

QVod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma Duas res inter alias, (vt dictum est) secundùm scripturam sacram, aqua significat, videlicet: Peccatum, & gratiam. *Aquæ multæ* (Spiritus sanctus dicit, quò ad peccata) *non potuerunt extinguere charitatem.* Quomodo non potuerunt extinguere charitatem? tam id, alio in loco declarat: quò ad baptismales, dicendo: *Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia.* Quemadmodum *desiderat cernus ad fontes aquarum:* (alio in loco) *ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei? et cetera.* Quemadmodum Psal. 41. desiderat cervus ad fontes aquarum: quò ad ipsam præsentis gratiæ plenitudinem: ante Domini aduentum desideratæ: mediantibus sacramentis, in sanguine ipsius agni occisi, Christi Dei filij, virtutem accipientibus, variè & distinctè ministratæ. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. quò ad futuram plenitudinem, quam speramus in secundo suo aduentu, resurgentes: in quo, fortitudo ipsius leonis victoris & viuentis Dei & hominis, totaliter demonstrata erit: à iustis, ab ipsa publica & vniuersali aquarum peccatorum causa, in vita pœnitente, assiduè contristatis, cordialiter amata: (id est, *his qui diligunt aduentum eius*: vt scriptum est) & intensè desiderata: vt concludit, dicendo: Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? *Sitiuit deus Dei*, (dicit Dominus) *& quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Quando præparabat cœlos, aderam:* Spiritus sanctus dicit: quò ad hebdomadalem naturam humanam, & iustorum partem: in quibus septem cœlis & septem planetis (vt dictum est) ad hominis imaginem hebdomadaliter creatis & ordinatis, ipsa Ecclesia militans (sicut triumphans in octauo cœlo stellato, firmamentum dicto) significata est. *Quando certa lege & gyro vallabat abyssos*: quò ad peccatricem partem, & vniuersalia eorum peccata: ipsum mare multitudinis peccatorum humanorum, & vnam solam abyssum offensæ vnius solius & excelsi Dei: in multas abyssos, secundum peccatorum varietatem, distinguendo. & ipsum delictum maximum inundationis aquarum ipsorum delictorum, (vniuersalem inundationé, & omnis carnis

2. Tim. 4.

Ioan. 4.

Prou. 8.

carnis deletionem causans) quando publicè & vniuersaliter peccatur, & Deus offenditur, significando: honestum terminū debiti timoris sui, & reuerentiæ, transgrediendo, sicut prosequendo significat, & dicendo: *quando circundabat mari terminum suum*, (hoc: vniuersaliter) *& legem ponebat aquis, ne transirent fines suos*: (hoc: particulariter omnis aquæ: secundum ipsam aquarum peccatorum varietatem. concludendo) *quando appendebat fundamenta terræ*. Quia ipsa terra & exterior pars corporalis, particulariter, & vniuersaliter, tantùm conseruatur, ita vt totaliter non cadat, & ruat, quantum ab ipsa lege pendet: termini honesti secretæ peccatorum commissionis: ipsum respectum debitum & reuerentiam, semper seruando: ita quòd, cùm fit in animæ operimento: non in manifestatione sit: cùm esset ab ipsis peccatorum aquis, (publicè peccando) interiori parte & rationali animæ particulariter attributis, simul cum ipsa totaliter superata & victa. Vt scriptum est: *Ruit enim Hierusalem, & Iudas concidit: &c.* (Id est: anima, & corpus) *Agnitio vultus eorum respondit eis*: (id est, ipsa exterior iactantia, (vt dictum est) & peccati complacentia) *& peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Væ animæ eorum: quoniam reddita sunt eis mala.* Vbi Dominus: ratione delicti occulti mulieris adulteræ, casualiter publicati: & publicæ inclementiæ suorum publicorum accusatorum: ipsam pœnitentē, pro occulta sua fragilitate, non condemnando: imo interiorem eorum malitiam, quod eum per hanc viam calumniari vellent, iudicando (vt dixit: *Hoc autem dicebant tentantes eum: vt possent accusare eum*) excommunicare eos voluit addendo ipsi peccato occulto malitiæ interioris, delictum maximum publicationis ipsius, & aliorum peccatorum occultorum: ab ipsa luce, digito contrariæ virtutis bonitatis & clementiæ diuini spiritus, in eorum præsentia, super terræ faciem, scriptorum: & eodem in puncto, correspondenter in ipsorum accusantium facies, maiori cum verecundia & confusione, manifestè rescriptorum: & ab eisdem, seipsos excommunicantibus, & confusè discedentibus, acceptatorum. vt dicit: *Audientes autem hæc, vnus post vnum exibant incipientes à senioribus*: vt iustus iudex & vniuersalis legislator, ipsam legem, & terrenum operimenti exterioris corporalis terminum, remouendo: & simul ipsas aquas malitiæ & peccatorum eorum occultorum, in maiorem eorum confusionem & verecundiam, super ipsam faciem eorum terram, spargendo. Et hoc: secundum indispositionem & duritiem impœnitentium cordium eorum, ad confusionem tantùm, & pœnam: & non ad pœnitentiam et gratiam: vt è contrario in accusata adultera: mediante ipsa effusione aquæ publicitatis peccati sui, cum apparente verecundia & faciei rubore, publicè cui pam suam confitente: dispositionem suam pœnitentialem, & cordialem interiorem contritionem, exteriùs demonstrante. *Quod & vos nunc* (vt alio in loco dicit) *similis formæ saluos facit baptisma*. Id est, ipsam baptismalem aquam, in nomine ipsius trini & vnius Dei, super credentes, in publica peccatorum confessione sparsam, humiliter recipiendo: & simul pœnalitatum corporalium Christi materia, cum forma pœnalitatum animæ suæ sanctissimæ, in ipsa aqua significata, in totali peccatorum mundatione, virtualiter concurrente. (hoc: magis amplè, in sacramentorum tractatu declaratum est) qua in ratione materiei pœnalitatum corporalium, & formæ pœnalitatum spiritualium, animalia et volatilia in arca fuerunt: id est, caro et Spiritus: et omnia, tam rationalia, quàm irrationalia, ipsam notabilem crucem incommoditatis et afflictionis vniuersalis aquarum inundationis patiebantur. animalia, q. ò ad pœnalitatum corporalium materiam: & vo-

Esa 3

Luc 7. 8.

1. Pet 3.

Gen 7.

& volatilia,quò ad formam pœnalitatum ſpiritualium animæ, in baptismali aqua virtualiter ſignificatam : qua in ratione myſterioſę ſignificationis,Spiritus ſanctus dicit,quòd ab ipſo elemento in particulari,ipſa volatilia producta fuerunt (quamuis omnia quatuor elementa ſimul concurrerẽt) vt dicit:*Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cœli.* Omnia,rationalia & irrationalia, ipſam notabilem crucem inundationis vniuerſalis aquarum,paſſa ſunt:ita quòd, magnum fuit miraculum,& particularis Dei prouidentia quòd ſe in tam longa afflictione conſeruauerint:& quod non perirent. Quia : (quò ad rationalia)ſi in hoc terminato mari,in quo multi & varij ſinus ſunt: cum breuiorem ipſorum transiecturi ſint, tam extraordinarius timor cauſatur,quòd quò magis experti nautæ, tantò magis ſuſpẽſi & dubioſi ſunt,vt ſe periclitari velint, quãto maiorem experientiam habent notabilium naufragiorum,quæ periculoſum maris tranſientibus ſinum, à repentinis tẽpeſtatibus, quaſi omni tempore, accidere ſolent?quãto magis in ipſo interminato & extraordinario ſinu,ab vnione omnium ſinuum,& vniuerſali omnium aquarum inundatione cauſato,(vt dicit:*operiúque ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo cælo*) ſimul cum tædioſa tempeſtate quadrageſimali impetuoſæ controuerſiæ vniuerſalis omnium ventorum, futuram tremendam vniuerſalis iudicij repræſentantis, ipſis paucis & inexpertis, hominibus & mulieribus,tã horribilem timorẽ & terrorẽ incuteret, quòd in tã longa afflictatione,particulare miraculũ & diuinæ prouidentiæ argumentum fuit,quòd nõ perirent? Vbi intrat : *Quod vos nunc ſimilis formæ ſalnos facit baptiſma.* Quo ad irrationalia animalia & volatilia : iam videtur:& id experientia docet in transportatis per aquã, notabilẽ eorũ eſſe afflictionẽ & paſſionem,(cùm alimentũ non deſit) adeò vt ipſa animalia breui tempore macilenta reddantur:& pauca ex volatilibus, vi ua remaneãt. Animalia,& volatilia: id eſt, corpus & anima,(vt dictum eſt) vita activa, & contemplatiua : ipſam vniuerſalem iuſtorum eccleſiam, ſignificantes: ex duobus ſtatibus,ſeculari,& ſpirituali,conſiſtẽtem:mediante ipſa materia in Chriſto pœnalitatum corporalium, & forma ſpiritualium,in ipſa aqua baptiſmali (vt dictum eſt) virtualiter ſignificata, ſalua facta. Quod & vos nunc (vt dicit) ſimilis forma ſaluos facit baptiſma : ipſa animalium & volatilium multitudo, ad ipſum paruum octo perſonarum numerum,reducta : vniuerſalem corporis & animæ ſaluationem, ſignificantes.(Et hoc: in puncto quo ipſa arca & Domini corpus, ipſorum electorum numero completo, totaliter ædificata erit)vt dicit.*in qua pauci, id eſt, octo animæ ſalue factæ ſunt per aquam.* Qua in ratione myſteriolæ ſignificationis ipſius innocentis multitudinis animalium & volatilium, (vt de illis Niniuitis,ieiunantibus) *Ædificauit autem Noe* (vt dicit) *altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare.* Non ratione hoſtiæ materiæ irrationalis ſolùm, ipſi formæ vniuerſali Deo non conuenientis: ſed in myſterio & ratione ipſius ſignificatæ hoſtiæ vniuerſalis iuſtorum,à materia aquarũ pœnalitatum corporalium, & forma ſpiritualium,productæ: vt ſcriptum eſt:*Quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam.* Et coreſpondenter,*Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cœli:* in quibus,ipſum ſuaue thus partis ſpiritualis & pœnitentis,in merito & virtute Chriſti, (vt dictum eſt) à tribulationum aquis productæ, ſignificatur. quod ſignificat in concluſione dicendo : *Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis.*

Gen 1.

Gen.7.

1.Pet.3.

1.Pet.3.

Pſ.68.

Gen.8.

Gen.8.

Ee CAP.

CAP. LXXIV.

1.Pet.3. ITa quod, non per arcam solùm, quò ad pœnalitates corporales : sed per aquã, sicut mysteriosè dicit, quò ad formales spirituales pœnalitates simul, in ipsa baptismali aqua significatas, natura humana saluanda est: omni eo quòd mundus, dæmon, & caro est, spoliata, non peccando: mortificanter, & viuificanter per gratiam, sicut postea per gloriam, simul cum amato, sponso Christo mortuo, & resurgente, cõcurrendo. *Quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est*, (vt primò dicit neque facilè intelligitur) *iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu* : Id est: (quò ad moralẽ hominis) Quia, sicut à carnis viuificatione, in suarum concupiscentiarum effectibus mortaliter peccando, spiritus mortificatio, & mors animæ venit, cui vt rationali, peccatum attribuitur: ita è contrario, à carnis mortificatione, mediante diuina gratia, & solitis pœnalitatibus pœnitentialibus ieiuniorum & abstinentiarum corporalium, à sancta Ecclesia Catholica & apostolica Romana, in saluti feram medicinam contra ipsum mortiferum venenum applicatis, viuificatio spiritus procedit, non peccando, quod sequenti capite magis amplè declarat, in-

2.Pet.4. cipiendo: *Christo igitur passo in carne: & vos eadẽ cogitatione armamini. quia qui passus est in carne desijt à peccatis: vt iam non desideriis hominum, sed voluntate Dei quod reliquum est in carne vinat tempore. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam, his qui ambulauerunt in luxurijs, desideriis, vinolentijs, comessationibus, potationibus, ebrietatibus, et cæteris.* Quò ad vnicum sensum, (vltra hominis moralem, iam dictum) ad ipsum vnicum saluatorem Deũ & hominem pertinentem, & difficiliorem. *Quia & Christus semel pro peccatis nostris*

1.Pet.3 *mortuus est, iustus pro iniustis : vt nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu. In quo & his qui in carcere erant spiritibus venies prædicauit : qui increduli erant aliquandò, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cùm fabricaretur arca : in qua pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quod & vos nunc similis formæ salnos facit baptisma. et cætera.* Mortificatus quidem carne, (vt supra) viuificatus autem spiritu. In quo : Id est, in spiritu viuificationis & mortificationis simul, quò ad carnem : veniens ipsum Verbum Dei filius in spiritu & anima sua sanctissima, à carne & corpore suo moriendo, separata: cum quo separato spiritu, & similiter cum ea animato corpore, hoc non obstante, semper ipsum Verbum indiuisibiliter vnitum fuit. & hac in ratione: Viuificatus autem spiritu in quo, Id est, pars separata rationalis, in spiritu suo, in quantum Deus, & ipsum Verbum incarnatum, in spiritu & anima sua, in quantum homo, tam mortificatus, inquantum quod esset à corpore suo totaliter separatus, quàm viuificatus, cum esset cum ipso spiritu vitæ Deo, indiuisibiliter vnitus : In quo & his qui in carcere erant spiritibus (vt dicit) veniens prædicauit, Id est, eodem in puncto mortalis suæ separationis veniens, (id est, Descendit ad inferos) ipsos electos fideles spiritus liberando, eis prædicauit hoc mysterium viuificationis futuræ spiritualis in gloria resuscitando: per figuratam humanitatis suæ sanctissimæ arcam consecutæ: præcedens tamen particularis carnis mortificatio in pœnitentiam operando : & vniuersalis sua deletio moriendo, secundum sententiam datam. in præterita vniuersali diluuij, testificata: & ipsa communis pœna humana, conformiter in ipso Dei filio, inquantum homine, irremissibiliter executa. *Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari omnes gentes pœnitentiam. &c.* cuius particularis resurrectionis suæ, arrha & vniuersalis testimonium : ipsi procul dubio effectum viderent. Qui increduli fuerant aliquãdo quãdo expecta-

pectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca. &c. Id est: nõ quòd ipsi iusti, increduli fuissent, eo modo, quo puniti peccatores erant: in cõtinuata peccatorum eorum persistentia, Dei patientiam expectantes: non obstante præcedente comminatione (arcam fabricari videntes) proximæ punitionis vniuersalis eorum, dicentes: sicut à talibus impudẽtibus publicis peccatoribus dici solet, Magna est Dei misericordia. & sicut præterito tempore, magnam patientiam habuit: ipsam'etiam in futuro habebit. Quia: hæc terminata iusti orum dictio, aliquando: non concordat cum illa alia interminata, Expectabant: ipsis peccatoribus attributa: sed, quòd ipsi iusti, tam inauditam finis vniuersalis omnis carnis castigationem, considerantes: & alia ex parte, similiter magnã bonitatem & solitam Dei misericordiam: aliquando, de hoc nouo & inaudito effectu dubitauerunt, non intelligentes, figuram esse simul, certissimæ mortis & publici iudicij vniuersalis omnium hominum: etiã à simili causa publicæ Dei offensæ originalis, procedentis: & in testimonium publici honoris & præmij timoratorum iustorum, (meritò ipsis, in publico dedecore ignominiosæ mortis suæ, acquisiti) ad gloriã & vitam æternam resurgentium: in octo animabus saluis ipsorum peccatorũ iustorum, ad nouam generationem reseruatis, significatorum. qua in ratione mysteriorum occultorum, eis hoc vltimum beneficium prædicauit, quod vniuersaliter ipsa natura humana & iustorum Ecclesia recepturа erat, cùm ipse terminus trium plenitudinum, innocentiæ, gratiæ, & gloriæ, aduenerit: (vt dictum est) in ipsa ternaria figurantis arcæ longitudine, (vt in correspondenti, itinere trium dierum pœnitentis vrbis Niniue) significatus. terminus ternarius: ratione trium plenitudinum, in quibus natura humana cõcursura erat, ad ipsius saluatoris aduentum, in totali s. ani-

festatione ipsius trini & vnius Dei, (cum per peccatũ, impedita nõ esset) ternariè disposito & ordinato: ratione ipsius noti impedimẽti, in noua ædificatione ipsi'arcæ & corporis sui in suis iustis, de nouo, vsq; ad secundum aduentum, prolatus. & hoc in mysterio, debita particularis ipsius innocentis Christi resurrectio, ad tertiũ, & publica sua in cœlum ascensio, ad quadragesimum diem, (quò ad vniuersalem) retarda ta fuit: certissimus effectus aduentus sui, in gloria & maiestate, vt dicit, & vniuersalis resurrectionis & iudicij, tunc, ascendentis in cœlum, pronuntiatus: & à duobus visibilibus testibus angelicis, in iucundo aspectu & resplendenti albarum vestium ornatu, visibili ecclesiæ militãti, & inuisibili triumphanti, cum ipso humiliato Christo in cœlum ascendẽti, testificatus. Vnde Spiritus sanctus, per Apostolum, omnia hæc mysteria comprehendendo, dicit: *Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit, primũ in inferiores partes terræ? &c. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. &c.* Plenitudinis perfectio in Christo confummata: per ipsam viam spiritus humiliationis integræ, corporaliter & spiritualiter pro peccatis patiẽtę, nobis peccatoribus acquisita. Quod & vos nunc (conformiter per Apostolorum principẽ) similis formæ saluos facit baptisma.

Eph. 4.

1. Pet. 3.

CAP. LXXV.

DOminus, post glorioſam resurrectionem suam, cum discipulis suis loquendo, dicit: *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* & per sanctum Marcum. *qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. qui*

Mat. 28.

Mar. 16.

verò non crediderit : *condemnabitur.* Et per sanctum Lucam. *Cui simile æstimabo regnum Dei? Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata tria, donec fermentaretur totum.* Luc.13. Id est, fermentum ipsius doctrinæ & diuinæ legis, secundum ipsas tres in Christo plenitudines, (vt dictum est) innocentiæ, gratiæ, & gloriæ, in totali manifestatione ipsius trini & vnius Dei: eodem in ordine, ter nariè dispensatum. in quibus tribus distinctis plenitudinibus, & vno fine plenitudinis gloriæ in ipso Deo: refusitando: (vt dicit: donec fermentaretur totum) ipsæ distinctæ personæ diuinę, à credentibus baptizatis confessæ, significatæ sunt. Vbi, hac in ratione mysterosi ternarij numeri, secúdum distinctionem ipsarũ trium personarum diuinarum, & sententiam datam: vt dicit: Qui crediderit, (id est, operando) & baptizatus fuerit, saluus erit. qui verò non crediderit: condemnabitur: corresponden ter, eodem in ordine & mysterio, tria notabilia exempla in scriptura sacra, à Spiritu sancto, proposita sunt: & ab ipso vniuer sali iudice, in testimonium, addita: tam resultantis saluationis fidelium credentium, & in pœnitentia operantium: quàm certissimæ condemnationis, & peccatorum non credentium castigationis : & consequenter, in pœnitentia non operantium: immò, ipsum peccatum maximum publicæ diuinæ legis transgressionis, impudenter coniungentium. Et hæc sunt: duo, iam allegata, perditionis vniuersalis Sodomitarum, per cœlestem ignem: & illud etiam deletionis vniuersalis omnis carnis, per vniuersalem aquarum diluuij inundationem: quò ad ipsorum publicorum peccatorum castigationem, in corpore & anima punitorum: in ipso igne & aqua (vt dictum est) significatam : & tertium illud Niniuitarum: quò ad iustos: & peccatorum saluationem: per operantem pœnitentiam remissorum, & ignotorum à Domino etiam allegatum, dicente : *Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabũt illã: quia pœnitentiã egerũt in prædicatione. Ionæ, &c.* In qua Niniue ciuitate magna, (sicut in arca Noe) ipsa humanitatis suæ sanctissimæ arca, significata est: in quo Abrahami semine & arca Christo), mediante ipso obedientiali & communi corporis & animæ sacrificio, spiritualiter & corporaliter inquantum homo patiendo, ipsa humana generatio saluanda erat. & sicut omnis caro, per impœnitentiam deleta: ita etiam omnis generatio humana, per pœnitentiam salua & benedicta. Quo in mysterio, & mysteriosa correspondentia, *Niniue erat ciuitas magna* (vt dicit) *itinere trium dierum.* Et conformiter : *trecentorum cubitorũ erit longitudo arcæ:* (eadẽ in ternaria forma fabricatæ) *quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. &c.* Quinquaginta cubitorum latitudo. Id est : quò ad spiritualem dilationem (seruata lege) ipsius naturæ humanæ, resurgentis: in ipso numero quinto, ipsam carnem, quæ est illa, quæ particulariter resurgit, significante: ratione quinque sensuum corporalium, & boni ipsorum vsus, lege seruata, decimaliter ordinato. Et quod ad ipsam nouam hebdomadalem carnis & spiritus reunionem, ex quatuor elementis, & tribus potentijs consistentem, & distinctam eorum resurrectionem: ipsa hebdomada humana, in septem hebdomadas multiplicata. Id est, primus gradus dominicalis, secundùm ordinem hebdomadalium dierũ creationis, & requiei ipsius operis, in octauo post septimum gradum, resurgens, (in quo saluator resurrexit) semper intellectus, & additus : ipsum quinquagesimum numerum formans. Mysterium & fundamentũ diei spiritualis pentecostes, & repẽtini aduentus Spiritus sancti super Apostolos: (vt dicit: *Et factus est repente de cœlo sonum*) ipsum diem repentinæ resurrectionis

Mar. 16

Gen. 19.

Gen. 1.

Ionæ 3.

Luc. 11.

Et Ion. 3.

Gen. 6.

Act. 2.

& in-

& iudicij, significantis. (Hoc, ad aliud propositum, iam suprà declaratum est) Et triginta cubitorum altitudo illius. Idest, omnia ad ipsum ternarium numerum reducēdo: quò ad ipsas tres plenitudines (lege seruata) innocentiæ, gratiæ, & gloriæ, in totali manifestatione ipsius trini & vnius Dei finis principalis rerum omnium. & cōformiter, *Et Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierū*: ipsum populum electum, ad hos tres felices dies, & status, innocentiæ, gratiæ, & gloriæ, reducendo. *Et cœpit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnius.* Idest, quò ad primum innocentiæ diem: ad quem omnia redemptoris merita, inquantum hominis reducū tur: diem eius propriè, post peccatum: sicut alij duo, gratiæ, & gloriæ, redemptæ naturæ humanæ sunt: iuxta illud Apostoli: *Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.* Et sic, eodem primo die, *Et crediderunt viri Niniuitæ in Dominum*, (vt dicit) & prædicauerunt ieiunium: & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem. *Et pernenit verbum ad regem Niniue. &c. Et clamauit et dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens. Homines & iumenta, & boues & pecora non gustēt quicquam: nec pascantur, & aquam non bibant, & operiantur saccis homines & iumenta, & clamēt ad Dominum in fortitudine: conuertatur vir à via sua: mala et ab iniquitate quæ est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur & ignoscat Deus: & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala: & misertus est Deus super malitia quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.* Ita quòd, eodem die, innocentiæ statum in Christo, significante, Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum: (vt dicit) & prædicauerunt ieiunium. Vbi, considerandum est, quòd quamuis in Niniue, peccatum vniuersale fuisset: & consequēter, sufficiens causa vniuersalis subuersionis suæ: tamen hoc non obstante secūdum Niniuitarum timorem, per vniuersalem hanc pœnitentiam demonstratum: videtur quòd peccati publicitas vniuersaliter non erat in quo delictum maximum constitit: ipsum sanctum timorem pœnitētialē, credendo & operando, totaliter euacuans. & hoc, ab alijs duobus exemplis colligitur, contrarij effectus vniuersalis punitionis publicorum & impœnitentium peccatorum, non credentium: dicente Domino: *Et sicut factum est in diebus Noe, ita erit & in diebus filij hominis. Edebant & bibebant, &c. vsque in diē qua intrauit Noe in arcam: & venit diluuium, & perdidit omnes. Similiter sicut factum est in diebus Lot: Edebant & bibebant & c. qua die autē exijt Lot à Sodomis, pluit ignem & sulphur de cælo, & omnes perdidit.* Vbi: cum Dei timor in Niniue totaliter euacuatus non esset: neque etiam tota liter ipse auxilians vnus & trinus Deus: in ipsa trina ciuitatis peccātis & pœnitentis dispositione, demonstratus. Et hac in ratione & mysterio saluationis iustorum, in ipso vno & trino Deo: tres angeli ad Abraham missi fuerunt. Vt dicit: *Cumque eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eū: &c.* & adipsorum publicorum peccatorū destructionem, duo eorum solùm. vt dicit: *Venerunt que duo Angeli Sodomam vespere. &c.* Duo solùm: quò ad communem æternam corporis & animę punitionem: ex quibus duabus rebus ipsa humana natura consistit: & testimonium simul euacuationis ipsius trini & vnius Dei: per ipsius peccati maximi viam, publicè peccando: simul cum timore totaliter euacuari. Vbi, hoc in mysterio: mysteriosè dicit, *Cum ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam*: Omnes tres angeli, ipsum vnum & trinum Deum repræsentantes, iustam suam iram, demonstrantes. Postea, vnus ipsorum, in separationis ipsius Dei testimonium, ab eis, mysteriosè, separatus fuit: vt dicit *Venerunt duo angeli Sodomam vespere. &c.* Et ad Niniuē, ipsam iustorum & pœnitentium Ecclesiam significantem, ternarię dispositam: non angeli, ipsius iustæ iræ Dei executores: sed prophe ta & homo iustus Ionas, ipsum iustū Christum saluatorem significans: præuisa corū

Ion 3. *Rom. 4.* *Ion. 3.* *Gen. 18.* *Gen 19.* *Luc. 17.*

Ionæ.3. vniuersali pœnitentia. Vt dicit. *Homines & iumenta, & boues, & pecora nō gustent quicquā: nec pascantur, & aquā non bibant, & operiātur saccis homines & iumenta: &c.* Si ipsa culpa solū Niniuitarū erat: quomodo homines & iumēta non gustent quicquam? Mysteriosè: cum esset in ipsa innocente parte, particularis ipsius innocentis saluatoris protectio nō euacuata, & vniuersalis sanctorū suorum, significata. Idest: Christus, in agno: & in alijs: reliquū suorū martyrū & electorū: à iusto Abel incipiēdo, cū omnibus alijs iustis,

Mar. 12. vsque ad seculi finē. *Non est Deus mortuorum,* (hæretici intelligite) *sed viuorum:* ipsa Patris sapientia dicit. Qui tres viuentes patriarchæ, ab ipso Christo allegati, sanctissimæ Trinitatis mysterium significantes: sicut in ipso vno & trino Deo, semper viuūt: semper etiam sunt in Ecclesiæ suæ fidelis protectionē, in cœlo, & in terra, donec mundus stabit: eorumque & omnium aliorum iustorum meritum, in Christi infinito, in cœlo, & in terra, rationaliter oblatū, & receptū. Sicut ab ipso iusto Deo de-

Gen.18. claratur & promittitur, dicente: *Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos.* Numerus quinquagesimus, ipsi numero mysterioso (vt dictū est) latitudinis arcæ, correspondens. In qua arca, eodē in mysterio cōcurrentis protectionis, vltra homines, animalia & volatilia erant: idest, corpus & anima: quibus volatilibus, ipse spiritus & anima à Spiritu sancto comparata sunt: in ipso sacrificio & volūtaria cruce, corporaliter & spiritualiter pro peccatis patiendo, in communi ipsorū laqueorum liberatione, communi-

Psal.123. ter concurrentia. Vt dicit: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū: laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* Sicut quò ad peccata, & ipsorū publicitatis adiunctionē, ipsius vniuersalis pœnæ & castigationis causam: ipsi iusti, seipsos etiā humiliter comprehēdētes, si ipsa protegens gratia & ipsius Dei præsentia: in ipsis iustis & timoratis suis (vt dictū est) totaliter euacuata nō esset: in huius psalmi principio dicit, incipiendo: *Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nūc Israel, nisi quia Dominus erat in nobis, &c.* Hoc: quò ad ipsum timorem interiorē ipsius Dei, & auxiliatis gratiæ, non totaliter, (vt dictum est) euacuatæ. *Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem. &c.* Torrentem: quò ad ipsam peccatorum multitudinem, vniuersaliter, commissorum: à repentinis vniuersalibus ipsarum culparum effectibus, inconsideratè à rationali animæ parte cōsensorum: sicut abhomine, non per malitiam, sed per fragilitatem commissorum. Aquam intolerabilē: quò ad publicitatis ipsorū delictorum adiunctionē, in quo delictū maximū cōsistit: resDeo intolerabilis. Sicut demonstrat per ipsum exemplum intolerabilium tormentorum Christi martyrum, quæ passuri erāt, vt eos incurrere facerēt in ipsum idololatriæ laqueum: ipsum verum Deum abnegantium: & simul in ipsum delictū maximum publicæ adorationis falsorum Deorum, incurrentium: quod facilè fuisset, Nisi quia Dominus (vt ipsi dicunt) erat in nobis: mediātē qua protectione & merito, in gratia & virtute sua: ipsæ inuēciones nouæ intolerantiæ & violentiæ, superatæ & victæ erāt. vt dicit: *Cū exurgerent homines in nos, fortè viuos deglutissēt nos.* Hoc: quò ad ipsum furoris, & cōminationis martyrij laqueū, si ipsum verum Deū non negabant. *Cum irasceretur furor eorum in nōs, forsitan aquæ absorbuissēt nos.* Idest, ipsa aqua, ipsi Deo intolerabilis (vt dictū est) publicæ abnegationis ipsius: sānctus timor suus spiritualis, ab ipso sensuali, dominatus & victus. *Torrentem pertransiuit anima nostra.* Hoc: quò ad ipsorum tormentorum & martyriorum effectum, vsque ad animā pertrāseūtem: ipsum spiritum à carne, violēter separātē. *Forsitan pertransisset anima nostra aquā intolerabilē.* Idest: *Nisi quia Dominus erat in nobis,* (vt dictū est, & proponit, incipiendo) facilè, in ipsius martyrij effectu, ab ipso iniusto timore victi & dominati ad ipsum furoris

furo:is & tormentorum torrentem euitãdum, animam à corpore separãdẽ, in ipsum laqueum intolerabilis aquæ publicæ abnegationis fuæ, incurrissemus: in totali ipsius gratiæ & vitæ æternæ separatione: in maioribus pœnæ & mortis æternæ tormẽtis. qua in ratione, ipsi Christo, victoriã ipsam, & virtutẽ attribuẽdo: & primę propositioni, *Nisi quia Dominus erat in nobis*, correspõdẽdo: cõcludi dicendo. *Benedictus Dominus, qui nõ dedit nos in captionẽ dentibus eorũ. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venãtiũ. Laqueus cõtritus est, & nos liberati sumus. Adiutorium nostrũ in nomine Domini, qui fecit cælũ & terram.* Cœlũ & terrã: idest, ipla anima & corpus: natura humana: ab ipso creatore, & mediãte ipso incarnato Verbo, facta & liberata: à principio, in ipsa cœlorũ & terræ creatione, incarnationis fuæ testimonio, significata. *Laqueus cõtritus est, & nos liberati sumus.* Quo modo cõtritus est? Hoc modo Laqueus ipse ex duabus distinctis rebus cõsistẽs, idest, ex ipsa carne, & timore sensuali, ipsum timorẽ sanctũ spiritualẽ, & rationalẽ, in publica ipsius veri Dei abnegatione, totaliter euacuãs: tũc totaliter cõtritus est, quãdo è contrario, in ipsa morte & martyrio cõsumma to, ipsum verũ Deum publicè confitendo, ab ipsa carne & timore sancto rationali, sensuali timor totaliter superatur & vincitur: & simul ipse spiritus, & homo iustus, spiritualiter liberatur. *Laqueus cõtritus est, & nos liberati sumus.* Idest, spiritus sanctus, in distinctione & vnione naturali omniũ trium personarũ: & in accidẽtali ipsorũ martyrũ, in ipso Deo, sic dicẽs: inquãtũ quod ipse passer spiritus eorũ, ab ipso carnis laqueo, moriendo, liberatus fuit: & simul ipse spiritus vnus & trinus Deus, ab ipso iniurię & blasphemię laqueo, in quo ipsum peccatũ maximũ cõsistit: cũ ab ipsis martyribus, „ pro vero Deo publicè cõfessus“ esset. et hac ratione: Laqueus cõtritus est. Sicut in nonagesimo: ratione ipsius vnionis et securæ in Christo habitationis, correspõdenter dicendo: *Quoniã ipse liberabit me de laqueo venantiũ, & à verbo aspero.* Idest, omnes ipsos diabolicos laqueos: qui, in his tribus, Mundo, Dæmonio, et Carne, inclusi sũt: ad hũc carnis, vt propinquiorem, et maiorẽ inimicũ nostrũ, reducẽdo. et cõsequẽter, et à verbo aspero. Idest: *Discedite.* Verbũ asperũ æternæ ab ipso Deo separationis. sicut dicit: *Discedite à me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. esurini enim: & non dedistis mihi manducare. etc.* ipsam precedentẽ volũtariã separationem, in euacuatione ipsius charitatis Dei, mediantibus ipsis laqueis humanæ cõcupiscentiæ, et inordinati amoris proprij effectã: ipsi laqueo principali carnis et partis corporalis, attribuẽdo: per eãdẽ viã, impietate cũ proximo suo vtẽdo. Sicut per medium ipsius iniustitię, et mẽdacis amoris proprij, in ipsius charitatis et vitæ æternæ abnegatione, ipsam temporalẽ sensualẽ anteponẽdo: in eodẽ ipsi⁹ carnis laqueo, in morte et pœna æterna remanẽdo. Vbi, cũ ipsa firma et fideli parte loquẽdo, *Scuto circundabit te veritas eius*: (vt dicit) *non timebis à timore nocturno.* Idest, ipse iniustus et tenebrosus timor sensualis: sanctũ et iustum timorẽ Dei et illuminatis gratiæ cuacuãs. *A sagitta volãte in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu et dæmonio meridiano.* Tria: Idest: saluationis et gratiæ status: peccati status: et ipse infœlicior statꝰ totalis ruinæ ipsi⁹ peccatoris: videlicet, ipsũ delictũ maximũ: quando sine Dei timore publicè peccatur. A sagitta volãte in die, Idest, incogitatæ sagittæ insidiarũ diabolicarũ contra spiritũ, quæ ipsis iustis tendũtur, qui in die ipsius lucis apostolicę, sanctæ Romanæ Ecclesiæ viuunt: semper cõtra ipsos inimicos, mundũ, dæmoniũ, et carnẽ, militãtes. Vbi, per Apostolũ, *Induite vos armaturã Dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quoniã nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ: sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarũ harũ, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus. &c.* Mundi rectores. Idest: confusę, rectores ipsius mundi minoris hominis, et tenebrarum spiritualium animæ: per ipsas repentinas sagit-

Psal. 90. *Psal. 90.* *Psal. 90.*

tas volantes periculosissimas & mortales, aliqua infidelitate & errore venenatas (vltra aliarum malarum cogitationum multitudinem) contra id quod credi & teneri debet: tas in qua ipse dies & diurna lux consistit. Vbi, quot hæreses & varij errores in mundo sunt, contra ipsam veritatem & lucem apostolicam sanctæ Romanæ Ecclesiæ: tot sagittæ mortales sunt contra spiritū, ipso mortifero veneno hæresis & infidelitatis diabolicæ infectæ: cum postea impudēter, ipsi hæretici simul addere nitātur ipsam totalem eorum ruinam, publicæ confessionis & prædicationis ipsorum errorum, inquo delictum maximum consistit: in qua (vt dictum est) eorum excommunicatio, & prohibitio ipsis fidelibus eorum conuersationis, fundatur: secūdùm quòd pro talibus, à sacris concilijs declarati fuerunt, & omnes eorum opiniones condemnatæ. Sagittæ: ab ipsis humanæ naturæ inimicis iactæ, in die ipsius lucis & status saluationis, vbi ipsi miserabiles primū erant, simul cū omnibus alijs credentibus, in ipsius sanctæ Ecclesiæ vnionem: qua luce priuati, in alias tenebras multitudinis alio rum errorum subintrauerūt, qui ab eorum libera, & sensuali vita deriuantur: vt dicit: (quò ad secundum) *à negotio perambulante in tenebris.* Idest, ipsæ pessimæ peccatorū & sensualium occupationes, in eorum distorta desideria & concupiscentias exequendo: ipsum grauamen addendo (quò ad tertium) publicæ commissionis ipsorum delictorū: in quo delictum maximum consistit: in ipso incursu & dæmonio meridiano, intellectum. Dicit, *dæmonio meridiano*: ipsius incursus & ruinæ effectum, significando: qui est ipsa publica peccati commissio: & iniqua & malitiosa ipsius reuelatio, quādo occultum est. Sicut sæpe accidit, quòd quāto magis grauia sunt peccata, & magis vergunt in Dei dedecus & proximi damnum: eò magis ipsi peccatores, ab ipso dæmonio meridiano simulati sunt, ad ipsorum reuelationem: ita, vt sine vlla occasione, & à nullo interrogati, vltrò ea manifestēt: insuper vana gloria & iactantia se se efferant, quòd publicum & notum adulterium & stuprū fit: ab ipsis, in pulchrioribus, & principalibus populi commissum. Quia: sicut sunt dæmonia distincta, secundum distinctionem septem peccatorum mortalium, & decem diuinæ legis præceptorum, ad ipsa peccata & transgressionem, particulariter incitantia: sunt ex illis etiam, quæ ad hoc particulariter attendunt: vt addant ipsum grauamen, et vltimam peccati maximi ruinam, ac omninò ipsas reliquas timoris Dei, et naturalis verecundiæ euacuent: ita, vt illud, quod occultè fiebat: publicè fiat. et quod secretum erat: cum maiore Dei dedecore, et proximi damno, publicetur. Deo permittente: secundum iudiciorum suorū abyssum. Et in hac totali publicatione occupatur Dæmonium meridianum: sic metaphoricè dictum, quia sol in ipso meridie, omnes vmbras euacuando (sicut ipse peccator, ipsum timorem et verecundiam) cōsequenter omnia publicat et manifestat. Vbi, per Nathan, conformiter ad Dauidē dicentem: *Tu enim fecisti absconditè: ego autem fa-* 2. *Reg.* 12
ciam verbum istud in conspectu Solis huius. vt antea: *& dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius*: ad differentiam oculorum veri Solis Dei: et ipsorum occultorum delictorum, et manifestorum: quæ, quamuis apud Deum, qui omnia videt, omnia manifesta sint: illa particulariter Deo sunt manifesta, et maiori cum offensa in oculis veri Solis iustitiæ Christi filij sui viuorum & mortuorum iudicis, vt ea maiori cum rigore et pœna puniat, quæ in mundo sunt (vt dicit) in oculis Solis huius, in totali ipsorum manifestatione. quæ manifestatio: tunc meridiana est, et ad ipsius ruinæ peccatoris signum peruenit, et totalis victoriæ ipsius inimici dæmonij meridiani, quādo cum euacuatæ essent omnes vmbræ, et ipsius

& ipsius debiti timoris Dei reparationes, & naturalis pudoris & verecundiæ, per cõparationem dicitur, in oculis, & in cõspectu Solis huius. Qui verus Sol, cum ad ipsũ meridianum centrum & punctum totalis dominationis suæ lucis peruenit, omnes v-
Psal. 19. Apo. 1. niuersaliter iudicando, (ficut conformiter scriptum est: *Et facies eius sicut Sol lucet in virtute sua*: ideſt, ſecundum ipſam comparationem & metaphoram dæmonij meridiani: Omnia occulta detegendo, & re-
Matt. 10. uelando: vt dicit: *Nihil est opertum, quod non reueletur: & occultum quod non sciatur*) eo magis ipſũ publici peccatores cum extraordinario rigore ad nouam confuſionem & extraordinariam ignis æterni pœnã condemnati erunt reſurgentes, quò minus eos debito ipſius Dei timore reparatos inueniet (in ſecreto peccatore, non totaliter euacuato) & naturali verecundia, mediante ipſa carne & parte corporali peccante, demonſtrata. Signum, ipſa verecundia, futuræ ipſorum inimicorum victoriæ, (vt dictum eſt) in merito incomparabilis verecundiæ, quam ipſe iuſtus ſaluator paſſus fuit: cum publicè vt peccator & in peccati ſimilitudinẽ, in cruce poſitus eſſet. Quod ſignificat, conſequẽdo, & de ipſis publicis peccatoribus, in ipſũ delicti maximi laqueum
Psal. 30. cadentibus, dicendo: *Cadent à latere tuo mille, & decẽ millia à dextris tuis: ad te autẽ nõ appropinquabit: &c.* Non appropinquabit. ideſt, ipſe inimicus dæmoniũ meridianũ vincẽs, ſemper quod ſe homo cõſeruabit, ſaltẽ ſub ipſius vmbris & naturalibus defenſionibus reliquiarum verecundiæ, & ſancti Dei timoris: ſecretum obſeruando, quando per fragilitatem ad peccandum venit. *Scapulis ſuis obũbrabit tibi.* (vt antea dicit) *& ſub pennis eius ſperabis. &c.* Scapulis ſuis: ideſt, quò ad ipſam reparationem & operimentum. Quia: ſicut corpus eſt animæ reparatio, & operimentum: ita in Chriſto, ipſa humana natura, ex ipſis duabus ſcapulis, corpore & anima conſiſtens, diuinæ naturæ operimentũ eſt, & reparatio ſimul, & protectio ipſius timẽtis peccatoris: vt ſuę redẽptionis inſtru-
Esa 9. mentum. Vbi per Eſaiam: *Et factum eſt principatus ſuper humerũ eius*: ipſas duas ſcapulas diſtinctas corporis & animæ, ad ipſum vnicum ſubiectũ & humerum vnius ſolius hominis, reducẽdo: ſuper quem, ſpiritualiter & corporaliter pro peccatis patiẽdo, ipſũ ſolus onerat, & principatum impaſſibilis naturæ diuinæ. & hac in ratione principalis protectionis & reparationis in Chriſto, ipſius naturæ humanæ peccantis: *Scapulis ſuis*
Psa. 09. *ei* (vt dicit) *obumbrabit tibi.* Sicut quò ad ſecũdã reparationẽ & naturæ angelicæ protectionẽ, cõcludit dicẽdo: *& ſub pẽnis eius ſperabis.* qui angelici ſpiritus, cũ eſſent à principio, cũ ſeptẽ angelis, in Dei præſentia aſtãtibus, Verbi incarnationem repreſentantibus, in hominis protectionem (vt dictũ eſt) hebdomadaliter vniti: ſunt ſicut tot pẽnæ, ab ipſo corpore Chriſti & humanæ naturæ, ab eis oblatæ & adoratæ, depẽdẽtes: ipſum corpus vniuerſale Eccleſiæ ſuæ ſãctæ, protegẽtes. Hebdomada angelica: ipſas duas hebdomadas in Chriſto diuinã & humanã ſimul vnitas, repræſentans. Hebdomada diuina: quò ad tres perſonas diuinas, & quatuor attributa ipſius vnius & trini Dei. & hebdomada humana: quò ad tres potẽtias, ipſis tribus perſonis diuinis, correſpondẽtes: & quatuor elemẽta, ipſis quatuor attributis, correſpondẽtia. in ipſis tribus nominatis angelis, Michaële, Gabriele, Raphaële, tres perſonæ diuinæ, & tres potẽtiæ: & in quatuor nõ nominatis, quatuor attributa, et quatuor elemẽta, intellecta, et ſignificata. Vbi, omnia advnitatẽ ipſius diuinę eſſẽtiæ reducta, in Michaele, (interpretato, Quis vt Deus?) ſignificatã: hac ratione ab initio ipſe Princeps Michael archãgelus, ipſius fidelis et ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ vniuerſalis protector & cuſtos eſt. Reparatio ſpiritualis, in ſua repreſẽtatione et vnione in Chriſto, angelici Sacerdotij, ad veniã: ipſas humanas vmbras iuſtorũ et timẽtiũ, Eccleſię triumphantis et militãtis, pro-

regētis: eorū merita & orationes, in vniuersi cōseruationē, sacrificantis, & offerentis. Quod angelus Raphael, vnus ex ipsis septē angelis, testificatur, ad iustū Tobiā dicens: *Quādo orabas cū lacrymis, &c. ego obtuli orationem tuā Domino.* (& à multis alijs locis) sicut è cōtrario, in publicis peccatoribus: ministeriū separationis angelicæ, ad vindictā: qui, cū integra ipsius dæmonij meridiani victoria, ad hoc impudētię cētrū peruenerūt, in quo ipsūdelictū maximū cōsistit, publicè peccātes. Vt erit in prægredēti aduētu Antichristi, & publicæ abnegationis ipsius lucis & Solis iustitiæ Dei filij: irreparabilē iustæ suæ iræ ignē, incitātis: & ipsū tremēdū Iolstitialē diē sui aduētus ad iudiciū, prænuntiātes. Et tūc: ministeriū angelicū separationis ad vindictā: ipsas iustorū reparationes auferēdo (vt dicit: *Exibit angeli, & separabunt malos de medio iustorū*) & simul iustā suā sententiā, & irremissibilē iustæ suę iræ ignē exequēdo. q, à figuratę separatione iusti Noe & familiæ suæ, & similiter ab illa iusti Lot, & repētinę punitionis statim, ipsorū publicorū peccatorū, colligitur. Vt dicit: *Et sicut factū est in diebus Noe, ita erit et in diebus filij hominis. Edebāt & bibebāt, &c. vsq; in diē qua intrauit Noe in arcā: & venit diluuiū, & perdidit oēs. Similiter sicut factum est in diebus Lot: Edebāt & bibebāt, &c. qua die autem exijt Lot à Sodomis, pluit & ignem sulphur de cælo, & omnes perdidit.*

Matt. 13.

Luc. 17.

CAP. LXXV.

Cū Paul⁹ apostol⁹ ad Timotheū discipulū suū scriberet, circa delictū maximi remedij, & publicorū peccatorū castigationē: Spiritus sanctus, magna cū exaggeratione, ipsi episcopo, & omnibus alijs sanctæ Ecclesiæ Episcopis, protestatur, & dicit: *Peccātes corā omnibus argue: vt ei cæteri timorē habeāt. Testor corā Deo, & Christo Iesu, & electis angelis, vt hæc custodias sine præiudicio, nihil faciēs in aliā partē declinādo. Manus cito nemini imposueris, neq; cōmunicaueris peccatis alienis, &c.* Peccātes, corā omnibus argue. Idest, ipsos publicos peccatores. Quia, secūdū Domini regulā circa nō publicos, dicētis: *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eū inter te & ipsū solū:* nō de occultis, sed de publicis peccatoribus Apostolus loquitur: Ita, quòd vel bū illud. Corā, cōmune est, & antecedēti, Peccātes, & subsequēti omnibus. Peccātes, corā omnib. argue, vt & cæteri timorē habeāt. Et vt indicet tē esse magni pōderis, inquit: Testor corā Deo & Christo Iesu & electis angelis: vt hæc custodias, sine præiudicio nihil faciēs, in alterā partē declinādo. Manus citò nemini imposueris, neq; cōmunicaueris peccatis alienis. &c. Neq; cōmunicaueris peccatis alienis, sicut per Dauidē dicitur: *Ab alienis parce seruo tuo:* vt declaratū est. Quomodo, Neq; cōmunicaueris peccatis alienis? Hoc modo: sine prę iudicio (vt dicit) nihil faciēs, in alterā partē declinādo. & hāc regulā, cōmuniter & immutabiliter seruādo: i. Manus citò nemini imposueris. Quia: ſpter humanos respectus, citò manus imposueris in secreto: præponēdo ipsū secretū iudiciū, publicæ reprehēsioni, & castigationi excōmunicationis, cōtra tales publicos peccatores, necessarię (vt dicit: Vt hæc custodias sine præiudicio: vt & cæteri timorē habeāt) tua culpa, ipsū malū exēplū, permanens à secreto iudicio prægredēte, impositiōis manuū, & veniæ, prō ablatū: immò ꝓ ipsā viā, vaiuersaliter, Dei timor euacuatus: cōmunicaueris proculdubio, peccatis alienis, ab ipsa causa publici peccati, propter humanos respectus nō remota, procedēdo. Peccātes, corā omnibus argue: Et si secularibus, tā feuerè & rigidè quāto magis ſpiritualibus? qui, quādo similiter publici peccatores fiūt, maiori cū scādalo in hoc delictū maximū incurrētes, particulariter ab omnib. notātur? Et cū diuites sint, & maiori cū prædēda in maioribus ciuitatib. & episcopatibus: benè esset quòd ab ipsis maioribus, episcopis per multos annos ditissimulati fuissent? & nūquā (vt alij pauperes) reprehēsi & castigati: immò maiori cū ratione de altari Dei, & eorū loco remoueri & ejici deberēt. Quod ab ipso Deo significatur & ordinatur, ad summū sacerdotē Moysē dicēte: *Loquere ad Aarō: Homo de semine*

1. Tim. 5. Matt. 18.

Leu. 13.

tuo per familias suas qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministeriū eius: Si cæcus fuerit, si claudus, etc. Nec accedet ad ministeriū eius. Ira q̄ bona excusatio nō est: Sacerdos nō sum: Sufficit q̄ ecclesiasticus sis. Si cæcus fuerit, si claudus, &c. Id est, nō solū quòd ad ipsos exteriores defectus corporales: sed principaliter quòd ad ipsa vitia & publica animę peccata: in quibus delictū maximū cōsistit: in ipsis exterioribus. & visibilibus defectib. corporalib⁹, significata. A qua impia improuidētia, & adulterina dissimulatione particulari, ab ipsis humanis respectib. & amicitia mundana causata, in proprio amore fūdata: vniuersalis nascitur: in totalē ipsius Ecclesiæ & plebis Dei ruinā. Nā quomodo aliū reprehēdet, qui seipsum errātē nō corrigit? Et quomodo arguet corā omnib. (vt Paulus dicit) ipsos publicos peccatores & subditos seculares, qui propinquiores subditos spirituales dissimulat, & nō castigat? Vbi Spiritus sanctus: *Omnes declinauerūt. simul inutiles facti sunt: nō est qui faciat bonū, nō est vsq; ad vnū. Nōne sciēt omnes qui operātur iniquitatē, qui deuorāt plebē meā vt cibū panis?* Id est: Fortè, ignorāt isti (ipsis superioribus, tēporalibus, & spiritualib. loquēdo) & maiū quod faciūt nescīūt? A t optimè sciūt. Vnde igitur tanta iniquitas & iniustitia? Hā id significat, dicēdo: *Deū nō invocauerūt.* Imo, (vt alio in loco) *Vocauerunt nomina sua in terris suis.* & volētes se in mūdi amicitia conseruare, & eredētes per hāc viā citiùs ascendere, & nō cadere: *Illic trepidauerūt timore* (vt in quinquagesimo secūdo) *vbi nō erat timor. Quoniam Deus dissipauit ossa eorū qui hominib. placēt.* Dissipauit: de præterito: quò ad præsūfam eorū dānationem: mundo, & nō Deo placendo, meritò acquisitā. Vbi per sanctum Iacobū: *Adulteri, nescitis quod amicitia huius mūdi, inimica est Dei? Quicūq; ergo voluerit amicus esse seculi huius: inimicus Dei constituitur.* Non hoc dicitur, nisi ad bonū finē, & vniuersaliter: honore particulariter multitudinis sanctorū & bonorum pastorū, qui in Ecclesia Dei sunt, & qui procul dubio vsq; ad seculi finē erunt, semper seruato zelo diuini Spiritus, per ipsū apostolū, tā affectuosè demōstrato, correspōdēdo: ipsas vniuersales Ecclesię Dei ruinæ quæ sunt, & vsq; ad seculi finē erunt, prædicente: ab ipso delicto maximo publicitatis peccati, propter humanos respectus nō correctæ & castigatæ, deriuatas. Sicut conformiter: *Ioānes septē ecclesijs quæ sunt in Asia, &c. Et angelo Ephesi ecclesiæ scribe, &c. Scio opera tua, & laborē & patientiā tuā: & quod nō potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicūt apostolos esse, & nō sunt, & inuenisti eos mēdaces, et patientiā habes, et sustinuisti propter nomē meum, & nō defecisti. &c.* Hoc quò ad bonos pastores. *Et angelo ecclesiæ Sardis scribe, &c. Scio opera tua quia nomē habes q̄ vivas, & mortuus es. Esto vigilās & cōfirma cetera quæ moritura erāt. Nō enim inueni opera tua plena corā Deo meo. &c. si ergo nō vigilaueris, veniā ad te tanquā fur, & nescies qua hora veniā ad te.* Hoc, quò ad nō vigilātes: et propter respectus humanos, ipsos peccatores publicos nō arguentes, neq; castigātes. cōcludēdo: *Et angelo Laodiee ecclesiæ scribe, Et ec dicit, Amē testis fidelis & verus, &c. Scio opera tua, quod neq; frigidus es, neq; calidus, vtinā frigidus esses, aut calidus. Sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiāte euomere ex ore meo, quia dicis, Diues sum, locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, et miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. &c.* Cū hac libertate sancta, in zelo honoris Dei & vniuersalis cōservationis ecclesiæ suæ sāctæ fūdata, per prophetas Spiritus sanctus locutus est: & similiter prophetatus Christus & sui apostolici prædicatores. Et cū hæc scribere debēt secūdū regulā ipsam et exemplum, scriptores ecclesiastici, et sacræ scripturæ interpretes: et etiā idiotæ, qui hoc scribit: (vt talis, cum omnibus aliis defectibus, dignus nō est vt cū aliis connumeretur) ipsi illuminanti zelo correspōdētes. Et qui propter similes humanos respectus hoc nō facit: se, tali officio, facit indignū: et verè miser et miserabilis est, (vt dicit) et pauper, et cæc⁹ & nud⁹. Et eò magis hōo facerdos, octauū, et sexagesimū annū agēs, de hoc grauissimo delicto maximo scribēs, simul indignus esset in libro vitę Christi scribi; si publicas abominationes taceret, quas ipse q̄ multos

Psal. 52.

Psal. 48.

Psal. 52.

Iac. 4.

Apo. 1. cap. 2.

cap. 3.

annos in quadam Christianitatis parte vidit, cum magno Dei contẽptu continuatas: & nõ aliũde, quàm ab ipsa impia improuidentia & adulterina dissimulatione pro p̃ter humanos respectus, superiorum temporaliũ & spiritualium iplarum particulariũ ecclesiarum, deriuatas. euidens signum renouationis duri iugi, & notabilis flagellationis p̃teritę captiuitatis eorũ, per multos annos passæ, sub infidelibus, & Christiani nominis inimicis. Vbi hæc? & à quo personarum genere delicto hæc committuntur? In sacris ecclesijs & Dei templis, & in publicis processionibus ordinarijs, quæ diebus solemnioribus & festis fiunt: & in extraordinarijs, quæ in maioribus necessitatibus vniuersalibus & particularibus occurrunt: & non ab infidelibus & p̃teritis dominatoribus: quod admiratio & scandalum non esset: sed à fidelibus, & nobilioribus personis, & potentioribus populi: ad quos remedium dare pertineret. nisi, si hæretici dissimulati sunt (tales in hoc mundo non desunt) quod vt tales suspecti, publicè puniri & castigari deberent. qui communiores passus accipientes, & in ecclesiarum partis, & circa aquę sanctę pilas, ne vlla mulier eis euadere possit: nulla differentia facta virginis verecundæ, & honestæ nuptæ, liberæ in honestæ & publicæ meretricis, res adeò fordidas & libidinosas dicunt, (quod qui hoc scribit, vidit & intellexit) quod dignæ non sunt vt in inferno cogitentur, quanto magis vt in spiritualibus libris scribantur: sufficit quòd scriptæ sint (ô maledicti à Deo, excõmunicati) in vestræ æternæ dãnationis libro. & hic abusus ad tantum extremũ cõmunis impudentię venit, (Vt scriptũ est: Sicut populus, sic est sacerdos) quòd iã omni personarũ generi licitum est omnia pro aulica licentia sumere: ita quòd cũ particularis festiuitas istius, aut alterius ecclesiæ appropinquat: solitum est arenam in via & ante templum proijcere, vt notum fiat, quod nobiles equestres currunt, & mulieres veniant, vt videantur: quarum, magna multitudo, in vtraque parte viæ sedet: alia vadit, et venit: et nobiles equestres currẽtes et inter eas ambulantes, aliã orationẽ facere nõ curat, p̃ter quã in equo, ad ecclesiæ portã. (Similiter et nobiles faciebant, qui in equis sedẽtes missã audiebant: q̃ ãuis à sanctis Dei seruis reprehẽsi erant: proximã eorũ perditionẽ etiã prædicentibus) et hoc modo, ad templum portas, pedestres, et equestres assistẽtes, et multis verbis lasciuis et inhonestis et tactibus simul, ingrediẽtes et egrediẽtes mulieres incitãtes: quarũ sæpe stridores vsq; ad cœlũ audiuntur: tãtũ eorũ libidinosa sensualitas durat innumerabiliũ peccatorũ mortaliũ cõsensorum, quantum ipsa festiuitas durat: qua ipsi, in ipsarum culparũ multiplicatione, abutũtur. Ita quòd, nõ videtur quòd festũ illud sit purissimæ conceptionis sanctissimæ virginis Mariæ Dei matris (sicut in ipso die propriis oculis vidit, qui hæc scribit et in aliis similib. festiuitatibus. et occasionibus) sed Veneris, Deæ Luxuriæ: vt sanctæ crucis Christi inimici, illã publicè deponẽtes: et in loco ipsius Deæ eorũ statuã collocantes. Vnde, si inter Christianos isti abusus: magna admiratio nõ est, quòd felicissima sancta Helena Imperatrix ad ipsam sanctam crucem inuenienda in Hierusalem: similes iniurias et dedecora inter infideles inueniret, cõtra ipsum verũ Deũ, per multos annos: (vt inter istos) cõtinuatas. *Vbi mormoream Veneris statuam in crucis loco à gentibus collocatã* (vt in festiuitate sua legitur) *ad tollendã Christi Domini passionis memoriam, poll. centũ circiter octoginta annos euertendam curauit. Quod item fecit ad præsepe saluatoris, & in loco resurrectionis, inde Adonis, hinc Iouis sublato simulacro.* Et idem fit, et penitus, in solemnissima processione et sacratissimi corporis Domini festiuitate: non secundum suam institutionem in suam commemorationem: sed ad tollendam (vt dicit) Christi Domini passionis memoriã: illã principalẽ accipiẽtes, sicut om-

nes

nes alias festiuitates et processiones, pro occasione suarum lasciuiarum, & inhonestatum publicarum: ita quòd ipsum peccatum maximum ad culmen publicitatis suæ perueniat: & consequenter ipsum incitans demonium meridianum, ad solsticiale punctum ipsius communis indicij publicitatis offensæ, & contemptus ipsius Dei, in totali victoria & ipsorũ publicorũ peccatorũ ruina. Sunt tanquã in theatro mulieres ad fenestras publicè in triũpho (vltra multitudinem aliarũ popularium, in via) cum diuitum conoporum ornamento, panni & pulinaria telæ aureæ, & sericæ: & eorum personæ, tanta cum pompa, quãtum lasciuè ornatæ: & nobilitas, & cæteræ gentes populares in equis: à mane, vsque ad vesperam ambulantes, & equestres currentes: solitis signis, actibus & vestibus inhonestis, contrariè vniuersalem contradictionem faciunt ipsius debitæ laudis Domini: sanctissimum suum nomen publicè blasphemantes. Sic festa agni immaculati Christi filij Dei celebrantur? Ite in infernum maledicti & excommunicati: Christiano nomine indigni, & baptismate quod recepistis. Et certi estote (ipsis particularibus populis loquendo) quòd si vos non corrigitis & emendatis, particulorem pœnitentiam facientes de talibus abusibus & peccatis publicis, in ipsum delictum maximum incurrentibus, procul dubio noui ter, vt dictum est, ad primam captiuitatem redibitis. Iam vobis nota est causa vbi originata fuit: Et scitis quantum vos hæc delicta grauia delectent, & quantum vobis placet, vt ad publicationem veniant: libèter grauia damna patientes, & excessiuos sumptus particularium iustitiæ ministrorum, qui sæpe in has partes mittuntur, & magis quàm in cætera loca ipsius regionis, ad ipsa delicta particulariter punienda. Et tantæ sunt & sic consuetæ ipsæ inordinationes: vt iam quasi nullus securus sit filias suas & puellas in tuto habere, neque etiam in sacris monasterijs monacharum virginum & religiosarum: immò in ipsis locis sacris, & in dictarum ecclesiarum sacellis, (vt publicatur, & verificatur, & in ecclesijs, publicè prædicatur) ipsa stupra fiunt: existimantes, quod in hoc consistit nobiles esse, & in populo principales. Huic addunturlasciuæ cantilenæ diabolicæ poeticæ quæ in illis partibus ordinariè cantantur: tam spurcè, & conceptuum libidinosorum & abominabilium plenæ, quòd omni impudenti meretrici ruborem inducerent, quæ eas nunquam intellexisset: quibusdam actibus & libidinosis saltationibus comitatæ similiter, ad ipsam Luxuriam, incitantibus, perpetuò novas inuentiones aliorum impudentiorum querentes. quæ publicè per vias, à paruis & magnis, nocte & die cantantur. Pessimum signum (nisi se emendent) certissimæ eorum captiuitatis. Et hoc, est vniuersaliter in regione illa? Absit. Non placeat Deo, in qua vniuersaliter Deus timetur, & honoratur. & non vniuersaliter: sed particulariter, ad illos effrenatos populos, sermo dirigitur. & ad omnes alios similes malos Christianos (intelligat is ad quem pertinet) quorum mundus plenus est, vt seipsos corrigant. quòd iam propter peccata nostra, si non tantum: saltem per omnes partes iniquitas humana abundat. Et quid de mundi aulis dici posset, quæ ipsius theatra sunt? vbi maiori cum publicitate & vniuersali scandalo, in hoc peccatum maximum ordinariè incurritur? Quidam à secretis seruus regis cuiusdam, dixit, & hoc veritas est: O quot abominationes cras hac in aula videbuntur. quot adulteria, stupra, & fornicationes fient, cum hac occasione eundi extra domum, & in alio um domus, ad solemnissimam processionem videndam, & extraordinarium corporis Domini festum. & vnus ex eis, qui cum audiebat, dicens, Et quomodò huic rei, non prouideturi? Respondit. Fu scis, quòd domestici, & aulici regis, toto anno in suo sa-

cello, dum sancta missa celebratur, reginæ puellas, publicè amore prosequũtur: sicut ordinariè in alijs ecclesijs fit: & in hoc iacturam temporis vis facere? Et publicum & notum est, quòd quadam dominica huius quadragesimæ prætexitæ, cum regi, dicto in loco, prædicator zelosus prædicaret, tanta ira motus est, has publicas inhonestates videns, quæ illum inceptum sermonem interrumpere fecerunt: & clamare cepit & dicere: quòd locus ille, ecclesia & Domus Dei erat, & non regale palatium: & ideò, tales abusus in ipsa permitti non debent, in diuinæ maiestatis contemptum: neque sub prætextu prætensionis matrimoniorum: immò ad aliorũ exemplum ex traordinariè castigari: & tamen remediũ aliud datum non fuit. Remedium non dat-
Apo. 2. ur? Memor esto itaque vnde excideris: (dicit Deus) & age pœnitentiam, &c. sin autem, veniam tibi citò, & mouebo candelabrũ tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. Sufficit. Tale de illis sit, qui in tam enormibus rebus, & in tanto Dei contemptu, eas, oculis suis proprijs videntes, (vt dictum est) remedio non prouident. Quid est delictum maximum? Crimen læsæ maiestatis diuinæ. quod est publica rebellio & subuersio in populo contra Deum: in ipsis publicis suæ sanctæ legis trãsgressionibus, ipsum laudis & obedientiæ debitæ tributum prohibendo: & simul ipsam diuinam legem & legislatorem Deum, detestabiliter blasphemando. Non ita secreta, ipsum respectum & debitam reuerentiam, in ipso occulto peccare, semper seruando. Scit rex, quòd multi in regno suo, secretò, leges suas transgrediuntur, & tributa sua, & regales reditus defraudant. sed si aliquis publicè id faceret, subuertenter contra ipsum Regem leges & ordinationes suas regales publicè detestando: crimen læsæ maiestatis esset: & ipsum non dissimularet. (sicut vniuersaliter maiores & grauiores contra Deum subuersiones dissimulantur) Vbi conformiter iudici, pro fundamento sir-

mæ eorum petitionis ante Pilatum, quod Luc. 23.
Christus mori debebat, hoc dicunt: *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari.* Sed ipse iudex, nõ propter hoc se alterauit: quia non credidit. Sci Mat. 26.
ebat enim (sanctum Euangelium dicit) *quòd per inuidiam tradidissent eum.* Sed qui scit, & proprijs oculis videt hanc subuertionem in sacris Dei templis, & venerabilibus processionibus, & impedimentum publicum ipsius debiti tributi spiritualis obedientiæ & sacrificij Dei: & non se alterat, prouidendo quod ad exemplum, extraordinariè ipsum delictum punitum, sit vt crimen læsæ maiestatis diuinæ: ipsi nobiles, ad secundam correctionem, tamquam infames, ipsa nobilitate & immunitate priuati: & ignobilis ciuis, vir aut mulier, correspondẽter, cum extraordinario rigore castigatus & punitus: Deus procul dubio prouidebit: Apo. 2.
vt dicit: *Veniam tibi cito, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.* Et hoc: non solùm ipsis secularibus regibus, eorũ regalem progeniem & memoriã in sempiternum exstirpando: sed consequenter, ipsis põtificibus & pastoribus spiritualibus. (Ecce ipsa Germania: Ecce ipsa Anglia) ipsas ecclesias, solitis subsidijs temporalibus priuando: sicut per multorum annorum experientiam visum est, in ipsis longis præteritis captiuitatibus: quibus similibus exemplis, sacra scriptura plena est.

CAP. LXXVI.

ET si Dominus cum in templo vendentes oues, boues & columbas, inueniret, non pro sacrificij impedimento: sed in necessarium ipsius vsum: et non in solemni et festiuo die, vt dicit: *Et prope erat pascha Iudæorum:* adeò se alteravit, si ibi ipsa negotiationẽ temporalẽ in templo displicere, ostendit, sicut ipse euangelista significat, diecendo. *Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & nummulariorum effudit æs, & mensas subuertit:* quid

fecis-

feciſſet, ſi ipſas publicas abominationes & dictas carnalitates inueniſſet: et in diebus magis feſtiuis et ſolemnibus, in euidēs impedimentū, et diſturbationē ipſius primi et maioris omniū ſacrificiorum, et debiti tributi honoris et gloriæ ipſius veri Dei? Vnde multa cum ratione apoſtolus, *Peccatores, coram omnibus argue: vt & cæteri timorem habeant.* Quia: peccato publico, reprehenſio et pœnitentia publica fine mundanis reſpectibus adhibenda eſt: in communem ipſius particularis peccati maximi, medicinam: aliorumque peccatorum vniuerſalium, ab ipſo malo potentium exemplo, natorum. Et in eodem zelo, Elias propheta, audacter publicum peccatorem Achab in facie ſua reprehendens, pluniarum defectum, in vindictam & peccati ſui caſtigationem, à Deo petendo: & per hanc viam, Achab ſimul cum populo ad pœnitētiā & veri Dei cognitionem veniens: miſericordiam conſecutus eſt. vt ſcriptura dicit. *Et fecit Achab filius Amri malum in conſpectu Domini ſuper omnes qui fuerunt ante eum. &c. Et poſuit aram Baal in templo Baal quod ædificauerat in Samaria, &c. Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab, Viuit Dominus Deus Iſrael, in cuius conſpectu ſto: erit annis hos & pluuia niſi iuxta oris mei verba. &c. Poſt dies multos factum eſt verbum Domini ad Eliam in anno tertio dicens, Vade, & oſtende te Achab, vt det pluuiam ſuper faciem terræ.* Et hoc: præcedenti publica pœnitentia operante ipſius publici peccatoris regis Achab. & populi ſui idololatricis: admirandum ſignum videntiū, repentini ignis cœleſtis, Eliæ ſacrificium comburentis, ipſum verum Deum confitentis: & ſimul in obedientiali ſacrificio, falſos prophetas ipſius falſi Dei Baal occidentis. vt ſcriptum eſt. *Quod cum vidiſſet omnis populus, ceciditque in faciem ſuam & ait, Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus. Dixitque Elias ad eos, Apprehendite prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cum apprehendiſſent, duxit eos Elias ad torrentem Ciſon, & interfecit eos ibi.* Vbi, factaipſa occiſione, & ſacrificio laudis Deo, in præſentia ipſius publici peccatoris & publici pœnitentis regis Achab, & populi ſui: *Et ait Elias ad Achab, Aſcende, (id eſt, de peccato, ad gratiam) comede, & bibe: quia ſonus multæ pluuiæ eſt. &c.* Quia: ad peccatum publicum, ad conſequendam à Deo gratiam & ipſius culpæ veniam: emendatio, & pœnitentia publica requiritur. & tales publici peccatores, cuiuſuis qualitatis ſint, publicè, & extra humanos reſpectus corrigi & emendari debent. *Non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum: dicit Spiritus ſanctus.* Et hoc ſancta Eccleſia catholica & apoſtolica Romana, ſemper obſeruauit. & hodie inter alia in promptu habemus exemplum gloriosi martyris & pontificis Stanislai, cuius feſtiuitatem meritò ſancta Eccleſia celebrat, eademque iuſſu Clementis octaui ſummi Pontificis, & vniuerſalis paſtoris & domini noſtri, in breuiario Romano poſita eſt. *Erat tunc Poloniæ rex Boleslaus,* (vt in vita eius legitur:) *quem grauiter offendit, quòd illius votam libidinem publicè arguebat.* Habemus ſimiliter illud gloriosi Doctoris ſancti Ambroſij antiquum exemplū ipſius zelatoris honoris Dei, & eccleſiæ ſuæ, qui: *Gratiano imperatore occiſo, ad Maximum, eius interfectorem, legatus profectus eſt. eumque pœnitentiam agere recuſantem à fidelium communione ſemouit: Theodoſium Imperatorem propter eadem Theſſalonicæ factam, ingreſſu eccleſiæ prohibuit. Cui cum ille, Dauid quoque regem adulterum, & homicidam fuiſſe, dixiſſet: reſpondit Ambroſius: Qui ſecutus es errantem ſequere pœnitentem. Quare Theodoſius ſibi ab eo impoſi am publicam pœnitentiam, humiliter egit.* Hoc: quò ad delictum maximum.

2.Tim.5.

3.Reg.16

cap.17.

3.Reg.18.

Rom.2

CAP. LXXVII.

Quò ad peccatum contra Spiritum ſanctum.

Dictum

Dictum est, quòd omni peccato, quam, uis graue sit, secundùm septem mortalia capita, & decem diuinæ legis præcepta: delictum, maximum distinctè adiungitur: & hæc est, ipsius peccati publicitas, quando publicè peccatur, & Deus offenditur. Eodem modo ipsi peccato publico & delicto maximo, contra diuinam legem publicè commisso, peccatum contra Spiritum sanctum additur: quod est ipsa malitia, à qua & non ab humana fragilitate, ipsa legis transgressio, particulariter procedit: ipsi formæ charitatis, et simplicitatis spiritus diuini, in simplici columba significati, contradicès. cui diuino amori, ipsa diuinæ legis scriptura, in charitate fundata, attribuitur: in supernaturalibus effectibus, ipsum Deum super omnia amando: ipsius legislatoris Dei esse, potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, testificanti. Quod ab ipso Spiritu sancto declaratur, dicente: *Dedique Dominus Moysi, completis huiusce modi sermonibus in monte Sinai, duas tabulas testimonij lapideas scriptas digito Dei.* Exo 31. Digito Dei. id est, ipso Spiritus sancti digito, testificater scriptas. Duæ tabulæ lapideæ, sunt anima & corpus: ex quib' ipsa humana natura consistit: in ipso obedientialis sacrificio, (vt in Adamo: de fructu vetito non comedente) simul concurrentia. Et hac ratione peccatum contrà Spiritum sanctum in ipsa tam publica, quàm malitiosa legis transgressione, consistens: duobus modis distinguitur: nempe in peccatũ blasphemiæ remissibile: et spiritum blasphemiæ, irremissibilẽ: ipsam peccati publicitatem, parti exteriori corporali: (vt dictum est) et ipsam malitiam, parti interiori spirituali, attribuendo. Vt nos docet Dominus, dicendo. *Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiæ non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum: non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro.* Matt. 12. Et hoc committer prædictioni ipsius Christi, dicentis: *Ecce ego mitam angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem præparaui. Obserua eum, & audi vocẽ eius, nec contemnendum putes: quia non dimittet cum peccaueris: & est nomen meum in illo.* Exo. 23. Ad ipsius salutoris aduentum, completum: cùm ab ipso ingrato populo contemptus esset: opera sua et miracula, malitiosè calumniante, et simul in ipsum peccatum contra Spiritum sanctum, incurrente. vt dicunt: *Hic non ejicit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.* Matt 12. (Vbi protomartyr Stephanus: *Dura ceruice, & incircumcisi cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis*) cui Dominus: *Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus,* (vt dictum est) *Spiritus blasphemiæ, non remittetur.* Act 7. Matt. 12. Omne peccatum et blasphemia: quòd ad mortis suæ peccatum: illam prædicendo: pro homine solùm à Pilato æstimatus: et pro tali iudicatus: et ab ipso gentili populo crucifixus. qua in ratione communis iudicij, communiter cum alijs hominibus, fragilis et peccator reputatus, ipsum blasphemiæ peccatum adiungitur, (vt dicit: Omne peccatum et blasphemia) cum simul Deus iustus et impeccabilis esset: quãuis pro tali cognitus non fuisset. qua in ratione ignorantis et non malitiosæ executionis: remittetur hominibus. Remittetur hominibus: non solùm ipsis particularibus crucifigentibus: sed omnibus alijs hominibus, à Saulo incipiendo, ipsum Christum sibi incognitum, et Ecclesiam eius persequentibus. Spiritus autem blasphemiæ: quòd ad ipsam malitiam spiritualem ipsorum accusantium et calumniantium phariseorum: iniuitiosè et malitiosè à vero iudicio deuiãtibus, quod à mirabilibus et singularibus suis operibus resultabat: in prophetiarum conformitate, eum pro vero Messia et saluatore, Dei filio manifestantibus. qua in ratione malitiosæ resistentiæ contra ipsam lucem et simplicem veritatem Spiritum sanctum, ipsum trinũ & vnum,

& vnum Deum blasphemantes: non remittetur. Additur, pro maiori horum duorum iudiciorum declaratione : *Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei.* Id est, quo ad primum iudicium executorum præsentium mortis suæ, (vt dictum est) & futurorum persequentium : sibi in cognitum. Omnes effectus derisionum, verberationum, & ignominiosæ mortis, verba erant contra filium hominis solùm. *Qui autem dixerit contra Spiritum sanctum: non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro.* Nota, duo hominis iudicia. Primum, hoc in sæculo, moriendo: & secundum, in alio, resurgendo. Non remittetur in hoc sæculo, quò ad primum iudicium moriendo, & consequòtem spiritualem animæ pœnam in inferno, vsque ad mundi, & præsentis sæculi finem: quod illam negatam remissionem in hoc sæculo complectitur. Id est, non secundùm exterius iudicium sacramenti pœnitentiæ: in remissione, aut peccatorum confessorum retentione, consistens : sed secundùm interius & incomprehensibile Dei iudiciũ, & inuisibilẽ spiritualis pœnæ animæ executionem: vt dictum est. Neque in futuro: Id est, quò ad secundum iudicium, & nouam pœnæ corporalis adiunctionem, resuscitando: à primo interiori iudicio procedens: in quãtum, quod peccatum contra Spiritum sanctum, non fragili carni, sed iudicati spiritus rationalis malitiæ, attribuitur: tunc principaliter, in vniuersali iudicio exteriori pœnæ additæ corporalis, incluso : & illis verbis Christi inquantum hominis, *Mibi, vel non mibi feciſtis*, explicato. Ita quod dicendo: *Non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro*: vtrumque, primo interiori animæ iudicio, in præsenti sæculo, per mortem, attribuitur. Quia, adiungendo, *Neque in futuro* : intelligitur quò ad pœnam futuram corporalem, tunc additam : illam, à spirituali, primò inflicta, distinguendo. *Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei : qui autem dixerit contra Spiritum sanctum: non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro, &c.* Hæc duo distincta, & diuersa, dicta contra filium hominis, & contra Spiritum sanctum : intelligi debent, non solùm inquantum quod Christus, Deus & homo simul sit: diuinæ legis auctor, inquantum Deus: extra quam non est peccatum, neque iudicij & condemnationis alicuius fundamentum: sed inquantum homo particulariter. quia Pater, *Et potestatem dedit ei etiam iudicium facere*, (vt scriptum est) *quia filius hominis est.* Quæ ratione? *Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas.* (ipse dicit) *non veni soluere: sed adimplere.* Hæc est ratio, & horum duorum iudicium fundamentum, & remissionis peccati, & blasphemiæ contra filium hominis, inquantum hominem: & irremissionis spiritus blasphemiæ, inquantum Deum : vterque, non inquantum Deus, & legislator simul: sed inquantum homo, vt talis, voluntariè obligatus ad ipsius legis obseruationem, in charitate fundatæ: inquantum homo, in peccati remissione moriendo: soluens pœnam ipsius culpæ inobedientiæ, & inobseruationis legis: ipsum originale obedientiæ vinculum, in charitate fundatũ: firmum, & inuiolabilẽ relinquens : quia non veni soluere legem: (vt dicit) sed adimplere: vbi ipsa duo varia iudicia fundãtur: vt dictum est. In duabus consequentibus additionibus declaratum, dicendo: *Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei:* (quò ad primum, & effectum præcedentem satisfactionis ipsius offensæ humanæ, in ipsius diuinæ legis complemẽto) *qui autem dixerit contra Spiritum sanctum:* (id est, non per ignorantiam, vt filij hominis crucifixores faciebant: potiùs in legis obseruatione, vt ipsius iustitiæ ministri: nescientes quod simul Deus erat, innocens & iustus peccabilis, inquantum homo : sed per malitiam: contra ipsam diuinam legem, in charitate fundatam, in proximi dãmno, in eorum malitia & inuidia persistendo : &

Mat. 25.

Ioan. 5.

Matt. 5.

simul ipsam legem, & commune charitatis vinculum soluendo) non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro. Et hoc colligitur à progressu antecedenti, & communi admiratione miraculi facti, in homine dæmoniaco, cæco, & muto, dicendo: *Et stupebant omnes turbæ, & dicebant, Nunquid hic est filius Dauid?* & hoc, in bonam partem: quasi similis propheta, quamuis purus homo progenies fuæ, in virtute diuina, hoc miraculum fecerat. *Pharisæi autem audientes dixerunt,* (Ecce malitia) *Hic non ejicit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. &c.* malitia & peccatum contra Spiritum sanctum: quia benè de ipso opere, simul cum turbis, iudicare debebant: & similiter credere, quod tanquam filius Dauid, & propheta similis, quamuis homo purus, hoc miraculum, in diuina virtute, fecisse poterat. & eò magis, quòd vt sapientes videbant extraordinarium esse, & inauditum miraculum: & quòd non in spiritu Beelzebub principe dæmoniorum: vt peccator contra ipsam legem diuinam, & in solutione fua, malitiosè iudicando: sed in spiritu Dei, vt instus, Deus & homo simul, effectū erat. Vnde Dominus: in quantum homo, & diuinæ legis fundamentum, in communi charitatis vinculo fundatæ: dicit: *Omne regnum in se diuisum contra se, desolabitur, &c. Et si ego in Beelzebub ejicio dæmones: filij vestri in quo ejiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. &c.* Quia saltem, seruata lege, bene de ipso opere (vt dictum est) simul cum turbis iudicare debebant: & credere, quòd vt homo iustus filius Dauid, & propheta Dei similiter, miraculum ipsum fecerat. Vnde, *Ideo ipsi iudices vestri erunt.* Id est, in futuro: ipse simul cum eis, non in quantum Deus: vt dictum est: sed in quantum homo, ipsam offensam iudicando: & secundum ipsam charitatis legem, in præsenti, & in alijs futuris miraculis, quæ ipsi etiam faciēt, in charitate operantes, demonstratæ: ipsam offensam diuinam, et contra Spiritum sanctum, irremissibiliter castigando. Sicut, in quantum Deus et homo simul dicit: *Si autem ego in Spiritu Dei ejicio dæmones: igitur peruenit in vos regnum Dei. &c. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis* (conformiter) *remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum: non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro. &c.* vt declaratum est. Contra filium hominis, remissibiliter: et contra Spiritum sanctum, irremissibiliter. vtraque iudicia, non inquātum Deus, sed inquantum homo, virtus & diuinæ legis fundamentum tulit. Ita quòd, omnia peccata humana, secundū hanc virtutem et fundamentū cōmunis charitatis vinculi inter homines, secundū diuinā legē, et reductionem suā, Deū super omnia, et proximum, sicut seipsum amādo: ad duo genera qualitatis peccatorum reducuntur. Id est, peccatum remissibile, contra filium hominis: et peccatum irremissibile contra Spiritum sanctū. Contra filium hominis (sicut Christus pro homine solūm habitus erat) Id est, Adam: quia, vt homo, quamuis in innocentiæ statu peccare poterat, (vt peccauit) et in peccati malitiam incidere, et eò magis homo peccator, et fragilis post peccatū; et hac ratione, remittetur ei, vt fragili: compensato tamen proximi offensi damno. Contra Spiritum sanctum: Id est, quando contra ipsum vitale communis charitatis vinculū, ad quod diuina lex obligat, semper aliquid malitiosè fit, aut dicitur, vsque in finem, contra Deum et suam diuinā charitatē, in qua ipsa lex fūdata est: et hac ratione ipsi reciproco amori Spiritui sancto vitæ ipsius trini et vnius Dei, attribuitam: aliam satisfactionem proximo offenso non faciendo: neque aliam conuenientem declarationē è contrario illius q primum dicebat et credebat; et ob hanc rationem, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro. vt declaratum est. et ad maiorem declarationem adiungitur: Quod hæreticus, tam pertinax et inconuertibilis esse non potest, sanctæ Romanæ Ecclesiæ

eleſiæ veritati contradicendo, cum ſemper hoc modo malitiosè ſcripſerit et dixerit contra Spiritum ſanctum, vsque ad finem: quin in puncto pœnitere non poſſit, mediante ipſa diuina gratia, et è contrario dicere: publicè peccatum ſuum accuſando, et à culpa ſua abſolui. ſed non in ſecreto, ratione delicti maximi, per ordinariam viam confeſſionis ſimilium errorum, quando non hoc modo, publicè ab eis ſcripti & prædicati ſunt. & hoc modo remittentur ei: quamuis peccata ſint contra Spiritum ſanctum: & ſecundum rigorem ipſorum verborum, & pronuntiatæ ſententiæ, *Qui dixerit contra Spiritum ſanctum non remittetur ei.* Quia, ſi vſque ad punctum illud dixit: iam non dicit: imò è contrario: publicè & pœnitenter peccatum ſuum confitendo. & hæc (ſub meliore iudicio) huius dubij reſolutio eſt. Et ſi ſancta Eccleſia, talibus dogmatiſtis, quando conuertuntur, hoc non obſtante, nihilominus, eos à peccatis commiſſis abſoluendo, ipſos ad eandem coporalis mortis pœnam condemnet: hoc fit, reſpectu delicti vniuerſalis damni ſpiritualis proximi (& quòd in futuro facere poſſent, ſi fictè conuerſi fuiſſent) in multorum damnationè, ſua cauſa: cui fortè ſatisfacere non poſſunt, ſine condemnationis propriæ periculo, ſecundum ipſum rigidum Domini iudicium: niſi, per hanc ſolitam viam ſolutionis pœnæ mortis corporalis. *Hic non eijcit dæmones* (obſtinati Iudæi dicunt) *niſi in Beelzebub principe dæmoniorum. &c.* Similiter etiam vniuerſaliter, publici maledici & conuitatores, qui vt Chriſtum Iudæi: ita ipſi ſeruos & cruciferos eius, imitati morem hæreticorum, maledictis infectantur: bona opera eorum, videlicet ieiunia, vigilias, orationes, & eleemoſynas, aliaſque id genus in ipſo Spiritus ſancti digito & virtute diuina facta malitiosè calumniantur, in ipsũ irremiſſibile peccatum contra Spiritum ſanctum incidunt. & hoc eſt vnum, de peſſimis ſignis ipſorum præſcitorum & condemnatorum, (vt de blaſphematoribus) & ab ipſo viuorum & mortuorum iudice ſignificatis. Ipſi inuidioſi & maligni, fictè dicunt: Nolite credere. Ego quidem, nihil credo. & dicit malitiosè & per inuidiam, contrarium eius quod credit. Sinite dicere: omnia per vanam gloriam & hypocriſin faciunt, & vt pro ſanctis reputentur. Vbi Dominus, eodem in loco: *Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum ſpargit.* Quia iſti tales, (ſicut hæretici) vt plurimũ, per contrariã ipſius crucis viã vadunt: ordinariè, eos, qui contrariè agunt, odio habentes: & cum commodã, & deliciosam vitã profiteãtur: alios deuiare vellent, & ad ſuam opinionem accedere: de quibus, vt de alijs ſenſualioribus, ipſe Spiritus ſanctus per Apoſtolum dicit: *Multi enim ambulãt, quos ſæpe dicebam vobis* (nunc autem & flens dico) *inimicos crucis Chriſti: quorum finis interitus: quorum Deus, venter eſt: & gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt &c.* quam ob cauſam, vt carnales & inimici crucis Chriſti: de ipſis ſpiritualibus vitæ caſtæ, pœnitentis & cruciferæ, malè dicunt: malitiosè & contra Spiritum ſanctum eorum opera calumniantes. Vnde, idem Spiritus ſanctus: *Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris &c.* Lætabitur iuſtus, non quo ad ipſum ſanguinem & vindictam: ſed quò ad cauſam, & ipſius effectum, in ipſo vniuerſalis iudicij die, ſecutum. Id eſt, de ipſa publica reſtauratione honoris ipſius offenſi Dei: publicè & malitiosè offenſi. Manus ſuas lauabit, id eſt, ipſa opera & feruorum ſuorum miracula, in ipſo Spiritus ſancti digito, charitate, & zelo honoris Dei, facta: (in ipſis manibus intellecta) & ab ipſis publicis peccatoribus, & malis linguis, per propriam malitiam & inuidiam, in ipſius Dei dedecus, publicè coinquinata: in ipſum peccatum maximum, & peccatum irremiſſibile, contra Spiritum ſanctum, ſimul incur-

Mat. 12

Phil 3.

Pſalm.

rentibus: ipsum omnipotentem Deũ blasphemantibus. Et tunc, complebitur hoc,
Mat. 12 quod ipse vniuersalis iudex prædicit: *Spiritum autem blasphemiæ non remittetur: Et, qui dixerit contra Spiritum sanctum: non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro.*

CAP. LXXVIII.

Matt. 12. *OMne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, Spiritus autem blasphemiæ non remittetur: Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum: non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro.* Vnde, secundum hanc regulam: tam decem diuinæ legis præcepta, quàm septem peccata mortalia, contra ipsam legem: in duo præceptorum, & peccatorum genera distinguuntur. Id est, præcepta, quæ ad honorem ipsius Spiritus Dei, & diuinæ naturæ pertinent: & præcepta, ad vtilitatem ipsius humanæ naturę, pertinentia. Et hoc ratione manifestationis in carne ipsius trini & vnius Dei, & vnionis diuinæ cum humana natura, Verbũ se incarnando: in ipso decimali numero (vt dictum est) significatæ. Vnde, post peccatum, primus peccator Adam, obedientię præceptum transgrediendo: præcepta, decimaliter: (id est, quò ad ipsum Deum offensum, & hominem offendentem: per hãc vnionis viam iustificatam) & peccata, hebdomadaliter, mysteriosè ordinata fuerunt. Et hoc, ratione ipsius communis trãsgressionis, & consequentis discordantiæ hebdomadalis carnis & spiritus: quatuor elementa & tres potentiæ: vt sæpe declaratum est: homine, hanc ob causam, tã mortali, quàm fragili & peccabili, manente. ad quod primum obedientiæ præceptum, ipsa decem præcepta: & ad ipsam primã trãsgressionem, & superbiæ peccatum, ipsa septem peccata mortalia, reducuntur. Decẽ præcepta, in ipsius humanæ naturæ iustificatione (ipso significato incarnationis Verbi mysterio, effecto) id est, tria prima, quò ad ipsam ternariam naturam diuinam iustificantem & septem alia, quò ad hebdomadalem naturam humanam iustificatã. Et similiter septem peccata mortalia, quò ad ipsum peccatorem offendentem, & Deum offensum: quatuor ipsorum, id est, superbia, ira, inuidia, & auaritia: in quibus ipsa spiritus blasphemia consistit: spiritui hominis, & animæ rationali blasphemanti, attributa: contra ipsum spiritum Deũ, vnum & trinum. & alia tria: id est, luxuria, gula, & acedia, ipsi carni particulariter vt fragili, & ipsi spiritui simul, ratione ipsius fragilis vnionis, in qua rationali parte ipsum peccatum consistit, similiter attributa: contra ipsum filium hominis Christum, inquantum hominem, distinctè directa sunt. quia in ratione fragilitatis humanæ, *remittetur ei.* (id est, mediatibus sacramẽtis) vt conformiter per Dauidem: *Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens & non rediens.* Psal. 77. Quatuor peccata spiritualia: Superbia, Ira, Inuidia, & Auaritia, contra ipsum spiritũ Deũ, & tres distinctas personas diuinas: id est, Patrẽ, Filiũ, & Spiritũ sanctũ. & contra sua quatuor attributa: id est, Potentiã, Sapientiã, Iustitiã, & Bonitatẽ infinitã: in ipsis quatuor elementis (sicut tres personæ diuinæ, in trib' animę potẽtijs) significata: ab ipso discordãti in diuiduo corporis & animæ, commissa. Id est: superbia, contra potẽtiã: auaritia, contra sapiẽtiam: ira, cõtra iustitiam: inuidia, contra bonitatẽ. Sicut quò ad tres personas diuinas, & vnã essentiã: Superbia, contra ipsum excelsũ & omniporẽtẽ, trinũ, & vnum Deũ: in personarum distinctione, Patri, vt principio manifestationis ipsius Dei, intra, Filiũ generanti, attributa: vt scriptum est. *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Ira, & inuidia: contra Filiũ, Deum & hominem. Ira, Filio attribuitur, inquantum homini. vt scriptum est: *Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.* Inuidia, inquantũ Deo, & homini Iac. 4. Iere. 11.

simul: in cœlo, à principio incepta, ab inuidioso & superbo Lucifero, & angelis eius, ante Verbi incarnationem: & post incarnationem, in terra, ab inuidioso populo Iudaico propagata, (scriptum enim est: *Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum*) inuidiose miracula eius tam magna, & oraculis prophetarum prædicta, quorum similia nunquam vllus homo fecerat, calúniante. Auaritia, cui desperatio adiungitur: contra Spiritum sanctum: (ideſt, in personarum distinctione: quia, in ipsius essentiæ vnitate, omnis offensa, contra ipsum trinũ & vnum Deum est) cum esset ipsa desperata auaritia, contra ipsum verum amorem & charitatem diuinam: & desperãter extra ipsam veram spem, in ipso vero Deo & ecclesia sua iustorum, triũphante & militãte, firmè & verè fundatam: & infructuosa aritidate sua & siti, ipsum lætificans gratiæ flumen exsiccans: sicut conformiter per Apostolum, dicitur: *Spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Vnde auarus Iudas scarrores, in siccitate desperatæ suæ cupiditatis, ipsam gratiæ aquam, in seipso totaliter exsiccans, extra omnem aliam spẽ, & dependentiam obstinatè in suo peccato perseuerans: in eodem auaritiæ & desperationis laqueo perijt. Vt scriptum est. *Et proiecit argenteis in templo, recessit, & abiens, laqueo se suspendit. Nam qui volunt diuites fieri* (alio in loco) *incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria multa & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis, &c.* sicut ipsi auaro discipulo euenit: ipsi peccato auaritiæ, peccatum maximum publicitatis suæ, addenti: publicè magistri sui venditionem tractanti, inquantum hominis: & simul peccatum contra Spiritum sanctum, inquantum Dei.

Rom. 5.

Mar. 27.

1. Tim 6.

CAP. LXXIX.

INtelligere opus est id, quod ipsa Patris sapientia Christus, de seipso dicit: *Et qui cunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: Qui autem dixerit contra Spiritum sanctum: non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro*: Dicendo, contra Spiritum sanctum: intelligitur, tam vnitè, contra ipsum spiritum Deum & naturam diuinam, cum humanæ in Christo vnitam: quàm distinctè contra ipsam tertiam personam Spiritum sanctum: secundum ipsam peccatorum diuersitatem, contra ipsum Spiritum Deum, in essentiæ vnitate: & contra ipsam tertiam personam Spiritum sanctum, & charitatẽ diuinam, in personarum distinctione. Igitur tria peccata spiritualia habemus, contra ipsum spiritum Deum: (vt dictum est) distinctè & vnitè commissa. quibus, addũtur etiam alia peccata cõtra Spiritum sanctum. Ideſt, superbia: cui grauissimum blasphemiæ peccatum additur. Inuidia: cui (vt dictum est) iræ peccatum adiungitur. Auaritia: cui additur peccatum desperationis. Peccatum, ipsa desperata auaritia propriè contra ipsam tertiam personam Spiritum sanctum, & charitatem diuinam, à quibus supradictis peccatis, omnia alia peccata contra Spiritum sanctum deriuantur: distinctè & vnitè, vt dictum est, secundum casus qui ordinariè occurrunt: vltra alia multa, & notabilia exempla, quæ in sacra scriptura habemus. quorum illud Goliath habemus, quò ad superbiam: à contraria virtute humilitatis in Dauide, victam: vero humilis: sicut in suiipsius iudicio demõstrat, superbæ Michol dicendo: *Ero humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus locuta es gloriosior apparebo.* Quia non consistit humilem esse in aliorum oculis, solùm: sicut Dauid rex videbatur, publicè humiliatus, ante arcam saltando & saliendo: sed principaliter in rationalibus oculis iudicij suiipsius.

Matt. 12.

1. Reg 17.

2. Reg 6.

vt dicit. *Ero humilis in oculis meis*: quò ad humile & principale iudicium suiipsius. *& cum ancillis, gloriosior apparebo*: quò ad aliorum accidentale iudicium. Sicut è contrario Goliath, qui, superbus in aliorum oculis apparens: cum natura superbissimus esset, apparebat, & erat in oculis suipsius iudicij. multo maior, & potentior. Sicut de-
3. Reg 17. monstrat, dicendo: *Ego exprobraui agminibus Israel hodie.* addendo ipsi peccato maximo voluntariæ publicationis superbiæ suæ, peccatum contra Spiritum sanctum iudicij suijpsius: in oculis suis spiritualibus, sicut Lucifer in cœlo, ipse in terra, contra ipsum spiritum Deum exercituum, blasphemanter, magnus & inuictus iudicatus. Vnde, ab ipso spiritu Deo, spiritualiter & non alijs armis, quàm duri pectoris sui duritie, in ipsa vnica percutiēte petra ipsius humilis Dauid, victoris Christi figuræ, significata, morte superatus & victus fuit. quia *Deus superbis resistit.* (vt dictum est) *humilibus autem dat gratiam.*
Luc. 4.

Quò ad inuidiæ peccatum, cui iræ peccatum adiungitur: omnibus alijs, prætermissis, inuidiosi Regis Saul, proximè habemus exemplum: inuidiosè irati contra ipsum mitissimum & mansuetum Dauidem victorem, Christi figuram, pro debita laude, quæ illi à liberato populo data erat, vt
2. Reg 16. scriptura dicit: *Iratus est autem Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste: etc. Nonne ecce ergo oculis Saul aspiciebat Dauid à die illa, & deinceps.* ipsis peccatis inuidiæ & iræ peccatū maximum eorum publicitatis addendo: de morte ipsius iusti & inuisi Dauid, Christi figuræ, publicè tractando, vt scriptum est: *Locutus est autem Saul ad Ionatham filium suum, & ad omnes seruos suos, vt occiderent Dauid:* & simul ipsum irremissibile peccatum contra Spiritū sanctū: cognoscēs (vt antea dicit) quod erat in ipso innocēte, ipse spiritus Deus: & ab ipso separatus erat. quod ipse Spiritus
cap. 19.
cap. 18. sanctus declarat, dicens: *Et timuit Saul Dauid, eò quòd Dominus esset cum eo, & à se recessisset.* Iusto Dei iudicio, in locum suum intrans spiritus malignus, qui eum torquebat: conformæ ipsi sententiæ datæ, *Non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neque in futuro.* Vt dicit: *Post diē autem alteram, inuasit Spiritus Dei malus Saul, &c.* Spiritus Dei malus: quia *Dominus est terra,* (vt alio in loco) *& plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo.* Sunt etiam Dei, ipsi spiritus mali: (sicut boni) cum sint in hac præsentivita militanti, secundum diuinam prouidentiam, tam pro bonorū exercitio, quàm pro malorum castigatione, (vt ipsius Saul) nostri cohabitatores. Cum mysteriodicit: *Post diem autem alteram, inuasit spiritus Dei malus Saul:* (id est, tertia die) quò ad ipsum peccatum contra Spiritum sanctum: cum ipsa tertia persona, quò ad personarum distinctionem, particulariter offensa esset.
Psal. 23

CAP. LXXX.

QVò ad peccatum auaritiæ, cui desperationis peccatū adiungitur, & de omnibus alijs peccatis cōtra Spiritum sanctū: vltra id, quod de auaro & desperato Iuda scariote, & de alijs dictū est: in eodem testamento nouo & sacra scriptura, de famoso incantatore Simone mago, notabile exēplū habemus: in quo omnia ipsa supradicta peccata concurrunt, superbiæ & blasphemiæ, auaritiæ & desperationis, inuidiæ & iræ cōtra ipsum spiritum Deū in essentiæ vnitate: & cōtra ipsam tertiā personam Spiritum sanctum, in personarū distinctione. Hic Simō magus, vt ab omnibus ipsis vitijs & peccatis superatus & victus, cū multum in ipso peccato contra Spiritum sanctum perseuerauisset, incārationes suas & opera diabolica, pro operibus diuinis prædicādo; ita, vt de ipso dicebatur, *Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna:* quamuis ab Apostolis simul cum alijs credentibus baptizatus fuisset: tamē hoc nō obstāte, auarè & cupidè ab eis ipsam gratiā, & Spiritus sancti
Act. 8.

donum.

donum pecunia emere voluit: per eorum manuum impositionem communicatam. Vnde seuerè & propheticè, à Principe Apostolorum Petro, his verbis, reprehensus fuit: *Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Non est tibi pars, neque sors in sermone isto. Cor enim tuum non est rectum coram Deo. Penitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.* (si fortè remittatur: ideſt, propheticè: quia non remittetur, secundum ipsam sententiam datam, cum esset contra Spiritum sanctum) *In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse: &c.* Et hoc non obstante, & quod naturali ratione, ad pœnitentiam motus fuisset, sicut demonstrauit, ipsis apostolis humiliter dicendo: *Precamini vos pro me ad Dominum, vt nihil veniat super me horum quæ dixistis:* nihilominus, à continuata sua fictione & malitia victus, cæciter & ambitiosè omnibus ipsis peccatis, superbiæ, blasphemiæ, & auaritiæ, desperationis peccatum adiunxit. Vnde, non amplius in Deo: sed in solitis suis magijs & diabolicis incantationibus confidens: inuidia & ira plenus, in ipso peccato contra Spiritum sanctum, irremissibiliter perseuerando: per hanc viam ipsi Christianæ Ecclesiæ, & Christo suo capiti contradicere cœpit, & ipsa vera signa & miracula, obscurare voluit: ab eis, in Christi virtute, & Spiritus sancti digito, rectè facta. Vnde cùm natura superbissimus esset, Romam venit: vt sicut totius mundi caput, vniuersaliter nomen suum manifestatum esset: & ipse, pro vero Messia & Dei filio reciperetur: ipsi superbiæ peccato, (vltra ipsam maliciam & peccatum contra Spiritum sanctum) blasphemiæ peccatum adiungés, seipsum diaboli filium, pro vero Dei filio gessit: & consequenter, de ipso vero saluatore & vero Dei filio, contrarium dixit. Et ita, hic secundus superbus Lucifer in terra, sicut ille primus in cœlo, de quo scriptum est: *Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo*: ipsum Christum inuidiosè æmulans, illi idololatrico populo dixit, quòd in eorum præsentia (tanquam Filius ad Patrem) in cœlum ascendere volebat. Sed hæc vltima, non sicut aliæ præstigiæ & deceptiones, ei successit: quia, eodem momento, quo, magna cum omnis illius populi admiratione, in altum sublatus, & à spiritibus malignis attractus, ascendebat: cum maiori confusione sua & totius inferni, Petro orante, cecidit: vnde in terram præcipitatus, & iusto Dei iudicio, caput suum ad petram cõtritum obstinati sui pectoris duritiem significantem: in ipso etiam secundo completum fuit, id quod de primo Lucifero prophetatum est: vt concludit, dicendo: *Verumtamen ad infernum detraberis, in profundum Laci.* Itaque, secundùm ista notabilia exempla, & loca sacra allegata, & distinctionẽ factam præceptorum, & peccatorum, (vt declaratum est) ad ipsum spiritum Deum, in essentiæ vnitate, & ad ipsam tertiam personam Spiritum sanctum, in personarum distinctione, particulariter directorum: & ipsi spiritui & parti rationali animæ peccatricis, particulariter attributorum: cognosci potest, mediante ipsa gratia, quid sit peccatum contra Spiritum sanctum: & quantoperè istud mortiferum venenum spirituale, fugi debeat: vt res, directè, ipsi spiritui Deo, contraria: Et tantum contraria, quantum ipse tremendus iudex significat, dicens: *Qui dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.* Esa 14. Mat. 12.

CAP. LXXXI.

QVi autem dixerit contra spiritum sanctum, nõ remittetur ei, neque in hoc seculo, neq; in futuro. Si superbiæ peccatũ, & blasphemiæ peccatũ & ei adiũgitur, ambo sũt peccata contra spiritum sanctum, vt dictũ est: & ipsa Mat. 12.

& ipſa culpa, incurrenti peccatori non remittetur, neq; in hoc ſæculo, neq; in futuro: incurrẽs primus peccator Adam, huius generationis humanæ pater, ſuperbiæ, & blaſphemiæ peccatum ſimul, ipſi ſpiritui, & rationali animæ parti, particulariter attributum: quomodo cùm in præſenti ſeculo abſolutus non ſit, (ſecundum ipſam ſententiam datam) quo ad pœnam corporalẽ: ipſa caro, vt irrationalis, contra ipſum Spiritum ſanctum non peccans: è contrario, remiſſionem obtinuit, per ipſum venturũ Chriſtum, & ſacramenta, quo ad ſpiritualẽ animæ partem, cui ſpiritui, vt rationali, ipſum peccatum cõtra Spiritum ſanctum attribuitur? Adam in præſenti ſeculo remiſſionem non obtinuit, quò ad pœnam inflictam parti corporali, contra ipſum Spiritum ſanctum creatorem non peccanti: nõ ratione ipſius conſequentis pœnæ corruptionis materialis: ſed principaliter ratione ipſius præcedentis ſeparationis ſpiritualis, cui ſpiritui & animæ rationali (vt dictũ eſt) ipſa culpa attribuitur: in qua ſpirituali, ab ipſa carne ſeparatione, quò ad tres perſonas diuinas, & ipſorum quatuor elementorum exhalationem, ab ipſa fæce & corruptione, quò ad quatuor attributa diuina: ipſa ſeparatio ipſius ſpiritus Dei potentiæ, ſapientiæ, iuſtitiæ, & bonitatis infinitæ, vnius & trini, ſignificata eſt. Non quò ad materiales pœnalitates corporales ſolùm: ab ipſa elementali diſcordantia propter peccatum cauſata, procedentes: ſed principaliter, quò ad formales pœnalitates & coniunctas ſpirituales animæ afflictiones, in occaſionem pœnitentiæ ipſius culpæ: cui, vt rationali, ipſa pœnitentia (ſicut ipſa culpa) attribuitur. ET è cõtrario, ipſa humana generatio, in futuro admiſſa fuit, per ipſum venturum Chriſtum & ſacramenta: nõ ſolùm quò ad ſpiritualem remiſſionẽ per gratiam, ipſius culpæ: ſed quò ad corporalem ſuam, per gloriam, regenerationem, ad vitam ætternam reſurgendo: (omni mortifera diſcordantia euacuata) ab ipſo ſpiritu Deo creatore, trino, & vno, in eſſentiæ vnitate, effectam: vita ipſa æterna, in ipſo æterno Deo, ipſi tertiæ perſonæ Spiritui ſancto viuificanti, in perſonarum diſtinctione, particulariter attributa, amor vnionis & vitæ æternæ ipſius Dei, à Patre & Filio, reciprocè amantibus, procedens. Quia ſi ab ipſis primis patribus & primis peccatoribus, de arbore vetita comedentibus, ipſum graue ſuperbiæ peccatum commiſſum fuit, cõtra ipſum ſpiritum Deum, in eſſentiæ vnitate: cũ ipſi vana ſuijpſorum æſtimatione, ſe dignos ipſa prærogatiua reputantes, quaſi dijfacti eſſent, mediante ipſa inobedientia, à deceptore, & mendace tentatore procurata: & conſequenter, cũ ignorantia credentes, ſe à Deo iniuſtè aggrauatos eſſe, ipſa prohibitione: ipſi ſuperbiæ peccato, blaſphemiæ peccatum addentes, in eo quod dicere volunt, credentes, quod ab ipſa certiſſima veritate, & bonitate infinita, deceptio, aut fictio aliqua procedere poſſet: omni hoc non obſtante, non fuit peccatũ contra Spiritum ſanctum, quò ad perſonarũ diſtinctionem: vbi ipſa irremiſſio ſequitur: quia non per malitiam, ſimplicitati ipſius columbæ Spiritus ſancti, particulariter contradicentem, in perſonarum diſtinctione: ſed per diſſidentiam contra ipſum Spiritum Deum, quò ad eſſentiæ vnitatem, commiſſum fuit. & hac ratione, quòd non per malitiam, ſed per diſſidentiam: ipſa amoris ſimplicitas, ſicut non totaliter læſa, ſemper ſeruata: remittetur hominibus. qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, id eſt, quò ad ipſam malitiam, ipſa ſimplicitas ipſius tertiæ perſonæ Spiritus ſancti, ſicut particulariter læſa, particulariter euacuata: non remittetur ei, vt dicit, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. Vnde, dicendo: *qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neq; in futuro*: intelligitur. neque in hoc ſæculo: cõſensè, quò ad communem mortem corporalem, (ſecundum

cundum primā sententiam, morte morietur ipsi rationali spiritui, contra ipsum spiritū Deum, peccāti, attributam. neq; in futuro: distinctè, quò ad ipsam æternā prosecutionem futuram mortis corporalis & spiritualis simul, refusitando: ab ipso peccato contra Spiritum sanctum, causatę. Vnde, secundùm ipsam distinctionem factam, peccati contra spiritum Deum vnum & trinum, in essentiæ vnione, ipsam communem mortem causantis: & peccati particulariter cōtra ipsam tertiam personam Spiritum sanctum, in personarum distinctione, ipsam secundam mortem futurā producentis: hoc tam iustum, quàm incōprehensibile filij Dei iudicium, cōfusè & distinctè, omnem hanc generationem humanam cōprehendit: secundum duo peccatorū genera, in duo peccantium genera distinctā. id est, electorū, & reprobatorū: saluorū, & cōdemnatorum: confusè peccantē contra ipsum spiritum Deū, & distinctè contra Spiritum sanctum: *Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus*: confusè, quò ad primum: *Spiritus autem blasphemia non remittetur*: distinctè, quò ad secundum.

CAP. LXXXII.

QVò ad primum: Cū blasphemiæ peccatum tā graue & horribile sit: quomodo, *Omne peccatū & blasphemia remittetur hominibus*? Intelligitur, secundum ipsam distinctionem factam, quando non per malitiam, contra ipsam simplicitatem, ipsi tertiæ personæ Spiritui sancto, in personarum distinctione particulariter attributam: sed per fragilitatem & diffidentiam, contra ipsum spiritum Deum, in essentiæ vnitate, ipsum peccatum & blasphemia committitur. Omne peccatum & blasphemia: idest, duo distincta, simul vnita: inquantum quod omne peccatum, in duas partes distinguitur, idest, peccatum communiter, quo ad commune corporis & animæ concursum, in ipsius commissione: pars perpetua rationalis, & pars fragilis & corruptibilis irrationalis: ratione ipsius singularis vnionis, vtraque fragiliter simul cōcurrentes: & blasphemia simul, distinctè, quò ad perpetuam & rationalem animæ partē: cui; ipsa generalis blasphemia voluntariæ & non coactæ inobseruationis & violationis diuinæ legis; particulariter attributa est. Sicut per euangelistam & prophetam sanctum Iohannem significatur, dicentem: *Et vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ &c.* Apo. 13. Capita septem: quò ad peccatum: ratione ipsius naturæ humanæ peccantis, & hebdomadalis carnis & spiritus discordantiæ, idest, quatuor elementorū, & triū potētiarū, in septem mortalia capita hebdomadaliter distinctum: & cornua decem; & super cornua eius decem diademata: quò ad ipsam decimalem victoriam transgressionis diuinæ legis, ab ipsa bestia habitā cōtra ipsum creatorē Deū, quando homo mortaliter peccans, & simul seipsum à creatore suo separans imaginem suam diuinam, in dæmonij imaginem, in ipsa hydrea bestia significatam, transformat. & super capita eius nomina blasphemiæ: quò ad ipsam distinctionem spiritualem; in hebdomadali natura humana: quia ipse spiritus & anima rationalis, quamuis sit fragilis, ratione ipsius singularis carnis & spiritus vnionis: vt dictum est: non tamen coactè, mediante ipsa diuina gratia, quæ semper prompta est: sed voluntariè concurrit in ipsa voluntaria sui à Deo separatione, & adulterina cum dæmonio vnione, peccando, ipsum verū sponsum Christū respuēdo: & simul ipsam legem & legislatorem Deum blasphemando. blasphemia cōtra Deum: in ipsa æmula carnis & spiritus transforma-

Matt. 12.

formatione, inuisibiliter effecta peccandi: inuisibilis, & concordans imago hebdomadalis ipsius inuisibilis Dei in homine, quò ad tres personas diuinas, & quatuor attributa, in inuisibili concordantia hebdomadalis potentiarum & elementorum, in principio, ad vitam perpetuam visibiliter & rectè operando, testificata: in discordantem dæmonij imaginem, inmulatorio modo, contra legem diuinam, superbè & distorte operando, transformata. Qua in ratione qualificatæ offensæ, & distinctionis factæ, quòd non per malitiã, contra ipsam tertiam personam Spiritum Sanctum, in personarum distinctione: (vt dictum est) sed per fragilitatem, contra ipsum Spiritum Deum, in essentiæ vnitate, ipsa vniuersalis reparatio secundæ personæ, verbi incarnati, semper adiuuantis: omne peccatũ & blasphemia (vt dicit) remittetur hominibus, & correspondenter, in secunda clausula: *Et quicunque dixerit verbũ contra filium hominis, remittetur ei.* Qua ratione, cõtra filiũ hominis? Obqualitatem seu modũ offensę, quia videlicet, ipse peccator in peccato, non per malitiam, sed per fragilitatẽ, ab ipsa tam singulari, quàm fragili carnis & spiritus vnione causatam, fragiliter cõcurrit. & hac in ratione: contra filium hominis: & consequenter, remittetur ei, ideſt, in passionis ipsius Christi merito, *qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* Remittetur ei, id est, mediantibus sacramentis in Christi sanguine virtutem accipientibus: eadem in ratione concurrentis crucis hebdomadalis carnis & spiritus, in contrariam medicinam ipsius hebdomadalis peccati discordantiæ, (vt dictum est) hebdomadaliter ordinatis. *Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei.* Ideſt, sinc ludendo similiter illud primæ clausulæ, (vt dicit) *Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus.* vt declaratum est. Remittetur ei. ideſt, inquantum homo: secundùm distinctionem factam, ipsa condemnatio & iudicium, (secundum ipsam malitiam) inquantum Deus, semper seruata. Sicutquò ad secundum, dicit: *Qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum: non remittetur ei neque, in hoc seculo, neque in futuro.* Conformiter primæ clausulæ, dicendo: *Spiritus autem blasphemiæ non remittetur.*

Matt. 12.

1. Pet. 2.

Matt. 12.

CAP. LXXXIII.

SPiritus autem blasphemiæ non remittetur. Non remittetur: ideſt, quò ad ipsam malitiam, secundùm distinctionem factam. Vnde, tam publica blasphemia, quãdo per inhonesta verba, publicè Deus blasphematur: quã omne aliud peccatũ publicum, quando publicè contra diuinam legem peccatur, & Deus offenditur vltra dictum maximum publicitatis peccati, (vt dictum est) hæc gravitas adiungitur, & secundùm inuestigabilem iudiciorum abyssum, irremissibilis particularis peccati contra Spiritum sanctum. in ipsa malitia fundati, quod illi dicunt, contra id quod de ipsa bonitate diuina credunt: & isti faciunt, tamen malitiosè vt solent, contra id quod sciunt se obseruare debere, secũdum suam sanctam legem, & in tanto gradu, de publica consuetudine, nouam legem faciẽtes: quod in malitiosa eorum vitiorum & peccatorum approbatione, blasphemant ter contra Deum & suam sanctam legem, fingunt admirari, & de illis malè dicunt, qui cum debito timore & tanti Dei reuerentia, separatè viuentes, in ipsa effrenata libertate publicitatis peccandi, non concurrunt. Vnde idem Spiritus sanctus, contra tales, per apostolorum Principem: *Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium consumandam, his qui ambulauerunt in Luxurijs, desiderijs, vinolentijs, comessationibus, potationibus, & &c. in quibus nunc admirantur, non concurrentibus vobis in eandem Luxuriæ confusionem.*

Mat. 12.

1. Pet. 4.

Iud. 1. *autem blasphemantes.* Sicut alio in loco, de ipsis peccatoribus. *Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates similiter exfornicatæ, & abeuntes post carnẽ alteram, factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes. Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autẽ blasphemant.* Itaque, tam ipsa turpium verborum blasphemia, quàm ipsa peccata & vitia publica sunt blasphemia, contra Deum, & peccatum contra Spiritum sanctum. Quòd ipsum blasphemiæ peccatum per turpia verba grauissimum sit, & quòd multa cum ratione euitari & exemplariter puniri debeat, omnibus notum & manifestum est. Sed quò ad propositum, quod non remittetur, (vt dicit Dominus) cum peccatum contra Spiritum sanctum sit: & ad exemplum nostrum, vltra alia maiora & notabiliora, narrabitur hic casus qui in quodam hospitali Romæ accidit: à quodam homine fide digno, qui ibi habitabat, visus, & notatus. In ipso loco pio inter alios seruientes vetulus quidam erat, qui multis annis in dicto hospitali seruiuerat, vetulus, & in hoc maledicto vitio & grauissimo blasphemiæ peccato consenuerat: ita quòd parua cum occasione, (videlicet) aliquandò cum ei data erat) & magna audientium admiratione, ita vociferabatur, & in aleam vocem blasphemando prorumpebat, quòd impossibile videbatur in illa ætate, (octogiata enim annos & amplius natus erat,) nisi adiutus esset (vt credebatur) ab aliquo spiritu maligno. præter hoc peccatum, in iuuentute acquisitum, iumenta sequendo, & rarò detectum, aliud in eo vitium non cognoscebatur: imò è contrario, in ministerijs promptus erat, & in sua oratione rosarij & frequentatione sacramentorum singulis dominicis ita exactus, vt ab omnibus amaretur. Nihilominus, cum mortis suæ punctus instaret, tantoperè mutatus est, vt impossibile fuerit eum reducere, ad nullam supradictarum piarum rerum in auxilium suum assumẽdã neque etiam, vt videre & adorare vellet, salutiferũ sanctæ crucis Christi signum: aut aliquid de copiosissima sua redemptione audire. Vnde, cum ad prandium vocatus esset ille homo, qui hoc factum narrauit, in cubiculum suum venit, multa cum mœstitia, vbi prandere solitus erat, cũ prius dixisset, quòd statim atq; in extremis esset eum vocarent. Et cum discubuisset, commendendo & simul mente orando, repentino horrore & incredibili terrore correptus (prout ipse dixit) verè super mensam formicam apparere vidit, & statim, superuenientem muscam, velociter eam rapere, & asporture volando: & tamen erat tẽpus, quo formicæ non apparent: nec muscæ circumuolitant: & illico quidam ei nunciauit dicens: hoc in puncto miserabilis ille Spiritum emisit. Dominus misereatur eius, quia, secundum mala signa, omnes malè de ipso iudicant: & dicunt, quod blasphemiæ peccatum, iusto Dei iudicio, totius rei causa fuit. Et conformiter videtur quòd offensus Spiritus sanctus, huic personæ, significare voluit, huius rei cõfirmationem, per hanc mysteriosam ipsius formicę visionem, hominem propriè significantis: ab ipsa musca impropriè exportatæ: quia, formicæ muscæ pastus non est, immo, è contrario. & nõ à musca formica, sed formica à musca naturaliter portatur & superatur. Vnde, credi potest, quòd illa nõ erat formica, neq; verè musca: in qua forma vt sæpius visum est, dæmones in talibus occasionibus apparere solent: sed mysteriosa similium rerum visio, in cõfirmationem ipsius primæ & secundæ conclusionis, dicendo: *Spiritum autem blasphemiæ non remittetur. & qui autem dixerit contra Spiritum sanctum: non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.* Vnde apostolus conformiter, tam ipsa blasphemantia signa interioris iræ contra ipsum Spiritum

Deum, voce clamando & stridendo: (vt hic miser homo faciebat) quam ipsam pronunciatam blasphemiam exteriorem, contra ipsam tertiam personam Spiritum sanctum, detestando, sic dicit: *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia, &c.* Cum omni malitia: mysteriosè. Ideſt, non solùm ipsa blasphemia: sed simul ipsa malitia, radix & fundamentum ipsius peccati contra Spiritum sanctum. Quod congruit cum his verbis præcedentibus: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei: in quo signati estis, in die redemptionis, &c.* Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei. Quo modo intelligere debemus, quòd propter peccata, ipse spiritus Deus, & particulariter ipsa tertia persona Spiritus sanctus, propter ipsam malitiam, & blasphemiæ peccatum contristetur? Hoc modo: Non quod in ipso impassibili Deo, sit ira: sed est ratio ipsius iræ, & contristationis Spiritus sancti: ratione ipsius vnionis baptismalis cum ipso spiritu Deo: mediante ipsa charitate Spiritu sancto, formæ diuinę legis, effectę ipsam legem, in Baptismo, & legislatorem Deum acceptādo: & simul ipsi mundo, & dæmonio, renūtiando. & hac ratione dicitur, ia ipsa contristatione animę, ira, & indignatione spiritus rationalis, cōtristare se simul Spiritus sanctus: ipse irrationalis impetus iræ, & pronūtiatæ blasphemiæ cōtra ipsam promissam legē, & legislatorē Deum, simul in homine, ipsi formæ charitatis, & suauitiugo Spiritui sancto, cōtradicens: & in iudicio & confusione ipsius peccatoris, cōtriſtās. Ita quòd ipsi spiritui humano, ira: & ipsi spiritui diuino, ratio ipsius iræ & cōtristationis, in iudicio & cōdēnatione ipsius peccatoris attribuitur. *in quo signati estis, in die redemptionis.* Ideſt, in ipso charitatis signo: per mansuetudinem & ipsius Christi, patientiam, in redemptionis die moriēdo, particulariter demōstratæ correspondendo ei, quod in huius capituli principio proponit, incipiendo: *Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut & vocati estis in vna spe vocationis vestræ. vnus Dominus, vna fides, vnum Baptisma. Vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* Et hac ratione: Omnis amaritudo, (vt dicit) & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cū omni malitia: quæ est fundamentum (vt dictum est) ipsius irremissibilis peccati contra Spiritum sanctum.) *Estote autem inuicē benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis.*

Ephes. 4.

CAP. LXXXIV.

ET quemadmodū ipsa præcepta & peccata, decimaliter & hebdomadaliter ordinata, in duas partes distinguūtur: ideſt, spiritualia contra ipsum spiritum Deum, (vt dictum est) & corporalia, contra ipsum filium hominis Christum: ita etiam particulariter ecclesiastici ordines, per quos ad dignitatem sacerdotalem ascenditur, in eodem mysterio manifestationis Dei in carne, in ipsa hebdomadali vnione carnis & spiritus in homine, significatæ, hebdomadaliter etiam ordinati sunt: & in duas partes, (id est, minores, & maiores) ratione ipsius vnionis carnis & spiritus, Dei & hominis simul, quasi materia & forma, mysteriosè distincti. q supra ad aliud propositum iā accōmodatū est. Quatuor ordines minores, quò ad ipsā partem elementalem corporalem, & ratione ipsorum quatuor attributorum diuinorum, in ipsis quatuor elementis (vt dictum est) significatorum: & tres maiores, quò ad

quò ad partem ſpiritualem, et tres perſonas diuinas, in ipſis tribus animæ potẽtijs, ſignificatas. vna particularis hebdomada ſpiritualis in terra, ſacrificans, ipſi diuinæ in cœlo correſpondens: ex tribus perſonis diuinis (quò ad ipſum vnum et trinum Deum) et quatuor attributis ipſius Dei, id eſt, potentia, ſapientia, iuſtitia, et bonitate infinita, conſiſtenti: qua in ratione ſpiritualitatis particularis, et particularis vnctionis ſacerdotalis: tam peccata contra ipſum ſpiritum Deum, in eſſentiæ vnitate, ab ipſa carnis fragilitate procedentia: quàm illa, contra ipſam tertiam perſonam Spiritum ſanctum, in perſonarum diſtinctione, ipſi ſpiritus malitiæ particulariter attributa: incomparabiliter graviora ſunt: et magis propriè contra Spiritum ſanctum. Et ſicut ipſi ordines in duas partes, minores et maiores: ita et ipſa peccata, in duo peccatorum genera, minus, aut magis grauium, particulariter diſtinguuntur. Id eſt, peccata grauia, contra ipſum ſpiritum Deum, in eſſentiæ vnione, ratione ipſius particularis perſonæ ſacratæ & vnctæ: & peccata grauiſſima, &, vt dicit Dominus, irremiſſibilia, contra ipſum tertiam perſonam Spiritum ſanctum; in perſonarum diſtinctione, ratione ſacrè ſanctæ poteſtatis & authoritatis eccleſiaſticæ, & ſacerdotalis, in ipſius vſu, ſecundùm ipſam dignitatem & vniuerſuius que obligationem, in ipſius gregis Chriſti gubernatione, ſacramentorum miniſtratione, in remiſſionem peccatorum: (gradatim à ſimplicibus preſbyteris, & ordinarijs parochianis, aſcendẽdo ad Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, Cardinales, & Papam:) à recto ordine ſpirituali deuiando, & iuſtum ſuum limitem, contra ipſum ordinem & legem diuinam transgrediendo: interminatam & vnicam diuinam poteſtatem ipſius vnici & omnipotentis Dei, maliriosè & temerariè vſurpando: & ſimul in ipſum irremiſſibile peccatum contra Spiritum ſanctum incurrendo. *Quis autem veſtrum cogitans, (dicit Dominus) poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitũ vnum?* id eſt, aliam menſuram & regulam particularem, contra vniuerſalem quam dedi meæ ſanctæ legis. Cubitus, intelligitur, à manu, vſque ad curuaturam brachij: à Domino myſteriosè adductus, quia omnis humana operatio, maxiṁ ea ſu ipſius manus authoritatis eccleſiaſticæ, in rebus ſpiritualibus, autem poralibus, ſemper comitata eſſe debet (vt manus cum brachio) ipſo cubito & menſura diuinæ legis. Myſticè dicit, *Ad ſtaturam ſuam*, non quò ad ipſius ſtaturę humanę magnitudinem: ſed, per comparationem & exemplum, quò ad magnitudinem (magis aut minus) authoritatis diuinæ, ſecundùm ipſos dignitatis & authoritatis eccleſiaſticæ gradus, in ipſa varietate ſtaturæ vniuſcuiuſque perſonæ, ſignificatæ: ipſa manus & cubitus ſimul, ipſi menſuræ & perſonæ magnitudini, proportionaliter correſpondendo. Igitur, variæ ſunt menſuræ ipſius diuinæ legis in Eccleſia Dei? Abſit: hoc prohibet Dominus. vna eſt lex, in vniuerſali æqualitate menſuræ, omnibus æqualiter ordinata, ab ipſa vnica & vera luce ipſius iuſti illuminantis Dei, dependens: ſed variæ menſuræ, quò ad varios ipſius lucis gradus, in ipſius obſeruatione: ſecundùm varietatem ipſorum graduum poteſtatis ſpiritualis, aut temporalis, & neceſsitatem ipſius luminis in vſu ipſius authoritatis & officij, variè miniſtratæ. Vnde Dominus ipſi ſummo Pontifici, quò ad ipſam authoritatem ſupremam pontificalem: *Tues Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adueríus eam. & tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* ſicut quò ad ſuum correſpondens lumen particulare, dicit etiam particulariter Petro. *Ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.* qua Mat. 16.

in ratione particularis luminis, immediatè & particulariter communicati, *Beatus es Simon Bar Iona:*(id est, filius columbæ) *quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est.*(& consequenter) *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus : & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam:*&c. Filius columbæ: Quia, sicut columba, pullo suo, disposítum corporalem cibum, à calido pectore ructando, suggerit: ita comparata columba diuini et viuificantis amoris Spiritus sancti, ipsi filio columbæ summo pontifici & vniuersali pastori, cibum spiritualem ipsius lucis & doctrinæ legis diuinæ, & euangelicæ, in simili dispositione digestionis salutiferæ in telligentiæ veræ, ad sustentationem ipsius corporis vniuersalis commissi gregis fidelium, necessarium, primò & principaliter communicat: qui deinde ab ipso primo capite, omnibus alijs membris in virtute sanctæ obedientiæ colligatis, dispensatur. Ita quòd, magnitudo staturæ suæ & maioris luminis, ipsi supremæ & maiori potestati in terra, correspondens, complectitur & continet in se vniuersaliter omnes alias staturas & lumina cuiusuis gradus & conditionis sint: super omnes alios mundi legislatores, præteritos, præsentes, & futuros, in approbatione, aut reprobatione omnium legum & ordinationum eorum. Quia, cùm illa lex & ordinatio, tam in spirituali, quàm in temporali, solùm obseruari debet, quæ conformis est ipsi legi diuinæ, & euangelicæ, in ipso zelo honoris Dei & vtilis proximi fundatæ, & ad ipsam charitatis formam reductæ: ipse vnicus in terra & particularis filius columbæ Spiritus sancti, cui ipsa lex diuina, & scriptura sacra veteris & noui testamenti attribuitur, consequenter omnium rerum vnicus iudex est: & ad ipsum figuratũ Moysen, vt maiorem lucem, ratione officij & primatus sui, maximè cõmunicatã, vniuersalis decisio omnium mũdi controuersiarũ, pertinet: tam seculariũ et temporaliũ, quàm spiritualium, & eorũ quæ ad fidem pertinent, in eo quod vnusquisque credere & obseruare debet, vt saluus sit. sicut re ipsa, semper in ipsa Ecclesia Dei, obseruatum fuit, mediantibus sanctis concilijs: cum authoritate & ordine suo apertis, & clausis: & omnia conclusa, & determinata. Ita quod, qui contradiceret: dissentiendo in vno iota ab eo quod iam determinatum, & à summo pontifice approbatum est: contra Spiritum sanctum diceret: et *non remittetur ei* (vt dicit Dominus) *neque in hoc sæculo, neque in futuro.* Quia, *Quis autem cogitans* (vt dicit) *potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum?* Cogitans: Id est: Cogita quantum vis, ô hæretice, fili diaboli, in tua malitia perseuerando, addere ad paruam staturam lucis tuæ, aliam lucem, contra ipsam veram et maiorem lucem ipsius colũbæ Spiritus sancti, mediante ipso filio columbæ summo pontifice, et capite vniuersali, approbante, ipsi corpori ipsius tam fidelis, quàm colligatæ Ecclesiæ, communicatam: quod semper ab ipsis tenebris tuæ superbiæ et malitiæ excæcatus remanebis: à quo schismate, et consequenti priuatione ipsius gratiæ et veræ lucis procedũt omnes aliæ tenebræ multitudinis, vestrorum errorum, et irremissibilium peccatorum contra Spiritum sanctum; sicut à Domino, in eodem capitulo significatur, dicente: *Si ergo lumen quod in te est tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ erunt?* Mat. 6.

CAP. LXXXV.

ET sicut magnitudo staturæ et maioris lucis ipsius figurati Moysis summi Pontificis Romani, vniuersalis interpretis legis diuinæ et euãgelicæ, ipsi supremæ et maiori authoritati in terra correspondens, vniuersaliter in se complectitur et continet omnes alias staturas et lucet omnis gradus et conditionis, velut iudex vniuersalis in terra relictus (vt dictum est), super omnes alios mundi legislatores, omnis eo-

nis eorum legis et ordinationis ita etiam, quia *omne datum optimum*, (vt scriptū est) & *omne donum perfectum, de sursum est, descendens a patre luminum*: tam ipsum maius pontificale et spirituale, quàm alia lumina temporalia omnium aliorum mundi legislatorum, ad ipsum superius lumen æternum patris et creatoris Dei, reducuntur. Sicut ad æternum sacerdotē Christum filium suum, viuorum et mortuorum iudicem, *lumen de lumine, Deum verum, de Deo vero*, vltima sententia pertinet: in vniuersa declaratione et luce, secundùm ipsam legem et formam charitatis Dei, similiter iudicantē; in vltimo die et vniuersali iudicio, per ipsum tremendum iudicem pronuntiata, qua in ratione, ipsa lux, per eandem filiationis viam in charitate Spiritu sancto, in obseruatione ipsius diuinæ legis, et diligētiæ particularis quod inuiolabiliter obseruata sit, et à nulla alia lege humana & additione contraria, mota & impugnata: (vt dicit: *apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio*) secundùm vniuscuiusque obligationem communicatur. Ita quod quicunq; legislator temporalis, aut spiritualis, qui legem faceret, & ordinationem aliquam contradicentem, & non conformem ipsi legi diuinæ, & euangelicæ diceret contra Spiritum sanctum: quo digito Dei ipsa diuina lex scripta est: & ipsa veritas & lux, per ipsam charitatem Dei, formaliter communicata: *et non remittetur ei*, (vt dicit) *neque in hoc seculo, neque in futuro*. Quia: sicut non est authoritas in terra dispensandi in hoc: neque etiam, id faciendo, aut dispensando, in mundum ipsum delictum introducendo, parcendi simul ipsi peccato, neque successori. Et bona excusatio non est: ego hoc non feci. Quia, hoc modo diffimulando, de nouo cum effectibus consentiendo, eosque approbando: similiter, perpetuò contra Spiritum sāctum dicit. Vnde subditur: *Non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro*. id est, omnia genera personarum, gradium, & statuum

Luc. 1.

Deut. 9.

Matt. 12.

comprehendendo. & in spirituali principaliter, (vt erant illi leuitici sacerdotes & pharisæi, ad quos loquebatur Dominus, particulares legis interpretes) vbi maius est peccatum contra Spiritum sanctum: & maior inobedientia contra ipsum Deum: de qua timere debemus, quod Deo permittēte, vniuersalis inobediētia nō procedat. Significatū ab offenso Spiritu sancto, in persona ipsius Christi loquente & dicēte: *Scio opera tua, & laborem, & patientiā tuā: &c. & sustinuisti propter nomen meum, & non defeciſti*, (nō deficiet Ecclesia; neque deficere potest: sicut in sequenti tractatu verificabitur) *sed habeo aduersum te pauca, quod charitatem tuam primā reliquisti. Memor esto itaque vnde excideris: & age pœnitentiā, & prima opera fac sin autē veniō tibi, & mouebo candelabrū tuū de loco suo, nisi pœnitentiā egerit. &c.* quæ prophetia iam adimpleta est: & videmus, q̄ semper propter peccata nostra, perpetuò adimpletur. Vbi sunt magna illa cādelabra orientalia, meridiana, & septentrionalia etiā, separata Germaniæ & Angliæ, cū aliis populis rebellibus? fortè mota nō sunt, & à multiplicata secta Mahometana, & ab omnibus aliis hæreſib' occupata? & illi mieri Christiani, tamē sanctæ Ecclesiæ Romanæ non obedientes, ab ipsis subiugati? & nō sine mysterio, Deo permittēte, hęc peccata grauia, & irremissibilia cōtra Spiritū sanctū, significādo, secta Mahometana (vltra alios errores) cōtra Spiritū sanctū particulariter fundata: ficte & malitiosè ipsā falsā legē & alcoranū, tertio angelo Gabrieli, qui interpretatur, Fortitudo Dei, attribuēdo: ipsā tertiā personā spiritū sanctū significanti ita quòd, in spirituali principaliter, & postea in temporali à summo pontifice incipiēdo, vsq; ad minimū curatū, aut cōfessoré religiosū aut secularē, qui in ecclesia Dei sacram etā administrat, in remissionē peccatorū: & ab Imperatore, in temporali, vsq; ad minimum iudicem qui iustitiam administrat: sicut ipsum primum caput spirituale, à quo figurato Samuele

Apoc. 2.

Matt. 12.

ipsa

Matt. 16. ipsa regalis vnctio etiam, per Dei ordinem deriuatur, sancto Petro dicit: *Beatus es Simon Bar Iona. &c.* &, *Tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. &c.* Simon Bar-Iona. Id est, Obediens, & filius columbæ, vt dictum est, per quam viam obedientialis vnionis charitatis, & filiationis paterni amoris in Spiritu sancto, ipsius Dei, in obseruatione diuinæ legis, & diligentiæ particularis, quod obseruata sit in ædificatione ipsius corporis et Ecclesiæ suæ: ipsa maior lux, ipsi supremæ, & maiori authoritati in terra, correspondens, communicatur.

CAP. LXXXVI.

Ioan. 20. SIcut *misit me Pater, & ego mitto vos.* (id est, ipsis apostolicis sacerdotibus confessoribus, vniuersaliter loquendo) *Hoc cum dixisset, insufflauit: & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. &c.* Accipite Spiritum sanctum: Id est, ipsam charitatis formam, quam habituri estis in administratione, tam huius pœnitentiæ, quã aliorum sacramentorum, ad quam diuina lex reducitur: secundum quam legem & formam, gratis, & extra omnem cupiditatem humanam, ipsum iudicium facturi estis. Et conformiter huic, cum missi fuerũt ad illam primam & particularem prædicationem, & infirmitatum corporalium curationem, spiritus immundos eijcientes, in quibus, ipsæ maiores infirmitates spirituales peccatorum, in principali liberatione ipsorum malignorum spirituum significatæ sunt: similiter ab ipso diuino magistro & saluatore, præuenti et admoniti

Matt. 10. fuerunt, dicente, *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris. &c.* sed quia, cum nondum esset, ipsa humana redemptio per ipsum facta, non erat in effectu ipsius remissionis peccatorum: non insufflauit, neque dixit, *Accipite Spiritum sanctũ:* sicut in hac alia concessione ipsius particularis potestatis diuinæ, & iudicij remissionis, & retentionis ipsarum culparum: post gloriosam suam resurrectionem, apostolicis sacerdotibus confessoribus, vniuersaliter concessa: & ipse Spiritus sanctus, mysteriosè, per sacri sui oris sufflationem infusus, neque etiam, hoc modo, & præsentialiter, (facta ipsa redemptione) cum iturus esset ad vniuersalem omnium gentium prædicationem: quo ad sancti Baptismatis sacramentum, vt dicit: *Data est mihi omnis* Matt. 28. *potestas in cœlo & in terra. euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, &c.* & non insufflauit. & cæt. Et hoc est mysterium. Quod ipsum primum iudicium mundationis peccatorum, in merito infinito ipsius saluatoris filij Dei, in cruce mortui, mediante sacramento sancti Baptismatis, applicato, commune est omnibus tribus personis diuinis: à quo communi consensu, vt communis offensa, consequenter ipsius humanæ naturę redemptio procedit. per Verbum, se incarnando, moriendo, et resurgendo effecta, sicut ipse Christus significat, dicens: *Nunc* Ioan. 12. *iudicium est mundi. nunc princeps huius mundi eijcietur foras.* in ipsa trina confessione, & credulitate pœnitentiali ipsius impletæ redemptionis & saluationis, ab ipso mundo minori, totaliter eiectus. qua in ratione trini & communis consensus, & particularis medij, *Data est mihi omnis potestas in cœlo. &* Mat. 28. *in terra.* (vt dictum est) *euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Et consequenter: *Et ecce mittam promissum Patris mei in vos:* Id est, ab ipsis, Patre, & Filio: quò ad suam communem processionem, promissum & missum communiter. sed in hoc secundo iudicio sacramenti pœnitentiæ: sequenti ipsum primum baptismale: ipsa noua malitia, ipsi recuperatæ innocentiæ, sicut originalis, illi primę in Adamo, in loco suæ regenerationis in gloria, succedens: per seipsum, & ante suam

suam ascensionem in cœlum; in testimonium vniuersalis iudicij, resurgendo: quo Iudæum erat in suo primo aduentu: & propter ipsum peccati impedimentum, ad secundum suum aduentum dilatũ fuit. in quo, ipsa tremenda sententia & iudicium retentionis peccatorum, ad pœnam & confusionem æternam reprobatorum: & remissio vniuersalis ipsarum culparum (ipsam primam causam ipsius mortis, & fomitis peccati originalis, totaliter remouẽdo) ad gloriam & vitam æternam electorũ, similiter ore suo proprio pronũtiata erit. & hoc: ratione ipsius secundæ offensæ, & noui contemptus ipsius redemptionis, mediante ipsa humana natura, effecta. Vnde alibi dicitur: *Et potestatẽ dedit ei etiam iudicium facere, quia filius hominis est.* & per ipsam sufflationem: ipse viuificans Spiritus sanctus, in ipsos apostolicos & iudicantes confessores infusus in testimonium ipsius secundæ vitæ & nouæ regenerationis in gloria, resuscitando, id quod fiet per nouam reunionem elementorum, & viuificantem sufflationem æternam Spiritũ sanctum, ab ipso ore & duobus labijs, Patre, & Filio, procedentem, à principio, in sua prima & mysteriosa hominis creatione testificatum, iuxta illud: *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.* Iudicium remissionis peccatorum: ratione ipsius nouæ & simplicis pœnitentiæ præsentis, & fragilis commissionis futuræ (vt dictum est): contra ipsum Spiritum Deum, in essentiæ vnitate remissibilium: & iudicium retentionis peccatorum contra ipsam tertiam personam Spiritus sanctum, in distinctione personarum, irremissibilium: ratione contrariæ impœnitentiæ præsentis, & inueteratæ malitiæ & duritiæ relinquendi peccatum, fæpius confessum, substantiam, & vxorem alienam: id quod repugnat diuinæ legi & formæ charitatis: ipso digito Dei amoris æterni

Ioan 5.

Gen. 2.

scriptæ & ordinatæ.

CAP. LXXXVII.

Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. *Ioan 20.* *cum dixisset, insufflauit: & dicit eis, Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retẽta sunt. &c.* in qua sufflatione, et pronuntiatis verbis, duæ res distinctæ considerandæ sunt. Prima est, donatio ipsius Spiritus sancti et luminis supernaturalis, in ipso iudicio: (sicut alio in loco, *Tunc aperuit illis sensum, vt* *Luc. 24.* *intelligerent scripturas*) et per medium ipsius insufflationis et halitus corporalis, in testimonium suæ promptæ et vitalis inspirationis et gratiæ, in vnione Patris, et suæ inquantum Deus, in ipsis duobus labijs significati, à quibus ipse procedit, ipsis apostolicis sacerdotibus confessoribus infusus. ab omni alia mortifera contagione ipsorum morborum, in sua curatione et remedio, secundũm propriam dispositionẽ ipsius recipientis medici et confessoris, præseruãs. Secunda est, forma charitatis, (vt dictum est) quæ obseruari debet in ipsa administratione ipsius iudicialis sacramenti: sacram legem diuinam, in ipsa charitate fundatam, et ab ipso Spiritu sancto et digito Dei scriptam, semper seruando: et conformiter iudicando. et hoc, de obligatione est. Quia: et si non omnes ipsam dispositiuam perfectionem habere possunt: omnes, saltem, habere possunt ipsam firmam resolutionem et propositum obseruationis formæ legis diuinæ, ipsi administrationi necessariæ. cui formæ charitatis æternę Spiritus sancti ipsam legẽ cõprehendẽtis, ipse effectꝰ remissionis et retẽtionis peccatorũ, tam in ipso particulari, quàm in vniuersali iudicio, attribuitur. sicut ab ipso vniuersali viuorum et mortuorum iudice declaratur: in ipsa facta charitate, aut negata misericordia (vt dicis, mihi vel non mihi fecisti) iustam suam sententiam fundante. *Mat. 24.*

ta quòd, quando sacerdos confessor, ex se ipso iudicat quod non est in statu et dispositione vt ipsum præseruatiuum, donum et gratiam recipere possit, in ipsius sacramenti administratione, secundũ vniuersiusque dispositionem, concurrentem: neque vt ob seruare possit ipsam charitatis formam & legem diuinam, (quod de obligatione est) sine periculo contra veniendi aut incurrendi in aliquam ipsarum mortalium prohibitionum, & contagiosorum morborum: ab ipsa administratione abstinere debet. & id non faciendo: quò ad ipsam tam malitiosam, quàm temerariam præsumptionem, peccaret contra Spiritum sanctum: in qua forma obseruationis diuinæ charitatis, (vt dictum est) ipsum iudiciale sacramentum fundatum est. Sicut aliquod ipsorum peccatorum mortalium, in ipsa administratione committendo: vltra ipsum graue delictum, quò ad ipsam mortalem diuinæ legis transgressionem: adderet hoc aliud grauius, (& vt prædicit Dominus, irremissibile) contra Spiritum sanctum, quo ad ipsam particularem obligationem rectæ administrationis ipsius sacramenti. & eò grauius esset, quando, cum esset reus, auderet simul ipsius delicti iudex esse: applicando sæpius ipsi personæ pœnitenti, & consentienti, solitam absolutionem sacramentalem: in ipso peccato ambo malitiosè durantes & persistentes, cum maiori contemptu & ipsius sacramenti derisione. Et quantò magis irremissibile, illis quæ prædicit Dominus, & in maiori malitia & iniquitate fundatum, (ipsam debitam simplicitatem & timorem Dei paternalem, non solùm in seipso, pœnitẽtiæ patre, sed in eadem filia & pœnitenti, euacuando) quando, mittendo manum in foramen ipsius pectoris & conscientiæ simplicis & virginalis, quantò magis ipsum liberum inueniret à talibus carnalitatibus & inhonestis cogitationibus, tantò magis auderet venenare, & ibi reponere de ipsis venenosis aspidibus & serpentibus, quibus suum plenũ est: & quod loco patris & protegentis pastoris in conseruationem & defensionem, dispergens lupus esset, in deuorationem interiorem, & exteriorem ipsius innocentis agni, & simplicis ouis Christi? Bonitati suæ infinitæ placeat, quòd similes casus & abominationes, nunquam in sua sancta Ecclesia interueniant. quia, hæc esset mera ipsi Spiritui sancto contradictio, cum contrarijs effectibus illius, quod ipsa lux & veritas promittit, quod ad ipsius salutaris aduentum, mediantibus sacramentis, efficiendum erat. vt dicit. *Habitabit lupus cum agno: & pardus cũ hædo accubabit: &c. Et puer paruulus minabit eos.* Isa. 11.

Super quod in vniuersalẽ exhortationem, & particularẽ bonorũ cõsolationem, & malorum confusionem, ipsa gratia mediante, aliquid sequenti capitulo dicetur.

CAP. LXXXVIII.

HAbitabit lupus cum agno: & pardus cum hædo accubabit. &c. & puer paruulus minabit eos. Isa 11.

Hoc: per mysteriosam comparationem: ipsam tam raram, quã fructuosam obedientiam spiritualem, credendo & operando, & correspondentem pacem carnis & spiritus, quæ in humana natura futura erat in præsentis gratiæ statu, significando. per medium ipsius redemptionis & virtuosorum sacramentorum, effectum. Id est, ipsam rebellem carnem, post peccatum, in ipso lupo & pardo significatam: in testimonium præteritæ suæ dominationis & pacis, in illo innocentiæ statu, & futuræ quæ expectatur in illo gloriæ & vniuersalis resurrectionis in Christo, subiugando. & in ipso nouo statu per gratiam, recuperatæ innocentiæ, in virtute ipsius nouæ custodiæ & obedientiæ Dei & hominis simul, & sacramẽtorũ, ipsum hominẽ, à peccato, ad gratiam reducentiũ, extra ipsas carnales noxas conseruãtiũ ipsa caro & pars elementa-

mentalis,in originali discordantia & peccati fomite remaneado. Dicit spiritus sanctus:de ipsa gratia & Patris sapientia Verbo æterno: ad hoc propositum loquendo:

Sap. 10. *Hæc illum qui primus formatus est à Deo,pater orbis terrarum,cùm solus esset creatus, custodiuit,& eduxit illum à delicto suo,& dedit illi virtutem continendi omnia. &c.* Custodiuit,& eduxit illum à delicto suo. Id est,(vltra id quod iam ad aliud propositum dictum est)eum à delicto suo educendo,ad eum custodiendum venit. Quomodo,à delicto suo educendo, cùm nondum in ipsam culpam incidisset? Non est improprius sermo:non est improprietas dicendi in scriptura diuina:nisi, (aliquando)per impropriam intelligentiam humanam. Dicitur, propriè & rectè, à delicto suo eductus: quatenus,fuit à suo creatore ab incitanti ipsius peccati causa liberatus: & extra futuras noxas concupiscentiarum carnis,in ipso lupo & pardo-significatas:ab ipsa elementorum discordantia, post peccatum, causatarũ. *Caro enim* (vt scriptum est) Gal. 5. *concupiscit aduersus spiritum:spiritus autè aduersus carnem,&c.* Vnde,præuisa in hominie ipsa inordinatione: eduxit illũ à delicto suo:cùm esset à creatore suo,in prima sua productione in omni pace & concordantia elementali formatus. & hac in parte:à delicto suo: ipsam causã concupiscentiæ carnis,sua culpa causatæ,remouendo: & simul, ei legẽ& obedientiæ formam dãdo,ab ipso delicto inobedientiæ educẽdo.à delicto suo. quia ipsũ peccatũ,nõ per carnis fragilitatem, & elementorum discordantiam commissum fuit: ipsam inordinationem, ipsi diuino magistro & formatori attribuendo:à quo, creatus in ipsa perfectione qualitatis et concordantiæ, imò,hac in parte, ab ipsa stimulanti causa & noxa,liberatus fuit:sed per diffidentiam et spiritus malitiam,et malum sui liberi arbitrij vsum, causatũ fuit. in qua rationali parte, ipse homo intelligitur. *& dedit illi virtutẽ continẽdi omnia.* Quia:sicut res omnes, fuerunt pro eorum conseruatione, (in futura Verbi incarnationis merito)in numero et ordine obedientiali,ad hominis imaginẽ creatæ:ita etiã in ipso homine,in obediendo,contentæ:cum essent ab ipso, vt rationali,et vnica imagine inter omnes, & sacerdote in terra ipsius Dei, ipsi creatori, in bono vsu ipsarum, et intelligentiæ simul,laudabiliter oblatæ:mysterium manifestationis suæ in carne, et vnionis diuinæ cum humana natura(finis principalis rerũ omniũ)in ipsa rationali carnis et spiritus vnione,significatæ,testificante. Vnde, cùm ipsa perpetua vita,et innocentia, aliquantisper,per inobedientiam interrupta esset postea,in incarnato Verbo,per obedientiam,moriente,et resurgẽte recuperata fuit: et nobis mortalibus,per eandem viã obedientibus,et in pœnitentia operantibus, ad gloriã et vitã æternã,communicata, fuam in carne manifestationẽ continuante:mediantibus sacramentis effectum. Vnde Spiritus sanctus,differentiam illius felicis status innocentiæ in Adamo,per creatoris operã duplicatæ,ab isto gratiæ, significãdo: Id est,partem corporalem,in sua elementorum concordãtia,cũ rationali spirituali, et obedientiali concordantia potentiarũ, sine aliqua noxa,innocenter etiam concurrentem,subiungit: *custodiuit & eduxit illum à delicto suo*:hoc alio in loco dicit,tractans de hoc alio statu gratiæ,et recuperatæ innocẽtiæ,sed non duplicatæ: *Habitabit lupus cum agno:et pardus cum hædo accubabit.* Id est: in ipsis animalibus ferocibus,lupo et pardo,indomitam et cõcupiscentem carnem post peccatum , et in humilibus et mansuetis, agno et hædo , humilem et mansuetum spiritum, post gratiam et ipsius culpæ redemptionem , significando. ipsæ inducæ et pax particularis per gratiam, spiritus innocentis et mansueti, et nocentis ferocitatis carnis, ab ipsa gratia et virtute Isa. 11.

diuina, subdita et victa: (sed vsque ad suam regenerationem in gloria, non mutatę) me diantibus sacramentis, effectu. Innocentia per gratiam, non duplicata: cū esset stimulans caro, accidentaliter per gratiam, in vita pœnitenti, victa & non mutata: neque in illa naturali pace & concordantia cū ipso innocente spiritu, non totaliter à peccati malitia liberato, innocenter simul cōcurrens. Est innocentia: sed non perfecta innocentia. Quia, innocens dicitur, nō is qui leuiter nocet: sicut est in hac, per gratiam: in vita militanti, mortali & transitoria, sed ille qui nihil nocet: sicut in Adamo erat: in vita perpetua, (non peccante) cum duplicata pace & innocentia, conseruatus. Et puer paruulus minabit eos, id est, ipsum superius lumen & gratia efficiens, ipsam spiritus innocentiam causans: meritō innocentis Christi saluatoris, & virtuti sacramentorum, attributa: in ipsa communi aduersantia, virtualiter permanens, & semper dominans. Vnde Dominus ad Paulum, ab ipso lupo & pardo carnis, semper stimulantis, colaphizatum, *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.* Sed ipsum mysteriosum exemplum & prophetia ad plura quā ad hoc extēditur, quia, verè in multis, ipsa innocentia, per longam consuetudinē vitæ castæ & pœnitentis, in vita fide operātibus, mediante ipso gratiæ & sacramentorū auxilio extra tales stimulos, cum omni pace spirituali & corporāli, per manenter cōseruatur. & quamuis ipse gloriosus Apostolus S. Paulus, inquantum ad hoc, sicut alij apostoli, in gratia consummata fuisset: tamen, propter maiorē gloriā & coronā, sensit eiusmodi stimulos. Equidem continuatio vitæ pœnitētis, est signū particulare etiā huius diei salutis & acceptabilis tēporis ipsi crucifixi saluatoris, in quo, magis quā in aliquo alio, ipsa vita crucifera & pœnitēs, sicut à suo præcursore obseruata fuit, particulariter sequuta & exculta est. Sequitur: *Et leo quasi bos comedet paleam.* Isa 11. Quibus verbis, ipsam indomitam carnem lupo & pardo primò assimilatam, vt maiorem alijs duobus inimicis, mūdo & dæmonio, de nouo ipsi maiori & ferociori omnibus aljis animalibus cōparat: significans: in ipsa notabili differentia indomitæ ferocitatis leonis, in mortali hominis destructionis, & naturali subiectione bouis, in vitali sua conseruatione: ipsam propositam conuersionem, à peccato, ad gratiam, & consequentem subiectionem ipsius carnis, & recuperatam innocentiam, mediante ipsa cōtinuata abstinentia, & sacramentis.

2. Cor. 9.

Et hoc, sæpius videtur in sancta Romana Ecclesia, apostolica & vera Ecclesia. In ea enim frequenter accidit, vt homo, qui propter nobilitatem & diuitias, & sensualem vitam, deliciosam & elatam, leo erat: cum à Deo vocatur ad aliquam religionem particularis humilitatis & asperitatis vitæ: nunquam carnem comedat, & herbis horti contentus, & iam consuetudine assuefactus ad iugum quod professus est, in viua fide operetur cum admiratione eorum qui eum primò cognoscebant, & quasi bos comedet paleas. Quot existorum leonum numero Reges, & primogeniti Regum, & hominum magnorum sunt, quasi bos humiliati, & subiecti sacrarum religionum iugo? Infiniti. Et quid mirum? *Ecce vicit leo de tribu Iuda*, quò ad carnem, Christus saluator: qui (secundum quod ipsa Ecclesia cantat) *Seruile corpus induit: Vt carne carnem liberans, Ne perderet quos condidit.* Dicitur, in viua fide operando: quia, quantū ad ipsā conseruationem caritatis, necessariæ: sine hoc fideiscēto, cum quo ipsa præseruantia opera pœnitentialia semper connexa esse debent, nihil efficitur; vt ibidem Esaias, indicat: *Et erit iustitia cingulum lumborū eius: & fides cinctorium renū eius.* & postea sequitur, *Habitabit lupus cū agno: &c.* & conformiter Apostolus, *State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & circumdati* Apoc. 4. Isa 11. Ephe 6.

omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. &c. & hoc modo, *Et delectabitur infans ab vbere* (vt dicit) *super foramine aspidis: & in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. Non nocebit, & non occident in vniuerso monte sancto meo: quia repleta est terra scientia Domini sicut aquæ maris operientes. &c.* Et delectabitur infans ab vbere &c. Hoc etiam realiter completum videtur in hoc sacro monte sanctæ Romanæ ecclesiæ: in qua, Domini Dei gratia, ipsa sacramenta, & opera pœnitentialia in remissionem peccatorum, de quo loquitur: particulariter applicata sunt. Vnde, talis erit, (vltra illos qui in sæculo permanent) qui cum in tenera ætate religione intrauerit, multa cum virtute & conseruata innocentia: & mediante ipso nouo Lacte sacramentali, & operante pœnitentia, in ipsa vita casta & innocenti conseruato: cùm postea venit vt sacerdos ordinetur, & mediante ipsa necessaria approbatione, ad sacramenti pœnitentiæ mysterium applicatus: tam in studio casuum conscientiæ, quàm in effectu ipsius iudicij, vnde contingit ei scire, & audire res, quas ipse nesciebat, neque vnquam ei in mentem veniebant: *delectabitur infans super foramine aspidis:* (vt dicit) *& in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet.* Id est, in ipsius sacramenti ministerio delectabit se, mittere manum in ipsa foramina & cauernas peccatorum & conscientiarum humanarũ, vbi absconditæ & nutritæ sunt ipsæ mortiferæ aspides & venenosi peccatorum serpentes, in ipsorum damnorum remedium, sine aliqua sua nociua conturbatione, vt subiungit. *Non nocebunt, & non occident in vniuerso monte sancto meo.* Quod etiam, per particularem prouidentiam diuinam, & tanti sacramenti dignitatem, quasi vniuersaliter est: sicut ab institutione sua, dicendo, *Accipite spiritum sanctum*, vniuersaliter concessum fuit ita quòd, ipsas carnalitates audire, & abominabiles turpitudines & Luxurias scire, non incitant, neque ita nocent, vt auscultantem confessorem ad terminum alicuius moralis delectationis reducant: sed, ipsis particularibus infantibus, in vita pœnitenti, pura & casta conseruatis, in quibus ipse mons sanctus ipsius immmaculati agni Christi intelligitur: nullo modo nocẽt. in duobus tõtẽtis conclusionibus, significatum. Prima. *Qui ablactatus fuerit, manum suam mittet:* quò ad ipsam necessariam præteritam approbationem, vt dictum est, quia, non in lacte primi feruoris spiritus iuuenilis hæc electio fieri debet. Secunda. *Quia repleta est terra scientia Domini sicut aquæ maris operientes.* quò ad ipsam comitatam pœnitentis vitæ asperitatem. *Scientia Domini:* in quantum quod per medium passionũ suarũ & mortis ipsa, secũdũ sapiẽtiã & sciẽtiã suam æternam effecta fuit. & conformiter à præcursore suo, propriis operibus austeritatis vitæ pœnitentis, proposita & obseruata: & à patre Zacharia cõformiter prædicta, dicente: *Præbis enim ante faciem Domini parare vias eius, ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum. &c.* Scientiam salutis & doctrinam: tam vniuersaliter in mundo receptam, post ipsius saluatoris aduentum, quàm per Esaiam significatum est, conformiter dicentem: *Quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes.* in ipsis aquis: formales pœnalitates spirituales significatur, vt scriptum est: *Quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam.* quæ aquæ spirituales, vt rationales, terrenis corporalibus mixtæ, quasi duo elementa, terra & aqua: mediante ipsa gratia, & infinito Christi merito, & refrigeranti insufflatione charitatis, Spiritus sancti, ipsos redemptionis fructus ad vitam æternam producunt. & hoc modo, *In die illa* (vt dicit) *radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum.* Id est: Sicut ipsa radix Iesse in Maria virgine ipsam virgam Christum produxit, exaltationis malorum, & floris simul fructus & præmij bonorũ: vt scriptum & prophetatum est: *Ecce positus est hic in ruinam, & in re-*

Isa 11.

Isa. 11.

Luc. 1.

Isa. 11.

Psa. 68.

Ioan. 20.

Luc 2.

surrectionem multorum in Israel: ita etiam, facta ipsa redemptione, mediantibus passionibus suis & morte, restat etiamnum, & restabit in signum & radicem simul omnium populorum, donec mundus stabit, in hostia consecrata. in quo sacramento & indiuisibili Domini corpore, omnia alia sacramenta inclusa sunt: & omnia in eorum virtuali administratione: in vnoquoque ipsorũ omnia simul cũ ipso corpore Domini & meriti sui infiniti, indiuisibiliter cõcurrũt in vno corpore & radice, (vt dicit) producente per eandem pœnitentialem viam, noua fidelium germina, ad gloriam & vitam æternam. *Ipsum gentes deprecabuntur*. Ipsum: ideſt, non ipsum signum, quò ad ipsum mysteriosum signum in Melchisedech, panis & vini, cum quo (ò hæretice) non concordat hæc conclusio. Deprecabuntur: sed quo ad significatum Deum & hominem simul: in ipsius figuræ complemento, in ipsa hostia, consecratione facta, realiter consistentem: & vt talem, ab ipsis gentibus & fidelibus, (vt prædicit) sacrificando & offerendo deprecatum. & hac in ratione & certissima veritate, concludit dicendo, *ipsum gentes deprecabuntur*. *Et erit sepulchrum eius gloriosum*. et hoc etiam, secundum ipsam conclusionem: quia, sepulchrũ ipsius signi, minus concordat. Et erit sepulchrũ eius gloriosũ, Ideſt, non solùm quò ad ipsum magnificentissimum Hierololymitanum, materiale: à sancta Imperatrice Helena rædificatum: & à tot variis peregrinis & nationibus perpetuò visitatum: Sed principaliter quò ad ipsum spirituale, humile & paruulum ipsorum paruulorum infantium: ab Imperatrice & matre vniuersali sancta Romana Ecclesia, mediante ipso lacte sacramentali & repositione quotidiana ipsius sacri corporis Domini, perpetuò ædificatum: & vsque ad vltimos terminos terræ (ideſt, vsque ad Indos) dilatatum. & hac in ratione, *ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum*. non gloriosum, quò ad ipsam exteriorem apparentiã pretiosissimis porphyreticis lapidibus, & rariis operum laboribus ornatum: vt magnis mundi hominibus fieri solet: neque vt illa pharizeorum (vt dicit Dominus) *dealbata, quæ foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia*: sed tam pauperis & contemptæ apparentiæ exterioris mundo, quàm diuitis cœlo & æstimatæ: virtutum & donorum diuinorum gemmis, interiùs ornatum. Sicut nos ipsa sancta mater docet dicens. *Tunsionibus, præsuris, Expoliti lapides, Suis coaptantur locis Per manus artificis, Disponuntur permansuri Sacris ædificiis*. Et erit sepulchrum eius gloriosum. Meritò. Quia, si in materiali, conuenienter, cò quod sacrum suum corpus tortum, & mortuum fuit: quantò magis in hoc alio spirituali, in quo glorificatum & viuum est, (sicut est ad dexteram Patris in cœlo) & erit sepulchrum eius gloriosum? & non tribus diebus, sed donec mundus stabit, & hoc sabbatum mortalis vitæ præsentis pretiosam suam mortem (vt ordinauit) & gloriosam resurrectionẽ commemorando: quasi quòd adhuc in sepulchro fit commemoratiuè, donec desiderata Dominica perueniat, vniuersalis eorum resurrectionis in ipso Christo, ad gloriam & vitam æternam. & interim, *et erit sepulchrum eius gloriosum*. quia hoc modo, *Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion*. In Sion: ideſt, *Nostra autem conuersatio in cœlis est*. Et quomodo. *factus est in pace locus eius? Quia habitabit lupus cum agno: & pardus cum hædo accubabit. &c. & puer paruulus minabit eos*. vt dictum est. Placeat diuinæ bonitati & misericordiæ Dei, vt donec mundus stabit, istis paruulis, sancta sua Ecclesia abundet: ab ipsa vera matre, & vero lacte sacramentali, fideliter lactatis: & in ipsa charitate diuina & gratia conseruatis. quia, in nouissimis diebus, *quoniam abundabit iniquitas*: (vt dicit Dominus) *refrigescet charitas multorum*. Et tunc, ipsa

Matt. 23.

Psa. 71. Phil 3.

Isa. 11.

Mat. 24.

ipsa iniquitas & malitia abundando, & cõ sequenter ipsum peccatum contra Spiritum sanctum: (vt dicit: *mihi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus*) sicut illi primi innocentes primi aduentus sui, ab impio Herode, in humano matris gremio occisi erant: ita hi vltimi, ab iniquo antichristo, in secundo, in diuino pectore pijssimæ & lactantis matris spiritualis, ipsum sacramentale lac & sacrum Domini corpus recipientes, martyrium patientur: (vt dicit: *Tunc tradent vos in tribulationem, & occident eos*) & hi & illi, innocentiam ipsius vniuersalis saluatoris Dei & hominis, testificantes. Vnde, eò magis, *& erit sepulchrum eius gloriosum*. Et tunc, ipsum irremissibile peccatum contra Spiritum sanctum, ad culmen suæ iniquitatis & malitiæ perueniet. Quia, non solùm ipse iniquus, & tenebrosus diabolicus Spiritus, contra ipsam claram lucem Spiritum sanctum, ipsi veritati Dei & veræ viæ & vitę Christo salutatori contradicet: sed eò iniquitas sua & malitia peruenier, quòd pro vero Deo recipi & adorari velit. Vt scriptum est: *Qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. &c. quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui*. Idest: Sicut malitiosè, contra Spiritum sanctum peccando: Ita etiam ab ipso Spiritu sancto, ab ipsis duobus labijs, Patre, & Filio, procedente, occisus erit. & in ipso, simul, ipsa irreuocabilis sententia ipsius vniuersalis viuorum & mortuorum iudicis, executa. vt dicit. *Qui autem dixerit contra Spiritum sanctum: non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro.*

Mat 2.

Mat. 24.

2. The. 2.

Mat. 12.

CAP. LXXXIX.

QVi non diligit: manet in morte (per sanctũ Iohannẽ) *omnis qui odit fratrẽ suũ, homicida est*. Hæc sententia omnia peccata cõtra Spiritum sanctum complectitur. quæ, pro ipsius scripturæ declaratione, ad duo peccatorũ genera reducere oportet. Hoc est, peccata cõtra Spiritum sanctum, in effectu: & in dispositione. Ita, quòd nõ solùm in effectu malitiosæ omnium peccatorum commissionis, quę septẽmortalia capita, & decẽ diuinæ legis præcepta cõplectitur, in dilectione fundatæ: & hac in ratione, ipsi amori diuino attributæ: sed etiã in permanente & consueta dispositione tã prompti, quã voluntarij cõsensus peccandi, semper quod occurrit, quis in vnũ, & quis in aliud peccatũ, secundũ quod sua mala natura inclinat, semper contra Spiritũ sanctũ dicit: perpetuò diuinis inspirationibus resistendo: & simul, æternã suã condemnationem irremissibiliter acquirendo. Peccata cõtra Spiritum sanctum in effectu: & peccata in dispositione: omnia peccata, in eorum distinctione, contra Dei honorem, & contra proximum commissa, comprehendentia. Sicut dicit. *Qui nõ diligit manet in morte*, (inquãtum ad primum) *Omnis qui odit fratrem suum, homicida est*. inquantũ ad secũdu. Qua ratione, proximũ suũ odio habendo, homicida est? Hac ratione. Quia non diligit, vt dicit, inquantũ ad primum, & primam antepositam causam deficientis dilectionis ipsius vitæ Dei: ipsi viuificanti amori Spiritui sancto, reciprocè à Patre, & Filio procedenti, attributæ: & per ipsam correspondentem viam singularis dilectionis diuinæ, Deum super omnia, & reciproca dilectione humana, proximum sicut seipsum amando, communicatæ: effectui vniuersalis manifestationis Dei in carne, finis principalis rerum omnium, conuenientis. Vnde Dominus: *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem,*

1. Ioa. 3.

Ioha 15.

inuicem sicut dilexi vos. Quoniam hæc est annuntiatio, (per eundem) *quam audistis ab initio, vt diligatis alterutrum. &c. Et hoc est mandatum eius, Vt credamus in nomine filij eius Iesu Christi: & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. Et qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo. & in hoc scimus quoniam manet in nobis de Spiritu quem dedit nobis.* Vnde, multa cum ratione, Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. &c. Homicida est, Videlicet suipsius primùm: ipsam charitatis Dei legem non seruando: & simul, seipsum ab ipsa vita Deo expellendo. Et hac in ratione defectus vitæ, non amando: Manet in morte: inquantum ad primum: & similiter, proximum suum odio habendo: distinctè, Homicida est: inquantū ad secundū. non solū proximi homicida, eum odio habendo: sed primū suiipsius homicida: ipsam legem, in charitate, & reciproco amore fundatam, non obseruando. *Dominus interrogat iustum, & impium:* (per Dauidem) *qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.* Hoc est, Odit, & occidit animam suam. *Psal. 10.*

Itaque si tu frater sæcularis, propter malā consuetudinē totaliter iniquitatē ames, vt minimam ob causam, contra Deum blasphemare consueueris: & tu sacerdos religiose, aut sæcularis, contra proximum tuū murmurare: (vt accidit. & Vtinā non esset) si confessus, & à peccatis commissis absolutus, totaliter mutatus non manes cum firmo proposito tuo, & fide in Deum, nunquā blasphemandi: & frigidè & diffidēter proponis: aut consuetudine promittendi, & non obseruandi, idem est: semper manes in morte: & semper dicis contra Spiritum sanctum: quamuis confessus, & à peccatis præteritis absolutus sis: & de nouo confiteris & absolueris, vt te communices: & celebres tu sacerdos. & hoc: quamuis neuter illa die aut hebdomada non blasphemauisset, nec murmurauisset. quia, fieri potest, vt pro occasione nō habita, causatum sit: maximè occasio magna tacendi: quam libentius ad murmurandum sumis: quam si habuisses, millies blasphemasses, & murmurasses. & cum ita sit, procul dubio credere potes te in damnationis statu esse, & perpetuò contra Spiritum sanctum dicere. & Nō remittetur tibi, vt dicit Dominus, neque in hoc sæculo, neque in futuro. & ita est de fornicatore, lusore, & latrone, &c. quia, si non in effectu: in dispositione inueteratæ malitiæ, & voluntaria peccandi consuetudine semper quod incurrit quis, modò in vnum, modò in aliud peccatū: semper contra Spiritum sanctum dicit.

Vnde, non quia in effectu proximum tuum odio nō habuisti manes in vita: nec propter effectum solùm ipsius odij, pdto habēdi, proximi tui homicida es: sed quia non diligis, secundùm diuinam legem, & charitatis formam Spiritus sancti, ipsam vitā Deum super omnia, & proximum tuum, sicut teipsum amando, manes in morte: & es tui ipsius homicida, inordinatè teipsum amando: & simul proximum tuum, si non cum effectibus, cum ipsorum effectuum & damnorum dispositione odio habendo: & consequenter damnationem tuam irremissibiliter acquirendo. Et hoc clarum est: quod cum permanente dispositione consueti consensus peccandi, peccatorum effectus consentienter coniuncti sunt: Vbi præsens, & futura ipsarum culparum irremissio fundatur, secundum interius ipsius occultæ malitiæ iudicium: non obstante quod exteriùs confessæ, & absolutæ sint.

Et similiter in effectibus, intelligendū est: quando post longā rei alienæ possessionem, in illo puncto extremo, vt sæpius accidit, restituta sit. quia, quamuis per hanc restitutionis viam, exterior furti effectus, in ipsius delicti remissionem, euacuatur: remanet tamen interior dispositio & malitia: vsque ad finem habita: & potius in illo extremæ restitutionis effectu, quando aliter

fieri

fieri non poteſt, impedita: & non euacuata. Ira, quòd ſunt peccata cõtra Spiritum ſanctũ, non ſolùm in effectu: ſed principaliter in diſpoſitione: pro diffe. ẽria quæ eſt à terminato peccati effectu, ad interminatam diſpoſitionem præcedẽtem, & ſemper permanentem facilis commiſſionis ipſius culpæ: vadẽ præſens irremiſſio, & futura ipſorum peccatorum fundatur.

Et ſciendum eſt, quòd tanti ponderis eſt permanens peccati diſpoſitio, quòd eã Deus in futuro caſtigat: non obſtante quod inquantũ ad effectum ipſi delicto peperce rit. & hoc eſt fundamentũ. Ideſt, inquãtum quod cum eſſet ipſa continuata peccandi diſpoſitio, æmulatione quadã cõtra eſſe, & Dei æternitatẽ directa: ipſi vnitiuo amori Spiritui ſancto, vitæ æternæ (vt dictum eſt) ipſius Dei attributa: volẽs homo perpetuò eſſe, & quòd Deus nõ ſit in eo quod ordinat & præcipit: perpetuò in effectu, aut in diſpoſitione ſanctæ ſuæ legi contradicẽdo: ipſa offenſa in æternitate ſua perpetuata, reſtas, vt perpetuò punita ſit, aut in ipſo, aut in ſucceſſoribus ſuis: cum nouiter in ipſis continuata eſſet: (quod præuidet Deus) & nunquam, per veram pœnitentiam interrupta. non ratione effectus peccati paterni, terminati: ſed propter continua tam diſpoſitionem interminatam, cũ aliis effectibus additis ſimilium delictorũ propriorum comitatam. & hoc à notabili caſtigatione verificatur, quam Deus de homicidio Naboth, Iezrahelitæ fecit, in ſucceſſoribus homicidæ regis Achab: & eodem in loco occiſionis ipſius innocentis, non tantùm propter ipſum terminatum effectum homicidij, contra Dei præceptum, *Non occides*: ſed etiam propter permanentem diſpoſitionem committendi de nouo ipſum delictũ, & perpetuum dicere contra Spiritum ſanctum, quòd à tam iniqua, quàm perpetua poſſeſſione vineæ & campi occiſi innocentis reſultabat, contra alia præcepta, *Non furtum facies. Non concupiſces domum proximi tui. &c.* Sicut ſcriptum eſt. *Factus eſt igitur ſermo Domini ad Eliã Thesbitẽ, dicẽs, Surge & deſcende in occurſum Achab regis Iſrael, qui eſt in Samaria: ecce ad vineam Naboth deſcẽdit, vt poſſideat eam: & loqueris ad eum dicẽs. Hæc dicit Dominus, in loco hoc in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum. etc.* Hoc, inquantum ad homicidium. Sicut inquãtũ ad ipſius delicti veniã dicit: *Itaque cum audiſſet Achab ſermones iſtos, ſcidit veſtimẽta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauitq́; & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite. Et factus eſt ſermo Domini ad Eliam Thesbitẽ, dicens, Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus eius.* quod procul dubio in Ioram filio ſuo completum fuit. Sicut dicit. *Et egreſſus eſt Iorã ex-* 4. Reg. 9. *Iſrael, & Ochozias rex Iũda in occurſum Iehu, & inuenerunt eum in agro Naboth Iezrahelitæ. Cumq́; vidiſſet Ioram Iehu, dixit, Pax eſt Iehu? At ille reſpõdit, Quæ pax? Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vigent. conuertit autem autẽ Iorã manũ ſuã, & fugiẽs ait ad Ochoziã, Inſidiæ Ochoziæ. Porro Iehu tetendit arcũ manu, & percuſſit Ioram inter ſcapulas: & egreſſa eſt ſagitta per cor eius, ſtatimq́ue corruit in curru ſuo. &c.* Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vigent. Ideſt, non quòd matris fornicationes & peccata in filio viuebant, inquantum ad terminatos effectus, per caſtigationem in ipſo, ipſorum delictorum: *Anima quæ peccauerit,* (dicit Spiritus ſanctus) *ipſa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij: &c.* Sed viuebat interminata diſpoſitio ipſorum & aliorum peccatorũ: quæ omnia ipſa delicta complectitur: peccata propria filij, & non matris: in filio viuentia, ratione tam continuatæ, quàm iniquæ poſſeſſionis (vt dictum eſt) agri & vineæ occiſi Naboth, & diſpoſitionis nouiter eum talem ob cauſam occidendi. & in eadem ratione diſpoſitionis in Achab patre ſuo in prompta poſſeſſione agri & vi-

3 Reg. 21.

Exo. 20.

Ezec. 18.

nez malè acquisitæ, demonstratæ, quamuis in effectu homicidij consentiens non fuit, vsque tunc ab ipso non cogniti: ad ipsammet pœnam cõdemnatus fuit, tam quam si occidisset, & simul possedisset. Sicut dicit. *Occidisti, insuper & possedisti. &c.* addendo: *In hoc loco in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, Lambent quoque sanguinem tuum.* &c. Occidistis inquantum ad effectum: per ipsam viam promptæ & voluntariæ dispositionis communicatum. *Insuper & possedisti*: inquantum ad ipsam maiorem grauedinem dispositionis peccandi: vbi principaliter peccare fundatur, & propriè contra Spiritum sanctum dicere: & consequenter præsens & futura ipsius culpæ irremissio: quia AB ternitas, ipsi vnitiuo amori, diuinæ legis formæ, vitæ ipsius trini & vnius Dei, attributa: nisi, quando per pœnitentiam interrupta est. & in confirmationem huius veritatis & lucis, exempli & doctrinæ, non obstante quod à Deo præuisa erat: ad eandem pœnam condemnatus fuit, vt dictũ est: & postea dimissa ipsa culpa, præcedente effectu pœnitentialis interruptionis suæ: & consequenter in filio ipsa pœna, in eadem dispositione effectiuè permanente, irremissibiliter executa.

Et hoc in ordine intelligendum est, quòd Deus patrum peccata in filijs punit: non inquantum ad terminatam ipsarum culparum commissionem: Quia *filium non portabit iniquitatem patris*: Sed inquantum ad continuatam in filijs paternam dispositionem, in noua ipsorũ excessuũ cõmissione, & volũtaria rei alienæ possessione, à patre malè acquisitæ: cum ipsamet aptitudine & dispositione id nouiter faciendi, & similiter alia peccata paterna, semper quòd se occasio offerret: permanenter contra Spiritum sanctum dicendo, legem, & formam diuinæ charitatis, ipsi diuino amori attributæ. Exo. 15.

Et hoc est vniuersale fundamentum irremissionis præsentis & futuræ peccatorum: non obstante, quòd per sacramenti pœnitentiæ viam confessa, & absoluta sint: nõ inquantum ad terminatum effectum ipsorum delictorum: hac in parte, peccator, continuatè contra Spiritum sanctum non dicens: & offensus Deus, secundùm ipsam absolutionem, & immutabile verbum suum, ipsas culpas remittens: sed inquantum ad continuatam peccandi dispositionem: vsque ad punctum illud habitam: & in effectu ipsius vniuersalis absolutionis, & gratiæ, non in omnibus peccatis totaliter euacuatam: ita, quòd præcedens propositio, & resolutio non committendi amplius ipsas offensas, particulariter & vniuersaliter integra realiter sit, in charitate fundata: & non partim vera, & partim frigidè facta. Et quamuis hæc theologia valdè communis sit: multi forsan decepti restant: credentes quòd omni modo talis propositio, exteriùs & non integrè & vniuersaliter facta, sufficiens sit pro vniuersali venia delictorum eorum. Sed non ita est, non inquantum ad apostolicam authoritatem sacerdotis confessoris absoluentis, & virtutem ipsius sacramenti pœnitentiæ, in immutabilis Dei verbo fundati, in remissionem peccatorum: sed inquantum ad pœnitentis confitentis indispositionem, in ipsius gratiæ effectu, in illa parte, quæ in prima peccandi dispositione relicta, & consequenter indispositionẽ ad ipsius veniæ consecutionem, semper contra Spiritum sanctum dicit. & hoc, dum ipsa indispositio durat. quia in ipsomet puncto quo contrario impediens peccandi dispositio in illis peccatis consuetis, quæ, non malitiosè, sed cum propria diffidentia, & frigiditate charitatis & fidei in Deum non amplius committendi, confessa fuerunt: per nouam & veram resolutionem, fidem & charitatem in Deum euacuata est, & si-

mul

mul perpetuum dicere contra Spiritum sanctum, cum terminato effectu ipsarum confessarum culparum, hac in parte, à Deo dimissarum, terminato: ipsa gratia, & venia, absque alia reiteratione confessionis & absolutionis ipsorum delictorum, defectiuè, vt dictum est, confessorum, vniuersaliter confecuta est, iuxta immutabile
Ioha. 20. Dei verbum, *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.*

Et hoc à Domino significatur per illud exemplum quod in pœnitentis Magdalenæ conuersione ponit, dicens. *Duo*
Luc. 7. *debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrique. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit, Æstimo, quia is cui plus donauit. At ille dixit ei, Rectè iudicasti. &c. Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. &c.* Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Hoc, inquantum ad primum: quando integrè continuata disfositio voluntariè peccandi, & permanenter dicendi contra Spiritum sanctum per amoris Dei viam interrupta, & totaliter euacuata est. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Hoc, inquantum ad secundum: quando in vniuersali peccatorum confessione, ipsa peccandi disfositio, defectiuè, (vt dictum est) & non integrè euacuatur: integra dilectio & forma charitatis in pœnitente deficiendo omnia diuinæ legis præcepta formaliter continens: & omnia contraria vitia & peccata euacuans: Sicut dicit. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*: in resoluente conclusione declaratum dicente: *Cui autem minus dimittitur, minus diligit.* Hoc est: Quia minus diligit: minus dimittitur. & sic intelligendum est, quia aliter: secundum præcedentem propositionem dilectionis multæ: peccatorum multitudinem remitti: esset sibi ipsi contradicere, concludendo. Itaque, non inquantum ad remittitem: sed inquantum ad disfositionem aut indisfositionem remissi pœnitentis, ipsa differentia caufatur.

Huc pertinet aliud non minus mysteriosum exemplum: *Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit, reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit generationi huic pessimæ. &c.* Cum autem immundus Spiritus exierit ab homine. Hoc est, inquantum ad abstinentiam effectuum peccatorum, communiter à pœnitentibus cõfitentibus factam, cum ipsarum culparum absolutione: non amplius ipsa delicta committere proponentibus: inquantum ad remittentem Deum, vt dictum est, & absoluentem ministrum, immutabiliter facta. Ideſt, inquantum quòd hac in parte, non amplius contra Spiritum sanctum dicit, formam charitatis ipsorum præceptorum, efficienter transgressorum, & fundamentum. & hac in ratione absolutionis, & abstinentiæ effectuũ peccatorum, (quamuis non cotinuatæ) & propositionis non amplius ea committendis: Immundus spiritus (vt dicit) exijt ab homine. Tunc dicit, reuertar in domum meam, vnde exiui. &cæt. Si exiui: quomodo domum meam? (& ê contrario) Quia non integrè proposuit, vt dictum est: inquantum ad legem & formam charitatis diuinæ, integrè & formaliter, ex toto corde amando, & proponendo: ita quod ipsa continuata peccandi disfositio, simul cũ ipso immundo spiritu tentatore totaliter euacuata fuisset. quia, vt dictum est, non terminati effectus, disfositionem: sed interminata disfositio in se peccatorũ effectus.

Luc. 11.

continet,& perpetuum dicere contra Spiritum sanctum fundamentum retentionis exterioris (inquantum ad confessorem) peccatorum: & interioris, inquantum ad Deum: & præsentis, & futuræ irremissionis ipsarum culparum: non obstante quòd à confessore, vt dictum est, inquantum ad immutabile Dei verbum, & potestatem sacerdotalem apostolicam, remissa. Quia: qui dixit: *Accipite Spiritum sanctum*: (hoc est, inquantum ad legem, & charitatis formam: in remissione & retentione ipsorum peccatorum; & in transgressione præceptorum, immutabiliter obseruatam) *quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*: dixit etiam: *Qui dixerit contra Spiritum sanctum: non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro*. & hac in ratione, & fundamento, Domum meam non inquantum ad corpus, & terminatos effectus corporales, iam cõdonatos; qua in ratione, & temporali abstinẽtia interposita ipsarũ offensarum, Exiuit (vt dicit) ab homine: sed inquantum ad spiritũ: cui animæ rationali, ipsa voluntaria peccandi dispositio, & perpetuum dicere contra Spiritum sanctum attribuitur: in recipiendo ipsum sacramentũ, non totaliter amando, enacuata. quia Dominus, in hoc particulari, nõ tractat de hominibus & humanis corporibus à dæmone possessis. Sed de anima, & spiritu rationali: (sicut cõcludit: Sic erit generationi huic pessimæ) cõmuni habitatione, & spiritus creatoris, & immundi spiritus creaturæ. *Et assumit septem alios spiritus secum nequiores se: & ingressi habitant ibi. &c.* Septem alios spiritus: Hoc est, inquantum ad hydram imaginem suam septem peccatorum mortalium: sicut lex præcepta: omnia peccata includentem: & ipsi septem spiritus, distinctè, & vnitè, hominem ad ipsa peccata mortalia, & præceptorum transgressionem, incitantes. non tantùm inquantum ad ipsos terminatos effectus: quantum per ipsam viam hominem ad consuetudinem, & voluntariè peccandi dispositionem reducere: perpetuò contra Spiritum sanctum dicentem. Vnde subijcitur conclusio: *Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. &c.* Peiora prioribus. Hoc est: terminatos peccatorum effectus, ab interminata peccandi dispositione, vt dictum est, omnia peccata, etiam absoluta, præterita, & futura, includente, distinguendo. Quia: in malo, & infelici statu est homo, quando per noua peccata coinquinat candidam & immaculatam stolam spiritualem: & corporalem, vniuersalis mundationis ipsarum culparum, nouiter mediante sancti Baptismatis sacramento habitam: sed in peiori, & infelicissimo statu inuenitur, quãdo cũ sæpius per pœnitentiæ sacramentũ, nouã ipsarum offensarum veniam recepérit, in interminatam peccandi dispositionem subintrando, & volumtariè, culpa sua, cum se abstinere nesciat, nisi, tantum, quãtum ei occasio non occurrit, semper contra Spiritum sanctum dicendo, Fiunt nouissima hominis illius, (vt dicit) peiora prioribus. quia ratione ipsius interminatæ peccandi dispositionis, omnia peccata complectentis, reintrat de nouo primum dæmonium, cum prima occasione ingressum, (non obstante quod propter nouã veniã & ipsius culpæ absolutionem egressum sit) & simul ipsa noua hydra septem aliorum peiorum, ratione ipsius peioris status interminatæ peccandi dispositionis, ad omnia peccata incitantium: & omnia peccata, confessa, & non confessa, ipse peccator, ad maiorem suam confusionem & pœnam, (sicut dicit: Et ingressi habitant ibi) præterita, & futura, continens. Vnde: *Qui dixerit contra filium hominis, remittetur ei*: ratione terminatæ offensæ, factæ (in distinctione) contra rem terminatam, & finitam. *Qui dixerit contra Spiritum sanctum: non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro*. Hoc est, ratione ipsius interminatæ dispositionis voluntariè

pec-

Luc. 20.

Mat. 12.

Luc. 11.

Matt. 12.

peccandi: permanenter dicens contra rem interminatam & infinitam, Spiritum sanctum: vitam æternam ipsius trini & vnius Dei. Vnde, cum obstinatis & inconuertibilibus hebræis loquendo, quibus præsentialiter Dominus, sicut omnibus alijs populis in futuro, & donec stabit mundus, hæc dixit: potestis considerare fratres, quæ sit causa & fundamentum vestræ perpetuæ captiuitatis. & quod non est terminatum & præteritum idololatriæ peccatum: quãuis multùm graue: iam, cum terminata captiuitate, secundum iustitiæ diuinæ rectitudinem, terminatè castigatum, & punitũ. Vnde, eò magis cùm iniuria ipsius pij & misericordis Dei, & vestra confusione, vosipsos in perpetua præsenti captiuitate, obduratis: cùm simul à vobis, in ipsamet ratione, perpetuò quasi iniustus & crudelis, iudicatus sit. neque in causa est peccatum, quòd patres vestri malitiosè innocentem Christum Deum & hominem crucifixerint, quamuis grauissimum: quæ mors, inquantum ad ipsum Deum, mundi & inferni simul redemptionem complectitur: neque etiam paterna maledictio, vobis vo-
Mat. 27. luntariè acceptata, dicentibus: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Filium* (vt dictum est) *non portabit iniquitatem patris*: sed est verè interminata, & permanens dispositio quã habetis nouiter ipsum peccatum committendi: perpetuo cibo cordialis odij nominis sui sanctissimi, quo filios vestros nutritis, sustentatis: in ipsa morte & irremissibili peccato contra Spiritum sanctum permanentes. Quia, si non inquantum ad malitiam paternam, Christum crucifigentem: vobis non videntibus, sicut ipsi videbant singularia miracula promissi messiæ saluatoris, secundum oracula prophetarum: inquantum ad odium, in ipsa maledictione & morte cum ipsis communes estis. Vnde
1. Ioan. 3. intrat: *Qui non diligit: manet in morte. omnis qui odit fratrem suum, homicida est. &c.* Homicida est. videlicet, non tam ad terminatum, quã remissibilem effectum: pœnitenter credendo, & simul amando: sed inquantum ad interminatam, & irremissibilem dispositionem odio habendo. Et hoc, vosipsi fratres considerare, & iudicare potestis. Quia, ratione non credendi, sicut non creditis, quòd ipsum homicidium in personam promissi Messiæ Christi Dei filij commissum fuit: simul dicentes, quod ipsam mortem merebatur, procul dubio in ipsummet peccatum concurritis, & in eadem dispositione estis eum millies de nouo crucifigẽdi, si ipsum in manibus vestris haberetis: & cum patribus vestris dicitis. Ioha. 19. sicut ad Pilatum dixerunt: *Nos legem habemus: & secundùm legem nostram debet mori, quia filium Dei se fecit.* & ipse Christus, qui Non venit soluere legem, (vt ipse dicit) sed adimplere, in æternum contra vos dicit, secundùm ipsam legem & fundamentum: & non inquantum Deus, vt dictum est, sed inquan- Matt. 12. tum homo: *Qui dixerit contra Spiritum sanctum: non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro.* fundatum in ipsomet fundamento communis odij, quod simul cum patribus vestris contra ipsum habetis, non inquãtum Deum, sed inquantum hominem, ipsi legi & formæ charitatis Spiritus sancti contradicentes. quia, *Qui non diligit: manet* 1. Ioh. 3. *in morte. omnis qui odit fratrem suum, homicida est.* quæ sententia, per os Ioannis, ab ipso Spiritu sancto pronunciata: inquantum quod in diuina lege fundata est, omnia peccata (vt dictum est) contra Spiritum sanctum, continet: in effectu, & in dispositione: in præsenti sæculo, moriendo: & in futuro resuscitando: vt declaratum est. Vnde sciendum est, quòd nulla æterna condemnatio, secundum Dei legem, à iustitia diuina contra hominem, & contra angelum, à principio, vsque ad finem, pronuntiatur, quòd non sit in hac irremissibili sententia fundata: *Qui dixerit contra Spiritum sanctum: non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro.* & per sanctum Iohannem: confortiter: Qui

non diligit : manet in morte. omnis qui odit fratrem suum homicida est. Quia: sicut omnium præceptorum obseruatio & permanens præmium, ab vnius solius præcepti obseruatione, & permanente dilectione & Dei amore, procedit: sic omnia peccata, mors, & æterna ipsorum delictorum condemnatio, à permanente peccandi dispositione, & perpetuo dicere contra Spiritum sanctum, causata sunt. gloria, & pœna: vniuscuiusque dispositioni, dilectioni, & odio, correspondens. Et hoc etiam colligitur ex communi sententia & iudicio factæ, aut non factæ charitatis proximo, à Christo, iusto iudice, in persona propria inquantũ homine, receptæ. sicut dicit. mihi, aut non mihi fecistis. quia aliter, dicere esset, quòd diuites solũ, qui, cum possint, ipsa charitate nõ vtuntur, condemnati sunt. & consequẽter pauperes: qui bona temporalia nõ habẽt, omnes saluisũt. sed nõ ita est. Quia, nõ inquantũ ad terminatũ effectũ dandi ad mãducandum esurienti, vestiendi nudũ, &c. & è contrario, cum impropositione, ipsa gloria, aut pœna æterna, à recta iustitia diuina ministrata est: quia, si pro teipso ad mãducandum, & vestiendum non habes: excusatus es: sed inquantum ad interminatam charitatis dispositionem, in ipsa charitate Deo permanendo: aut è contrario: tu pauper, sicut diues, ea-su quod haberes, & abundantiùs quã auarus diues vicinus tuus, qui ea tibi negauit, min' hãc charitatẽ pauperi proximo tuo feciſſes: vterq; perpetuò ipsi diuinæ legi & formæ charitatis Spiritus sancti contradicendo: & simul, cõsequẽter, sicut è contrario, vitam, & gloriã æternam, mortem & pœnã æternã acquirẽdo.

Et hoc cõformiter Dominus declarauit & indicauit: quãdo pauperculã viduã inter alios diuites, paruã monetã in gazophylacio posait: cũ mysterio euangelista dicens: *Et sedens Iesus contra gazophylacium, & multi diuites iactabant multa: &c.* Et sedẽs Iesus. Hoc est: *Tunc sedebit super sedẽ maiestatis suæ.* Contra gazophylacium. Videlicet, nõ solùm, impia, sed pia opera rigidè iudicando. & hoc, vniuersaliter: tam diuitum, quàm pauperum. sicut dicit: *Aspiciebat quomodo turba iactaret aes in gazophylacium, & multi diuites iactabant multa. Cum venisset autem vidua una pauper, misit duo minuta, quod est quadrans.* Quadrans. videlicet, inquãtũ ad quaternã formã cõmunicati esse donanti, (secundũ liberũ arbitriũ) potẽtię, sapiẽtiæ, iustitiæ, & misericordiæ infinitæ: spiritus & caro simul, in ipsis duobus minutis oblatis, significati, ad vitæ æternæ præmiũ, in charitate offerendo. *Et conuocatis discipulis suis, ait illis, Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit qui miserunt in gazophylacium. Omnes enim ex eo quod abundabat illis miserunt: hæc vero de penuria sua omnia quæ habuit, misit totum victum suum.* Igitur, inter tantã turbã, non fuerũt etiã vlera diuites, multæ aliæ viduæ & pauperes, quæ similiter de penuria sua ipsamet duo minuta mitterent? Clarũ est. quomodo vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophylacium? Quia non solùm inquantum ad effectum, sed inquantum ad dispositionem, ipsa opera pia, sicut impia omnium peccatorum, vt declaratum est, iudicata erunt. Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miserunt. Hoc est, diuites & pauperes simul cõprehendendo. diuites ex eo quod abundabat, per vanam gloriam: et pauperes, et incommodi, similiter, non per voluntatẽ, sed ne minus illis esse (vt accidit) videãtur: & si diuites essent, forsitan minus, (vt dictũ est) aut nihil misissent. crescunt diuitiæ: simul crescit auaritia. *Hæc vero de penuria sua omnia quæ habuit, misit totum victum suũ.* Cum mysterio, Totum victũ suũ. Hoc est, non inquantum ad effectum: quia illa duo minuta, totum victum suum non referebant: sed inquantũ ad voluntariã dispositionẽ in charitate fundatã: ita, quod victũ suũ esurienti dare occurrẽdo, quãuis cũ sua inhumanitate, sicut alia vidua Sidonia Eliæ fecit, pro amore Dei fecisset. Vnde additur, *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. esurui enim: & dedistis mihi*

Mar. 12.

Matt. 25.

3. Reg. 17.

Matt. 25.

manducare, fitiui: &c. hoc, inquantum ad mi-
Mat. 5. sericordes. *Quoniam ipsi* (vt ipse dicit) *misericordiam consequentur.* sicut inquantum ad impios, & immisericordes, *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. esurini enim: & non dedistis mihi manducare. sitiui: &c.* Quia, si non inquantum ad effectū, cum sit quod in vtraque parte multi pauperes inter diuites erunt, qui ipsum victum, quē non habebant, dare nō potuerunt, neque ipsum Christo in paupere suo negare: inquantum ad voluntariam & permanentem dispositionem, in charitate, aut impietate fundatā, est tanquā si ipsū do nassent, aut negassent illi, in ipsa charitate Deo & gloria sua æterna permanentes: & isti, é contrario, perpetuò ipsi legi & formę charitatis Spiritus sancti cōtradicētes, similiter in ipso igne æterno, in æternū pœnā patientes. Vnde, (vt concludatur) ipse æternus amor Spiritus sanctus, per Salomonē, cū ipsa sponsa natura humana loquendo:
Cant. 8 & omnia in lege diuina, & forma charitatis fundando: *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio. &c.* Pone me vt signaculum super cor
Deut. 6 tuum. Hoc est, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* inquantum ad dispositionem. Vt signaculum super brachium tuū: inquantum ad effectum, operando. sicut dicit. *Erunt que verba hec que ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: &c.* inquantum ad dispositionē. Et *ligabis ea quasi signum in manu tua,* inquātum ad effectus ipsius distributiuæ charitatis, secundū propriā virtutem, & publicitatē. sicut per Salomonem *Vt signaculum super brachium tuum.* Et quando subſtantia temporalis deficit, inquantum ad effectum: suppleat dispositio & charitatis affectus: quæ, tam in virtute, amando, & obediendo, quā in peccatis, contra ipsam charitatem Deum & legem suam, æmulatē odio habendo, & inobediendo, omnes effectus complectitur: *Quia fortis est vt mors dilectio:* (inquantū ad primū). *dura sicut infernus æmulatio,* (inquantū ad secundum) *lampades eius lampades ignis atque flammarū.* Quomodo, Fortis est vt mors dilectio? Quia lāpades eius (vt dicit) lāpades ignis atq; flammarū: peccatorū tenebras, & ipsāmet morte euacuātes. Lampades ignis atque flammarum sunt illuminantes luces præceptorum & ordinationum legis diuinæ: signaculum in corde positum, & in brachio hominis, vt dictū est, in obseruatione sua, in igne & luce charitatis fundata. & hoc, à iudice ipsius causæ Christo incipiendo: inquantum homine ipsam legem pro exemplo nostro obseruā-e. sicut alio in loco, cōformiter, de ipso Christo loquendo, ad mundum iudicandum veniente. *Domine de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis.* (De Si- Deut. 33.
nai: inquantum ad legem, ipsius vniuersalis iudicij fundamentum, in ipso monte Sinai datam) sicut concludit, *In dextera eius ignea lex.* ab ipso saluatore obseruata, in vniuersalē peccatorū redēptionē, efficienter moriēte: & ipsā mortē, secundū ipsā igneam legem, formaliter offerente in ipsarum culparū deletione, amando, & obediendo. per quam viam ipsa redemptio acquiritur: ipsam igneam charitatis legē obseruādo. Vnde intrat conclusio, (ad Salomonē redeundo). *Aqua multæ non potuerunt extinguere cha-* Cant. 8.
ritatem, nec fluminа obruent illam: si dederit homo omnem substantiā domus suæ pro dilectione, quasi nihil despicient eam. Quasi nihil: multa cum ratione: quādo occurrēdo, donaret subſtātiā propriæ vitæ domus quā significat, corporis sui: respectu ad acquisitionē ipsius met dilectionis, charitatis, & veræ vitæ Dei. *Quia fortis est vt mors dilectio:* nō solū ad ipsorū inimicorū reparationē, mundi, dæmonis, & carnis ipsā legē & charitatis formā obseruādo: sed etiā in ipsos laqueos per fragilitatē incurrēdo: vt se cū victoria ab ipsamet morte liberet: (sicut dicit, *Fortis est vt mors dilectio*) semper quod non est ātam contraria, quām mortali voluntariè peccandi dispositione euacuata: perpetuò & irremissibiliter ipsi legi, dilectioni & charitatis formę

formæ Spiritus sancti, contradicendo, sicut concludit: *Dura sicut infernus æmulatio.* Hoc est, inquantum ad permanentem peccandi dispositionem, homo perpetuo et æmulanter esse volens, & quod Deus non sit in eo quod ordinat & præcipit: in præsenti, & in alio sæculo, in inferno (sicut dicit, sicut infernus æmulatio) continuatam. si non in effectu: in affectu. Vnde per sanctum Ioannem, *Qui non diligit: manet in morte.* etiam, secundùm legem, omnia peccata, (vt declaratum est) contra Spiritum sanctum, comprehendendo. Et ipsa lux mundi Christus, per sanctum Matthæum, etiam secundum legem: *Qui dixerit contra Spiritum sanctum: non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro:* in hac sententia, omnia peccata contra Spiritum sanctum, & omnium peccantium condemnationem, (vt dictum est) in omni peccati genere variè delinquentium, includendo.

TRACTATVS.

De alijs peccatorum generibus contra Spiritum sanctum: à quibusdam particularibus sacerdotibus, & gente separata in ecclesia orientali, procedentibus: Sanctæ Romanæ ecclesiæ, non obedientibus.

CAP. XC.

CVm de peccato maximo, et de peccato contra spiritum sanctum, Dei gratia, tractatum sit: et sicut peccatum maximum, omni peccato mortali, ita etiam peccatum contra Spiritum sanctum, omni peccato maximo adiungitur: & quod tunc grauius est, & vt prædicit Dominus, irremissibile, quando à persona spirituali. & consecrata procedit: quia, ratione ipsius spiritualitatis particularis, & particularis vnctionis sacerdotalis, tam peccata contra ipsum spiritum Deum in essentiæ vnitate, à carnis fragilitate (vt dictum est) procedentia, quàm illa; contra ipsam tertiam personam Spiritum sanctum, in personarum distinctione, spiritus malitiæ particulariter attributa, incomparabiliter grauiora sunt, & magis propriè contra Spiritum sanctum: Conuenit etiam, pro veritate, gloria, & ipsius Dei laude, tractare: quod adhuc alia peccatorum genera sunt contra Spiritum sanctum, à quibusdam sacerdotibus, & gente separata procedentia: (reliqua alia multitudine, secundùm alias hæreses & schismata) non minus grauia, imò magis exemplari castigatione. & punitione digna. Non peccata contra Spiritum sanctum, vt hæc alia, ratione ipsius vnctionis & dignitatis sacerdotalis in remissionem peccatorum, per sacramentorum viam, propter alia peccata, indignè applicata: quia, vt scismatici, (vt scriptum est *sicut populus sic & sacerdos,*) hac in gratia partem nõ habent: nisi quòd ad ipsum tam sacrilegum quàm infructuosum vsum ipsius vnctionis & dignitatis sacerdotalis: non in effectu ipsius gratiæ & misericordiæ, in vniuersali venia & deletione peccatorum: sed in maiori iustæ Dei iræ incitatione, & maiorum culparum & delictorum multiplicatione: in ipsum grauissimum peccatum contra Spiritum sanctum semper incurrentes. Hoc, (quòd ad ecclesiam orientalem) non magis in particulari, quàm in vniuersali dicitur: nisi pro veritate, & secundum huius materiæ propositum, separatis solùm loquendo: Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, catholicæ & apostolicæ, contradicentibus, ita quòd, si aliqui, in particulari: ad illos particulariter: si omnes, in vniuersali: ad omnes vniuersaliter sermo dirigitur. Et non excluditur, propter hoc, quòd in ipsis partibus, vbi præterito tempore fuerunt: Basilij magni, Nazianzeni, Athanasij & Cyrilli, cum alia gloriosorũ sanctorum multitudine, non possint in præsenti tempore, particulariter, & vniuersaliter esse fidelissimi Christiani, sicut fuerunt illi, ipsi Sanctæ Ro-

Osee. 4.

ctæ Romanæ Ecclesiæ cordialiter vnitis: & in hoc vnico inter homines fundamento, & prima petra in terra Summi Pontificis Romani, humiliter ædificati: ipsũ pro summo pastore, & vniuersali Christi vicario, recognoscentes. Sicut, posito quòd sic non esset, & quòd tam in particulari, quàm in vniuersali, ipsi nominati sancti simul, resurgentes, (quod non præsumitur) contrarium dicerẽt: dicere esset contra Spiritum sanctum, & error hæresis notabilis. Quia: Sicut procul dubio Christus, in Hierusalem, Iudæismi capite crucifixus, filius Dei viui est: Ita Petrus, Romæ, gentilitatis capite, crucifixus, & omnis successor eius, Pontifex Romanus, procul dubio est vicarius vniuersalis in terra ipsius Christi vniuersalis saluatoris: & vnica in mundo petra, & sanctæ suæ Ecclesiæ fundamentum.

Quis hoc dicit? Ipsa certissima veritas dicit. Quia, Petrus ad Christum dicendo: *Tu es Christus filius Dei viui: &c.* Christus ad Petrum dixit: *Et ego dico tibi* (id est, sic etiã procul dubio) *quia tu es Petrus: & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam.* Et nolite confidere in hac opinione, dicentes. Hæc prima fuit ecclesia, & vbi primùm christianorum nominata fuit, & illa postea: ipsi tam salutiferæ, quàm obedientiali vnioni contradicẽtes: in quo essentia veræ ecclesiæ consistit, ab æterno Deo in ipso humili & obediẽti saluatore filio suo, ab æterno & sine principio electæ. Quia distinctæ res sunt, ipsa ecclesia, & ipsius ecclesiæ caput: cui, in vnius solius corporis vnione, (incipite vbi placet) obediẽtialiter vnita est: et in ipsa vera petra fundamentali inter homines, ipsũ spirituale ædificium, secundum ipsam Christi filij Dei legem, & ordinationẽ diuinam, legitimè fundatum Et nõ caput, ab ipso corpore (incipite vbi placet) sed corpus ab ipso capite, directè dependet. Idest, ab ipso Christo, vt primo capite: et vnica virtute in cælo et in terra, in vita triumphãte & militante, in Hierusalem moriente, & iuxta prophetarum vaticinia: & ab ipso Petro, Romæ mortuo, vniuersi capitis, vt vicario suo in terra, in vita præsenti militãti, & vniuersali pastore fidelis sui gregis, in vniuersalem ipsius gratiæ distributionem (vt dicit: *Pasce oues meas*) donec mundus stabit, ipsi corpori & ecclesiæ suæ fideli; in ipsa petra per obedientiam ædificante, distributæ. & hac in ratione, Romæ vniuersali omnium gentium capite mortuus, & ibi, simul suis cum reliquijs, ipsum sceptrum & corona, remanens: vbi cum proprio sanguine, simul cum Apostolo Paulo martyrium passus, vniuersalẽ omnium martyrum altare; vniuersaliter erectum fuit. per quã viam vniuersalis vnionis, & sacrificantis obedientiæ principalis, ipsa signata & purpurata ecclesia in suo sanguine, ipsi primo in terra capiti vniuersaliter obediẽdo, ipse obedientissimus agnus Christus saluator, principaliter sequendus erat. quo in mysterio, Petro dixit, ipsam obedientialẽ mortem aliquantum recusanti: *Sequeremee.* Sicut Romæ; eidem apostolorum principi apparendo, & eo tempore, quo eâ egrediebatur, ipsam mortis occasionem adhuc fugiendo, cum ab eo ipse Petrus petijsset, *Domine quò vadis?* Respõdit Christus: *Iterũ crucifigi*: non tam ipsum Petrum, ad certissimũ effectum particularis sacrificij obedientialis suiipsius, quàm ad vniuersale suæ sanctæ Ecclesiæ exemplũm (vt purũ hominẽ) sacrificantis obedientiæ; confortando: per ipsam visibilis obedientiæ viam, donec mundus stabit, & visibilis ecclesiæ, vicario suo in terra et successoribus; in saluationem; visibiliter et obedientialiter: vnite: per quam viam ab ipso saluatore, publicè et obedientialiter morientes; redempta fuit: originalè impedimentum publicitatis peccati, in quo peccatum maximum consistit, vt dictum est; & peccatum additum contra Spiritum sanctum, remouente. & conformiter fuit ipsa redemptio in puncto illo, à visibili ecclesia, in assistenti vir-

Mat. 16.

Ioan. 21.

gine, & filio adoptiuo Ioanne, & latrocinio bono se ipsum publicè accusante, & orante, publicè & fideliter acceptata. Qua ratione primi capitis, & primi exempli obedientiæ, inter homines: vt alij voluntariè: solus Petrus ab ipso Christo ad martyrium obedientialiter exhortatus fuit. Vnde ipse Apostolorum Princeps, non ampliùs timore humano astrictus, ipsâ mortem fugiendo, & amatum saluatorem suũ negando: imò, ipso interno igne, & vera amoris diuini luce accensus, & illuminatus, ipsam ordinationem diuinam obedientialiter obseruando: non vt magister suus, Deus, & homo, capite sursum: sed vt humilis seruus, purus homo, capite seorsum in vniuersale obedientiæ exẽplum, crucifigi voluit. Et correspondenter ipse Bar-Iona, Episcopus, tantùm, & seruus seruorum Dei, humiliter titulatus. Et hoc, (Parcite fratres) in confusionẽ vestrã, ab ipso Spiritu sancto, in successoribus suis Pontificibus Romanis, ipsa Ecclesia Romana in libertate dominans, mysteriosè introductũ: ipsos eam vanos, quàm improprios titulos, id est, Iudex vniuersalis ecclesiæ, & alios similes, quibus è contrario vtimini inter vos, in iudiciali captiuitate & humiliatione vestra, condemnante, quos titulos, non obstantibus pijs reprehensionibus apostolicis, cõtinuatis: inobedienter ipsi Spiritui sancto contradicentes. Vnde correspondenter, secundum prophetatum, & ab ipso iusto iudice prædictum, dicente: *Qui autem se exaltauerit, humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur*: ad maiorem verecundiam & calium superborum non obedientium condemnationem, ab ipso iusto Deo permissum & ordinatum fuit: quòd sicut ipsum primum caput in vniuersali ecclesia fidelium summus Pontifex Romanus, in ipso Petro, in cruce inuerso, in vniuersale obedientiæ exemplũ humiliatus fuit: similiter ab imperatoribus, Regibus, & principibus Christianis, per obedientiam, exaltatus fuisset. Et taliter, in summo gradu, quòd sicut caput Petri in cruce, (cum Romæ crucifixus esset) ad locum pedum Christi, humiliter transportatum fuit: ita omne caput, ad Pontificis Romani pedes, cum osculo pacis & obedientialis vnionis, humiliter inclinatum fuisset: ipsam ciuitatem sublimem & vniuersale imperium (vt scitis: vsq; ad Indos) spiritualiter humiliando. *Quia incurua-* *Isa. 6.*
bit habitantes in excelso (vt scriptum est) *ciuita-*
tem sublimem humiliauit: &c. Conculcabit eam pes.
pedes pauperis, gressus egenorum &c. Conculcabit eam pes. id est, ipse particularis pes pontificalis in Petro, ab ipso obedientiali signo crucis Christi, signatus: & ab ipsis adoratoribus principibus, in vniuersalis obedientiæ signũ, ipsi summo Pontifici debitæ, humiliter osculatus. Pedes pauperis, gressus egenorum: quò ad penultimum gradum sublimitatis spiritualis ecclesiasticæ Principum Cardinalium: duodeni apostolatus dignitatem possidentiũ: ad vltimũ põ- *Psa. 44.*
tificalem, sicut à Simone, ad Bar-Iona, propinquè ascendentium: ab altissimo Deo, vt prædixit psaltes regius, Principes super terrã, vt vos videtis, constituti. Vterque gradus, non vt Regius, per humanam, & naturalẽ successionem regalis progenicis: sed in differenter, inter fideles, (vt dicit: *pedes pauperis, gressus egenorum*) per sortitionem diuinam, secundùm talentum et virtutem vniuscuiusque, acquiritur. Hæc, fratres, tã mysteriosa & diuina: oculis propriis videtis in hac alma ciuitate Roma, & Romano Pontifice, secundũ prophetias, exactè adimpleta: & non in noua Roma et patriarchia Cõstantinopolitano, et omnibus alijs vestris, quos solũ pro capitibus vestræ ecclesiæ recognoscitis; hanc primũ et vniuersalem in terra inter homines, Christi vicariũ, inobedienter negantes, & ei contradicentes: & simul, omnium aliorũ hæreticorum instar, ipsam petram fundamentalem, summum Pontificem, in sancta sua Ecclesia, in hac præsenti vita militante, in filio columbæ

Matt. 23.

Spiritu

Spiritu sancto, ab ipso saluatore electâ, in totali vestra ruina remouentes: et in eorũ obstinatione perseuerantes, contra ipsum spiritũ sanctũ, irremissibiliter peccantes.

CAP. XCI.

Mat. 21. *Psal.* 117. NVnquam legistis in scripturis, (dicit Dominus) *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? A Domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris?* Et hoc, de seipso loquendo, sicut alio in loco per Apostolorum principem declaratur, dicentem: *Ad quem accedentes, lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum: & ipsi tanquam lapides viui superædificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christũ, &c.* Igitur, si Christus petra est, super quam fit ædificiũ spirituale domus vniuscuiusq; fuorũ fidelium:

Ioan. 1. *Matt.* 16. Quomodo ipse saluator eidem Simoni, *tu vocaberis cephas?* (quod interpretatur Petrus): *& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam?* Sicut etiam. *Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens. quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt, &c.* Igitur, si ipse saluator caput est (vt dicit) ipsius corporis ecclesiæ, in vniuersale ipsius dominiũ: Quomodo ipse Christus ipsi suo

Mat. 16. vicario, *Et tibi dabo claues regni cœlorum? Et quod cunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram erit solutũ & in cœlis?* non solùm ipsum Petrum, fundamentalem inter homines petram eligẽdo: sed caput & dominatorem vniuersalẽ in sancta sua ecclesia in præsenti vita militante, donec mundus stabit, constituendo? Distinctæ res sunt & differentes, Petra fundamentalis, & caput ecclesiæ, sicut est Christus propriè: & petra fundamẽtalis & caput in ecclesia, sicut est Petrus, accidentaliter. Et hæc differẽcia, id est, dicẽdi: Ecclesiæ, aut, In ecclesia: in omni re quæ dicatur, semper intellecta & præsupposita sit. Igitur, est petra fundamentalis Christus, sicut caput ipsius corporis & ecclesiæ fidelium: & hoc, pro dignitate primatus per gratiam, in remissiõe peccatorũ, mediantibus sacramentis, virtute passionũ suarũ & mortis, consummatè, acquisita: sed nõ in consummatione ipsius dignitatis & primatus, per gloriã, ipsi vniuersali saluatori resuscitato, conueniẽte: sicut vltimo die cõsũmata erit: ipsũ corpus & Ecclesiã suã sanctã, in sua virtute, vniuersaliter resuscitanti. Vnde, cũ esset ipsa dignitas, non fine sua iniuria, per peccatũ impedita: sicut propter talẽ causam, ab ipso viuorum & mortuorũ iudice, accidẽtaliter dilata: dicit Simoni, qui interpretatur, Obediens, *tu vocaberis cephas*: à petra, interpretatus Petrus: obedientiã per innocẽtiã primi hominis Adami, ipsi innocẽti saluatori & secundo Adamo, conuenientem, in obedientiã per gratiã, accidẽtaliter trãsmutando: & simul ipsã domũ Dei & ecclesiæ fuæ, à malitia & superbia peccati in Adamo, ipsi Deo non obedi ẽte, perpetuò donec mundus stabit depraeatam & deformatã, (*septies enim in die cadet iustus, & resurget*) *Prou.* 24. in ipsa petra Petro, homine puro & mortali, per humilitatẽ & obedientiã, proportionaliter in perpetuo ædificando, vt dicit: *Et super hanc petrã ædificabo ecclesiam meã.* Id est, ipsã incõueniẽtẽ perpetuæ deformitatis & *Mat.* 16. iniuriæ, perpetuò simul remouẽdo. Quia, nõ solùm cõsideratur ipsa petra angularis Christus, quò ad quatuor elementales angulos, & qualitatẽ eorũ, ex quibus ipsa petra consistit inquantũ homo, volũtariè moriẽdo: sed principaliter, inquãtũ ad esse lapidẽ angulare simul, consistentem ex supernaturalibus angulis quatuor attributorũ diuinorũ & æqualitatis eorũ, inquãtũ Deus: .i. potẽtia, sapiẽtia, iustitia & bonitate infinita, in ipsis æqualibus & concordãtib⁹ elemẽtis significatorũ: tertio die, in propria sua virtute resuscitãdo. Sicut per Esaiã etiã

Isa. 28. significatur, conformiter dicentem: *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatū.* &c. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem: Id est, in effectu incarnationis Verbi, & vnionis diuinæ cum humana natura, (in persona Patris loquendo) Deus, ipsum lapidem angularem & diuinum, filium suum, mittens, in communi æqualitate cum Patre & Spiritu sancto, ex ipsis quatuor angulis quatuor attributorum diuinorum cōsistentem: positum in ipsis correspondētibus fundamentis elementalibus, vbi ipsa quatuor attributa significata sunt, in puncto quo ex ipsa materia elementali, in vtero virginali consistens, sacratissimum suū corpus, Spiritus sancti opera formatū fuit. ipsa quatuor elementa, fundamenta ipsius Sion naturæ diuinæ, nominata: ratione ipsius indissolubilis vnionis cum humana: in quibus elementis intellecta est: cum esset singulariter ab ipsis, & non ab humano semine generata: extra omnem peccati originalis rubiginem, cum correspondenti æqualitate, & impeccabili concordātia, formata. *Lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum.* Id est, totum simul, Deū & hominem, ipsum Christum, considerando: in ipso significato fundamento attributali naturæ diuinæ, æqualitatis potētiæ, sapientiæ, iustitiæ & misericordiæ infinitæ, & esse ipsius æterni Dei, inquantū Deus, in æternū fundatū: Hoc quo ad effectū ipsius incarnationis, & particularis resurrectionis suæ. Sicut quò ad vniuersalē vltimi diei quem expectamus: finē principalē rerum omnium: omnes, in corpore & anima resurgentes: procedit dicendo. *Qui crediderit nō festinet. & ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura.* &c. *& delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit.* &c. & tunc, in ipsa vniuersali reædificatione per gloriam, resuscitando, præcedente vniuersali dissolutione huius vinculi fragilis & mortalis habitationis, (vbi interæ delebitur fœdus vestrum cum morte, &c.) erit ipse Christus dignè lapis fundamentalis huius nouæ ædificij, proportionaliter suo esse gloriæ & laudis æternæ correspōdentis. cui lapidi attributiuo naturæ diuinæ, ipsa reædificatio resurrectionis ad vitam æternam, attribuitur. *Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur,* (dicit Apostolus) *quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam æternam in cælis.* Dignitas primatus ipsius Christi per gloriam, consummata: vt principium ipsius manifestationis extra, Verbum se incarnando, inquantum homo moriendo, & seipsum & omnes alios inquantum Deus resuscitando: ipsi vniuersali saluatori attributa. *Quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cælis & in terra,* (per eundem) *visibilia & inuisibilia & c. Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens &c.*

2. Cor. 5.

Colos. 1.

CAP. LXXXXII.

ITaque, ipse Christus lapis fundamentalis est, sicut caput: & ipse Petrus etiam lapis fundamentalis est, sicut caput: sed differenter: imò, incomparabiliter, (Christus inquantum homo) cum toto ipso ædificio humano, & corpore ipsius tam mortalis, quàm peregrinantis ecclesiæ, cum notabili dignitate ipsius capitis & resuscitātis saluatoris, extra omnem proportionem. Quia, in Christo, lapis angularis, ex puncto quo incarnatus fuit: & in Petro, inæqualis, ex puncto quo conceptus fuit. In Christo, angularis, quò ad quatuor elementorum æqualitatem, ex puncto quo incarnatus fuit, moriendo, & resurgendo: ipsi manifestationi Dei in carne, conuenientem: propter quod, quamuis in carne passibili & mortali, tam liber ab ipsa morte, quàm voluntariè obligatus: secundum quod tali oblationi tanu sacrificij, & hostiæ

ho?iz Dei & hominis simul, conuenie bat, (vt dicit: *Oblatus est quia ipse voluit*) esse ipsius Dei, secundum ipsa quatuor attributa, potentiæ, sapientiæ, iustitiæ & bonitatis infinitæ, in ipsis æqualibus & concordantibus elementis significata, manifestando. In Petro, sicut in omni alio homine mortali, nõ angularis: immõ inæqualis, ex puncto quo in peccato originali conceptus fuit: in ipsa inæqualitate elementorum, & mortalis discordantiæ iusto Dei iudicio, à peccato causatæ, testificatum: ipsam mortem, & mortiferam peccandi fragilitatem, cum omnibus alijs miserijs & imperfectionibus humanis producentis. Et tanta disproportio cum ipso Christo, à puncto quo concepta fuit: quanto maior à puncto quo resuscitatus fuit? Vnde, ratione conuenientis ædificationis obedientialis per gratiam in vita mortali (Christo obedientialiter morìente) alio homini mortali humiliter obediendo: ad illam quam speramus reædificationis per gloriã in vita æterna (Christo resuscitante) disponentis, cum ipso resuscitato & resuscitante saluatore proportionaliter concurrendo: à principio, ad Simonem dixit, *Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Sicut posita, in huius mysterij declaratione, dicit: *Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*: ipsam inconuenientiam, & notabilem disproportionem corporis fragilis & mortalis, in vita militãti: cum capite impassibili & æterno, in vita triumphanti: per medium ipsius conueniẽtis capitis humani, & notabilis potestatis diuinæ, temperando. Et hac in ratione, non super hanc petram Christum in cœlo: sed super hanc petram Petrum in terra, ædificabo ecclesiam meam. Ædificium mortale, super mortale fundamentum, per dispositiuam obedientiam ad vitam æternã humiliter ædificatum. Sicut corpus humanũ, passibile & mortale, capiti humano, passibili & mortali, per obedientiam, mediante ipsa gratia, proportionaliter vnitum. Et non est ædificium humanum sustentatum colũna carnis fragilis & mortalis, (vt vultis vos, cum omnibus alijs hæreticis, tam cæcis, quàm ignorantibus per inobedientiam, ipsi petræ & pastori humano vicario suo vniuersali, contradicentes) sed super basin & fundamentum diuinum & immobile ad æternam vestram confusionem ædificatum. Festinatis vos increduli *Quicredideritis, non festinet*: (dicit Spiritus sanctus) *& ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura.* Idest, ipsam mensuram & vitalem æqualitatem ipsorum quatuor elementorum, resuscitando, à noua vnione & carnis & Spiritus discordantia, in perfecta diuinæ legis obseruatione; procedentem, per fidẽ amãdo & obediendo: à virtute ipsius lapidis angularis in Christo, elementalis, inquantum homine, & attributalis diuini inquantum Deo, ipsum vniuersalem lapidem humanũ ad vitam æternam virtualiter quadrando, effectum ipsum esse diuinum, potentiæ, sapientiæ, iustitiæ & bonitatis infinitæ (finis principalis rerum omnium) intra & extra in æternum manifestando. Et tunc in vita futura & vniuersali iustorum resurrectione, quam expectamus, cùm ipsum corpus, idest fidelium ecclesia, capiti suo Christo proportionaliter vnitum sit, adimplebitur ipsa Dauid prophetia, ab ipso Saluatore allegata, dicentis, *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris.* Et tunc, ipse solus Christus resuscitans, dignè vniuersale caput erit, ipsius ecclesiæ iustorum & corporis resuscitati, immortalis: proportionaliter, in correspondenti vnione spiritus & carnis immortalis, concurrẽtis: in æternum, ipsam indissolubilem vnionem Dei & hominis simul, testificantis. Lapis angularis, quò ad ipsam vnitiuã æqualitatem immortalem elementorum: & in ipso effecta æternę vnionis ipsorum duorum murorum, corporis & animę, ex quibus ipsum humanum ædificiũ consistit, in seipso

Isa 33.

Ioan. 1. Matt. 16.

Esaiæ 28.

psa. 72.

nouiter ædificatum resuscitando: factus in caput anguli, (vt dicit) in æterna sua virtute, in æternū sustentando. in hoc læto & nouo partu, ab illo pœnali & communi procedente, tam duro & amaro, quàm significatur, dicendo: *Et clamat parturiens, & cruciatur vt pariat*, omnem mortiferam contrarietatem præteritam ipsorum duorum fratrum, maioris & minoris, carnis, & spiritus, in illa Esau & Iacob in materno ventre figuratam, euacuante. ipse frater maior, id est caro & corpus humanum, à patre vniuersali creatore Deo in principio, primùm formatus, ipsi minori, ideſt spiritui, seruiens: in eodem vnionis puncto, dominanter concurrens. vt conformiter: *Et faciam eos in gentem vnam in terra in montibus Israel*, (id est, in ipsis elementalibus montibus corporum ipsorum electorum, resuscitando: ipsam nouam vnionem in ipso Deo, in perfecta diuinæ legis obseruatione, perfectè amādo & ei obediēdo, ipsi tertiæ personæ & viuificāti amori Spiritui sancto, attribuendo: in ipso tertio Patriarcha Israel significatæ) *& rex vnus erit omnibus imperans: nec erunt vltra duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna. &cet. & seruus meus Dauid* (ideſt Christus) *rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum. &cet.* sicut per ipsum Christum: *& fiet vnum ouile & vnus pastor.* Et tunc, ipsa præsens pastoralis gubernatio cessando, non per aliud medium pastoris humanitatis ipse amatus suus grex, quàm per seipsum vnicum pastorem diuinum, immediatè pastus, rectus & gubernatus erit. Vt dicit. *Ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manu eorum. & cessare faciam eos, & vltra non pascant gregem meum. &cet. In pascuis virentibus pascam eos, & in montibus excelsis Israel* (vt dictum est) *erunt pascua eorum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. &cet.*

Apo. 12.

Gen. 25.

Zacc. 37.

Ezech. 10.

Ezec. 34.

CAP. XCIII.

A Domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris. A Domino factum est istud. Hoc: quòd ad ipsam vniuersalē iustorum resurrectionē, & reunionē ipsorum duorum murorū, corporis & animæ, vt dictū est, ex quibus ipsum humanū ædificium consistit: à separāti morte dirutum, & ab ipso angulari & vnitiuo lapide Christo reunitum & reædificatum: in ipso æterno & glorioso effectu, factus in caput anguliin sua propria virtute, in æternum sustentante. *Et est mirabile in oculis nostris.* Hoc: quòd ad particularem ipsius saluatoris resurrectionem: & visionem suam in corpore glorioso & immortali: cùm post ipsam certissimam resurrectionē suā, quadraginta dierum spatio, amatis suis discipulis, hominibus passibilibus & mortalibus sepius se videndum præberet, lucis & gloriæ suæ radios retinendo, cum illa potentia qua eos distendit ante mortem suam, in stupenda sua transfiguratione. in quo miraculoso effectu retentionis & particularis demonstrationis potentiæ suæ infinitæ, & est mirabile (vt dicit) in oculis nostris: incapacitarem & debilitatem ipsius visiui sensus humani, ad tantam lucem, (sicut dicit: *non enim videbit me homo, & viuet*) & disproportionem corporis ipsius ecclesiæ, passibilis & mortalis, cum ipso suo capite Christo, glorioso & immortali, significando. *Est mirabile in oculis nostris*: ideſt in terra: & nō in oculis spirituū beatorū in cœlo, quòd ad ipsam disproportionem & incapacē debilitatē visiui sensus corporalis: vbi, cum sint ipsi ab omni præterita mortalitate humana liberati: in ipsius immortalis Dei visione, simul cū spiritibus angelicis proportionaliter cōcurrūt. Manſit in terra Dominus, post gloriosā suā resurrectionē, vsq; ad ascensionem suam in cœlum, quadraginta dierū spatio: hoc spatiū: illud, à primo, vsq;

Psal. 117.

Mat. 17.

Exo 33.

ad

ad secundum aduentum suum, quo mũdus duraturus est, signũ, as: pro numeri electorum complemẽto, accidẽraliter cõcessum: illi, similiter quadragesimali, quadraginta annorũ tranfitus populi Dei, per desertũ, correspõdens Vnde, cõsiderandũ est: Quod mirandũ factũ liberationis suę, à captiuitate Aegypti, med ãte Moyse, capite, & duce suo vniuersali, simul cũ interprete suo Aarone sacerdote: angelico pane & figurante manna pasti, donec ad desideratũ finem peruenerunt, in terram promissionis ingrediendi: vbi, subintrando Iosue, à quo in ipsam, efficiẽter introductus fuit: gubernatio & ductus ipsius Moysis cessauit: & simul sacerdotium ipsius Aaronis, cum communi morte eorum: in fine ipsius mysterioſi termini quadragesimalis, successa. Sicut di-

Num. 33. cit: *Ascenditque Aaron sacerdos in montem Hor iubente Domino: & ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorum Israel ex Aegypto, &c.*

Deu. 34. & quò ad Moysem: *Ascendit ergo Moyses de campestribus Moab super montem Nebo, &c. Dixitque Dominus ad eum. Hæc est terra, pro qua iurauit Abraham, Isaac, & Iacob, dicens, Semini tuo dabo eam, Vidisti eam oculis tuis, & non transibis ad illam. Mortuusque est ibi. &cet.* Omne hoc, euidentissima figura fuit, veræ liberationis populi vniuersalis suorum electorum, à captiuitate peccati, mediãte ipso figurato Moyse summo Pontifice Romano vicario suo vniuersali in terra, & duce nostro in hoc trãsitu quadragesimali præsentis vitæ militantis, simul cũ figurato Aarone & interprete suo Paulo, parte sacerdotali apostolicorũ, doctorũ, vniuersaliũ sancti Euãgelij & noui testamẽti prædicatorũ: quos, ipse Christus, in ipso quadragesimali tẽpore, quo fuit cũ ipsis in terra postquã resuscitatus fuit, instruxit, & exhortatus est, par

Ioan. 21 ticulariter Petro dicẽdo: *Pasce agnos meos. Pasce agnos meos. Pasce oues meas. Bis, Agnos, dicendo:* quò ad duos effectus ipsius pastus doctrinæ euãgelicæ: in duplicẽ sustentationẽ spiritualem animæ & corporis, in vita immaculata & innocenti, mediante sancto Baptismate: non solùm dicendo, (sicut dicit) *Mat. 28.* sed etiã baptizando. quæ vnctio dignitatis sacerdotalis, prædicatio & lauacrũ, in ædificatiõe ipsius ecclesiæ & corporis Christi, ab ipso capite vicario suo vniuersali in terra, deriuata est: (sicut dicit, *& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*) & per medium *Mat. 16.* ipsius humilis & obedientialis ædificationis, ipsi summo Põtifici obediẽdo, & nõ cõtradicẽdo, effecta est: sicut ipsi soli, in præsentia ipsorum apostolicorum sacerdotum & vniuersalium prædicatorum euangelicorũ, dicit solùm: *Pasce agnos meos: Pasce agnos* *Ioan. 21.* *meos: &, Pasce oues meas.* Ita quòd, vbi desicit ipsa humilis & obedientialis ædificatio, propter aliquam contradictionem & negationẽ ipsius primæ & ædificatis petræ & supremæ authoritatis põtificalis, ibi procul dubio deficit ipsũ sacerdotiũ & authoritas sacerdotalis, & cõsequenter sacramẽtorũ effectus, in remissionem peccatorum. Pasce oues meas: quò ad secundam ipsarũ culparũ ablutionem, mediante Pœnitẽtiæ sacramento, & particularis remissionis ad culpam & pœnam, per medium sacrarum indulgentiarum, (sicut supra declaratũ est) ipsi clauigero cœlesti particulariter concessarum ipsi particulariter dicendo: non solùm, *Pasce oues meas*: sed *Et tibi clabo claues* *Mat. 16.* *regni cælorum.* Oues meas: ideſt, non amplius agnos, secundum primum lauacrum baptismale: sed oues errantes, cum de nouo peccatorum scabie inquinatæ essent. Pasce agnos meos, & pasce oues meas: semper ipse Paulus, & pars pastoralis, quasi corpus ipsius ecclesiæ, cum ipso capite Petro (vt dictum est) simul martyrium patiẽdo, per obedientiã, proportionaliter vnitus. pastus etiam ipse fidelis grex & figuratus populus Christianus, figurato mãna (in ipsius figuræ complemento) & vero pane angelico corporis Domini, donec perueniat ad illos vltimos terminos mortalis vitæ præsẽtis, et principij ingressus nouæ terræ promissionis & figuratæ Hierusalẽ cœlestis, in vitã æternã.

vbi

vbi subintrando ipse Iosue Christus, vniuersalis saluator & introductor suus, sicut in secundo suo ad iudicium aduentu erit: ipse ductus & gubernatio præsens pastoralis cessabit, sicut in morte ipsius Moysis & Aaronis significatum: & conformiter prædictum, dicendo: *Et cessare faciam eos, vt vltra*
Ezc. 34. *non pascant gregem meum. &c.* Et tunc, ipsum corpus ecclesiæ fidelium, gloriosè resurgẽdo: capiti suo Christo resuscitanti, proportionaliter vnitum erit, & cum permanenti & integra fruitione ipsius fructus vitæ æternæ Christi, in ipsius æterni Dei visione consistente: cessabit etiam, simul cum ipso temporali ductu ipsius viatoris populi, ipsa fruitio viatici sacramẽtalis figurati mãna inuisibilis corporis sui sanctissimi: propter ipsam caulam inaptitudinis & disproportionis humanæ, in præsenti vita transitoria, fragili & mortali, sub ipso proportionato velamine corruptibilium accidentium, communicati. vt dicit. *Defecitque man-*
Ios 5. *na postquam comederant de frugibus terræ, nec vltra sunt vltra cibo illo filij Israel. &c.* Officium pastorale, & pastus viatici spiritualis, quo nõ sine mysterio, in hoc transitu mortalis vitæ præsentis, quadragesimaliter vsus est. Sicut in quadraginta diebus, & quadraginta annis tãsitus deserti significatum est: posse fionem in Christo resurrectionis carnis, quam habet natura humana, testificando. Idest, ipsa caro, in Christo, octauo creationis die resuscitando: Secundum quinque sensus corporales, per quinque octauas. distinctè resurgens: ab ipso mundi fine incipiendo, in primo Domini aduentu naturaliter peruento, vsque ad alterum finem secundi sui aduentus ad iudicium vniuersale: omnes vniuersaliter resuscitantes. qui finis & terminus iam completus: propter defectionem numeri iustorum, ab ipso misericorde Deo, accidentaliter transporta-
Sap. 8. tus fuit. *Attingit ergo à fine vsque ad finem fortiter,* (per Salomonem) *& disponit omnia suauiter.* Quia: cũ missus esset ipsa Patris sapiẽtia
Gal. 4. Christus, in plenitudine temporis, quò ad plenitudinem numeri electorum, & finis præsentis seculi, in quo ipsa natura humana simul cum ipso Christo vniuersaliter resuscitando, per gloriam regeneranda erat, & in terra, ipsum semen humanum extinctum: vnde ipse saluator in remedium similium inconuenientium finis peruenti, & numeri electorum non completi, vtrũque brachium, & humanæ, & diuinæ naturæ distendendo, moriendo in quantum homo, & resuscitando in quantum Deus, & simul, in merito & virtute sua infinita, ipsi ictui vniuersalis mortis resistendo, *attingit à fine vsque ad finem fortiter,* ipsum finem & iudicium ad alium finem accidentaliter differendo: & quo ad ipsam piam & iustã causam numeri electorum non completi, *disponit omnia suauiter.* Hoc, similiter à Domino significatum est, in zizaniæ parabola: idest, respectu reproborum: quia ipsa peccati originalis malitia, venit ad impediendam multiplicationem seminis boni iustorum. Vbi, proposito ex parte iustitiæ diuinæ, ipso vniuersali iudicio, & bonorum & malorum separatione: vt dicit: *Serui autem dixerũt* Matt. 13. *ei, Vis igitur imus, & colligimus ea?* resistendo ipsi ictui iustæ ira Dei, & duræ executiõis, ad ad aduẽtũ ipsius saluatoris, iã exequẽdæ, attingẽs ãsiue (vt dicit) vsq; ad finẽ fortiter, & disponens omnia suauiter. *Et ait, Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis simul & triticum. Sinite vtraque crescere vsque ad messem, &c.* Vnde, hac in ratione vsus accidentalis pietatis & potẽtiæ, qua ipse Deus & homo simul vsus est, ipsam duram occasionem finis & iudicij vniuersalis, ad alium finem & conuenientem occasionem accidentaliter tãsportando, dixit ad Simonem, *tu vocaberis Cephas:* Ioan. 1. *quod interpretatur Petrus: & super hãc petram ædi* Mat. 16. *ficabo ecclesiam meam.* Non super hanc petram Christum iudicantem, in hoc quadragesimali tempore impleti finis resurrectionis & iudicij: quia hac in ratione, *qui ceciderit su-* Mat. 21. *per lapidem istum, confringetur: super quem verò ceciderit,*

ædificabo ecclesiam meam: ipsam occasionem secũdùm iustitiam meam, perueni finis ipsius generationis humanæ, omnes cum rigore vniuersaliter iudicãdo: ad alium finem (vt dictum est), conuenientis occasionis, secundùm misericordiam meã, accidentaliter transportando. vt dicit. Attingit ergo à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Et hoc dicere vult Dominus, dicenti Petro, *Tu es Christus filius Dei viui*; ipsum mysterium viuificantis resurrectionis in Christo; prædicenti: respondendo, *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus*: Idest, quod iam quod super hanc petram viuam, inquantum Deus, pro tali impedimento numeri non completi, non potero nunc facere vniuersalem reædificationem in gloria ecclesiæ meę & gregis, simul mecum resuscitantis, mysteri umtibi, hoc in puncto, à Spiritu sancto reuelatum: tu petra & pastor eris in terra in loco meo, donec redeã: & interim, *super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.* Vnde, *Beatus es Simon Barliona.* (idest, filius columbæ) *quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est*, & mediante ipso Spiritu sancto, & in ipso mysterio transmutati effectus reædificationis in me, per gloriam, in ædificationem in te per gratiam: vterque effectus ipsi Spiritui sancto attributus: qua in ratione, filius columbæ: ipsa ædificatio per gratiam in te obedientialiter facta, ad futuram per gloriam, disponens, donec mũdus stabit, efficiens.

Mat. 16.

CAP. LXXXXIV.

HAec ædificatio per gratiam ipsius Ecclesiæ, & liberationis suæ ex captiuitate peccati: in illa mirabili & notabili Pharaonis præfigurata fuit: (vt dictum est) facta per medium Moysis, & interpretis sui Aaronis, signorum & prodigiorum, sacerdotij & mannæ: & per medium ipsius figurati Moysis, filij columbæ Spiritus sancti, vicarij veri saluatoris Christi filij Dei, & interpretis sui Pauli, sacerdotij, & sacramentorum: vera signa & prodigia effectualis remissionis peccatorum, & vera liberatio captiuitatis figurati Pharaonis Luciferi, principis Aegypti huius mundi, in ipsius figurę complemento, tam exactè effectą, & donec mundus stabit prosecuta, quàm omnis iudiciosus facilè videre poterit: & omnis fidelis, in viua fide fundatus, mediante ipsa gratia, ipsos effectus in seipso considerando, iudicare. quia, si quod occurrit, dicendum esset: separatum librum facere oporteret. & ideo, breuiter, & gratia mediante, aliquid dicetur. Duo duplicata signa, primò & particulariter à Domino Deo Moysi data fuerũt, in ipsius figurę principio, Idest, virgæ in serpentẽ, & manus sanæ, in leprosam, conuersæ: & vtrąq; de nouo, in priorem naturã restitutæ, signatus lepram peccati, in infirmitatibus & morte corporali testificati, à distorto vsu (secundum liberũ arbitriũ) formalis virgæ diuinæ legis, procedẽtis: & duplicatam medicinã, spiritualis & corporalis in Christo, ipsius damni, per gratiam in vita præsenti, & per gloriam in alia resuscitando, significantia. vterque, idest, virga rationalis, & caro, in pristinum statum innocentiæ (& multo magis) & sanitatis vitæ æternæ, resuscitando, nouiter reductæ. & hoc, ipsam virgam formalem diuinæ legis de nouo in vita præsenti militanti resumendo, meliùs ipso libero arbitrio vtendo: mediante ipsa gratia, sicut dicit: *Retrahe manum tuam in sinum tuum*: in quo voluntatis sinu ipsum liberum arbitrium principaliter consistit: *retraxit; & protulit iterum; & erat similis carni reliquæ.* Vnde per Iob: *Et in carne mea videbo Deum saluatorem meum, &c. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Idest, in ipso voluntatis sinu, vbi ipsum liberum arbitrium (vt dictum est) particulariter consistit: ipsum Deum amando, & ei obediendo.

Exo. 4.

Iob. 19.

ad quæ duo signa, ipsa duo beneficia, & gratiæ præsentis, & gloriæ futuræ significantia: omnia signa & prodigia reducuntur quo in mysterio: *Si non crediderint, inquit, tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis.* Sicut procul dubio omnes illi, qui non crediderint in primum, per gratiam, credentin secundum per gloriam, inuitis ipsis, vltimo vniuersalis resurrectionis & iudicij die, omnibus vniuersaliter demonstratum. Vnde Dominus, illi paralytico, dicendo: (quo ad primum signum) *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua:* & circumstantes scribæ non credentes: imò, dicentes, *Hic blasphemat:* subiungit Dominus: (quò ad secundum signum) *Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere. Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (tunc ait paralytico) Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.*

Et surrexit, & abijt in domum suam. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. &c. Quid est facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge & ambula? Vt autem sciatis, &cet. non quo ad ipsum secundum signum sanitatis corporalis, quod minus est, in ipso paralytico, sicut in leprosa manu, in pristinam sanitatem restituta, demonstratum: quàm vt sic testimonium ipsius sanitatis interioris animæ, & remissionis peccatorum, quod magis est, in ipsa lepra significatorum, (secundum primum signum non creditum, ipsius virgæ in serpentem, & de nouo in virgã conuersæ) & ipsius resurrectionis carnis, ab omnibus in vltimo die, vt dictum est, vniuersaliter creditum. vt dicit: *Si non crediderint tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis.* & conformiter: *Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.* Videntes autem turbæ timuerunt & glorificauerunt Deum. Hoc, quo ad ipsum vltimum signum: ipsam conuersionem peccati ad gratiam, & mortis ad vitam resuscitando, testificans: ipsi naturæ diuinæ particulariter attributum. qui dedit potestatem talem hominibus. Hoc, particulariter quò ad primum signum non creditum inuisibilis animæ sanitatis & remissionis peccatorum. vt dicit: *remittuntur tibi peccata tua:* & ipsi, *Hic blasphemat.* potestas hominibus data: vt dicit, *Qui dedit potestatem talem hominibus:* Id est, hominibus Apostolicis sacerdotibus: eis particulariter dicendo, *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* & hoc, donec mundus stabit: ipsi peccato subditus. Ita quòd, omnia signa & priuilegia, quæ fuerunt & erunt, à principio mundi, vsque ad finem ipsius, cum tota cœlorum & terræ creatione, & id quod hoc ambitu continetur, ipsam manifestationem Dei in carne testificantia, Verbum se incarnando, moriendo in quantum homo, & resuscitando inquantum Deus, in ipso Christo particulariter effectam: ad hæc duo signa, spirituale, & corporale, reducuntur: idest, & remissionis peccatorum, per medium sacramentorum, & resurrectionis carnis quam expectamus, vniuersaliter in gloria & vita æterna resuscitantes. in his particularibus signis Moysi datis, significata. Omnia alia diabolica signa ipsius superbi Pharaonis Luciferi, & Aegyptiacas incantationes, & vniuersalem idololatriam, & peccati captiuitatem, destruentia: per medium ipsius figurati Moysis summi Pontificis Romani, sacerdotij, & sacramentorum, in ipsius Christi merito, effectum: ipsam liberationem, factam per ipsum vniuersalem saluatorem, populi suorum electorum, de captiuitate peccati, per medium ama-

Exo. 4. Mat. 9. Ioan. 20. Exod. 4. Matt. 9.

rum amararum aquarum passionum suarũ, spiritualiter & corporaliter passarũ, à virga lignea sanctæ suæ crucis diuisarũ, ipsam animam & corpus separante, & nouã eorũ reunionem, in totali peccati victoria, die tertia resuscitando, in reunione aquarũ, ipsos inimicos submergentium, significatum, cum effectibus ipsius redẽptionis, donec mundus stabit, commemorãdo. Vnde, per dispositionẽ diuinã, in ipsius figuræ cõplemẽto, & prosecutione ipsius effectæ redẽptionis, Simon Petrus secundo Claudij anno, (vt sãctus Hieronymus scribit) *ad expugnandum Simonẽ magũ Romam perrexit: ibique viginti quinq; annis cathedram sacerdotalem tenuit.* Act. 8. in quo Simone mago, cui auscultabant omnes, (vt scriptura dicit) à minimo vsque ad maximum, dicentes, *Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna*, Omnes magi ipsius superbi Pharaonis Luciferi, Regis & principis Aegypti huius mũdi, & authoris vniuersalis peccati captiuitatis, & eorum diabolica signa, intellecta sunt. Vnde, quomodo ille, ab ipso figurato Moyse destructus fuit, (iã, sçpius hoc in libro scriptum) & alia stupẽda signa, quæ in hoc suo põtificatu per virtutẽ diuinã facta fuerũt, & ab ipso sãcto Petro, & ab omnibus alijs apostolis, in hac magna susceptione liberationis veræ captiuitatis peccati, cõtinuata (gratia Dei) & prosecuta, ab alijs miraculosis sanctis vsq; ad hodiernũ diẽ: est res mũdo nota, & omnib. vniuersaliter manifesta. *Adhuc vna plaga iã-* Exo. 11. *gam Pharaonem & Aegyptum*, (dixit Deus). *& post hæc dimittet vos, & exire cõpellet. &c.* Et hæc fuit, vniuersalis primogenitorum mors. vt dicit: *Media nocte ingrediar in Aegyptũ: & morietur omne primogenitum in Terra Aegyptiorũ, &c.*. vniuersalem omnium martyrum mortem, prædicens. ab ipso Christo incipiendo, primogenito mortuorum Adami & Euæ, in quantum homine. vt dicit: *à primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius, vsque ad primogenitum ancillæ. &cet.* Causa efficacissima & principalis, liberationis vniuersalis ipsius populi, sicut primogeniti Christi mors, vniuersalis redemptionis totius mundi: ipsam figuram adimplendo. & hoc, vsque ad primogenitum ancillæ: vt dicit: vniuersalem omnium martyrum mortem, ab ipsa ancilla humanitatis suæ sanctissimæ, ministræ redemptionis, per gratiam regeneratorum, significando. Vnde per Dauid: *O Domine quia ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* in omnis martyris persona loquentem. Primogenitum cum Christo inter homines, in martyrio acquisita: vt dicit, *Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego: illic & minister meus erit*: ministranter cum proprio sanguine: ipsum Christum Dei filium, & innocentiam suam testificando. Quo in mysterio principij ministrationis, & testificationis vniuersalis omnium martyrum, primogenitorum cum Christo ecclesiæ suæ, in quantum homine, & noui testamẽti, in ministerio liberationis Aegypti, & captiuitatis peccati: Petrus & Paulus Romæ, totius mundi capite, vbi ipsa Aegyptus & captiuitas vniuersalis intellecta est, quasi corpus & anima ipsius Ecclesiæ; (vt dictum est) gloriosum martyrium simul passi fuerunt. & post alia signa & miraculosa prodigia: hoc, vt magis efficax testimonium, & exemplum, in vniuersali & inter fideles credentes, introducentes. Vnde illud completum fuit, quod de ipso doctore gentium prophetatum erat in Ben-iamin, tribu sua, dicendo. *Ben iamin, Lupus rapax: manè comedet* Gen. 49. *prædam, & vespere diuidet spolia.* Manè, & vespere: Ideſt, principium & finis vitæ rationalis hominis. Vnde, comedens ipse lupus Saulus, manè iuuentutis suæ, prædam carę ouis Christi, Stephani Protomartyris, ab Hierosolymitano ouili, & confessa Ecclesia, violenter expulsæ & lapidatæ: postea protegens pastor factus ipsius gregis, & latrans canis doctrinæ euangelicæ: venit ad exemplariter diuidendas inter alios martyres ipsas martyrij

Psal. 115.

Ioan. 12.

Act. 7.

Act. 9. primitias, & pretiosa corporis & sanguinis spolia, in vespere & fine vitæ suæ: cum esset simul cum ipso Petro vniuersali pastore, quasi corpus & caput ipsius Ecclesiæ, Romæ martyrium passus, vniuersali totius mundi capite. Saulus, à Saul: interpretatus, Postulans, vel commodatus: in ipso Saulo, exactè completum cum in martyrio, ab ipso protomartyre postulatus esset: vt dicit, *Domine, ne statuas illis hoc peccatum*: & ab ipso christo, ipsi Ecclesiæ, in particulari conuersione sua & gratia, accommodatus.

CAP. LXXXXV.

Igitur, ipse primus pontifex & pastor vniuersalis sanctus Petrus, mysteriosè in Alma Romæ Ciuitate, vniuersali totius mundi capite, mortuus est: & simul cum ipso, Apostolus & doctor gentium, sanctus Paulus: quasi corpus & anima, (vt dictum est) corpus & caput ipsius vniuersalis Ecclesiæ fidelium: cum eodem die, ambo martyrium passi essent, & similiter in puncto, simul ad martyrium euntes, quasi corpus & anima, moriêdo, separati. Sanctus Petrus, sicut caput, (totum corpus continens) crucifixus: & sanctus Paulus, sicut corpus, decollatus. Petrus & Paulus. Idest, Anima & corpus. Vbi Petrus, vt spiritus, in sua distinctione, dominanter, de seipso
2. Pet. 1. loquendo, dicit: *Iustum autem arbitror quamdiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione: certus quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod & Dominus noster Ie-*
2. Ca. 12. *sus Christus significauit mihi. &c.* Et Paulus, quasi corpus, & fragilis caro: *Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, vt me colaphizet. &c.* Et in hoc ordine, Christus vniuersalis redemptor, in Hierusalem mortuus est: & ibi primò sacrosanctum euangelium suum prædicatum fuit: quia *de Sion*
Isa. 2. *exiuit lex*, (vt scriptum est) *& verbum Domini de Hierusalem*: & mortuus est ipse vniuersalis vicarius suus Petrus in alma Romæ ciuitate, vt vniuersali omnium gentium capite, quibus ipsa lux & salus transportâda erat. Sicut ab ipso vniuersali duce ipsius salutis, Paulo, eadem in Roma, incredulis Iudæis notificatum fuit, dicente: *Notum erges sit vobis, quoniam gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient.* Vnde si gentibus missum est conuenienter, sicut particulare ipsius agni Christi altare, in particulari confirmatione ipsius nouæ legis & testamenti, in Hierusalem, Iudaismi capite, ædificandum erat, cui, ipsa vniuersalis salus & lux, secundum prophetias, primùm promissa & reuelata erat: ita etiam vniuersale omnium martyrum altare, in vniuersali reuelatione & testificatione, Romæ, gentilitatis capite ædificandum erat: (cui ipsius salus missa erat) & super ipsas duas columnas, Petrum & Paulum: quasi caput & corpus ipsius vniuersalis Ecclesiæ, vt dictum est: *Vt in ore duorum vel trium testium* (vt Christus dicit) *stet omne verbum*: ipsum testatorem Dei filium, nouum testamentum & nouam legem, vniuersaliter, correspondenter, cũ propria morte testificãtes. Et hoc, conformiter, à Domino ordinatum erat post gloriosam suam resurrectionem, & iam ascendens in cœlum: ipsis vniuersalibus prædicatoribus apostolicis, dicendo *Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudea, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* Ipsum nouum testamentum & nouum sacrificium & sacramenta in redemptionem peccatorũ, per mortem, Christo in Hierusalem moriente, necessariò cõfirmandum erat. Et cõformiter à Petro, vicario suo vniuersali, Romæ moriente, vniuersalis totius mundi capite, & simul cum ipso doctore vniuersali Paulo, omnibus gentibus, per sanguinem testificatum. *Vbi enim testamentum est*: (sicut dicit quò ad primũ) *mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus est.*

Act. 28. Deut. 17. Mat. 18. Act. 1. Heb. 9.

Vnde

Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. (id est, dedicatus, & testificatus est) *Lecto enim omni mandato legis à Moyse vniuerso populo,* (vt dicit, quò ad secundum ipsius sanguinez testificationis vniuersalis martyrum, qui in ipso duodeno numero vitulorum & hircorum occiforum significati sunt) *accipient sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo: ipsum quoque librum & omnem populum aspersit, dicens* (id est, testificanter) *Hic est sanguis testamenti, quòd mandauit ad vos Deus &c.* Asperfit librum & populum. id est, testificanter, significantem, & significatam naturam humanam simul. Liber laudis in Adamo, hebdomadalis, hebdomadalibus diebus vniuersalis creationis correspondens: ex tribus potentijs & quatuor elemẽtis (vt dicit *scriptus est intus & foris*) cõsistens: vbi perpetuò, omne mandatum & lex diuina, voluntariè obediendo, efficiter scripta erat: & simul ipsius creatoris imago, in ipsis tribus potentijs, quò ad tres personas diuinas, & in quatuor elementis, quò ad quatuor attributa diuina, cõsistẽs, laudabiliter manifestata. qua in ratione, mysteriosi ordinis liber hebdomadalis humani, in ipso primo peccatore, à mundi principio, vsque ad aduentum ipsius secũdi Adami vniuersalis saluatoris; tot hebdomadalibus signaculis clausi: (id est, in effectu transgressionis mandati & legis diuinæ, de fructu vetito comedendo, spirituali ter & corporaliter concurrendo) & ab ipso secundo Adamo Christo Dei filio, correspondenter, spiritualiter & corporaliter patiente, & tertio die & octauo creationis, gloriosè resurgente, super omnem laudẽ, totaliter aperti: *Ecce vicit leo de tribu Iuda,* (vt dicit) *radix Dauid, aperire librum, & soluere septẽ signacula eius.* Liber, in primo Adamo peccãte, vniuersaliter clausus: ipsum diuinum mandatum & legem, transgrediente: & ab ipso secundo Adamo vniuersali saluatore, in noua lege & nouo testamento, ipse testator moriendo, vniuersaliter apertus: & conformiter ab ipso sequente Petro, vicario suo vniuersali in terra, (vt dicit *Sequere me*) simul cum Paulo martyrium passo Romæ, vniuersalis totius mundi capite, vniuersaliter per sanguinem testificatus. Et tunc ipsa figura & prophetia completa fuit: cum esset in ipso decollato Paulo (sicut in ipso crucifixo Petro, caput) corpus ipsius Ecclesiæ & multitudo martyrum, comprehensa: eorum confessionale martyrium, nouissimè gladio (sicut de Paulo) post alia tormenta, quasi ordinariè, consummatum: ipsum innocentem agnum testatorem, nouum testamentum, sacrificiũ & sacramenta in redemptionem peccatorum, in sua morte & sanguine confirmatũ, cum proprio sanguine correspondentes testificantium: & simul ipsum in fructuosũ sacrificium ipsorum vitulorum & hircorum, vbi ipsi significati erant, cum effectu ipsius figuræ euacuantium; sicut per ipsum Apostolum declaratur: suum, & vniuersale martyrij aliorũ martyrũ significantẽ: cõsequenter dicentẽ. *Necesse est ergo exẽplaria quidẽ cælestiũ, his mundari: ipsa autẽ cælestia, melioribus hostijs quam istis.* Et bona ratio est: & quod sic ab æterno concilio determinatũ fuisset: & ipse figuratus Moyses Christi vicarius, sicut petra & fundamentum vniuersale in sua sancta Ecclesia, & vniuersalis interpres, & expositor etiam suæ sanctæ legis & noui testamenti: Romæ, simul cum Paulo martyrium passus fuisset: & in testimoniali proprij sanguinis effusione super ipsum libũ in seipsis, humanæ naturæ, quasi caput & corpus ipsius vniuersalis Ecclesiæ, & cãdidatus martyrum exercitus, ipsam euangelicam legem, & legislatorem Christum Dei filium, vniuersaliter testificantes: vt vbi fuerat seminarium legislatorum totius mundi, & tam iustæ leges, per diuinam dispositionem, quàm conformes cum sacris canonibus & lege diuina, & euangelica, Paparum seminarium fuisset, & sedes vicarij Christi, summi pontificis Romani,

Apo. 1.

Apo. 5.

Leuit. 21.

Ioan. 21.

Rom.

Hebr. 9.

proprij interpretis & expositoris vniuersalis omnium legum, diuinarum & humanarum: & decisoris vniuersalis etiam omnium controuersiarum, à malitia humana, contra ipsum Spiritum sanctum, & impropria interpretatione ipsarum legum, emanantium. & hoc, tam in rebus temporalibus, & differentijs inter principes, sicut accidit, quàm in spiritualibus, & quæ ad fidem pertinent, (vt dictum est) in eo quod vnusquisque credere & obseruare debet, vt saluus sit. Vnde, propter has omnes rationes & mysteria, nec Petrus, nec Paulus in Hierusalem martyrium passi sunt: imò, per particularem potentiam, sicut per diuinam dispositionem, ibi ab ipsa morte liberati. vt dicit. *Et Petrus quidem seruabatur in carcere. &c. Cum autem producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus Domini astitit. & lumen resplenduit in habitaculo: percussoque latere Petri, excitauit eum dicens, Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. &c. Transeuntes autem primam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quæ vltrò aperta est eis. &c. & continuò discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit. Nunc scio verè quia misit Dominus angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. &c.* Et de sancto Paulo, similiter. vt dicit: *Et cum magna dissensio facta esset, timens tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descendere, & rapere eum de medio eorum, & deducere eum in castra. Sequenti autem nocte assistens ei Dominus, ait, Constans esto: sicut enim testificatus es de me in Hierusalem sic te oportet & Romæ testificari. facta autem die collegerunt se quidam ex Iudæis, & deuouerunt se dicentes, neque manducaturos neque bibituros donec occiderent Paulum. &c. Erant autem plus quam quadraginta viri, qui hanc coniurationem fecerant. &c.* Ita quòd, cum ipsa lux & salus, per medium ipsius Apostolorum Principis sancti Petri, vicarij Christi, & ipsius doctoris gentium sancti Pauli, particulari ter, ad gentilitatem translatura esset, non in Hierusalem, secundum voluntatem ipsius iniqui regis Herodis, & sanguinolenti populi Iudaici, sed in ipso vniuersali capite Roma, per diuinã dispositionem, simul martyrium passi fuerunt: & ibi, cum proprio sanguine testificanter sanctæ crucis Christi vexillũ, vniuersaliter plantantes. & cum eorũ venerabilibus reliquijs testimonialibus, ibi permanentibus, ipsum primum altare veri & vniuersalis oraculi Dei, per medium ipsius summi Pontificis Romani, vnici filij in terra, columbæ, (hac in parte) Spiritus sancti, perpetuò fundantes. Ipsum nouum testamentum & nouam legem euangelicam, ad quam omnes aliæ iubordinandæ sunt, & ab ipso figurato Moyse interpretatas, & approbatas, & legislatore simul Christo crucifixo Dei filio, testificantes.

Act. 12.

Act. 23.

CAP. LXXXXVI.

ET in hoc præordinationis diuinæ mysterio, cum ad sanctum Petrum, illi qui tributum exigebant venirent, dicentes. *Magister vester non soluit didrachma? Ait. Etiam. Et cum intrasset in domum, præuenit eum Iesus, dicens, Quid tibi videtur Simon? Reges terræ, à quibus accipiunt tributum vel censum, à filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi Iesus, Ergo liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius inuenies flatera: illum sumens, da eis pro me & te. &c.* Vade ad mare, & mitte hamum. Id est, ad gentilitatis mare, in ipsa Roma, vniuersali capite, intellectæ: vbi in complemento ipsius prædicationis et testificationis euangelicæ, ipse primus piscator hominum Christi vicarius, & simul cum Paulo, occasionis mortis suæ, hamum misit. Et eum piscem qui primus ascenderit, tollet. &c. qui primus ascenderit: id est, ipsum primum piscem Petrum inter homines:

Matt. 17.

& inter-

cerinter alios summos pontifices successores suos, martyrium passos, primùm in crucem actum: Et aperto ore eius (id est, in prædicatione euangelica) inuenies staterem, Id est, ipsum inæstimabile redemptionis humanæ pretium, in ipsius gratiæ effectibus: à Petro, vt vniuersali capite per eandem viam humilis ascensionis in crucem, inuentum: sicut à Christo in liberatione ab ipso vniuersali tributo mortis peccati, nobis vniuersaliter acquisitum. Illum sumens, da eis pro me & te. In quo mysterio, pro me & te: in hoc mysterio. Cum Christus in Hierusalem, iudaismi capite, crucifigendus esset, *quia salus ex Iudæis est*: vbi primùm ipsa prophetica lux missa fuit: & cum simul Romæ, crucifixus esse non posset, gentilitatis capite, ad quam ipsa vniuersalis salus transportanda erat: propter quam causam & mysterium, per diuinam dispositionem, ipse Petrus et vicarius suus ibi, in loco suo, testificanter crucifigendus erat: & consequenter in Hierusalem, ab effectu ipsius mortis, singulariter per potentiam liberatus: in hac ratione & mysterio supplementi stateris & testimonij proprij moriendo, dicit Petro, (sicut, *Sequere me*) *Illum sumens, da eis pro me & te.* tributum vniuersalis pœnæ peccati: à Christo crucifixo in Hierusalem, efficienter, in ipsius culpæ redemptionem, & à sequente Petro vicario suo Romæ crucifixo, testificanter solutum: & ibi perpetuò per medium suum, ipsa gratia cum particulari potestate diuina, vniuersaliter dispensata. Quia sic conueniebat, quòd vbi sceptrum & dominium vniuersale humanum erat: sceptrum etiam dominium que vniuersale diuinum esset: in testimonium vniuersalis liberationis ab ipso tributo & mortali pœna spirituali peccati. & vbi erat ærarium vniuersale tributi temporalis totius mundi, in testimonium vniuersalis iugi peccati: esset & ærarium vniuersalis thesauri

Rom 4.

spiritualis omnium gentium, & amplæ ipsius gratiæ dispensatio, in testimonium vniuersalis ipsius culpæ redemptionis. sed ipsa dispensatio, ecclesiæ suæ fideli solùm fieri debet: quæ in ipsa vnica petra in terra, obedientialiter ædificata est: (vt dicit: *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam*) cum ipsa suprema authoritate iudiciali, ab ipsa antiqua captiuitate & duro iugo liberando: & simul, ipsum dæmonium mundi principem, ab ipso imperio & dominio vniuersali excludèdo. *Nùnc iudicium est mundi:* (dixit Dominus) *nùnc princeps huius mundi eijcietur foras.* Authoritas suprema iudicialis, ipsi Christi vicario & vniuersali in terra iudici, particulariter attributa: in ipsa sanguinea aspersione, ab ipso figurante Moyse particulariter facta, significatum: per ipsam obedientialis ædificationis viam, receptam: vt dicunt: *omnia quæ locutus est Dominus faciemus, & erimus obedientes.* & per hanc viam humilis obediètialis ædificationis, & nò aliter, ipsa authoritas suprema & diuina, sacerdotalis, ab ipso æternosacerdote, & humiliato Christo Deo & homine, omnibus alijs sacerdotibus & sanctæ Ecclesiæ prælatis communicata est. Ita quod, vbi deficit hæc prima obedientia, ibi procul dubio ipsa gratia deficit, & potestas iudicialis, & sacramentalis, in peccatorum remissionem: tam in sacerdote, episcopo, & ministro, conferente, quàm in pœnitente recipiente, in ipso schismate & inobedientia, simul concurrentes: & ambo de nouo in ipsum peccatum contra Spiritum sanctum incurrentes. Vnde, in hoc schismate & diuisione perseuerantes, cogitate per charitatem fratres, quomodo habere possitis sacerdotium & sacramenta in remissionem peccatorum, nisi in multiplicationem ipsarum culparum & delictorũ, cùm ipsis sacrilegè vtimini. Et non vos in hoc fundamento sùdetis, dicentes, vt dicitis: Nos in fermentato pane

Ioan. 12.

Exo. 24.

eo pane consecramus, sicut Christus fecit: & vos, in azymo: quo, Iudæi, in eorum mo-
saicis observationibus vsi sunt. Quia ad rē non facit, siue in pane azymo, siue fermentato: quippe consecratione facta, neuter amplius panis est, sed sacratissimum Do-
mini corpus. Et non peccatum, in ipso fer-
2. Cor. 5. mento (vt dicit Spiritus sanctus) significatum, fuit principalis ipsius humiliationis causa, cum de cælo in terram, ad mortem patiendam veniret: neque ipsa mors, homo mortalis factus, exaltationis ipsius salutaris: nisi ipsa obedientia: fundata in fine principali rerum omnium. id est, non redemptionis hominis solùm, quæ procul abest: nisi manifestationis extra ipsius Dei: in Adamo, per inobedientiam, impeditæ: & in Christo, per obedientiam, prosecutæ.
Philip. 2. *Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem* (dicit Spiritus sanctus) *mortem autem crucis: Propter quod & Deus exaltauit illum: &c.* Ita quod, vbi deficit ipsa obedētia, procul dubio deficit sacerdotiū, sacrificiū & sacramenta, deficiendo procul dubio effectus ipsius doni et gratiæ remissionis peccatorū: in correspondenti commemoratione & laude tanti redemptoris, quàm copiosæ redemptionis operatæ, efficienter oblatū: sicut ab ipso æterno sacerdote, efficienter moriente, instituto. Et non desinit descendere ipsum verbum incarnatum in hostiam, in benedictionem & gratiam vniuersalem, propter causam quòd sit materia panis azymi, aut fermentati: concurrēs etiam sacerdos in azymo puritatis, aut è contrario, in fermento malitiæ peccati mortalis: quod, eum particulariter diuina gratia priuando: non eum priuat potestate sacerdotali: tam in ipso Eucharistiæ, quàm in alijs sacramentis: ipsum dorum & gratiam, in remissionem peccatorum, si non sibi ipsi, alijs fidelibus communicando: à quibus ipsum sacrificium obedientialiter oblatum est: et ipsa sacramenta, similiter in vnione obedientiali, sanctæ. Romanæ Ecclesiæ, & ipsi, non contradicendo, dignè recepta. Sed iūc dici potest quòd non descendit, nisi in iudicio, maledictione, & ira, (vt dicit: *iudicium sibi manducat & bibit*) quando à sacerdote & populo schismatico oblata est: (sicut dicit: *Et erit sicut populus, sic & sacerdos.*); in ipso communicato fermento peccati, eorum schismatis, et obstinatæ inobedientiæ, permanendo, et simul, in ipsum grauissimum peccatum contra Spiritum sanctum, et vnitiuum amorem diuinum, semper incurrendo. Quia, deficiendo fundamentum et finis principalis passionis et mortis Iesu Christi: in qua commemoratione, et ad quem finem ipsū sacrificium, et sacerdotium, cum cæteris sacramentis principaliter insitutum est, et ab ipso æterno sacerdote eti m, æternò oblatum: (quod est ipsa vnio obedientialis, in prosecutione manifestationis extra ipsius Dei, finis principalis rerum omniū. à separante inobedientia peccati impedita, vt dicit: *Propterea quòd Iesus moriturus erat* 1. Cor. 11. *progenie: & non tantùm progenie, sed vt & filios* Ioan. 11. *Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum*) procul dubio simul effectus ipsius sacrificij deficit, et potestas sacerdotalis, in communicationem ipsius redemptionis et gratiæ, in peccatorum remissionem: per medium sacramentorum, obedientialiter communicatæ.

CAP. LXXXXVII.

QVod sancta Romana Ecclesia, semper à Spiritu sancto ducta, in pane azymo consecret: per sequentem figuram fratres græci mysterium intelligetis. Dixitque Dominus ad Aaron: *Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis tu & filij* Leu. 10. *tui, quando intrabitis in tabernaculum. testimonij, ne moriamini: quia præceptum sempiternum est in generationes vestras. Et vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum et prophanum, inter pollutum, & mun-*

& mundum: docebatis quæ filios Israel omnia legitima mea quæ locutus sum ad eos per manum Moysi. &c. Hoc in euangelica lege maiori cum perfectione obseruatur: & in ipsa fidelium ecclesia, ipsa figura adimpleri videtur, quòd ad ipsam mysteriosam vini abstinentiam, luxuriam spiritualis, (vt scriptum est: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria*) aut actionem carnalem coniugatorum per matrimonium: quod illud est, quod rectè vestri sacerdotes græci obseruant, hebdomada qua sacrificaturi sunt: & in Ecclesia Romana, vt vniuersali capite, maiori cum perfectione: cum sacerdotes, vxorem non habeant, neque coniugati esse possint, nullo modo, tam seculares, quàm religiosi. & omnia cum ratione eunt, à spiritu sancto ducti: quia, hæc sancta Romana Ecclesia, vt vniuersale caput, vniuersale iudicium habet, tam in rebus fidei & religionis christianæ, quàm in omni casu peccati & delicti, summo pontifici reseruato: quod est essentialis ipsius præcepti causa: sicut declarat, dicendo. *Et vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum, & profanum, inter pollutum & mundum: docebatis quæ filios Israel omnia legitima mea quæ locutus sum ad eos per manum Moysi.* Et hoc mysterium est, & ratio, quòd ipsa sancta Romana Ecclesia in pane azymo cõsecrat. & non in fermentato: id est, conformitas sacerdotis sacrificantis, cum hostia & sacrificio quod offert: cùm sit ipsemet panis azymus, & in perpetua obligatione abstinentiæ ipsius vini luxuriæ, & actus carnalis, & libertatis ipsius fermenti incrementi & multiplicationis seminis humani: per medium ipsius coniunctionis carnalis multiplicati. Quia, dicens Dominus *Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum*: tractat de fermento seminis spiritualis diuinæ legis, & euangelicæ, & fermento carnali etiam seminis humani, in multiplicatione ipsius regni cœlestis & Ecclesiæ fidelium electorum, necessariò,

Ephe 5.

Matt. 13.

simul concurrentibus. Additur etiam alia ratio. Quod Ecclesia Romana, in sanctæ missæ sacrificio commemorationem faciendo, & mortis, & resurrectionis Domini: (sicut Græca facit) naturæ diuinæ in Christo, & naturæ humanæ: vt ecclesia & caput vniuersale spirituale, commemorationem naturæ diuinæ magis particulariter facit, quàm græca. et hoc, non sine mysterio à spiritu sancto sic ordinatum: cùm in ipso filio ipsius columbæ summo Pontifice Romano, caput spirituale animæ, et naturæ diuinæ in Christo significatum sit. sicut auxiliante gratia Dei, proximè declarabitur. et conformiter varijs cæremonijs in ipso quotidiano sacrificio vtitur: consecratam corporis Domini hostiam, circumstanti et adoranti populo, publicè, et eleuanter demonstrando ipsa diuina mysteria, (vltra illud passionis) gloriosæ resurrectionis, et ascensionis in cœlum, Domini, naturæ diuinæ attributa, significanter commemorando, sicut in sacro canone dicitur: *Tam beatæ Passionis, necnon & ab inferis Resurrectionis, sed & in cælos gloriosæ Ascensionis, offerimus præclaræ maiestati tuæ, de tuis donis, ac datis, &c.* Et græca, vt particularis Ecclesia, corpus, cum reliquo vniuersalis vnionis fidelium, significans: secundum cæremonias quibus in hoc sacrificio vtitur, quod non manifestè, sicut Romana, sed velatè ipsum corpus Domini, et sicut ad sepeliendum portatum fuit, ante populum portando: magis particulariter naturæ humanæ mortis et sepulturæ fuæ commemorationem facit. qua in ratione et mysterio passibilitatis et mortis inquantum homo, ab ipso peccati fermento causatæ, ipsa consecratio in ecclesia græca in pane fermentato fit: et consequenter ipsa vnctio sacerdotalis, in hominibus cõiugatis. et sub hac obligatione matrimoniale fermentalis crementi et multiplicationis seminis humani. et in Romana, in pane azymo: et consequenter ipsa vnctio sacerdotalis, non in coniugatis, sed in cœli

bibus hominibus, ad castitatem voluntariè dedicatis, ipsi matrimonio principaliter renunciantibus: & hoc ratione ipsorũ diuinorum mysteriorum (vt dictum est) resurrectionis & ascensionis in cœlum naturæ humanæ in Christo: naturæ diuinæ attributorum: liberæ ab ipso communi iugo mortalitatis corporalis, ab ipso fermento

1.Cor. 15. peccati causatæ. *In resurrectione enim* (dicit Dominus) *neque nubent, neque nubentur: sed sunt sicut angeli Dei in cælo.* Et hac in ratione nouæ regenerationis spiritualis in gloria, extra ipsum fermentum actus carnalis coniugalis, *Vinum & omne quod inebriare potest*, (similiter, vt dictum est) *non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonij, ne moriamini.*

CAP. XCVIII.

HAEc de corporali abstinentia ad Aaron, & non ad Moysem, Dominus Deus cum mysterio dicit: & hoc est. Quod Moyses & Aaron figura Petri & Pauli, naturam diuinam, & naturam humanam, in Christo vnitas, significant: in humanæ redẽptionis effectu. & hoc in mysterio, Moyses & Aaron, semper in ipso ministerio comitati fuerunt. donec intrarent in terram promissionis: supremam cœlestem, nobis promissam, figurantem. Moyses & Aaron: sicut Petrus & Paulus: anima & corpus, vt dictum est: natura diuina & natura humana in Christo, quasi sacerdote & ministro simul vnitæ: ab initio in Adamo, primo sacerdote in terra, similiter figuratum: in ipso sacrificio obedientiali, & obebientiæ effectu, pars corporalis, spirituali, de fructu vetito non comedenti, ministrans. Pars impassibilis spiritualis, & pars passibilis corporalis: in qua tã singulari, quàm rationali vnione, à principio, ipsa vnio duarum naturarum in Christo, in singulari imagine ipsius Dei & hominis simul, significata fuit. Vnde, æternus sacerdos Christus, sanctũ Petrũ, Vicariũ suũ in terra relinquendo, tam in summo, quàm in perpetuo sacerdote, in Moyse figurato, vt in ipsius figuræ complemento, prædicatione euangelica, & sacramentis, miraculosis signis diuinis comitata, populum electorũ suorũ, de captiuitate peccati liberaret, & ad ipsius figuratæ promissionis finem conduceret: ei pro ministro Aaronem reliquit: qui designat, Principes cardinales & doctores apostolicos, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, &c. in Paulo, doctore gentium intellectum. qui figuratus Aaron, profert illud, quod à figurato Moyse summo pontifice, ordinatum & approbatum est: sicut ipse Paulus Apostolus, ipsum corpus spirituale, particulariter repræsentans, in nomine omnium loquẽdo, significat dicẽdo. *Vnicuique autem nostrum data est gratia secundùm mensuram donationis Christi, &c. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram vnius cuiusque mẽbri, augmentũ corporis facit in ædificationem sui in charitate. &c.* Ephe. 4. Quid addi potest fratres ad tantã lucẽ vitalis vnionis in Christo, in sacrificio? Nihil: nisi considerare, quid sit mortiferũ schisma & disiunctio, in condẽnationẽ. Igitur in vnione obediẽtiali, Moyses & Aaron fuerũt, figura Petri & Pauli, in ministerio redemptionis populi Dei, quasi anima & corpus, natura diuina & natura humana in Christo simul vnitæ: vt dicit:

Exo. 7. *Ecce constituit te Deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit propheta tuus.* (sicut Paul⁹, ratione officij doctoris vniuersalis gẽtiũ, est vt Apheta Petri, capitis et ducis ipsi⁹ fideliũ Eccle-

fiæ: vt dictũ est) Et in eodẽ mysterio eorũ significationis, mysteriosè distincti fuerunt, in partem balbutientem, et partem profe rentem. Quia, sicut balbutiẽs anima, in suorum conceptuũ explicatione, vtitur pronũtiatione coniuncti sui ministri corporalis: et ipse spiritus Deus, in ipso spiritu & anima significatus, balbutiens nobis in incomprehensibilitate æternorũ suorũ conceptuum, similiter etiã vtitur, propinquo suo ministerio angelico septẽ angelorum, qui in diuina sua præsentia assistunt, ipsũ corpus & naturã humanã in Christo, & ipsius incarnationis Verbi mysteriũ, repræsentãtes, in reuelatione alijs angelis diuinę voluntatis, (sicut ipsi angeli sancti, vtitur ipso modo loquelæ et forma corporali humana) in illis particularibus rebus quæ ad gubernationẽ vniuersalẽ huius machinæ mundi pertinent, ipse accendens ignis amoris diuini Spiritus sanctus, reuelanter, semper illuminans sita etiã correspondenter ipse figuratus Moyses, Christi vicarius, & filius ipsius coũbæ Spiritus sancti, quasi Deus in terra, in suo primatu et potestate vniuersali, ipsã naturã diuinã repræsentãs, vtitur ipso prophęta et parte proferente corporali ecclesiastica, ipsi vniuersali capiti obedientialiter vnito, tam in particularibus, quã in vniuersalibus declarationibus, secundum quod à sacris concilijs determinatum est: ipse columbæ filius, Christi vicarius, approbans, & confirmans: & consequẽter ipse Spiritus sanctus semper assistẽs, extra quã lucẽ, ab ipsa vera vnione obedientiali veri capitis & corporis ecclesiastici, sacerdotis & ministri, pontificis & prophętæ, procedẽte omnia tenebræ, error & hæresis sunt: & nõ à Spiritu sancto, amore æterno, sed ab ipso malitioso schismate & obstinata inobediẽtia, perpetuò odio habẽda procedunt. signũ contrariũ illi, q̃ Deus figurãti Moysi donauit, de veris sacerdotibus & sanctæ Ecclesiæ prophetis, in ipso Leuita Aaronę significatis. sicut dicit: *Ecce ipse egredietur in occursum tuum, videnṡ̃ te lætabitur corde.* (Ecce signum) *Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius.* &c. Ecce ipse egredietur in occursum tuũ, videnṡ̃ te lætabitur corde. Ecce signum. Videte vos fratres, si propriam voluntatem & intellectũ subiugantes, de vobis ipsis exeuntes, egredimini in occursum suũ, & in vnione obedientiali charitatis, cũ cordiali gaudio, ipsum figuratum Moysen, Christi vicariũ, recipitis, & doctrinam suam & diuina verba simul: secundum quod ab ipso ministro & prophęta & corpore spirituali sacrorum conciliorum prolatum, & ordinatum est: & ab ipso summo pontifice approbatum: sicut dicit: Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius: & si ipsa doctrina, & diuina verba, in ore vestro inueniũtur, & ab ipso instrumento corporali ecclesiæ vestræ, indiscrepabiliter prolata & prædicata sũt, quod cũ ita sit: similiter vos huius corporis membrũ estis, & simul corpus huius capitis, propheţę huius põtificis & figurati Moysis, Dei in terra, vt dictũ est: & vestra vnctio sacerdotalis, est vera vnctio, verũ sacrificium & sacramenta in remissionem peccatorum. Sed cũ è contrario sit: procul dubio, partẽ in hac gratia nõ habetis. Quia, vbi nõ est vnctio in Spiritu sancto, cordialiter amãdo & obediendo, in ædificatione ipsius corporis Domini & Ecclesiæ suæ, ab ipso capite, coũbæ filio, summo põtifice Romano, recte derivata, super quã petrã ipsum spirituale sanctæ suæ Ecclesiæ ædificiũ (secundũ quod ipse dicit) rectè ædificandũ est, vera Ecclesia esse nõ potest, neque verũ sacerdotium, sacrificiũ & sacramẽta in remissionẽ peccatorũ: ad ipsum finẽ ædificationis & incrementi corporis sui in vnione charitatis, ipsi Spiritui sancto attributæ, cordialiter amãdo & obediẽdo, ab ipso æterno sacerdote Christo, principali ipsius Ecclesiæ capite, pro exẽplo nostro obediẽtialiter moriẽte, instituturn. *Ex quo totum corpus compactum & connexũ per omnẽ iuncturã subministrationis,* (vt dicit) *secundũ operationem in mensuram vnius cuiusq;* *Mat. 16.* *Ephes. 4.* *Exo. 4.*

membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.

CAP. XCIX.

AVthoritas vngendi & consecrandi sacerdotes in sacramentorum administratione, res in sancta Ecclesia ipsi spirituali ædificio necessaria, ipsi figurati Moysis Christi vicarij (vt dictum est) summi pontificis Romani, propria est, super quam petram ipsa Ecclesia, (secundùm Christum) humiliter & obedientialiter ædificanda est: & ab eo ipso primo capite conformiter ad ipsum Aaron & corpus spirituale omnium aliarum dignitatum spiritualium, quæ in terra sunt, per eandē viam materialis dispositionis fidelis obedientiæ, ipsi formæ sacri ordinis necessariæ dilatanda. Et sic in eodem mysterio humilis & obedientialis ædificationis necessariæ, contra superbam & destruentem peccati inobedientiam, conformiter in figura, ab ipso Deo præordinatum fuit. Igitur sancta scriptura dicit. *Exo 30.* *Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Sume tibi aromata &c. olei olivetis, &c. faciesque vnctionis oleum sanctum, &c. & vngues ex eo tabernaculum testimonij, & arcam testamenti, &c. sanctificabisque omnia, & erunt sancta sanctorum: qui tetigerit ea, sanctificabitur. Aaron & filios eius unges, sanctificabisque eos, vt sacerdotio fungatur mihi. &c.* Et quò ad effectum: sacrificandi, sicut ipsa sancta Romana Ecclesia vtitur, quando Episcopi, celebrātes, *Leu. 8.* sacerdotes consecrant, *Tulit & vnctionis oleū* (vt dicit) *quo liniuit tabernaculum, &c. Quod fundens super caput Aaron, vnxit eum: & consecrauit. &c. obtulit & vitulum pro peccato, & immolauit eum. &c.* Quod fundens super caput Aaron. Id est, super ipsam partem sacerdotalem, & omne caput & dignitatem spiritualem, in ipso Leuita Aarone, vniuersaliter significatam: ab ipso supremo sacerdote & primo capite & duce ipsius ecclesiæ & populi Dei, receptā. Quia: sicut virtualis virga & dominium ipsius æterni sacerdotis Christi, in redemptionis effectibus, mortis, & victoria ipsius mortis, resuscitantis, ab ipso capite & superiore parte diuinæ naturæ communicata est: Sicut per Dauidē, *Virgam virtutis tuæ, emittet Dominus ex Sion:* ita *Ps. 109.* etiam, ipsa virga virtualis vnctionis sacerdotalis, in sacramentorum administrationem, effectui communicationis ipsius redemptionis & gratiæ, in peccatorū remissione necessariæ, sicut à Christo præsentialiter, ipsius primis apostolicis sacerdotibus: ita etiā à suo vicario in absētia sua, omnibus alijs sacerdotibus, donec mūdus stabit, deriuata est: & ipsa potestas diuina, per medium ipsius humilis ædificationis obedientialis in ipsa vnica petra in terra, capite & vniuersali fundamento, communicata. *Ecce quàm bonum & quam iucundum* (Spiritus sanctus conformiter dicit) *habitare fratres* *Ps. 132.* *in vnū: Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Quod descendit in ora vestimenti eius: sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam vsque in seculum.* Ecce quā bonum & quā iucundū habitare fratres in vnum. Hoc, quò ad finem ipsius vnctionis & sacrificij: qui est, (vt dicit) habitare fratres in vnum. sicut per sanctum Ioannem: *Prophetsuit quod Iesus moriturus erat pro gente: & Ioan 11.* *non tantùm pro gente, sed vt & filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum.* Sicut vnguentum *Ps. 132.* in capite. Id est, ipsum vnguentū authoritatis pontificalis, ipso primo capiti & figura to Moysi christi vicario, (figuram ipsā cō memorando: iā id videtis) ab ipso Deo particulariter concessæ: & ab ipso capite, per ipsam vnionis obediētialis viā sacrificātē, & nō aliter, ipsi Leuiticæ barbæ Aaronis, & sacerdotis vniuersalis, cōmunicatæ, vt dicit. *Aaron, & filios eius unges, sanctificabisque eos, vt sacerdotio fungantur mihi. &c.* Cū mysterio di- *Exo. 30.* cit, *quod descendit in barbam, barbam Aaron:* ipsū *Ps. 132.* tā obediens, quā vnitum sacerdotiū ipsi capiti, significādo: & ipsi barbæ, quasi honorabili ipsius capitis ornamento, comparando. *Vos autem genus electum* (conformiter, *1. Pet. 2.*

Psalm.32 miter, alio in loco) *regale sacerdotium, gens sancta. &c.et. Quod descendit in oram vestimenti eius.* Idest, quò ad oram ipsius vestis vniuersalis ecclesiæ fidelium, (id est, vsq; ad Indos) & dilationis ipsius vnctionis & authoritatis sacerdotalis, per medium sacramentorum, in remissionem peccatorum: vestis particularis ipsius summi sacerdotis & pontificis Romani, (iam, id sciris) cum authoritate sua, mediante diuina gratia, & per medium ipsius veræ doctrinæ humilis obedientiæ, in recta ipsius legis euangelicæ obseruatione, nouiter acquisita. Vestis rationalis obedientiæ, & sinceræ fidelitatis, ex parte sacerdotali, & laica populari cõsistens: ipso leuitico cingulo particularis castitatis & pœnitentis vitæ ipsius gentis sanctæ sacerdotalis & religiosę, distincta: sicut *Leu.8.* alio in loco, cõformiter dicendo: *quod astringens cingulo aptauit rationali, in quo erat doctrina & veritas. &c.* Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. Hermon, interpretatur, *Destructio.* & Sion: interpretatur, *Verbum.* Idest. Corpus & anima ipsius saluatoris in cruce mortui, in qua rationali vnione in Adamo, primùm ipsa vnio Dei & hominis simul, significata fuit. Sió, quo ad animam, interpretatus, *Verbum*: quia ipse primus innocentiæ fructus, ipsius Arboris Adami, & generationis humanæ, paradisi, & vitæ perpetuæ, propter peccati impedimentum, nõ venit ad maturitatem & augmentum regenerationis in gloria & vita æterna, in totali ipsius Dei manifestatione: (id est, seVerbum incarnando) finis principalis rerum omnium, qua in ratione impedimenti peccati: vlera spirituale, ipsam mortem & corporalem destructionem causantis: Hermõ: (Idest, destructio) vbi ipsum corpus humanum, post ipsam culpam, ipsi mortali destructioni subditum, significatum est. Vnde, fundatur, quod innocens Christus, super se ipsum accipere vellet, ipsam pœnam destructionis mortis corporalis, vltrà illã pœnalitatum spiritualium, opprobriosè moriendo: (sicut alio in loco: *Et erit in templo abominatio desolationis*) & quòd vellet etiam, quòd ipse fructus ipsius figuratæ arboris vitæ æternæ similiter (vt dicit, A cerbus) ab ipsa acerba morte, in ætatis humanæ flore, acerbè collectus fuisset. Quod conformiter in iuuene Isaac, & voluntaria morte sua figuratum erat. à qua morte & destructione ipsius Hermon humanæ naturæ in Christo, deriuatur in merito suo infinito, ipse ros gratiæ & vitæ spiritualis, in remissionem peccatorum: per medium ipsius obedientialis vnionis, & sacramentorum, applicatæ. Et hoc in ordine: *Sicut Ros Hermon* (vt dicit) *qui descendit in montem Sion*: particulariter ipse ros & gratia, super ipsum Sion animæ nostræ descendendo: cui, vt rationali, ipsa culpa attribuitur: Sicut ros Hermon. Idest, metaphoricè. Quia: Sicut ipse ros naturalis, à vapore terrestri, & naturali ipsorum quatuor elementorum vnione, causatur: ita etiam, supernaturalis ros ipsius gratiæ, causatur ab ipso sanguineo vapore ipsius Hermõ elementalis & spiritualis ipsius naturę humanę in Christo, humanę redemptionis instrumenti: interpretati, *Destructio*: & conformiter ipsa destructio, in opprobriosa separatione sua, ia cruce, inter duos latrones moriente, effecta. *Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam vsq; in seculum.* *Psal.132.* Idest, ad primam propositionem & fundamentum obedientialis vnionis, redeundo: (vt dicit: Ecce quàm bonum & quam iucũdum habitare fratres in vnum) Quia: Sicut inobedientialis disunio, maledictionis & mortis peccati fundamentum fuit: ita etiã, obedientialis vnio, est benedictionis & vitæ ipsius peccatoris fundamentum: vt concludit dicendo, & ad ipsam primam propositionem obedientialis vnionis redeundo: *Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam vsque in seculum.* Vnde, *Ecce quam bonũ & quam iucundum habitare fratres in vnum*. Quo modo? *Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam.* In quam barbam? Iam id dicit,

Dan 9.

Gen.2.

Barbam Aaron. Idest, exemplum & figuram allegatam ipsius capitis sanctæ Ecclesiæ & figurati Moysis summi pontificis Romani, commemorando. à quo capite & primatu vniuersali, ipsa vnctio sacerdotalis, & authoritas eam faciendi, & sacerdotes vngendi, deriuata est: & ipsi Leuiticæ barbæ honorabilis & venerabilis gentis ecclesiasticæ, cultui diuino dedicatę, per ipsam viam obedientialis vnionis & dependentiæ, (sicut ipsa barba naturaliter capiti vnita est, & ab ipso dependet) communicata & concessa. & per hanc vnicam obedientialis vnionis viam, & non aliter, ipsum vnguentum olei misericordiæ, in ipsam vestem vniuersalis fideliũ Ecclesiæ, descendit, in remissionem peccatorum: per medium sacramentorum, applicatum. Sicut præcedendo dicit, *Quod descendit in oram vestimenti eius.* Idest, vsque ad Indos: vt dictum est: ipsius obedientis Ecclesiæ extremitatem, comprehendendo. Et per hanc obedientialis vnionis viam (& non aliter, fratres) est vera vnctio & sacerdotium, sacrificium & sacramenta in veram peccatorum remissionem: & legitimè ministrata sunt. Vt concludit dicendo: *Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.* Idest, ipse ros gratiæ, rorante Hermon, vt dictum est, sacrificati corporis & sanguinis Domini, in altari crucis, obedientialiter oblati: vbi sacramenta virtutem accipiunt, in remissionem peccatorum: per eandem obedientialis dispositionis viam, in eminentem Sion rationalis animæ, virtualiter descendens: cui, vt rationali, peccatum, & ipsius culpæ remissio attribuitur. vt conformiter concludit dicendo: *Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam vsque in seculum.* Idest, ad primam propositionem reducendo, *Ecce quam bonum, & quàm iucundum, habitare fratres in vnum.* quia ibi, proculdubio Dominus mittet ipsam vitalem benedictionem & gratiam, in absolutionem ipsius mortalis peccati maledictionis, vbi erit ipsa dispositio obedientiæ, & iucunditas fraterna habitationis charitatis in ipso vno & vniuersali saluatore Christo Dei filio, ipsi vni, & vniuersali vicario ipso in terra humiliter obediendo. per quam viam, ipsa vnctio, ab ipso primo capite derinata, benedictio & gratia, (sicut maledictio non obediendo) communicata est. Benedictio, & maledictio: vt dicit, *Et tibi dabo claues regni cæ-* *Mat. 16.*
lorum. & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Itaque, si in Christo, humile & obedientiale fundamentum non habetis, in ipsa obedientiali vnione cum ipso primo capite & prima petra fundamentali in terra, demonstrata, ad ipsum finem ædificationis spiritualis corporis sui & Ecclesiæ fidelium, ab ipso saluatore electa, & per medium ipsius vnctionis sacerdotalis, (ab ipso primo capite deriuata) sacrificij, & sacramẽtorum in remissionem peccatorum, & obedientialis dependentiæ, effecta: procul dubio omni re priuati estis: & cum omnibus alijs hæreticis, à Deo, & sancta Ecclesia sua maledicti & excommunicati. Quia, in ipsa mortali separatione permanentes: vt scismatici, secundum prælegata, non habetis, nec habere potestis vnctionem sacerdotalem, sacrificium, & sacramenta, quod sit in remissionem peccatorum, nisi in maiorem ipsorum delictorum multiplicationem, & iræ Dei inciitationem. Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem & vitam, vbi est ipsa vitalis vnio sacrificantis obedientiæ, semper amando: & consequenter illic mandauit Dominus maledictionem & mortem sempiternam, vbi est ipsa mortalis disiunctio blasphemantis in obedientiæ, sempeꝛ odio habendo. & simul in ipsum irremissibile peccatum contra Spiritum sanctum, peruetuò incurrendo, *quod non remittetur.* (vt dicit

Mat. 12. dicit Dominus) *neque in hoc seculo, neque in futuro.* Blasphemans inobedictia dicitur, quò
Isa. 14. ad primam originem suam. vt dicit. *Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.*

CAP. C.

QVod, ab vnione, & sacerdotali obedientia, benedictio: & à diuisione, & blasphemante inobedictia, maledictio & ruina, procul dubio causata est: per duos notabiles casus, secundùm scripturã sacram, & mirabilia exempla, vltrò allegata, efficaciter demõstratur. Quò ad primũ.

Exod. 17. *Dixitque Moyses ad Iosue, Elige viros, & egredere pugna contra Amalec: cras ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea. Fecit Iosue vt locutus erat Moyses, & pugnauit contra Amalec: Moyses autem & Aaron, & Hur, ascenderunt super verticem collis. Cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec. Manus autem Moysi erant graues: sumentes igitur lapidem posuerunt subter eum, in quo sedit: Aaron autem & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum est vt manus eius non lassarentur vsque ad occasum Solis. Fugauitque Iosue Amalec, & populum eius in ore gladij.* Moyses, figura ipsius summi Pontificis Christi vicarij, naturam diuinam significans, vt dictum est, semper comitatus vadit in ipsis effectibus victoriæ & redemptionis populi Dei, cũ Aarone, qui est ipsa leuitica & spiritualis pars sacerdotalis, humanã naturã in Christo, repræsentãte: Vnde Aaron, Hur comitatus, quò ad partem laicã populare, illud repræsentant, ex quo ipsa humana natura consistit: id est, animam & corpus, duo in se distincta: & simul vnita. Quæ, in suo distincto pati, sunt instrumentum in Christo, & sustentaculum, super quod, vt passibilis, impassibili tatis naturæ diuinæ pondus, onerat. quam victoriam, correspondẽter ipsa Dei ecclesia in præsenti vita militanti obtinet, in merito ipsius Christi, vnici sponsi & saluatoris sui, per eandem obdientialis vnionis viam: (& non aliter) cũ fit cum ipso capite & figurato Moyse Summo Pontifice Romano, vicario suo vniuersali in terra, obedientialiter vnita: & super ipsam petram (vt ipse dicit) & primam sedem, humiliter & fideliter ædificata. quo in mysterio, *sumentes lapidem,* (vt dicit) *posuerunt subter eum, in quo sedit.* Sicut in ipsius figuræ complemento, ipse Christus, ipsi figurato Moysi: *Et ego dico tibi, quia* Mato. 16. *tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.* Qui humillimes & obedientissimus Christus saluator in cruce mortuus, per eandem humilitatis & obedientiæ viam, ipsum corpus & ecclesiam suam, donec mundus stabit, vt dicit, vsque ad occasum Solis, semper victoriosè ædificat. Id est, secundùm ipsum exemplum, ipla Ecclesia ipsi vicario suo interra humiliter obediendo: & simul militanter, per pœnitentiæ viam, sustentando: *secundum propriam* Matt. 23. *virtutẽ,* sicut nos ipse docet, & est vniuscuiusque obligatio, spiritualiter & corporaliter patiendo, in pœnitentia operando. Sicut significat dicendo: *Aaron autem, & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte.* Idest, pars spiritualis, & pars corporalis Leutica, & secularis: in ipsis comitibus Aaron, & Hur, significatæ: ipsi figuranti Moysi, obedientialiter vnitæ. *Quoniam tres* 1. Ioan. 5. *sunt qui testimonium dant in cælo,* (per sanctum Ioannem) *Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. & hi tres vnum sunt.* Idest, non tria testimonia: nisi vnum testimonium. Sicut non tres Dij: sed vnus Deus. *Et tres sunt qui testimonium dant in terra. Spiritus, aqua, & sanguis. & hi tres vnum sunt.* Idest, vnum testimonium: sicut vnus solus Christ9. spiritus, aqua, et sanguis. Idest, Spiritus, ipse spiritus Deus et natura diuina in Christo: ab ipso victo reMoyse repræsẽtata. aqua, et sãguis, humana: ex ipsis duabus partib. distinctis, anima et corpore, cõsistẽs: in ipsis duob. sustẽtãtibus, Aaron, et Hur,

quosa sacrificia, ipsam irreparabilem irā diuinam, vt dictū est, potius incitantia, *Tollite singuli thuribula vestra*, (vt dicit) *& ponite super ea incensum, offerentes Domino ducenta quinquaginta thuribula: Aaron quoque teneat thuribulum suum. Quod cum fecissent, stantibus Moyse & Aaron, & coacernassent aduersus eos omnem multitudinem ad ostium tabernaculi*, (Hoc etiam scitis vos Leuitici, quod id facitis cōtra ipsam primam apostollicam sedem, ipsum innocentem populum, & vsque ad illos, qui de hoc collegio græco & Romæ est in illas partes veniunt, catholicē eruditos, ex angelis, dæmones eos facientes, in vniuersalem ruinam, & contra Spiritum sanctum. malitiosē incitantes) *apparuit cunctis gloria Domini. Locutúsque Dominus ad Moysem & Aaron, ait, Separamini de medio congregationis huius, vt eos repente disperdat. &c.* Tollite singuli thuribula vestra. &c. *Quod cum fecissent, stantibus Moyse & Aaron, &c. dirupta est terra. &c.*, stantibus Moyse & Aaron: mysteriosē. Quia, stans ipse figuratus Moyses Christi vicarius, simul cum ipso Aarone & parte leuitica & sacerdotali, secūdùm interminatam suam potestatem diuinam, ipsi particulariter cōcessam, præsentialiter vbiq; super terram, quod tales scismatici, in ipsa diuisione & blasphemanti inobediētia persistētes, propter quod realiter ab ipsis authoritatis sacerdotalis vsu, suspēsi sunt, ea vti audeant, quamuis alienatos à Deo incensum & sacrificium offerre, est peccata, peccatis addere, vt dictum est, in maiorem iustæ eius iræ incitationem. Vltra, quod ipsum sacrificium, à Sacerdotio & populo scismati co communiter oblatū, & qui in ipso scismate sacrificio vtiuntur: tam dubiū est, quod sit verū sacrificiū veri corporis & sanguinis Domini, quā certū est quòd infructuosum sit, & in vanū ipsius consecrationis effectus, nō quò ad particularem potestatem sacerdotalem: sed quò ad ipsum vniuersale ipsius cōmunis indispositionis impedimētū, vt ipsa gratia recipi possit, & inæstimabile donum corporis & sanguinis Domini, ita, vt ipsa consecratio, in reali transubstantatione ipsius materiæ panis & vini, in corpus & sanguinem christi, non totaliter in vanum facta sit: & consequenter ab ipso Deo, hoc miraculum: quī, nunquam vllum fecit, sine euidenti necessitate, & effectu communis fanitatis corporalis & spiritualis simul. Et quòd, cum Domini corpus indiuisibile sit: sicut ipsa humana natura, diuinæ, secundum ipsum finem vnionis principalis, manifestationis extra ipsius Dei, à peccati diuisione impedita, indiuisibiliter vnita est: tam vniuersaliter in hostia consecrata est, quàm est vniuersalis ipsa vnio: in qua, per gratiam, in vnione vnius solius ecclesiæ & indiuisibilis corporis Domini, in ipsa vnica petra in terra, vt ipse dicit, obedientialiter ædificatæ, & nō in impedimentali peccati diuisione, proportionaliter concurrit: tamē, ipsa sancta Romana ecclesia iudicet & determinet. Et hæ, Dei gratia, rationes viuæ sunt, notorum impedimentorum: & non in azymo consecrare, sicut secundùm ecclesiam vestrā cōdemnatis. Et in confirmatione huius blāsphemiæ contra Spiritum sanctū, erroris & hæresis: semper quod accidit in ipsis partibus, aliquem sacerdotum Romanæ Ecclesiæ, in vestris altaribus celebrare, subitò, coaceruātes aduersus eos (vt dicit) omnē multitudinē, cū aqua benedicta, & orationibus, tāquā si cōtaminata reflaret, blasphemāter contra ipsum Spiritū sanctū, & sanctam ecclesiā catholicā, ea de nouo benedicere & sanctificare vultis. res nota, & à vestris proprijs græcis, in istis partibus testificata. Coaceruātes aduersus eos omnē multitudinē. à qua, vestra culpa, in tā malo cōceptu & irreuerētia habētur, quod arbitrātes obsequiū se præstare Deo: (vt dicit Dominus) in sācto suo tēplo, & vbi sanctū suū sepulcrū est, ipsis orantibus, ipsi Laici græci, in faciem eorū expuerūt. & nisi propter Turcas, à quibus adiuti sunt & defensi: inquantū ad vos, illis oculos auferretis. &

hoc, per multos annos, res omnibus nota & manifesta est. Deus vobis id ignoscat. Benè scitis, quòd non ita in his partibus tractati estis: imò quod ipsa sãcta Romana ecclesia, vt pia & vera mater, semper omnem viam quæsiuit (quod vos cõfundere deberet) vos ad suum gremium, & protectionem, in salutionẽ reducendi. Vos, in vestra cœcitate, errore & hæresi cõtra ipsam veram lucem Christum, ipsum suum vicarium vniuersalẽ in terra, & ecclesiã suã negantes, & ei cõtradicentes, molestè fertis quod sui venerabiles sacerdotes in vestris altaribus celebrent: & rationem habetis, inquantum quod ipsi, quamuis pro necessitate, id facere non deberẽt: neq; vllus catholicus Christianus interuenire, & vestris sacrificijs adesse: ne in aliquam simulatam idololatriam incurrat: (cum sint, vt dictum est, tã nobis dubia, quàm vobis infructuosa) & se à sancta Ecclesia catholica excommunicantes, vobiscum in ipsa ruina maledictionis & iræ Dei inuolui. vt ab ipso Deo (ad figuræ progressum redeundo) pronunciatur, dicente. *Separamini de medio congregationis huius, vt eos repente disperdat.* & ab ipso figurante Moyse, ipsi populo: *Recedite à tabernaculis hominum istorum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne involuamini in peccatis eorum. &c. Et ait Moyses. In hoc scietis quod Dominus miserit me, &c. Si consueta hominum morte interierint, & visitauerit eos plaga, qua & ceteri visitari solent: non misit me Dominus. Sin autem nouã rẽ fecerit Dominus, vt aperiens terra os suũ deglutiat eos & omnia quæ ad illos pertinent, descenderintque viuentes in infernum: scietis quod blasphemauerint Dominum. Confestim igitur vt cessauit loqui, diruptũ est terra sub pedibus eorum, descenderuntque viuentes in infernum.* Videte vos fratres & orientalis ecclesia, & vos ipsi iudicate, si hæc figura, in omni re, in vobis exactè completa est. & post vestrã separationẽ à sancta Romana ecclesia, vestra vera matre, tũ solita vestra proteruia, suauealiud iugũ Christi, obedientiæ, vicario suo vniuersali in terra, vniuersaliter debitũ, pertinaciter fugiẽtes, iusto Dei iudicio, vt humiliter credere debetis, sub hoc alio duro & intolerabili præsentis captiuitatis vestræ peruenistis. in qua captiuitate, omnia, circa hũc tremẽdũ effectũ ipsius maledictionis & iræ, in vobis, nõ solũ cõpleta, sed perpetuò continuata sũt. Et q; hæc certissima veritas sit: vltra id quod dictũ est, ad particularia veniamus. Si consueta hominum morte interierint, &c. sin autẽ nouam rem fecerit Dominus, vt aperiens terra os suum deglutiat eos & omnia quæ ad illos pertinẽt, descenderintq; viuẽtes in infernum: scietis quòd blasphemauerint Dominum. & cæt. Sin autem nouam rẽ fecerit Dominus. & cæt. Vbi fratres rem magis nouam inuenitis, & in vlla alia captiuitate castigationem magis hac vestra inauditã & tremendam? Nonne, vobis filij vestri Christiano baptismate initati auferũtur, & in ipsius figuræ complemento, Christi receptam fidem denegare coguntur, vt in puncto illo descendant (vt dicit) viuentes in infernum? Ad hoc, alia noua & inaudita monstruositas adiungitur, in testimonium communis vestræ cœcitatis, & separationis à vera Christi luce sancta Romana Ecclesia: quòd ipsimet patres illi sunt *qui* proprios filios exornant, vt ab eis à Turcis rapiantur, & turcæ fiant, simul cum ipsis viui, in ipsas infernales abyssos descendentes. Hoc: quò ab ipsam mortiferam abnegationem in vita ipsius baptismatis & fidei Christi receptæ. Sicut quò ad effectum ipsarum pœnarum infernalium, vltimò morientes subiungit dicendo. At verò omnis Israel qui stabit per gyrum, fugit à clamore pereuntium. &c. fugit à clamore pereuntium. Magnus clamor. Sed quæ est huius rei ad hunc conuentio? O miserabiles. Si illorũ numeratã quantitatẽ cõsideratis, (secundũ scripturã) & innumerabilẽ quantitatem horũ: benè cognoscetis, quanto maior clamor, & maior ruina vestra sit: & quãta differẽtia castigationis, ad castigationem. Sin autem nouam rem fecerit Dominus,

minus, vt aperiẽs terra os suũ deglutiat eos & omnia quæ ad illos pertinẽt. &c. Hoc etiam: Et omnia quæ ad illos pertinẽt. Considerate, quid pro sustẽtatione vestra, ex tẽporalib. illis rebus & terræ fructibus habetis & possidetis, quos primò habebatis, ad ipsã ecclesiã & leuiticã partẽ spiritualẽ pertinẽtes: & videte nũ in vobis impletũ sit illud: Dirupta est terra sub pedibus eorũ, &, deglutiat eos, & omnia quæ ad illos pertinẽt. Vnde hæc prophetica figura, in vobis etiã in hoc particulari exactè cõpleta fuit. Sed & ignis egressus à Domino, interfecit ducẽtos quinquaginta viros qui offerebãt incẽsũ. vt etiã cõsideretis, quod nõ solũ ipsa tẽporalis, sed hęc spiritualis ignis ęternã castigatio, ipsi parti leuiticæ & sacerdotali adiũcta erit, in ipso scilicet & blasphemãti inobediẽtia perstiterit, & temerariè simul sacrificanti, vt dicit. Sed & ignis egressus à Domino, interfecit ducẽtos quinquaginta viros qui offerebãt incẽsũ. Vnde, in hoc scietis, quod Dominus miserit me, si cõsuetã homĩnũ morte interierint. &c. Et vos etiã fratres, in hoc scietis. Hoc factũ, & tãnotabilis castigationis effectũ cõsiderãtes, post separationẽ vestrã, in ipsius figuræ & prophetiæ cõpletionẽ, in vobis exactè effectæ, in hoc scietis: scire potestis si vultis, quòd hic est figuratus Moyses, & verus Christi vicarius, vniuersalis dux et pastor in terra gregis sui & Ecclesiæ fidelium: quã in sancta vnione & pace sequi debetis, & ei obedire. Deus vobis gratiam det. Amen. Locutusq; est Dominus ad Moysen dicens: Præcipe Eleazaro filio Aaron sacerdotis, vt tollat thuribula quæ iacent in incendio, &c. producatq; ea in laminas, & affigat altari, &c. vt cernant ea pro signo & monumento filij Israel. &c. Si hæc castigatio, quo ad hoc particulare, in ipsius propheticæ figuræ complemento, in vobis etiam exactè effecta est: in hoc scietis, vt dicit: si considera-tis, quomodo vera thuribula & vera signa illius primi thuribuli sanctæ crucis Christi, in quo verũ incensum & sacrificiũ in redemptionẽ humanã oblatum fuit, altaribus vestræ ecclesiæ affixa sunt: & taliter, quòd nullo modo ea mouere potestis, neq; eis vti extra tẽpla vestra, sicut primò facietis: foras ad processiones vestras & ad mortuos sepeliendos, sine cruce exeuntes, tanquã milites sine vexillo, in signum quod vestra culpa, vestrũ primũ caput & ducem perdidistis. Vnde, producat ea in laminas, & affigat altari: ibi in monumentum & signũ relicta (vt dicit) priuationis ipsius redemptionis & gratiæ, ex puncto, quo vos à sãcta Romana Ecclesia separastis, et volũtariè in ipso. scilicet remanetis.

CAP. CII.

VT porrò huic tractatui finis imponatur: Quod sancta Romana Ecclesia (& non vestra) ortodoxa & vera fidelium Ecclesia sit, à qua, omnes aliæ mundi, in vnius solius Ecclesiæ vnione, obedientialiter dependere debent: sancta scriptura dicit: *In die illa erunt quinque ciuitates Esa. 19. in Terra Aegypti*, &cætera. *Ciuitas Solis vocabitur vna. In die illa erit altare Domino in medio terræ Aegypti, & titulus Domini iuxta terminum eius. & erit in signum & in testimonium Domino exercituum in terra Aegypti.* &cætera. Concessum, & negari non potest, quod Spiritus sanctus, in hoc capitulo, de Messiæ & redemptionis humanæ aduentu tractat: intelligere oportet, quòd nõ tractat de illa Aegypto, et particulari captiuitate Pharaonis: sed metaphoricè, de Aegypto huius mundi, et vniuersali captiuitate peccati, in illa, figurata: ad quam vniuersalem redemptionem, (sicut Apostoli ab ipso Christo) ipse Salnator, ab æterno Patre suo Deo, vniuersaliter missus fuit. In die illa erunt quinq; ciuitates in Terra Aegypti. etcæt. Ciuitas Solis vocabitur vna. In quatuor ciuitatibus, quatuor mundi partes intelligũtur, secundùm quatuor vẽtos principales, sicut per sanctum Matthæum: *Et congregabunt Mat. 24.*

electos eius à quatuor ventis, à summis cælorum, vsque ad terminos eorum. & conformiter alio in
Apo. 7. loco, *Ab oriente, portæ tres: ab Aquilone, portæ tres: & ab Austro, portæ tres: & ab occasu portæ tres:* de ipsa Hierusalem cœlesti, & Christi Ecclesia tractando: Omnis pars, ternariè dispositа: ipsum numerum duodecimum missorum Apostolorum, & vniuersalem confessionem ipsius Dei vnius & trini, si-
Mat. 28. gnificando. Vt scriptum est: *Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti.* &c. In hac vna, Ciuitas solis nominata, ipsa vna in mundo Roma, intellecta est: vt dicit, Ciuitas solis vocabitur vna: ipsi soli, vt vni super omnes alias solùm, nomẽ dando. & nomen Solis & lucis vniuersalis: quia vera lux, in obseruatione diuinæ legis & euãgelicæ, in eo quòd vnusquisque credere & obseruare debet, vt saluus sit, vt dictum est: ab ipso Sole in terra, summo Põtifice Romano, & vniuersali vicario veri Solis iustitiæ Christi, vniuersaliter deriuata est. Vnica potestas diuina in terra, sicut vnicus cœlestis clauiger inter homines, aperiendi portam sacris cõcilijs, quæ fieri occurrũt: & eã ad beneplacitum suũ claudendi. & est similiter vnica approbatio eius quod in ipsis sacris concilijs cõclusum & determinatũ est: vt vnicus filius columbæ Spiritus sancti, hac in parte: ipsa æterna lux semper assistens: quem modum benè scitis, semper obseruatum fuisse. Ciuitas Solis, metaphoricè: quia, cum sol sit vt Rex in medio aliorum planetarum in cœlo, (sicut ipsa vniuersalis lux in terra Christi vicarius, in medio vniuersalis ecclesiæ Dei) omnes ab ipso lumen accipiunt, & ipse solus à nullo accipit. qua in ratione solaris medietatis & centri vniuersalis iurisdictionis & iudicij, subiungit dicendo: In die illa erit altare Domini in medio terræ Aegypti, & titulus Domini iuxta terminũ eius. Idest, vsq; ad Indos. iã id scitis. erit Altare Domini in medio Terræ Aegypti. Idest, altare vniuersale omniũ martyrum, (vt dictũ est) in medio Aegypti gentilitatis: in ipso vniuersali capite Roma intellectum: super ipsas duas sanctę Ecclesię columnas, Petrum & Paulum, ibi martyriũ passos, ædificatũ: & in vniuersalẽ idololatrię destructionẽ, vniuersaliter erectum. Et erit in signũ & in testimoniũ Domino exercituum in terra Aegypti. Idest, quò ad ipsam apostolicam testificationem, vt dicit. Et eritis *Actor. 1.* mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terręt: ibi, cũ proprio sanguine & permanẽtibus reliquijs, ab ipso Petro & Paulo, vt caput & corpus ipsius vniuersalis Ecclesiæ apostolicæ, vniuersaliter factã. Ciuitas Solis: nõ quo ad ipsum Solem & lucem tẽporalẽ Romani imperij & monarchiæ trãsitoriæ, in perditione, metaphoricè loquẽdo: sed quo ad ipsã æternã lucẽ spiritualis gubernationis in æternã saluationem, ab ipso vero sole iustitiæ Christo Deo & homine, procedentẽ: & per medium vniuersalis sui vicarij in terra, & obedientialis ædificationis in ipsa prima petra inter homines, vt dictum est, vniuersaliter ministratam. Vnde non dicitur Romana Ecclesia, eò quòd Romæ resideat à Sancto Petro vsque nunc, ipse Christi vicarius & vniuersalis pastor: sicut propriè græca, orientalis dicta est, eò quòd ad orientem sit: Sed dicitur Romana Ecclesia, sicut ciuitas solis, metaphoricè: quia cum sit Roma vniuersale totius mundi caput, & vniuersale dominium temporale, & per diuinam dispositionem, quando magis triumphans erat, ibi vniuersale spirituale dominium introductum fuit, et per millia et centena annorũ spatia prosecutũ: dicendo Romana Ecclesia, ipsa vniuersalis propagatio sua et simul iurisdictio ipsius vniuersalis pastoris, intellecta est. Ita q; sub hoc Romanæ ecclesiæ titulo, et oriẽtalis, et occidẽtalis intelligitur, septẽtrionalis, et meridiana simul, sicut similiter dicẽdo, Ciuitas Solis: nõ quo ad ipsum

ad ipsū solē & planetarū regem in cælo, & Romanū imperium: sed quo ad ipsum verū iustitiæ solem Christum & veram mūdi lucem, (vt ipse dicit) *Rex regum, & Dominus dominantium*, & vniuersale dominium spirituale, intellecta est. à quo figurato sole & æterno sacerdote, ipse summus Pontifex Romanus Vicarius suus, & ecclesia sua fidelium, super ipsam petram humiliter & obedientialiter ædificata, vt vnicum principium & finis suus, totaliter dependet. per quas rationes, clarè videtis, quomodo sancta Romana Ecclesia, catholica, & apostolica, est orthodoxa, & vera fidelium Ecclesia: à qua omnes aliæ mundi, in vnione vnius solius Ecclesiæ, obedientialiter dependēt. Et illæ, quæ non dependent, neque ipsi sancto Patri & vniuersali pastori in terra & vnico Christi vicario obediunt: veræ ecclesiæ non sunt: neque Christi ecclesiæ: prout à Christo declaratur, dicente: *Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.* & cū veræ ecclesiæ non sint: ab ipso Christo, in eadem vnione vnius solius ecclesiæ, in ipsa vnica petra in terra, vt ipse dicit, per obedientiam, humiliter ædificatæ, dependentes: vt membra separata, virtualem ipsius redemptionis communicationem habere non possunt. & consequenter, in ipso schismate & hæresi persistentes, sacerdotium, sacrificium & sacramenta in remissionē peccatorum habere non possunt: nisi in maiorum delictorum augmentationem, vt dictum est: & in maiorem iustæ iræ Dei incitationem: in ipsum grauissimum peccatum contra Spiritum sanctum semper incurrentes. cui diuino & vnitiuo amori ipsa vnio, quæ est essentiale ipsius vnctionis & dignitatis sacerdotalis in remissionem peccatorum, particulariter attributa est: in ipso sacrilego vsu, & blasphemante inobedientia, defraudata. & ipsi summo sacerdoti & Christi vicario vniuersali, ipsa distributio ipsius æterni meriti sanguinis sui, cōsequēter attributa est: per ipsā v. ō bedientialis ædificationis in ipsa vnica petra in terra. in vnione vnius solius corporis ipsius Christi. per gratiam, & veræ ecclesiæ suæ, distributa: vt dicit, inquantum ad primum: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* &c. & inquantum ad secundum. *Beatus es Simon Bar-Iona: &c. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: Et tibi dabo claues regni cælorum.* &c. Simon Bar-Iona. Duę res simul, mysteriosè. Simon, interpretatur, Obediens. Bar-Iona, Filius columbæ: cum sit, quod in ipsa prima obedientia in terra ipsius vicarij Christi, filiatio in Spiritu sancto, ipsius Dei consistit. & consequenter per ipsam vnionis obedientialis viam, ipsi Spiritui sancto & vnitiuo amori attributæ, (ipsi summo sacerdoti Christi vicario humiliter obediendo, demonstratæ, & non aliter) ipsius gratiæ communicatio, in remissionem peccatorum. Et hoc, fratres, inquantum ad ecclesiam vestram orientalem, non magis in particulari, quàm in vniuersali dicitur, sicut à principio prōponitur, nisi pro veritate, & secundùm huius materiæ propositum, cum separatis solùm loquendo, & ipsi sanctæ Romanæ Ecclesiæ contradicentibus. Ita quod, si aliqui, in particulari: ad illos particulariter: si omnes in vniuersali: ad omnes vniuersaliter sermo dirigitur.

Ioan. 8.

Apo. 19.

Ioan 20.

Mat. 16.

Matt. 16

CAP. CII.

SEd ad illum versūpsalmi qui exponitur redeamus: *Iudicabit in nationibus, Implebit ruinas:* &c. Sancta scriptura dicit. *Aspiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda. Thronus eius, flamma ignis: rotæ eius ignis accensus. fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius. Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei: Iudicium sedit, et libri aperti sunt.* &c. Conueniens res est, secundùm huius visio-

Dan 7.

nis difficultatem, aliquid dicere, vt ad cognitionem veniamus, quarum ex tribus personis diuinis hæc visio sit: in forma humana, & antiqua apparentia demonstrata. Et quid sint, & ex qua materia ipsi throni & iudicium sedes: sicut proximè tractabitur. Quia, in quantum ad visionem, facilè persuaderi potest, quòd Patris persona fuisset: & verè, cum in forma humanâ esset, nullius alterius personæ esse potest, quàm Filij. Sicut in antiqua apparentia, Patris persona significata est, & vnio omnium trium personarum diuinarũ, vnus solus Deus, in æternitate sua. Quod Verbum, sicut ipsum, distinctè & particulariter incarnãdũ erat, & se obedientialiter ad hoc humiliaturũ, eadem in ratione permissum fuit ab ipso alto & æterno sanctissimæ Trinitatis concilio, in huius veritatis testimonium: quorum hac vice in visione Danieli, et alijs prophetis, ante suæ incarnationis effectũ, quã alijs vicibus, postquam incarnatum fuit, & in cœlum ascendit, in forma humana, aliquibus sanctis & particularibus personis appareret. Et hoc: per medium angelicum: et non per propriam personam suam. et sic intelligi et credi debet. quia, alio modo: vltra quod in principali puncto non datur, est demissè sentire de altitudine, et incomprehẽsibili magnitudine lucis et gloriæ æternæ, quã possidet ipse filius hominis et filius Dei in cœlo, ad dexterã Patris sedẽs. Quod similiterà Spiritu sancto, per eundẽ prophetam eodem capite significatur, dicente: *Et ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierũ pervenit,* (id est, vsque ad Patrem: in ipsa antiqua apparentia significatũ) *et in cõspectu eius obtulerunt eum*, etc. Et ecce cum nubibus cœli veniebat. Id intelligitur, de gloriosa eius in cœlum ascensione. sicut alio in loco: *& nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Et ecce in nubibus cœli veniebat. Quæ sunt istæ cœli nubes, quibus mundi saluator, ab infimo terræ loco vsque ad altitudinem empyrei cæli, triumphanter ascendendo, comitatus venit? Sancti patres, et iusti orum multitudo, qui ibi stabant, cum intenso desiderio, sanctum eius aduentum expectantes. et ipsi eum sacrificanter æterno Patri suo offerũt, in laude. et tanti beneficij accepti, gratiarũ actione. Vt dicit: et in conspectu eius obtulerunt eum. Et quantum ad ipsum præmiũ altitudinis et triumphalis coronæ, quam ipse gloriæ Rex inquantum homo recipit, tali victoriæ, et per tale medium humiliationis tam profundæ, competentis: subiungit dicendo: *Et dedit ei potestatem, & honorem, Dan. 7. & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur.* (sicut alio in loco, *& donauit illi nomen quod est super omne nomen*: etc.) et tantæ maiestatis et magnitudinis lucis et gloriæ, quanta consequẽter fuit admiratio sua et horror: vt dicit: *Horruit spiritus meus ego Daniel territus sum in his, & visiones capitis mei conturbauerunt me.* Et si hoc, in visione: quid visibiliter faceret? Ab homine mortali, et in carne mortali, vt videantur, post gloriosam suam in cœlum ascẽsionem, impossibile est: nisi in visione, et per medium angelici ministerij. Dominus se discipulis suis resuscitatum manifestauit, ante gloriosam suam in cœlum ascensionem, se in mundo quadraginta dierũ spatio detinendo, et hoc, tam necessario, quam mysteriosè, pro illo quod magni erat momenti ad principale negotium manifestationis extra ipsius Dei, per peccatũ impeditæ: ad quod principaliter missus fuit: se illis resuscitatum manifestando, per medium quorum continuanda erat. et hoc: secundũ æternam suã potentiam et sapientiam, lucis et gloriæ suæ radios retinẽdo. (vt dictum est) cum propria illa virtute et potentia, qua eos dilatauit, se in carne mortali transfigurando. sed huius rei necessitas fuit tãta, quanta est causa manifestationis extra ipsius Dei, vnde procedit. Sed post gloriosam suam in cœlum ascẽsionem.

Apoc.

tionem, primo suo aduentu terminato, donec secundus vniuersalis resurrectionis et iudicij aduentet, quòd à persona humana in carne mortali visus sit, et propter causam vniuersalionis particularis: tantum necessarium non est, quantum impossibile; vt res tam inconueniens, quàm magnitudini suæ gloriæ et lucis æternæ repugnans: nisi per medium angelici ministerij: vt dictum est. Et hoc modo aliquandò quo secundum mortuorum hominum animæ apparent, Deo permittente, pro necessitate particularis remedij totalis eorum liberationis, per medium propriorũ custodũ angelorũ, (quod postea dicetur) in imaginario corpore, personis illis quæ eis prodesse possint. quod, diuersis tẽporibus, (vt dicũt) & in multis mundi partibus accidit. Itaq; ipsa visio, quam propheta Daniel, in humana forma & antiqua apparentia vidit, per medium angelicum fuit. Et multa cum ratione, sicut magno cum mysterio, se Verbum non solùm in humana forma demonstrare, ratione & testimonio quòd incarnandum erat, nõ obstante quòd homo, à principio, & paulò post quam creatus fuit, ab esse gratiæ, ad nõ esse peccati veneratipsi esse creatoris Dei, repugnans: Sed per eandem rationem inconuenientiæ, se simul in antiqua apparentia demonstrare, naturam diuinam, & esse ipsius Dei, qui solus in sua æternitate est, repræsentante: in ipsa vnione Dei & hominis simul, non esse naturæ humanæ, euacuantem. Vnde, cũ esset res tam contraria, quàm indigna, quòd res fuisset in præsentia ipsius esse Dei, quæ in seipsa non fuisset: (sicut homo, & alia omnia creata, & omne illud, quod est extra Deum: quod in seipso, non est, neque esse potest: sicut esse non potest quòd ipse Deus, qui solus est, aliũ Deum faceret, qui cum ipso communis fuisset in proprio esse suo & æternitate) conuenienter vniuersalis creatio factura esset, cum sit ipse Deus, per naturam, propriè communicabilis, in communicabili generatione sua æterna, testificatus, ab æterno ab ipso trino concilio generati Verbi incarnatio determinata fuit: ipsi indignitati & inconuenienti eius non esse creatarum rerum prouidendo: & sic conueniebat: vt ipsa manifestatio intra ipsi⁹ Dei, fuisset extra, ab ipso Verbo, per medium ipsius vniuersalis creationis in quantum Deo, & particularis incarnationis & redemptionis; in quantum Deo & homine simul, dignè continuata: non esse omnium rerum, in seipso euacuante. & similiter, quòd cum natura humana, & non cũ angelica vniturũ esset: vt cum esset illa qualitate inferior, & maximè cum venisset ab esse status gratiæ & innocentiæ, ad non esse malitiæ peccati, & à vita, ad mortem, eò magis (ipsam culpam redimendo) esse suum potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, manifestatũ fuisset qua in ratione. *Nusquam enim angelos apprehendit:* (vt dicit) *sed semen Abrahæ apprehendit.* Quia, alio modo: non se Verbum incarnando (quod procul dubio futurum erat, quamuis homo nõ peccaret) manifestatio & testimonium rei quæ est, in re, quæ in se ipsa nõ est; contradicit & repugnat. Vnde, propter hãc causã, homo solũ, ad imaginẽ & similitudinem ipsius creatoris Dei creatus fuit, qui solus est: & natura angelica, & reliquũ omne irrationale, ad ipsius hominis imaginẽ (vt dictũ est) & ad seruitium suum ordinatum: vt in ipsa seminis humani apprehensione, se Verbum incarnando, angelus multo inferior homine restando: nõ solũ nõ esse hominis: sed simul nõ esse angeli, & totius reliqui irrationalis, in ipso homine et vnica ipsius Dei imagine, inclusi, euacuatũ fuisset. & ratione ipsius noui esse, cum ipsi esse diuino vnitus esset, & simul, per participationẽ, Deus factus tam dignum fuisset, quã vniuersale in terra testimoniũ, ipsius vniuersalis creatoris & manifestati Dei. *Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus,* Heb. 2. 1. Ioan. 5.

& hi tres vnum sunt. *Et tres sunt qui testimonium dant in terra: Spiritus, Aqua, & Sanguis. & hi tres vnum sunt.* &c. Tres sunt qui. testimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. Et hi tres vnũ sunt. Id est, non tria. testimonia aut testificationes sicut non tres Dij, nisi vnum testimonium & communis testificatio, in manifestatione intra ipsius trini & vnius Dei. Dat Pater in Filio testimonium, æternò generans: seipsum æternum Deum cõprehendens. Et dat testimonium generatum Verbum, ex quatuor literis & attributis diuinis consistens, in eadem comprehẽsibilitate Patris & exemplaris sui æterni, ipsum tremendum nomen & esse ipsius Dei potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, in manifestatione intra & extra ipsius Dei, per medium suum continuata, pronuntians. Et dat correspondenter testimonium Spiritus sanctus: vt reciprocus amor, & vnica comprehensibilitas, distinctè à Patre & Filio procedens: ipsum esse ipsius Dei, in seipso testificans. & hi tres vnũ sunt. Id est, non tria testimonia, aut testificationes: (sicut non tres Dij) nisi vnum testimonium ipsius esse Dei, qui solus est, trinus & vnus: in sua manifestatione intra, triuè & vnicè testificatus. Et tres sunt qui testimonium dant in terra: Spiritus, Aqua, & sanguis. & hi tres vnum sunt. Spiritus, Aqua, et Sanguis. Id est, Verbum, Anima, et corpus. natura diuina, et natura humana in Christo, simul vnitæ. et hi tres, vnum sunt. Id est, non tria testimonia, aut testificationes: sicut non tres Christi: nisi vnum testimonium, et vnus solus Christus, in manifestatione extra ipsius Dei. vt dicit. manifestatus est in carne. Spiritus, Aqua, et sanguis. Id est, distinctè in Christo, verbũ, Anima, et Corpus. Dat testimonium in terra Verbum incarnatum, esse ipsius altissimi Dei in suæ humiliationis et obedientiæ effectu: offensam superbæ inobedientiq; peccati, super seipsum portando: ipsi

1. Tim. 3.

us delicti pœnam patiendo, in ipsius culpę remissionem. Dat testimonium innocentissima anima sua, inquantum homo: in eodem zelo debitæ obedientię tanto Deo, ipsam crucem et ignominiosam mortem, voluntariè acceptando: et simul, intolerabilem pœnam spiritualẽ, (formam corporalis) debitæ verecundiæ et confusionis peccati, in remissionẽ ipsius, in ipsa aqua significatæ, sustinendo. Sicut significat, dicendo: Quoniam intrauerunt aquę vsque ad animam meam. Dat testimonium corpus, moriendo, legis diuinę pœnam patiẽs: in ipso verbo, Sanguis, significatum: & simul immaculatam veritatem ipsius legis et legislatoris Dei, testificans. Vnde Spiritus sanctus, per eundem Euangelistam mysterium hoc attingẽs notabiliter dicit: (inquantum ad mysteriosum lateris vulnus) *Et continuò exiuit sanguis & aqua.* Id est, ipsa aqua formalium pœnalitatum spiritualium animæ, simul cum sanguine pœnalitatum et mortis corporalis concurrens. Vnde additur, *Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus: non in aqua solùm: sed in aqua & sanguine.* Non in aqua solùm: inquantum ad formalem pœnalitatem spiritualẽ animæ, (vt dictum est) in ipsa aqua significatam: sufficientissimum. vniuersalis redemptionis pretium: ipsa diuina et superiore forma ipsius Spiritus Dei Verbi incarnati, concurrente: sed in aqua et sanguine, inquantum ad pœnam mortis corporalis simul, secundum ipsam irreuocabilẽ sententiam, morte morieris, in totalem ipsius hominis reparationem. vltima die in Christo resurgentis et hi tres vnum sunt. Id est, nõ tria testimonia, et testificationes: sicut non tres Christi: nisi vnum testimonium, et vnus solus Christus et vniuersalis redemptor. Quia: si ratione ipsius distincti et qualificati pati corporis et animæ, humana natura, Verbo vnita, sint inquantum ad ipsos particulariter, duo sufficientia testimonia grauitatis peccati, et tria, simul cũ vnito.

Psal. 68.

1. Ioan. 19.

1. Ioan. 5.

vnito Verbo: inquantum postea, ad ipsam integram offensæ diuinæ ponderationem, in totalem ipsius culpæ remissionem, & ipsius peccatoris reparationẽ, ipsi vnito Verbo attributam, ipsam legis & legislatoris Dei veritatem, integrè testificanti; hi tres vnum sunt: non tria testimonia: sed vnum solùm testimonium & saluator, inquantũ Deus. Vnde, inquantum ad distinctionem trium verorum testificantium in terra, alio in loco dicit: *Testimonia tua credibilia facta sũt nimis*: Id est, tractando de totali manifestatione extra & testimonio ipsius Dei, in vniuersali resurrectione: à bonis et malis vniuersaliter manifestati et testificati: in ipsa noua animæ & corporis vnione, & nouo esse vitæ, aut mortis æternæ: non esse præteritæ vitæ & mortis temporalis, euacuante. sicut inquantum ad vnionem in ipso resuscitante Christo Deo & homine, vnius solius testimonij & veritatis testificatæ, resuscitando: ipsi vnicæ potentiæ & incomparabili virtuti diuinæ particulariter attributam: alio in loco dicit. *Confitebuntur cœli, mirabilia tua Domine*: (id est, inquantum ad iustos) *Etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum. Quoniam quis in nubibus* (id est, in ipsis resuscitatis iustis) *æquabitur Domino, similis erit Deo in filijs Dei? Deus qui glorificatur in concilio sanctorum: magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt. Domine Deus virtutum, quis similis tibi? Potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.* &c. In circuitu tuo, Id est, in ipso Verbo particulariter: ab ipsis tam veris, quàm distinctis testibus, anima & corpore, humanæ redemptionis ministris, circundato. In circuitu tuo, Id est, in ipsis iustis etiam, vniuersaliter: in ipsa noua vnione & nouo esse & forma circulari vitæ et gloriæ æternæ, resurgentibus, non esse præteritæ vitæ temporalis, & inter rumpentis mortis, euacuante, in eadem veritate & testimonio esse ipsius æterni Dei, qui solus est, simul concurrentibus. Igitur, ad visionem, quam propheta Daniel vidit, redeundo, in forma humana & antiqua apparentia, in qua hæc duo testimonia, quæ gloriosus euangelista sanctus Ioannes dicit, repræsentata sunt: in cœlo & in terra, ternariè & vnicè esse ipsius trini & vnius Dei testificantia: inquantum quod est in forma humana, non est neque esse potest Patris, vt dictum est: nisi Filij, Verbi æterni; ratione quod sit incarnaturum erat: quamuis, in antiqua apparentia, persona Patre significata est, et natura diuina, in æternitate sua. Et sicut hoc modo formæ humanæ, & communis paternæ maiestatis, inquantum Deum eum iudicantem venire vidit: sicut nos ipse docet, dicendo, Cum venerit in maiestate sua & Patris: eum postea inquantum hominẽ vidit, et non in antiqua apparentia, inquantum ad personarum distinctionem, ad cœlos gloriosè ascendentem. vt dicit: Et ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, (hoc, inquantum ad Filium) et vsque ad antiquum dierum peruenit. id est, inquantum ad Patrem, tantum, ipsam nouam distinctionem formæ humanę faciendo, inquantum ad Filium: et antiquæ apparentiæ, inquantum ad Patrem et naturã diuinam; sicut dicit, quasi filius hominis, tãtum, inquantum ad Filium: tacendo antiquam apparentiam quam antea dicit, et capillos albos, quos Patri attribuit, et naturæ diuinæ in æternitate sua. sicut distinguit et concludit dicendo: et vsque ad antiquũ dierum peruenit. Quia, ambos, Patrem, et Filium, in forma humana apparere, res est veritatis facto repugnans: cum solùm Filius *sit* incarnaturus erat: Et similiter, res repugnans ipsi esse ipsius æterni creatoris Dei, qui solus est: quòd nulla trium personarum diuinarum, inquantum ad propriam vniuscuiusque distinctionem, in forma humana appareret, neque in aliqua alia, aliarum creararum rerum, in ipso homine inclusarum, ante effectum incarnationis Verbi: neque post gloriosam suam in cœlum ascensionem, vt dictum est, nisi per

Psal. 92.

Psal. 88.

Luc. 9.

mediũ angelici ministerij Igitur, quomodo apparuit tertia persona Spiritus sãctus, in columbæ forma, super Verbum incarnatum, quando à Baptista baptizatum fuit? Quia, procedendo Spiritus sanctus, à Patre, & à Filio, communiter: super Filium in columbæ forma apparuit, in illa parte & ratione quòd ab ipso procedebat, solũ: (non obstãte quod in ipsa columbina forma, ipse reciprocus amor, à Patre & Filio procedens, significatus erat) sed non inquantum ad Patris procedentiam, neque inquantum ad suam propriam & distinctã personam, nullo modo: cum solum Verbum incarnãdum erat, & ad hoc humiliatum: super se, non esse hominis accipiendo, se hominem faciendo in carne passibili, & morien do: quòd alijs duabus personis diuinis, non incarnatis, neque incarnandis, contradicit & repugnat. Super se accepit Verbum incarnatum & passum, non esse hominis, in quod, per peccatum venit: non inquantum ad peccatum, sed inquantum ad mortalem ipsius culpę satisfactionem, in totalẽ ipsius mortis destructionẽ, & vitæ humanæ reparationẽ: tertia die gloriosè resurgendo. Humiliauit se Dei filius, Verbũ incarnatum, super se (vt dictum est) nõ esse hominis accipiendo, non solùm inquãtum homo: sed inquantum homo & Deus simul. Quia, in vltimo effectu moriendo, veniendi totaliter ad nõ esse, inquantũ homo: venit simul ad non esse, inquantũ Christus. Quia præsupposito, quod, Sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus: clarum est, quòd in effectu ipsius animę & corporis separationis, per quã venit ad non esse hominis, similiter adnõ esse venit, inquantum Christus. quia, quamuis semper vnio Verbi permaneret, & cum anima, & cum corpore suo sanctissimo, secundùm vniuscuiusq; partis separatæ dispositionem: non permansit in vnione Dei & hominis simul, esse hominis, sed desijt, per separationem ipsarum duarum rerum distinctarum, animæ, & corporis; partis rationalis, & irrationalis, in quarum vnione, esse hominis consistit. Itaque, tantum se Verbum incarnatum humiliauit patiẽdo, quòd cum esset Christus Deus & homo simul: non solùm venit ab esse quod habebat, ad non esse, inquantum homo: sed similiter ad neutrum esse venit: neque inquantum homo, neque inquantum Christus: in ipsis duabus distinctis vnionibus, à deparante morte diuisis, animæ & corporis inquantum homo, et Dei et hominis, inquantum Christus, consistens. qua in ratione de seipso dicit: Ego autem sum vermis et non homo: (Hoc inquantum ad non esse hominis: cuius esse, in corporis et animæ vnione consistit) opprobrium hominum, et abiectio plebis. Hoc, inquantum ad non esse Christum, consequenter: in Dei et hominis vnione consistens: sicut pro homine solũ iudicatus fuit: et pro omnium hominum pessimo, à populo Iudaico reputatus et contemptus. vt dicit: opprobrium hominum, et abiectio plebis. Ita quod, (ad propositum redeundo) cum se tam profundè, quàm incomprehensibiliter Christus Dei filius exinaniuisset, qui solus est, in non esse hominis, vt homo, humiliter et obedientialiter moriẽdo: (Propter quod et Deus exaltauit illum, etc.) et correspondenter exaltatus, in effectu gloriosæ suæ resurrectionis, et ascensionis in cœlũ, ad pristinum esse inquantum Christus, Deus et homo simul, immortaliter redeundo: res tam impossibilis videtur, quàm inconueniens, quòd neque ante suæ humiliationis effectum, neque post exaltationem suam, homini mortali appareret: nisi (vt dictum est) per medium angelici ministerij: immobiliter ad dexteram Patris sedens permanendo.

Psal. 22.

Psal. 88.

Phil. 2.

CAP.

CAP. CIV.

QVò ad thronos et iustorum sedes. Aspiciebã donec throni positi sunt, et antiquus dierũ sedit. etc. Et antiquus dierum sedit. Christum ad dexteram Patris sedere, intelligitur: non solùm in quantum homo, pars rationalis animæ super suum proprium corpus sedens: sed inquãtum Deus simul: vt dicit, Antiquus dierum: personarum distinctionem, quò ad incarnatum Verbum, & vnionem diuinæ cum humana natura comprehendendo. Id est, pars immortalis & impassibilis diuinæ naturæ, cum authoritate, virtute & potentia, qua in præterita passibilitate non est vsus, super passibilem & mortalem humanæ naturæ partem, ab ipso iugo Adami liberatã. resuscitando, totaliter dominanter sedens. & hac in ratione, ad dexteram Patris: ipsum totalis suę redemptionis effectum, misericordiæ diuinę, in ipsa paterna dextra significatę, attribuendo. in qua sede & Throno, vt ipse dicit & docet, venturus est iudicare mundum: (quia filius hominis est) & tremendè semetipsum omnibus hominibus demonstrare, in noua regeneratione & vnione immortalitatis resuscitatis. Ita quòd, Dominus discipulis suis dicẽdo: *Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicãtes, &c.* intelligitur: rationalis animę pars, in qua ipse filius hominis intellectus est, super irrationalem corporalem dominãter sedens, resuscitando. Sedes & thronus maiestatis, corpus iustũ gloriosum, ex puncto quo de nouo separatæ animæ suæ sanctissimę vnitũ fuit, & nunquã à diuina natura vtrunque, separatum. Igitur, Throni & gloriosæ sedes animarum iustorum, similiter sua propria corpora erunt, gloriosè in Christo resurgentia. vt dicit: Aspiciebã, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. &c. Donec throni positi sunt: mysteriosè. Pono, est cõtrarium Depono. Homo Adam per peccatum depositus fuit, deiudiciaria dignitate quã ipse in creatis rebus habebat, secundũ intelligentiam quæ ei pro sua conseruatione donata fuit, nomen proprium, iudicanter, omnibus rebus donando, secundùm mysteriosam vniuscuiusque ipsarum significationem. *omne enim quod vocauit Adam anime viuens, (vt dicit) ipsum est nomen eius.* & conformiter alio in loco: *& dedit illi virtutem continendi omnia.* Quæ humana natura, cum esset quò ad corpus, ex eadẽ materia elementali aliarum rerũ creatarũ: & sicut omnia homini, ipsa caro Spiritui & parti rationali dominanti, supposita: erat ipsa caro & pars corporalis in homine, in sua laudabili & facili obedientia, vt sedes & thronus animæ. Vnde, cũ homo in ipsa vltima occasione regenerationis in gloria, in pristinam suã dignitatẽ & indicialẽ dominationẽ restitutus esset: & cũ maiori & incomparabili perfectione, & laude ipsius creatoris Dei, quàm in innocentiæ statu nõ fuit, qua tũc, & in æternũ vsus est: multa cũ ratione à Spiritu sancto ipsa gloriosa corpora nominata sunt, à gloriosissimo Domini corpore incipiendo. sedes & throni animarum iustorum. vt dicit: Aspiciebam, donec throni positi sunt, quò ad illos electorũ: & antiquus dierũ sedit: quò ad particulare Domini corpus, vt dictũ est, & nouam. sessionẽ vniuersalẽ, & particularem vniuscuiusque spiritus electi, super thronũ & sedẽ proprij sui corporis resuscitantis: & ipse Spiritus Deus, & diuina natura in Christo, super particularẽ & vniuersalẽ simul, in vnione vnius sedis Dauid, humanæ naturæ, & regni sui æterni: per præcedentem mortem vniuersalẽ disposita, & acquisita. *Vos autem estis* (dicit Dominus ipsis iustis) *qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel.* in quo mundo minori hominis, & parte dominante rationali, ipsum regnum intellectum est & in ipsa

Dan. 7.

Gen. 2. cap. 20.

Luc. 22.

anima, filius hominis Christus intellectus
est, vt dictū est, inquantum homo: & ipsa a-
nima est illa quæ sedit iudicanter, edit, &
bibit super vniuersalem mēsā sanctissimæ
Christi humanitatis: sustentaculum virtu-
tis, & ipsius humani ædificij fundamētum:
per medium cuius ipsa gloria, cibus, & po-
cus visionis Dei, communicata est. Aspicie-
bam, donec throni positi sunt. Id est, tam
breuem, quàm mirabilem compositionem
tam variæ multitudinis aridorū & separa-
1. Cor. 15. torū ossiū contemplando: In momento, in
ictu oculi, ad pristinā vnionem & esse veri
corporis & carnis humanæ, reducendo. &
tam in breui, quā cū distinguente virgula
Apoc. 21. significat, subitò adiūgēdo: Et antiquus die
rū sedit. quasi quod cōponere ipsas com-
minutas sedes & thronos humanos resus-
citādo, in vnione vnius solius sedis & thro
ni ipsius resuscitantis Christi, & in eodem
puncto sedere iudicando, vna eadem res
est. Et antiquus dierū sedit. Id est, subitò, vt
dictū est, additum: ipsum resurrectionis ef-
fectū, & nouā cōpositionē thronorū, & v-
niuersalem sedē corporalē, diuinæ naturæ
attribuendo: in ipsa antiqua apparentia (vt
dictum est) significatæ. sicut quò ad particu
lare sedere, animæ, vt rationalis, & vniuer-
sale iudicare, inquātū homo, in sede maie-
statis suæ proprij corporis sui repētè appa
rēdo, in ipsa humana imagine significatū:
dicit postea, Iudicium sedit, & libri aperti
Dan. 7. sunt. Vestimentū eius candidum quasi nix.
primū dicit. sicut per Dauidem: Detorem in-
dutus es. & per sanctum Matthæum: de trās-
Mat. 17. figuratione sua tractante: Et resplenduit facies
eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba
sicut nix: esse maiestatis & gloriæ ipsius sedis
& throni particularis glorioſi corporis sui.
& vniuersalē electorū, testificando: in re-
splendēti facie, & candidis vestibus suis, v-
Psal. 92. erasq; significata. Vnde, per Dauidē, confor-
miter: Et thronus eius sit in solis conspectu meo, &
sicut luna perfecta in æternū: &c. Id est, particula
rē sedē & thronū Christi, inquantū homi-
nis, & vniuersalē inquātū Dei, significādo
Dan. 7. soli, illā sedem Christi: & lunæ, illam eccle
siæ suæ, & corporis humani, cōparādo: a so-
le diuinæ naturæ, inquantū Deo in æternū,
extra præteritā imperfectionē humanā,
illuminatā. Et cōformiter per Danielē: Ve-
stimentū eius candidū quasi nix, quòd ad hu
manam. & capilli capitis eius quasi lana
munda, quòd ad diuinā naturā: in ipsa senili
ætate significatā: & cū mysterio in capite
demonstratā. Id est, quia natura diuina in
Christo, principale caput suum est: & ipse
Christus, Ecclesiæ suæ, & throni sui vniuer
salis inquantum Deus: in ipsis candidis ve-
stibus, vt dictum est, significatæ. Christi ca-
put, natura diuina, in manifestatione intra
inquantum quòd ipsū Verbū æternū, est à
Patre, distinctè & æternò generatum, & est
Ecclesiæ caput ipse Christus, in manifesta-
tione extra: ratione distinctæ suæ incarna-
tionis: & vt principium & finis suus, creā-
do & redimendo: inquantū Deus & homo
simul. *Ego principium* (ipse dicit) *qui & loquor* *Ioan. 8.*
vobis. Ita, quæ tribus personis diuinis, nulla
in forma humana apparuit, nisi Verbū: &
hoc, in ratione & testimonio quod se incar
naturū erat. & nō quod per propriā perso-
nā appareret, vt dictū est, nec ante, nec post
effectum ipsius redēptionis, & afcēsionis in
cœlū: nisi per medium angelici ministerij.
Et similiter intelligēdū est, quòd nulla per
sona humana, post mortē suā, amplius ad
hoc præsens seculū ordinariè reuertitur. Et
si aliquādo, Deo permittēte, aliqua per-
sona, pro particularib. suis necessitatibus
apparent, illis (quod, vt dicunt, in multis
mūdi partibus visū est) qui eis remediū da-
re possint in totali sua liberatione, se in
propria figura in qua viuentes erant demō
strantes: fit per mediū suorū custodū ange-
lorū, in phantastico corpore. qui, cum illo
charitatis affectu, (& multo magis) quo bo
nus & fidelis aduocatus solet hic in terra
comparere & loqui in persona clientis sui
absentis, aut in carcere detēti, cōparēt ante
maiestatē trini vni cōsilij Dei, in cœlo: &

secūdū quod ibi ordinatū est, similiter particularibus personis hic in terra. & secundùm charitatis perfectionē, in qua fundati sunt eandem effigiem accipientes, dicunt, ego sum talis, vt si ille proprius fuisset. & hoc, verè: quia, vltra ipsum charitatis affectum, vt si idem suus commendatus esset non per matiam & deceptionem, nisi per necessitatem, cum angelus incorporeus sit: omnis fictio & non esse, in ipso esse caritatis Deo æterno, euacuatum: à qua æterna charitate omnia procedunt. Quod, in homine non esset, si similiter in imaginario corpore apparere posset: quia proprium suum corpus habet, in quo verè resuscitandus est: non obstante necessitate, quòd ipso vti non possit, vsque ad punctum illud, cū permortem, in pulueremconuersum esset. quia hoc simul peccati pœna fuit: vt dicit, & in puluerem reuerteris. cui legi diuinæ, & sententiæ datæ, & executæ: de nouo resurgere & apparere præsentibus, (quāuis ficte) absente condemnato, ante terminum constitutum: despectè contrauenit. propter quam rationem, & necessitatem, diuina prouidentia angelo solùm ipsum posse, & sapientiam concessit, in hominis seruitium, tam in absentia, quàm in præsentia: in phantastico corpore apparendi.

CAP. CV.

SAncti angeli, necessariò ipsa elementali reparatione vtuntur, cum hominibus tractantes, sic formaliter in assumpto corpore apparentes, sicut etiam in confuso: ad euitandum, ne homo pereat: quod facilè fieret, si Angelus se in luce sua & splēdore demonstraret. & hoc, tam exteriùs, 2. Reg 19 quàm interiùs. Exteriùs. Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis (sacra scriptura dicit) ante vnam diem, quàm veniret Saul 2 Saul, dicens, Hac ipsa hora, &c. Interius. Et ecce angelus qui loquebatur in me, &c. Et hæc reparatio, ipsi elementis in confuso vtendo, & non formaliter in phantastico corpore, est etiam in hominis conseruationem. quia, neque quo ad corpus & sensus suos, cum mortale sit: neque quò ad animā, & potentias suas: quamuis immortalis, cū rei mortali vnita sit, est capacitas, neque dispositio in homine, in præsenti vita, vt videre & tractare possit cum re alterius vitæ, vt sunt sancti angeli, vt non pereat. & idem esset cum animabus glorificatis illorum: casu quod fuisset, (quod non est) quod venirent, & exterius, aut interius, huius seculi hominibus, apparerenti nisi mediante ipsa reparatione elementali: siue in confuso, aut in corporis humani forma sit. Et sic etiam gloriosi sancti, à sanctissima virgine, sanctis sanctorum matre incipiēdo, aliquibus particularibus personis apparēt, per medium sanctorum angelorum, & reparationis elementalis: qua, ad damnum euitandum, in conseruationem vtuntur, quia aliter, procul dubio perirent. Et quando sancti angeli, pro talibus personis, aut sanctis, aut peccatoribus, apparent, est in eadem forma & effigie, quam habebant, quando hoc in mundo erant: & tam adnaturale, quod facilè ab eo qui eos primùm cognoscebat, pro ijsdem creditis sunt: cum nō sint, nisi angeli sui custodes, quibus, hac in præsenti vita à diuina prouidentia commendati fuerunt. Et etiam angeli mali, in humana forma apparēt. Quod à sacra scriptura colligitur, quando dæmon, in Samuelis forma propria, post mortem suam, Saul 1. Reg 28 apparuit. & hac vice, nō per medium bonorū & sanctorum angelorum: sed per malorū: qui, etiam in hoc sapientiā habent: & fraudulenter in forma quam volunt apparent. Et non solùm sanctos angelos, in ipso modo reparationis apparere, damnum euitās est, esse suum & lucē, occultātes: sed etiam, non se loquela, pro Domini Dei angelis manifestare: ad malorum angelorum differentiam: qui vt tenebrosi, & ipsa deificatione & diuina luce priuati, quando ficte e-

lementali splendore circundati, in forma angelorũ lucis apparent, nõ nocent. Vnde, Angelus à duobus Tobijs, patre, & filio, discedendo, ab eis, vsque ad punctum illud pro homine mortali creditus: & dicendo.

Tob. 12. *Ego enim sum Raphael angelus, &c. Cumque hæc audissent, turbati sunt,* (vt dicit) *& trementes ceciderunt super terram in faciem suam.* Itaque, si homo, angelum sibi loquentem audiens, quamuis velatè, tanto timore & terrore occupatus est: quid esset si eum manifestè videret? procul dubio periret. Quod à Domino confirmatum est: qui, populo suo electo apparendo, & eum per medium angelicum, & reparationem elementalem, in

Exod 33. columnæ forma ducendo, Moysi dicit: *Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo & viuet.* Gloriam Domini Dei videre, quod id erat, quod Moyses petebat, vt ei demonstraretur: erat, angelum, manifestè videre: & extra ipsam reparationem & velum elementale in columnæ forma, in quo eum alloquebatur, & populum ducebat. Vt scriptum est:

Exod. 13. *Nũquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram ppulo.* Qui angelus, cum indeficienter, in quouis loco, quo inuenitur, in Dei præsentia sit: & in visione diuina, quam possedit, taliter ab ipsa æterna luce deificatus, quòd ab humana creatura videri non potest, quòd non pereat: hac in ratione, ex parte ipsius æternæ lucis respondendo, & ipsi inuisibili Deo, ipsam virtutem & deificationem suam attribuendo, dicit, Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet. Et conformiter, in legem dando: sub ipso visibili velamine apparendo: & inuisibilem lucem suam diuinam reparando. vt

Exod. 19. scriptum est: *Totus autem mons Sinai fumabat: eò quòd descendisset Dominus Deus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace.* & c. & Moysi, etiam angelus dicendo: (qui ille erat, qui velatè descendebat & loquebatur) *Descende, & contestare populum: ne fortè velit transcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo.* Quia, non solùm visibiliter in carne mortali visionem diuinã videre, aut rẽ alterius vitæ, vt angelũ, aut animam glorificatam, impossibile est, sine propria vitæ priuatione: sed cũ velata sit, audacia volẽdi eam curiosè & superbè videre, morte digna est. Et sicut in conseruationẽ, sancti angeli ipsa elementali reparatione vtũtur: sic etiã in destructionem, eam auferentes, ipsa vti desinunt. *Factum est igitur in nocte illa,* (sancta scriptura dicit) *venit angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia, &cæt.* Quibus armis? Naturalibus & proprijs, quę ei creator donauit: Idest, proprijs suis radijs & splendore nimio: velum ipsum & elementalem reparationem auferendo, quo vsque tunc in hominis cõseruationẽ vsus erat: quasi qui gladium è vagina educit, vt ipso feriat. Et huc pertinet mysterium, quod scriptura narrat Nehemiæ sacerdoti sacrificanti, accidisse. Vt dicit:

2. Mac. 2. *Vtque hoc factum est, & tempus affuit quo Sol refulsit, qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita vt omnes mirarentur.* Quia, sicut ipse igneus & illuminans Sol, planetarum Rex, (Christum iustitiæ solem, gloriæ Regem, significans), ab ipso igneo elemento, vt dictum est, particulariter formatus, qui per voluntatem diuinam, & solarem virtutem additam, de sublimi altitudine sua descendendo, mysteriosè & testificãter se, ipse sol super terram detegendo, ipsum effectum admirandum fecit, sacrificium, ligua & aquam simul consumens: Ita etiam, cum ipsius figurati iudicij punctus peruenit, ipse verus sol Christus, qui priùs erat in nubilo, secundum ipsam reparationem elementalem corporalem, in tractando & conuersando cum hominibus, ipsam humanam naturam conseruando: Cũ ad nũdum iudicãdum veniret, quasi sagitta & ardens fulgur (vt ipse dicit), tam repentè, quàm gloriosè & apparenter descẽdendo,

Matæ 4.

& ad

& ad tranſitum igneæ ſpheræ, ipſum elementum igneum, ante ipſum præcedens, in noua forma, in virtute ſua corporali elementali formando, & ſuper terram mittẽdo, omnia conſummabit: omnia in fauillã redigendo: & in eadem virtute Dei & hominis ſimul, puncto & momento, ipſam humanã naturã, in noua & æterna forma, reſuſcitãdo. vt ſcriptum eſt. *Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.* &c. Inimicos eius. Ideſt, quo ad contrariam & inimicam humanam mortalitatem, ipſi vitæ Chriſto Deo & homini, contradicentem: Omnes bonos & malos comprehendendo. Vt alio in loco. *Ignis in conſpectu eius exardeſcet: & in circuitu eius tempeſtas valida.* &cæt. Ignis in conſpectu eius exardeſcet: diſtinctè, quo ad ipſum particulare ignis elementum: in præſentia & virtute ſua immortalis corporis ſui elemẽtalis, in noua forma, vt dictum eſt, omnia mortalia repentè exurens & conſumens. Et in circuitu eius tẽpeſtas valida. Ideſt, vnitè, quò ad omnia quatuor elemẽta, ex quibus ipſum corpus conſiſtit, Thronus & ſedes gloriæ & maieſtatis ſuæ, ipſam diuinã naturam in Chriſto, circundans: inſtrumentum (vt poſtea dicetur) & glorię, & pœnæ ſimul. ab ipſa ſacra ſcriptura teſtificatum, dicente. Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum. &c. Ita quod, idipsũ Domini corpus, & elementa, ex quibus, cõſiſtit, quod, vt velum, vſque tunc, in reparationem & conſeruationẽ ipſius humanæ naturæ erat, vt dicit, qui priùs erat in nubilo, in puncto illo erit, gloriosè apparendo, & in totali ſua conſummatione, & regeneratione ſimul, de nouo reſuſcitando: omnem contrariam mortalitatem euacuãtia. Sicut per eũdem prophetam & capitulum ſimiliter ſignificatur, dicẽtẽ. Thronus eius, flammæ ignis: (ideſt, quò ad corpus, vnitè) rotæ eius ignis accẽſus. Ideſt, quò ad quatuor elemẽta, ex quibus ipſum tam igneũ, quã glorioſum & reſplẽdens corpus ſuum ſanctiſſimũ, conſiſtit: Thronus, & ſedes immortalis gloriæ ſuæ, & maieſtatis: omnia mortalia, (vt dictũ eſt) in virtute & potẽtia ſua, per medium ipſius ignei elementi conſumens. Sicut quò ad conſequẽtẽ humanam regenerationem, ipſam, vt finem principalem in totali ipſius Dei manifeſtatione, anteponendo: primò dicit, Aſpiciebã donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierũ ſedit. &c. Donec throni poſiti ſunt. Ideſt, ipſi gloriosi throni & ſedes corporum iuſtorũ: (vt dicit, ſedebitis & vos) in eadem virtute ipſius regenerantis Solis, Chriſti filij Dei, pũcto & momẽto, ſicut in cinerẽ & puluerem redactorum, conſequenter, pars, pro parte, & mẽbra, pro mẽbris, quaſi ſedes indicatorię, in æternam reproborũ et condemnatorũ cõfuſionẽ, in noua & æterna vnione (vt dictum eſt) compoſitæ, et concertatę, gloriosè reſuſcitantium: et tunc, et non antea, nullo modo, *Et videbit eum omnis oculus:* (per ſanctũ Ioannẽ) omni contraria mortalitate euacuata. Et hoc, variè: vt per eũdem euangeliſtã declaratur, dicentẽ: *Et procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerũt, in reſurrectionẽ iudicij. Fluuius igneus rapiduſq; egrediebatur à facie eius:* &c. A facie eius, Ideſt, quò ad animã ſuã ſanctiſſimã: ex qua parte rationali et facie interiore hominis, ipſe rapidus fluuius irreuocabilis et tremẽdæ ſuæ sẽtẽtiæ mortis et ignis æterni, egreditur ipſas varias pœnas, ſecũdũ culparũ varietatẽ, in ipſis varijs aquis, ex quibus ipſe fluuius caulatus eſt, ſignificando. Poteſtas ſua propria inquãtũ homo. ſicut inſtrumẽtũ in æternũ, in ipſius iuſtii iudicij executione, ipſæ torquẽtes rotæ quatuor elemẽtorũ: ex quibus ipſe igneus thronus, et glorioſa ſedes corporis ſui ſanctiſſimi cõſiſtit. Vnde, *iuſtitia & iudicium correctio ſedis eius.* Id eſt, per ipſum mediũ, ſicut gloriæ præmium bonis, pœnæ caſtigationem malis, iuſtè in æternum miniſtrando. et conformiter alio in loco. *Et poteſtatem dedit ei etiam iudicium facere, quia filius hominis eſt.* Ita quod,

Pſal. 96. Dan. 7. Luc. 2. Dan. 7. Pſal. 96. Matt. 19. Apo. 1. Ioann. 5. Dan. 7. Pſal. 96. Ioann. 5.

(vt

(vt circa hanc figuram concludatur) ipsa tã admirabilis, quàm tremenda visio, in forma humana, & antiqua apparentia, quam propheta Daniel vidit, est secundæ personæ sanctissimæ trinitatis, Verbi æterni, pro vt se incarnaturum erat: mundum redempturum, & tremendè iudicaturum: in ipsa antiqua apparentia, vnionem diuinæ naturæ simul cum humana, demonstrante. & nõ per propriam personam, vt dictum est; neque tunc, neque vllo tempore, postquam resuscitatum in cœlum ascendit: nisi per medium angelici ministerij. Neque ab humana creatura videbitur, donec ad iudicã-
1. Tim. 6. dum veniat. *Quem suis temporibus* (vt scriptum est) *ostendet beatus & solus potens, Rex regum, & Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit. sed nec videre potest, cui honor & imperium sempiternum. Amen.*

CAP. CVI.

De Christi resurrectione.

Mat. 27. DOminus noster Iesus Christus Dei filius, tamquam absconditus, per triduum in sepultura mansit: à sexto creationis die numerando, quo hominem creauit, & in quo in ipsius redẽptionẽ mortuus est, vsq; ad octauum, quo glorioſè resuscitatus fuit. Mansit tanquam absconditus, non solùm ab hominibus & ab angelis, qui cum summa admiratione & reuerentia tantæ humiliationis, correspondenter absconditæ facie, & diuerso visu, eum contemplabantur, tremendò in sua præsentia assistentes: sed etiam à suo æterno Patre: quæ immensa pietas, cum teneris visceribus paternis, per idem tempus, in esse suo generante, non esse generati filij inquantũ hominis, & inquantum Christi etiam, vt dictum est, piè euacuabat Quia, tantum se Dei filius, Verbum incarnatum humiliauit, super se non esse hominis accipiendo, inquantum homo moriendo: quod venit per hanc viam ad non esse etiam, inquantum Christus: ex *Deo & homine* simul, cõsistens (Hoc repetere oportet, quamuis supra dictum sit, cum fundamentum sit eius quod sequitur). Quia, in ipso vltimo humiliationis effectu moriendo, totaliter ad nõ esse veniendo, inquantum homo: venit simul ad non esse inquãtum Christus. Quia, *Athan.* cum sic esset, (vt ita est) quod, sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus: clarum est, quod in effectu ipsius animæ & corporis separationis, per quã venit ad non esse hominis: venit simul ad non esse, inquantum Christus. Quia, quamuis semper permaneret (vt dictum est) vnio Verbi cum anima & corpore suo sanctissimo, secundum dispositionem vniuscuiusque ipsarum partium separatarum: non idcirco permansit in vnione Dei & hominis simul, sed desijt esse homo, per separationem ipsarum duarum rerum distinctarum, animæ & corporis, in quarũ vnione esse hominis consistit. Ita quod, tantum se Verbum incarnatum moriendo humiliauit, quòd cum esset Christus, Deus & homo simul: non solùm venit ab esse quod habebat, ad non esse, inquantum homo: sed similiter ad non esse, neque inquantũ homo, neque inquantum Christus: in ipsis duabus vniombus, per mortem suam separatis, & animæ & corporis, inquantum homo, & Dei & hominis, inquantum Christus, consistens. Et hic illud locum habet, quod ipsemet Dominus de hoc tam profundo, quàm mysterioso sacramento tractando, per fermenti parabolam nos docet, dicendo: *Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.* Et sic etiam illud quod alio in loco tractat, dicendo: *Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.* & conformiter alio in loco, *Soluite templum hoc, & in tribus diebus*

Matt. 13.

Mat. 12.

Ioann. 2.

diebus excitabo illud. Quò ad primum fermẽti legis & doctrinæ diuinæ, in tribus satis farinæ absconditi Fuit prima mensura, status innocentiæ, ante peccatũ: secunda legis naturæ, & legis scriptæ, post peccatum: tertia, legis gratiæ, euangelicæ: in qua, omnes includuntur: tam absconditum ipsum fermentum Verbi & legis diuinæ in farina iustorum, & in eodem iusto iustorũ Christo, in carne velato: quàm manifestatum in operibus & effectibus mirabilibus ipsius absconditæ gratiæ: in sua virtute & merito effectis. Quò ad secundum Ionæ, figuræ ipsius saluatoris, in ventre ceti tribus diebus & tribus noctib. abscõditi: correspõdẽter in Christo effectum fuit: (vt ipse dicit) essentialẽ ipsius mysterij accipiendo, secũdùm sensum principalem allegoricum: literalẽ relinquendo: qui, in omni eo quod in scriptura magis obscurum est & difficilẽ, cũ magis profundis mysterijs: per allegoricũ explanatur & declaratur. Et hoc in loco, difficultas nota est: cũ sit quod realiter redẽptor non manſit in corde terræ, quod intelligitur, postquam mortuus est, tribus diebus, & tribus noctibus: nisi tribus diebus: partem pro toto accipiẽdo: numerando à sexto die, quo mortuus est, vsque ad octauũ, quo resuscitatus fuit: & duabus noctibus solùm, sequentibus duos primos dies, sextum, & septimum: sequente mane octaui resurgendo: Sed hoc, vt ad istud mysterium penetrandum veniatur, intelligitur inquantum homo; & non inquantum Deus: vbi est difficultas, secundũ literalem sensum. Sed inquantum Deus & homo simul, secundum sensum allegoricum: tribus diebus, & tribus noctibus integris, (vt ipse dicit) in corde terræ fuit. Quia, si non manſit tribus noctibus, vt dictum est; inquantum homo solùm: nisi duabus noctibus, & tribus diebus, non integris: inquantum Christus, Deus & homo simul, desinẽdo esse vterq; homo, & Christus, vt dictũ est, in ipsa separatione animæ & corporis, effectum, inquantum homo, moriendo, manſit tribus diebus: & similiter tribus noctibus, in ipsis tribus diebus inclusis: in quibus desinit esse id quod erat, moriendo: restando in omnibus tribus diebus, à nocte mortis possessus. ita, quod manſit tam tribus noctibus, desinendo esse, distinctè, in vnoquoque trium dierum, moriendo: quam tribus diebus: in ipso termino, redeundo ad suum proprium esse, resuscitando: in quo consistit essentiale ipsorum trium dierum, & trium noctium: in ipso mysterioso sacramento ipsius termini tridualis mortis & resurrectionis saluãtoris mundi, Dei & hominis simul, contentum. Qui, id; alio in loco nobis significat, nocti, ipsam mortem & non esse hominis per peccatum, comparando, & dicendo. *Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari*: vitam, diei: mortem, nocti, comparando. Quæ saluatoris vita, quamuis moriendo deficeret, inquantum homo: non defecit inquantum Deus: vnio diuinæ, cum humana natura permanendo: quamuis in seipsa, separata esset. Qua in ratione, vita, diei comparata: & ipse dies, naturæ diuinæ, ex tribus personis distinctis, tam integris, quàm æqualibus, consistentis: & sic etiam, per eandem rationem, morte nocti comparata: & regulata & adæquata ipsa mors & non esse Christi, inquantum homo moriendo, cum vita & esse suo, inquantum Deus, ex tribus personis distinctis, tam integris, quàm æqualibus, in ipsis tribus diebus distinctis, significatum: realiter, secundum hanc certissimã consequentiam, manſit saluator (vt ipse dicit) in corde terræ, tribus diebus, & tribus noctibus: in ipso Christo Deo & homine humiliato, tam æqualibus, quã distinctis & integris. Quia, vt dictum est, tantùm tres noctes integræ & distinctę fuerunt in mortis separantis non esse, in- *Ioan. 9.*

quantum homo moriendo, quantum tres dies distincti & integri, in esse vitæ inseparantis, inquantum trinus & vnus Deus viuendo, in ipso triduali termino & numero trium dierum mortis & resurrectionis suæ, significatum. Et hic tertius intrat: hac in ratione similiter regulatus & intellectus, dicendo. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Non in ipsis tribus diebus temporalibus, & non integris, excitabo illud: secundùm quod litera sonat: litera enim occidit: quia error esset credere, quòd æternitatis author, in effectibus suis, tempori alligatus fuisset, neque termino alicui limitato: nisi, excitabo illud, in tribus diebus, tam distinctis, quàm integris & æqualibus trium personarum diuinarum & vnius essentiæ, in ipsis temporalibus significatum. ipsum non esse in ipsis tribus diebus temporalibus, neque inquantum homo, neque inquantum Christus, moriendo: in ipsis tribus diebus æternis triũ personarum diuinarum, & esse vnius solius æterni Dei, qui solus est, euacuatam, resuscitando. Et sic, conformiter: *euntes ergo docete omnes gẽtes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti:* etiam in alijs gentibus, rex dificationi vniuersali ipsius templi Dei humanæ naturæ, principium dando. Similiter æres noctes integræ, in nocte mortis fuerunt, inquantum homo moriendo: integrè desinendo esse (quamuis in puncto) in quo vis trium dierum temporalium, anima à corpore separata: ipsis tribus diebus, regulatis, & adæquatis (vt dictum est), cum die vitæ, inquantum Deus, ex tribus distinctis & integris diebus trium personarum diuinarum, vnus solus æternus Deus, consistens. Quia, in puncto vno, moriendo, desinere esse id quod erat inquantum homo & inquantum Christus in æternum: est intrare consequenter, in non esse in æternum, quod primum erat, & in æterno futurus erat. Et sic, hac ratione, *Spiritus sanctus per Ionam prophetam dicit: Ad extrema montium descendi.* Hoc, in propria sua persona: qui, (sicut Isaac, Christi figura) quamuis à cete deglutitus fuit, non mortuus est: sed vt figura, venit ad extremum montium eminentissimorum animæ & corporis figurati Christi: in puncto & mortis extremo, efficienter morientis, separaturum. Procedit, dicendo: *Terræ vectes concluserunt me in æternum.* Hoc, in Christi persona dicitur: qui concordanter, (vt dicit Ionas, Terræ vectes) de semetipso dicit: *Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.* Terræ vectes concluserunt me in æternum. Quomodo in æternum, si non plus, quam tres dies, & tres noctes, trãsit? Quia, (vt dictum est) in ipso puncto, moriendo, desinere esse id quod erat inquantum homo, & inquantum Christus simul, in æternum: est intrare consequenter, in non esse in æternum, id quod primò erat, & id quod in æternum futurus erat. Quia, sicut ipsa nox mortis & non esse hominis, propter peccati offensionem, habeat pro obiecto æternum esse ipsius offensi Dei: consequenter efficitur æterna. Ita quod inquantum ad noctem mortis & non esse hominis in æternum, per peccatum: pœna, per innocentem Christum soluta, inquantum homo moriendo: dicit, Terræ vectes concluserunt me in æternum. Sicut inquãtũ ad æternum diem vitæ æternæ, inquantũ Deus, resuscitando, ex tribus distinctis diebus, æqualibus & integris, quò ad tres personas diuinas, cõsistens: in illis tribus tẽporalibus diebus significatas, mortẽ & resurrectionem suã mysteriosè continentibus, cũ quibus regulãtur & adæquãtur tres noctes non esse in illis tribus diebus tẽporalibus, per quã tam profundæ humiliationis viam, ipsi offenso Deo satisfaciendo, hominem reuocant à non esse noctis peccati in æternum, ad esse æternum vitæ æternæ: cõcludit, dicendo. *Et subleuabis de corruptione vitã meam,*

Ionæ. 2.

Matth. 12.

Ionæ. 2.

2. Cor. 3.

Matt. 28.

Psal.15. *meam, Domine Deus meus* & per Dauidem: *Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

CAP. CVII.

HOmo, tã vilis & demissus post peccatũ fuit, vt nõ sit in eo gradu, quãtũ est ex parte sui, vt ante creatorẽ suũ Deũ se humiliare possit: extra quã viã salus non est, qua in ratione tam salutifera, quã sacrificantis in Christo humiliationis & obedientiæ, in æternũ, ab ipso æterno sacerdote oblatæ, homo ad imaginem suam creatus fuit, & ad ipsum gradum, ipsa humana natura super angelicam, particulariter exaltata: sicut in ipso lapide lydio & valle iudicatoria, vtraque, eas, ipsi humiliationi debitæ obligando, communiter iudicanda est. Vniuersalis iudicij locus in cœlo & in terra, ipsa humilitas est: omnes ipsarum creaturarum rationalium actiones, secundum suum valorem & esse vniuscuiusque discernens: ab humili spiritu, aut superbo, procedentes: in charitate diuina, aut in amore proprio inordinato, fundatas: ipsa creatura, in esse ipsius creatoris Dei, aut in non esse proprio, permanente. Sicut post angelum, homini interuenit, cum esset à creatore, in occasionem conseruantis humiliationis suæ, ad ipsum gradum vnicæ suæ imaginis, vt dictum est, super omnes creaturas, particulariter exaltatus: cum se, eleuare vellet: & creatori suo, non vt imago, sed tanquam alter Deus, superbè adæquare: fœlici suo statu excidit. Vnde, Dei filius, & Vniuersalis saluator, contrario modo, ipsi mortifero morbo, medicina efficaci, & proprio suo antidoto prouidendo, se humiliare voluit: sicut solus is facere poterat, Philip. 2. *Qui cum in forma Dei esset*, (vt scriptum est) *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis.* &cæt. hoc modo peccatorem, & per hanc viam & exemplum, ad altitudinem status gratiæ suæ, in nouam occasionem vt se humiliare possit, de nouo reuocando. Ipse homo, imitanter operando, humiliter & pœnitentialiter, per medium sacramentorum concurrendo: in ipsa humiliatione ipsius filij Dei, quod est essentiale crucis & mortis suæ in ipsius gratiæ effectu & remissionis peccatorum, virtutem accipientium. Vt scriptum est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Vnde, propter omnes has rationes, crucis corona, inter omnes iustos, à primo iusto Abel incipiendo, & primo martyre, qui in principio mundi fuit, vsque ad vltimos qui in ipsius fine erunt, pro veritate Dei martyrium passos: solùm ad filium hominis, iustum & humiliatum Christum crucifixum, pertinet: inquantum quod ipse solùm inter omnes homines, post peccatũ se humiliare poterat. & ab ipso capite ipsum præmium & gloria, ipsi corpori & militãti Ecclesiæ, in suam exaltationem, secundum dispositionem & gradum humiliationis vniuscuiusque membri, communicata est. Sicut quòd ipsi soli, formæ & efficaciæ omnium operationum humanarũ talis victoria iustè & rationabiliter attribuitur. cùm esset quòd ipse solus inter homines fuit, in sua tam noua, quàm vnica humiliatione, (secundùm inexplicabilem ipsius nouæ progeniei altitudinẽ, & vnicæ æternæ generationis) qui in seipso meruit tali modo humanam mortem pretiosam facere, (ipsius superbiæ peccati pœnam) quòd æternæ vitæ pretium fuisset, in gloria æterna. Non sufficiebat, in iustitiæ diuinæ satisfactionem, stante esse suo & innocentia, quod mors

Iacob. 4.

naturalis fuisset? Abundantissimè sufficiebat. Igitur, cur violenta, & tam ignominiosa? Vt vteretur ad exemplum nostrum, maiori dono, quod in quantum homo mortalis habuit, ab immortali & æterno Patre suo Deo. Quod hoc donum est? Vt se ante ipsum humiliare possit: in quo essentiale correspondentis suæ exaltationis consistit. Vt concludit, dicendo: *Propter quod & Deus exaltauit illum*, &cæt. & per talem viam, eò magis eam glorioſam facere, ad gloriam & laudem ipsius æterni Dei. O miserabilis homo, quando hoc, in sua exaltatione, non intelligit: cum sibi ipsi causa sit, propter suam vanam gloriam, maioris suæ demissionis & perditionis, in correspondenti confusione & pœna æterna. *Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua.* (sancta scriptura dicit) *diues autem, in humilitate sua.* &cæt. Humilis in exaltatione sua. Idest, in ipsa vera exaltatione inuisibilis gratiæ præsentis, quam per die. & futuræ gloriæ quam sperat: ab ipso humili Christo saluatore, contra peccati superbiam, per ipsam viam acquisitæ: ipsam tam voluntariam, quàm humilem demissi sui gradus possessionem, consequens. Diues autem, in humilitate sua; Idest, non in ipsis diuitijs glorietur, & dignitate & magnitudine impermanentis status & gloriæ vanæ: sed bene vtendo ipsa occasione præsentis exaltationis, se humiliando: causa, in humiliati Christi merito, maioris suæ gloriæ, præsentis & futuræ, ad debitam ipsius veri Dei laudem, & honorem. Quid est Regem esse? (Imperatorem, & Papam) & in quo essentiale huius doni dignitatis supremæ consistit, pro maiori proprio honore in terra, & gloria in cœlo? (vltra principalem Dei) In bono ipsius exaltationis vsu: ipsa maiori occasione vtendo, quam donator Deus donat, cum ipso maiori inter homines gradu) vt se magis ante eum humiliare possit. Et qui hoc non facit: *nescit quid sit* Regem esse, imperatorem, & Papam: neque principem inter homines. neque maiori prærogatiua fruitur, quàm maior suus status secum portat: se indignum faciendo commercio & vnione aliorum regum cœlestium, angelorum Dei, per quos vniuersum regit & gubernat, vt regnet cum ipsis, in æterno regno. quorum cœlestium, sicut & terrestrium regum: ipsi vero Regi, & vero Deo Christo, humiliatorum: ipse vniuersalis saluator, *Rex regum & Dominus dominantium, nominatur.* Qui angelici spiritus, à principio, sicut inter homines in terra, post peccatum, varijs in cœlo gradibus hierarchiarum & chororum, variè exaltati fuerunt: in ordine & occasione vniuersalis ante Deum humiliationis. Sicut conformiter eorum victor Princeps & primas, hac in ratione, Michael (id est, Quis vt Deus?) nominatur: in suorum humilium bellatorum nomine, vniuersaliter loquendo: & simul humilitatis Christi victoriam, contra superbũ draconem, in sua confusione æterna pronuntiando. Vnde vniuersalis in terra vicarius, ipsius vniuersalis saluatoris, summus Pontifex Romanus, in suprema dignitate spirituali, super Reges & Imperatores, ab ipso Deo exaltatus, correspondẽter se humiliãdo, vt omnibus minor, seruus seruorũ Dei, intitulatur, in quo maioris suæ exaltationis donũ consistit: ipsi summæ magnitudini cœlesti ipsius Dei, omnem honorem & gloriam attribuendo. ut sic humillimus Rex Dauid, Christi figura, intelligebat, à cõmuni officio pastorali, ab ipso Deo, ad particularem dignitatem regalem electus & exaltatus, humiliter ante arcam saltando paruipendens quod propter hoc, à superba Michol, & cæco mundo contemptus fuisset. quia, per particularem gratiam ipsius Dei, sciebat in quo possessio & vsus ipsius præ-

Philip. 2. *Iacob. 1.* *Apoc. 19.* *Psal. 77.*

us prærogatiuæ & doni consistebat, ad maiorem gloriam & veram exaltationem. sicut conformiter respondet: seipsum pro nihilo iudicando: & solùm honorem & gloriam ipsius Dei præponendo: *Et ero humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo.* Et similiter ille tam humilis, quàm fidelis Abraham, seipsum in nihilo suo considerando: in petitione sua, cum sim pulvis & cinis, humiliter ante Deum præponit: ipsam iustam sententiam, & in pulueré reuerteris, approbando: & simul de vltimo & vniuersali iudicio per ignem, in ipso verbo, cinis, intellecto, prophetando: in quem cinerem, præsentes viui (sicut in puluerem, mortui futuri) cælesti igne repentè inflammati, conuersi erunt: sicut in illa tam propinqua, quàm notabili Sodomitarum castigatione, ab ipso Deo ipsi Abraham tunc reuelata, & ab ipso viuorum & mortuorum iudice, ipso exemplo conformiter adducto, præfiguratum fuit. Et tu Domine, Rex noster & saluator, Deus & homo: quid te esse dicis, in tuæ humiliationis abyssos? *Ego autem sum vermis & non homo: (ipse dicit) opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Id est, ad mortalium exemplum in saluationem: & non ad comparationem iudicialem, in confusionem: (sicut proximè tractabitur) non solùm ad non esse hominis, per peccatum, in puluerem & cinerem conuersi: sed ad ipsam consequenter fœdè & corruptionem ipsius cadaueris humani, in ipso verbo, Vermis, significati, in quam ipsius fragilis carnis fœnum conuertitur, secundum humiliationis suæ abyssum, humiliter seipsum comparando.

2. Reg. 6.

Gen. 18.

Psal. 23.

CAP. CVIII.

QVò ad locum, vbi ipsum tremendum & tam iustum, quàm vniuersale iudicium faciendum est, ipsam vniuersalem bonorum & malorum resurrectionẽ consequens: similiter à spiritu sancto significatur, mysteriosè dicente. *Quia ecce in diebus illis & in tempore illo tum conuertero captiuitatem Iuda & Hierusalem: Congregabo omnes gẽtes, & deducam eas in vallem Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi super populo meo, & hæreditate mea Israel. &c. Consurgant & ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu. &c. Populi populi in valle cõcisionis: quia iuxta est Dies domini in valle concisionis. &c.* Quia ecce in diebus illis & in tempore illo cum conuertero captiuitatem Iuda & Hierusalem: congregabo omnes gẽtes, & deducam eas in vallem Iosaphat. &c. Spiritus sanctus ad tractandum veniens, in Christi persona, de ipsa vniuersali resurrectione & iudicio: ipsius temporis signa donat, in quo efficiendum est: & loci & discernentis stateræ bonorum & malorũ, quæ est, humilitas, vt dictum est, in ipsa valle Iosaphat significata: in qua tam capaci in humillima virgine Maria, matre sua, quam iusta, & proportionaliter conuenienti omnibus creaturis, angelicis & humanis, vnusquisque particulariter iudicandus est. vt dicit, quò ad temporis signum: cum conuertero captiuitatem Iuda & Hierusalem. &c. in quibus duobus populis, ipsa vniuersalis resurrectio & noua carnis & spiritus vnio, extra omnem præteritam captiuitatem peccati, & fomitis ipsius, nunquam, vsque tunc habita, significata est. sicut ipsi veræ laudis effectus, inquantum Iuda, & vera pax, inquantum Hierusalem, secundùm ipsorum duorum nominũ interpretationem, in ipsius creatoris Dei visione, effecti: nunquam, vsque tunc consecuti. Vnde, *ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum & soluere septem signacula eius.* Id est, ipse liber laudis, humana natura, in virtute & potentia ipsius victoris leonis Christi, Dei & hominis, resurgendo: à principio, vsque tunc per peccatum clausus: ipsam primam pacem innocentiæ, et laudis ipsius creatoris Dei, interrumpens: et in perpetuũ prælium malitiæ et mortalis discordantiæ car-

Heb. 2.

Apoc. 5.

nis & spiritus, quatuor elementorũ, & triũ potentiarum, in ipsis septem sigillis significatũ, subintrando. Vnde, cùm conuertero captiuitatem Iuda (vt dicit) & Hierusalem: id est, de ipsa communi carnis & spiritus captiuitate, tractando: secundùm ipsã humanam fragilitatẽ in Iuda, & Hierusalem significatorum: inquantum ad signũ ipsius vltimi diei: in qua noua per gloriam regenerationẽ, resurgendo, ipse populus suus electus & humilis fidelium ecclesia, ab ipsa captiuitate & mortalitate peccati, totaliter liberanda est. Et quò ad signum loci ipsius iudicij, & discernentis stateræ bonorum & malorum, subiungit dicendo. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallẽ Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi super populo meo, & hæreditate mea Israel. &c. In vallem Iosaphat. Id est, non quò ad ipsũ locũ solùm: sed principaliter quò ad mysteriosam suam significationem, respectu rei magis notabili, & particulari, quę in ipsa valle correspondenter consideratur. sicut non quò ad ipsas figurantes, Iudam, & Hierusalem: interpretatas, laudatio, & visio pacis: ab idololatria, ipsa laus: & à captiuitate, ipsa pax: sæpius, & in perpetuũ, vltimò interrupta: ipsã futurã cœlestẽ veræ laudis & pacis significans. Vnde cõsiderãdũ est, quod cum sit quod valles, humiles significant, & hoc in ordine, montes, superbos: vt scriptum est: *Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur*: & correspondenter, res notabilior quæ in ipsa valle Iosaphat permanenter inuenitur, est venerabile sanctissimæ virginis Mariæ, matris Dei, sepulcrum: & ipsa tam rara humilitatis virtus, in ipsa valle significata: correspondenter in ipsa virgine, notabilior, inter omnes alias virtutes, & super omnes angelicas & humanas creaturas, resplendens: vt dicit, *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*: hac in ratione & mysterio, Spiritus sanctus dicit, Cõgregabo omnes gentes in vallem Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi super populo meo, & hæreditate mea Israel. &c. super populo meo: id est, super populo meo humili: *Quoniam tu populum humilem saluum facies*: (vt dicit) *& oculos superborum humiliabis*. Locus situationis iudicialis, ipsa vallis humilitatis: ipsi rædificationi in gloria et vita æterna conueniens: (respectu humillimæ virginis, in ipsa valle Iosaphat sepultæ, ibi particulariter intellectæ) vt omnium virtutum fundamentum, (sicut illud superbiæ, omnium vitiorum et peccatorũ) et ipsius legis per quam omnes iudicandi sumus, secundum tam voluntariam, quàm humilem ipsius obseruationem: amantes, et humiliter obedientes. Sicut ab ipso iusto iudice declaratur, dicente. *Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde*. Res notabilior, et quæ permanenter in valle Iosaphat conseruatur, est venerabile sepulcrum humillimæ virginis Mariæ, matris Dei, quod mysteriosè in medio ipsius vallis situm est, secundũ longitudinem suam: et non in centro, secũdum latitudinẽ suã: sed in loco ex vna parte semoto, dicto Gethsemane: in eadem valle Iosaphat incluso. descenduntur quadraginta gradus circa, et ad sex gradus, sunt sepulcra sanctissimorum et felicissimorum ipsius virginis parentum. id est, ex parte dextra, illud Ioachimi; et ex sinistra, illud Annæ postea; in centro, illud humillimæ virginis: dignius et venerabilius præter illud filij, Dei et hominis, quàm in vniuerso mundo sit. et singula tria sepulcra, altare habent, vbi celebratur, et missa dicitur. sed hic est ordo: vt duo prima parentum, sint sub Aethyopum dominio: ita quod, præter ipsos, nulla alia natio lampades ponere potest: sed illud humillimæ virginis est vniuersale omnium nationum christianorum: ita quod omnis sacerdos celebrare potest, et omnis persona accendere et ponere lampades. et hoc non sine mysterio: imò in testimonium eius, quod in ipsa amplissima valle:

Ioel. 3.

Psal. 17.

Mat. 11.

Esaiæ 40.

Luc. 1.

valle humilitatis suæ, omnis ipse cœlorũ et terræ ambitus, et quantum in ipso conti-
Loel. 3. netur, (extra Deum) præteriti, præsentis, et futuri, superans, Ascensuræ sunt omnes gentes (vt dicit) refusicitames, & congregãdæ sunt: vt fit in ipsa tam iusta, quàm proportionali humana statera, omnis natura humana, secundum mansuetæ humiliationis gradus, aut superbæ exaltationis vniuscuiusque, iustè & rectè iudicata. sicut correspondenter, humiles, & iudicantes apo-
Mat. 19. stoli cum ipso Christo, (vt ipse dicit, sedebitis & vos iudicantes) cum in varias mundi partes dispersi essent: in huius veritatis testimonium, myraculosè in puncto, (sicut sanctus Damasc enus refert) ad rẽpus fælicis mortis ipsius virginis, congregati fuerunt: & per medium eorum, vniuersales cœli & terræ exequiæ in eius honorẽ dignè celebratæ: & ibi in dicta valle, sacrum corpus eius sepultũ fuit: in quo numero duode cimo ipsorum congregatorum apostolorũ, ipsa resurrectio (vt dictũ est) & vniuersalis omniũ gentiũ congregatio ad iudiciũ, significata est. locus iudicij & proportionatæ staterę ipsa virginis humilitas, in ipsa valle Iosaphat intellecta: à prouidentia diuina, in natura humana, ab instanti conceptionis suæ sine peccato originali, præordinatæ: improportioni abyssi humilitatis Christi Dei & hominis, secundùm quã, omnes cõfusi essent, prouidẽte qua ratione, non in Caluariæ monte, ipsum iudicium: sicut nõ in centro ipsius vallis, ipsum virginale sepulcrum, secundum abyssum humilitatis crucifixi filij sui, Dei & hominis: sed ex parte & semotè in dicta valle, quãuis in medio: ipsam proportionem, &
Gen 3. conuenientem mediocritatem significans. Vnde, *Ipsa conteret caput tuum.* ad ipsũ superbiæ caput & primũ peccatorũ Luciferum, ipsam partem confusam & reprobaram reducendo. sicut ipsam peccatorum confusionem, & superbiã, in ipsa valle & loco iudiciali proportionalis humilitatis ipsius virginis, puræ creaturæ humanæ, simul cũ iusta sua sententia, rectè fundando. Quia, vbi non est proportio: (vt postea dicetur) iudicium esse non potest. Et conformiter, Et cõsceptabo cum eis ibi super populo meo, (sicut subiungit & dicit) & hæreditate mea Israel. Id est, non super me, & humilitate mea: sed super populo meo humili, ecclesia fidelium, in ipsa humili virgine matre sua intellecta; ad superbiam Luciferi, superbos: ipsos humiles, ad virginis humilitatem, reducendo. Et conformiter Cõsurgãt, et ascendant gentes in vallem Iosaphat. Quomodo, ascendant in vallem? Immò descendant. Non impropriè, sed mysteriosè. Ascendant, id est, non ad caluariæ mõtem, & in proportionalem gradum, in vniuersalem confusionem, humiliationis cru-
Phil. 2. cifixi filij, Dei & hominis: *Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. &c.* sed ad gradum proportionalem & conuenientem, in honorum saluationem, & malorum codemnationẽ, humiliationis humillimæ virginis, & matris ipsius immortalis Dei, in ipsa valle sepultæ: quam ipse respicit secundùm rectã iustitiam suam. *Ecce enim ex hoc* (dicit ipsa)
Luc. 1. *beatam me dicent omnes generationes.* Et eadem
Ioel 3. in ratione, Populi populi (vt dicit) in valle concisionis: quia iuxta est dies Domini in valle concisionis, &c. Non quòd ad ipsam vallem, ipse lapsus & ruina, secundùm literalem sensum: quæ non in valle, sed in in-
Mat. 25 fernali abysso futura est, vt dicit, *Discedite à me maledicti in ignem æternum*: sed in valle cõcisionis, quòd ad ipsam vallem & gradum humilitatis virginis, puræ creaturæ humanæ, (secundùm proprium sensum spiritualem) vbi ipsi imitando ascendere poterant) & proportionale suæ iustæ sententiæ fundamẽtũ, in confusionẽ & ruinã malorũ, ipsi charitatis legi, superbè nõ obedientiũ. Vnde nõ ego secũdus Adã Deus, & homo, cõterã, sed ipsa secunda Eua, pura creatura huma-

humana, conteret caput tuum: ipsum nomen, concisio, cum ipso verbo, contero, cõcordando. in qua humili & conterente virgine, in ipsa valle concisionis significata: ipsa iudicans ecclesia apostolica, intellecta est. non in valle et abysso humilitatis, humanitatis et corporis Christi secundi Adami, crucifixi, (quia etiam improportionalis est). cuius caput est Deus: sed in valle humilitatis ipsius secũdæ Euæ, et corporis ipsius apostolicæ Ecclesiæ, cuius caput est Christus: à costa mortis suæ per gratiã sicut postea per gloriã resuscitantis: regeneratæ: simul cũ suo spõso Christo, iudicãtis. et simul ipsũ superbum caput, et corpus superbæ turbæ damnatorum, iustè et proportionaliter conterentis. vnicuique, ipse iustus iudex, secundum gradum propriæ et veræ humiliationis, aut vanæ exaltationis, suam exaltationem et gloriam, aut confusionalem humiliationem & pœnam, in æternum in virtute et potentia sua administrando. vt scriptum est *Omnis vallis exaltabitur, et omnis mons & collis humiliabitur.* ipsos humiles, vallibus: et superbos, montibus, et collibus, comparando *Quia timor Domini, disciplina sapientiæ:* (per Salomonem) *& gloriam præcedit humilitas.* et conformiter ab ipso iusto iudice: *Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur.* Vnde, Consurgã, et ascendant gentes in vallem Iosaphat: quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu. etc. Non quò ad ipsam vallem et locum iudicij solùm, secundum literalem sensum: vt dictum est: sed principaliter quò ad suã significationem humilitatis virginis, (ibi sepultæ) secundùm proprium spiritualem sensum. ad differentiam improportionalis abyssi illius Christi, Dei, et hominis diuini, in qua omnes confusi essent. Vna vallis in Maria virgine, tam ampliſſima in humiliatione sua, vt mater ipsius immensi Dei, omnes humilitatis gradus omnium creaturarum angelicarũ et humanarum, eminenter continens, quã proportionalis statera creaturæ humanæ ipsi iusto iudicio naturæ humanæ conueniens.

Cor. 11. Eph 5.

Psal 40.

Ecc. 15.

Mat. 23. Iosaph. 3.

CAP. CIX.

PRo maiori *supradictarum* rationum declaratione: in *iudicij hominis* effectu, considerandum est. Quod euacuato in infinito merito Christi saluatoris Dei et hominis, infinito peccato Adami, puri hominis: inquantum ad ipsum Deum offensum, et malum vsum liberi arbitrij, in quo (vt dictum est) ipse infinitus Deus se homini donauit: solùm restat, pars ipsius inobedientiæ humanæ, et locus terminatus et finitus ipsius delicti, inquantum ad finitatem ipsius humanæ creaturæ offendentis. in quo terminato loco. id est, in ipsomet homine, respectu ad finitum suum, iudicium suum fiet. et illa erit vallis sua particularis iudicatoria humilis obedientiæ propriæ, in saluationem: aut mons superbæ inobedientiæ, in condemnationem. vt dicit: Omnis vallis exaltabitur, et omnis mons et collis humiliabitur. Variæ valles humiliationis, et obedientiæ humanæ: et omnes, vt dictum est, in ampliſſima humillimæ virginis, in illa Iosaphat significata, inclusæ sunt. locus proprius, homini nouiter concessus, à recta iustitia et misericordia diuina, in nouam salutiferæ dispositionis occasionem, suæ saluationi necessariæ: possibile suum facienti, secundum finitum suum. Id est, secundum propriam virtutem, vt dicit: de ipsis nouis donis et talentis liberi arbitrij, loquendo: in lucrũ ipsius propositæ redemptionis: homo, per hanc nouæ humiliationis viam, voluntariè obediendo, et secundum finitum suum, cũ effectibus et charitatis forma, in diuinæ legis obseruatione, in viua fide operando: et simul ipsum lucrum redemptionis et saluationis propriæ, acquirendo. mediante diuina gratia, et sacramentis, quæ semper

Esa 40.

Mat. 25.

prompta

prompta est, infinito merito Christi, concurrente, effectum. Aut è contrario faciendo: superbè et impiè operando: eodem in puncto similiter in seipso contrarium iudicium concurrentis priuationis rerũ omnium, ad mortem & pœnam æternam, effectum. Sicut vltimò, cum esset ipsa sententia, in vniuersali iudicio resuscitando, & ampla vallis humilitatis humanæ, à Christo inquantum homine publicata: similiter ipsa pœna in eodem loco proprio superbi montis & impietatis humanæ executa erit: in infernales abyssos descendendo. Esa. 40. Quia, omnis vallis exaltabitur (vt dicit) & omnis mons & collis humiliabitur. Ideò Psal. (per Dauidem) *Non resurgunt impij in iudicio: neque peccatores in concilio iustorum.* Vndè ipse humillimus saluator per eundem, inquantum homo; & propria pietate sua immensa, pro ipsa Ecclesia & dilecta sponsa sua Psal. 21. Patrem orando: *Erue à framea Deus animam meam:* (vt dicit) *& de manu canis vnicam meam. Salua me ex ore leonis: & à cornibus vnicornium humilitatem meam,* &c. Erue à framea Deus animam meam: Non iam ab ipsa framea, cum iam mortuus esset, sacrum eius latus, in hominis saluationem lancea perfossum: sed ab ipsa humana impietate, in propriam cõdemnationem, ipsum Deum offendente: & simul ipsam misericordiam et charitatem diuinam, ipsius legis formam, & iustæ suæ sententiæ fundamentum, euacuante. sicut concludit, dicendo: Et de manu canis vnicã meam. ipsam crudelitatem, naturali canis impietati, comparando: (sicut prouerbio, de homine iniquo, dicitur: canis est) naturaliter contra miseriores et nudos pauperculos demonstratam. Vnde propriè, Et de manu canis vnicam meam et conformiter ab ipso Christo, pro admiratione et particulari miraculo, contraria pietatis virtus, à canibus in paupere, et mendico Lazaro demonstrata: Luc. 16. *Sed & canes veniebant,* (dicit eriã) *& lingebant vlcera eius:* excessiuam diuitis auari impietatẽ, significante. et cõformiter, Salua me ex ore leonis: (concludendo) et à cornibus vnicornium humilitatem meã. Mysterium intelligamus. Id est; distinctè de ipsa Ecclesia, pro qua orat, et de seipso loquendo: secundùm pietatem suã immensam, vtrumque damnum, et iniuriã in persona propria accipiendo: Salua me ex ore leonis: quò ad Ecclesiam: per ipsam impietatis et superbiæ viam, perpetuò, in cœlo et in terra, ab ipso dæmonio et rugiẽte leone deuoratam: et simul humilitatem suam et obedientiam, in humiliata humanitate sua sanctissima, patiendo, testificatam: ab ipsis superbis mẽtibus, angelicis et humanis, in ipsis elatis cornibus in fronte vnicornium, significatis, in ipsius redemptionis et gratiæ euacuationem, laceratam: cum, per eandem viam (vt dictum est) iudicanda esset. non secundùm improportionem humilitatis conferentis Christi Dei et hominis, ipsum iudicium: sed secundùm superbam recipientis peccatoris indispositionẽ: ipsis nouis donis, et occasione proportionalis humiliationis in saluationem, malè vtentis: nõ secundùm propriam virtutem finiti sui, vt dictum est, humiliter operantis: et simul ipsum donum infinitum, in æternam suam condemnationem despicientis. *Non enim misit Deus filium suum in mundum,* Ioan 3. (vt scriptum est) *vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.* Hoc: quò ad Filium. Sicut quò ad Patrem, conformiter: *Neque enim Pater iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit Filio* Hòc, inquantum homo, et homo mortalis: in ipso iudicio, ipsam mortalitatem et humanas miserias famis, fitis, nuditatis et infirmitatis, in persona propria proponendo. hæreditas primorum patrum Adami et Euæ, sicut primi ipsius generationis humanæ peccatores, primò per peccatum mortui: ab ipso Verbo æterno, homine mortali facto, ipsa hæreditas, in ipsius culpæ redemptionem, voluntariè acceptata. se ad omnia humana debita obligãte: ab ipso primo mortali, procedẽtia: et

tia:& perpetuò donec mundus stabit,multiplicata. Vnde à Spiritu sancto, primogenitus mortuorũ,nominatur.Id est, primogenitus ipsorum mortuorũ Adami& Euæ: post eorum mortem, primus et vnicus qui ab ipsa natura humana in innocentiæ statu generatus fuit:(cum in innocentissimæ virginis vtero,opera Spiritus sancti,incarnatus esset)in qua ipsi primi parentes creati fuerunt:in ipsum statum , vnicè et primò succedens Vnde ,quia ipsa successio primogenituræ in Christo , non fuit per feminis humani viam, per quam , ipsi primi patres,vt alij successores, cum viui essent,et iam in peccati malitia, non innocentes generantes:sed peccatores: non dicit primogenitus viuorum , sed mortuorum:similiter sine humano semine, à principio,ab ipso Deo creati.vt mortalis & primogenitus mortuorum succedendo,in ipsam hæreditatem,& mortale peccati debitum:in ipsius pœnæ solutionẽ,quò ad corpus,moriendo:& simul vt innocens & vnicus hæres ipsorum primorũ innocentiũ,in ipsius innocentiæ statu:ipsi culpæ & malitiæ satisfaciendo.Itaque dicitur : Et potestatem dedit ei etiam iudicium facere,quia filius hominis est:Intelligitur, non quò ad primum, primogeniti mortuorum innocentium,vt dictum est,cùm esset, similiter non ex humano semine,sed à Spiritu sancto conceptus, in ipsam prærogatiuam, subintrando:sed quò ad secundum mortalitatis acceptatæ:per ipsam viam mortalis & humilis finiti humani , iudicando. vltimò.inquantum homo tantùm, & prætérita humiliatio & finitum pati, inquantum mortalis,secundùm finitum humanum,ipsam naturam humanam , ad ipsam vallem & gradum proportionalem humilitatis virginis matris suæ,puræ creaturæ humanæ,reductam & congregatam,iustè & proportionaliter iudicando.Quia ,inquãtum Deus & creator infinitus,à creatura finita offensus:neq; inquantũ vnicus innocẽs inter homines. impeccabiliter conceptus: quod iudiciũ habere potest? Non est proportio:& consequenter iudiciũ non est.iudicium est?hoc est, inquantum homo mortalis& finitus humanus: vt dicit,& potestatem dedit ei etiã iudiciũ facere, quia filius hominis est: ipsa proportione humana,cũ humana creatura,simul cõcurrente.& per ipsam viã proportionalis reductionis ad ipsam vallem & stateram humilitatis virginis puræ creaturæ humanæ : ipsi in proportioni,inquantum homo, nouæ primogenituræ innocentiæ,& nouæ progeniei in terra Dei & hominis simul,reparando.Igitur,quomodo iudicium fuit,cum multa improportione,in principio ,inter creatorẽ & creaturam,ipso nouo superbię monstro contra Deum spirante?Quia , si non fuit proportio quò ad peccatorem:fuit quò ad peccatum:se ipsi Deo comparare volendo. *Ascendam super altitudinem nubium* (ipsè dicebat)*similis ero altissimo*.quo in iudicio omnes peccatores cõprehẽdũtur:tã angelicæ,quã humanæ naturæ.qui,quamuis in varijs peccatis:cum ipsi,contra diuinam legem,in illis rebus esse vellent,in quibus ipsum legislatorẽ Deum,qui solus est ,esse oportet : & non obstãte improportione eorũ non esse, ad placitũ suũ facientes,ad creatoris sui similitudinẽ,qui solus est,in proportionẽ ipsius offensæ,superbè ascendentes:& simul ipsũ Deũ euacuãtes:omnes,cũ Lucifero,in ipsum grauissimũ superbiæ peccatũ concurrunt.Iudiciũ in Adamo, in statu innocentiæ & perpetuæ vitæ,extra præsentẽ fragilitatẽ,iustũ limitẽ legis & præcepti diuini prætergredière,& simul ad ipsũ proportionalẽ gradũ offensæ,& comparationis diuinæ,(vt dicit,*eritis sicut dij*)superbè ascendẽre,proportionaliter factũ:cũ ab ipso iusto Deo,ad mortalẽ legis pœnã,condemnatus esset.Non sic vniuersaliter,in sua generatione quò ad pœnã spiritualẽ ipsius culpæ:respectu ipsius noui impedimenti mortalitatis & fragilitatis humanæ:ab ipsa prima causa& originali peccato procedentis:

Esa.14.

Gen.3.

vnde

vtrdo ipsa iudicialis potestas, Christo inquantum homini mortali, data fuit, ab æterno suo Patre, limitata: ipsas humanas miserias (vt dictum est) famis, sitis, nuditatis, & infirmitatis corporalis, in propria persona proponenti: & per viam ipsius communis causæ necessitatis, & communis obligationis correspondentis vsus misericordiæ, secundum vniuscuiusque opera, proportionaliter saluanti aut condem-
Isa. 14. nanti. Ascendam super altitudinem nubium, (ad ipsam primam causam redeundo) (dicit Lucifer, et similiter Adam) similis ero altissimo. & sic vterque ad cadendum venit. Falsus deus ante realem & verum stare non potest, quòd nòn ruat. *Tulerunt*
1. Reg. 5. *Philistiin arcam Dei*, (sancta scriptura dicit) *& intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon. Cumque surrexissent diluculò Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini.* &c. Iudicium, quò ad naturam angelicam. *Et tulerunt Dagon, & restituerunt eum in locum suum. Rursumque mane die altera consurgentes, inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca Domini: caput autem Dagon, solus truncus remanserat in loco suo.* & cætera. Iudicium, quò ad naturam humanam. Primum, quò ad angelicam:
Apo. 12. non truncus: vt alio in loco dicit: *& proiectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt.* Quia: Lucifer, caput superbiæ, et totius ipsius corporis angelici & superbi suorum angelorum, ipsi capiti vnitorum: tam integer, quàm impœnitenter de cœlo cecidit: sed pronus in terra (vt dicit) ante arcam Domini. Id est, ante Deum incarnatum. cui, sicut voluntariè, vt ratio erat, obedire noluerunt: cum maiori confusione cadentes, postea ipsi obedire, et eum simul adorare venerunt. Secundum iudicium quò ad naturam humanam: truncus, & duæ palmæ manuum eius abscissæ. Truncus: id est, non in suo primo et naturali corpore angelico tenebroso, cum ipso simul cadente, vt dictum est: in rebellione et superbia sua, tam integer, quàm impœnitens remanendo: sed in secundo corpore accidentali humano, nouiter per peccatum acquisito: et ipsi superbo capiti, donec saluator in mundum venit, confusè vnito & supposito. quia, vt punctus ipsius regenerationis per gratiam peruenit, hominem iustificantem: & aliter hìc per gloriam, perueniet, ipso corpore & parte electa, distinctè, in virtute et merito ipsius mortui et resuscitati Christi, in gloria et vita æterna resuscitante: cecidit, sicut tunc ipse Lucifer secundò cadet, in ipso falso deo Dagone significatus, truncus, (vt dicit) & duæ palmæ manuum eius abscissæ. Id est, quo ad totalem ipsius capitis et dæmonij liberationem, secundùm peccati originalis fomitem, (vbi intrat, truncus) et mortalem palpabilitatem sensualis humanæ fragilitatis. (vbi intrat, et duæ palmæ manuũ eius abscissæ) cum esset impeccabiliter, & extra omnem corruptionem, in corpore immortali resuscitata. Iudicium per gratiam, in vita militante: in valle humillimæ virginis, per humilitatem inceptum. Sicut confitemur et credimus dicentes. Et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine. Et homo factus est. Et consequenter, vt homo moriendo, omnes fideles, iudicanter per gratiam regenerando: Et iudicium per gloriam, in vita triumphante resuscitando: tamen, in mediocri valle (respectu illius filij) & conuenienti loco & gradu suæ humiliationis, effectum. in illa mediocri Iosaphat, & non excessiuè magna, in cuius medio ipsa virgo sepulta fuit: mysteriosè significatæ. & ibi ipse vniuersalis iudex, secundum gradum correspondentis humiliationis vniuscuiusque, iustè & proportionaliter iudicando, totaliter completum erit. Vnde, consurgant, & ascendãt gentes in vallem Iosaphat: quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu. et cætera. Populi populi in valle concisionis: quia iuxta est dies

Ioan. 3.

Ioel. 3.

Domini in valle concisionis. ipsum nomẽ, concisio, (vt dictum est) cum hoc verbo, cõtero, in eodẽ mysterio cõcordando. Id est, quia principio dictum fuit à Deo serpenti superbo monstro Satanæ, de ipsa secunda Eua, & humillima virgine loquente: Ipsa conteret caput tuum. Gen. 3.

CAP. CX.

CVM aliqua ex parte (Domini Dei gratia) de vniuersali iudicio tractatum sit: & hoc pluribus in locis, & diffusè, secundùm iam dictam difficultatem, idioex scriptoris ignorantiæ: & vltimò de ipsius iudicij loco, secũdum quod à propheta Ioel significatur: tamen hoc in ordine continuando: pro maiori declaratione, mediante ipsa diuina luce & gratia, aliæ huius materiæ addentur, varijs tẽporibus & occasionibus similium meditationum, tamẽ diffusè scripta & notata: vt non perdãtur, quamuis sint, simul cum reliquo huius inordinati libri, non ea methodo, qua deberent, vt dona Dei, scripta & ordinata: omnibus in rebus, solùm honorem suum & gloriam prętendendo. Igitur, dicit Dominus: *Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret vsque in Occidentem: ita erit aduentus filij hominis.* Id est, repentinam ipsius tremendi iudicis apparitionem, & simul vniuersalem omnium rerũ consummationem, significando: per mediũ ipsius irreparabilis ignis & ardentium elementorum, ex quibus ipsum fulgur humanũ in Christo, consistit, sicut romphea diuina & humana, vtraque parte acuta, ab ipso cum noua virtute & potentia renouatorum, effectum. *Hæc dicit qui habet rõpheam* (per sanctum Ioannem) *vtraque parte acutam, &c. pœnitentiam age, si quo minus: veniam tibi citò, et pugnabo cum illis in gladio oris mei.* &c. Rompheam vtraque parte acutam. Id est, naturam diuinam, & humanam in Christo vnitas. & hac in ratione vnionis: Vtraque parte acutam. Et pugnabo cum illis in gladio oris mei. Id est, vtraque acie simul vtendo. Acie diuina occidente, repentè apparente, animam à corpore diuidente: & humana ignea elementali consumente, eodem in puncto omnia cadauera & animata humana corpora, cum omni reliquo præsentis seculi, in cinerem & puluerem conuertente: omnem excelsũ montẽ, & superbum ædificium, vsque ad minimam petram, super terram erectam explanante. Et de hoc: in notabili Sodomitarum castigatione, exemplum in promptu habemus: ad hoc propositum, à Domino adductum. *Qua die autem exijt Lot à Sodomis,* (ipse dicit) *pluit ignem & sulphur de cælo, & omnes perdidit.* Luc. 7. secundum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur. &c. Nota, reuelabitur: Quia in puncto quo ipsum fulgur ipsius tremendi iudicis erit in gloria sua et irreparabilibus radijs suæ lucis & splendoris diuini, reuelatum: erit tanquam gladius eductus, vtraque parte scindens, (vt dicit, vtraque parte acutam, inquantum Deus & homo simul) vt ipso feriat et occidat: vtraque acie, diuina & humana, simul vtendo. sicut quò ad humanam elementalem, proximè dicit. *Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis.* ipsam igneam aciem elementalem, à quo igneo elemento visibilis sensus particulariter procedit, in oculis significando. gladius è vagina eductus in destructionem: sicut vsque tunc, in conseruationem: cum esset sub velo mortali sacri corporis sui, ante mortem & resurrectionem suam diuinorum radiorum, (vt dictum est) postquam resuscitatus fuit, in ipsius naturæ humanæ conseruationem, semper velatus: vt possit hoc modo & ordine reparationis, cum ipsa sine damno tractare, vt non pereat. & hoc in ordine à principio omnium cœlorum velamen positum fuit: incomprehensibilem lucem splendentis empyrei cœli reparans. Vnde

Matt. 24. Apo. 2. Apo. 2. Apo. 2. Apo. 2.

de per Dauidem conformiter de ipsa re uelatione, & iudicio vniuersali tractãtem:

Psal. 49. *Deus manifestè veniet.* Manifestè veniet? Ecce gladius gloriæ & irresistibilis lucis suæ manifestatus: præsentem humanam vitam interrumpens: vsque tunc velatus, & in suã cõseruationem absconditus. *Ignis in cõspectu eius exardescet.* Ecce effectus ipsius gladij & irreparabilis lucis diuinæ: vtraque acie vtendo: acutam & ignitam aciem elementalẽ resplendẽtis corporis sui, in ipso igneo elemento significando: cum noua & penetrabili forma maioris virtutis additæ, in conspectu eius exardescens: ab ipso repentino fulgure, in illo instanti apparendo cõ-

Dan. 7. municatæ. Vnde per Danielem: *Thronus eius, flammæ ignis: rotæ eius, ignis accensus.* ipsum resplendentem thronũ glorioſi corporis sui, & ignitas rotas virtuales ipsorum quatuor elementorum, in ipso incluſorum, significando. Sicut per Dauidem: Deus manifestè veniet: (quò ad superiorem aciem diuinã, separantem) Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet: & in circuitu eius tempestas valida. Ideſt, quò ad secundam aciem humanam elementalem: in virtute coniunctæ diuinæ, separantem: omnia mortalia consummantem. Et con-

Sap. 5. formiter per Salomonem, *Et accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum.* &c. Armabit creaturam. Ideſt, ipsam creaturam instrumentalium elemẽtorum: ipsis nouis armis nouæ formæ virtualis armatorum: à virtute & potentia sua, & per medium ipsorummet elementorum, in suo sacro corpore virtualiter inclu-

Luc. 2. sorum, communicata. Vnde, *Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum.* Ideſt, per eandem viam, varij effectus, aut gloriæ, aut pœnæ æternæ, effecti. Sicut alio in

Eccl. 39. loco, *Ignis, grando, fames, & mors,* (ideſt, ipsa quatuor elementa, ad ipsam nouã formam reducta) *omnia hæc ad vindictã creata sunt.* Ideſt, sicut ante peccatum ad vitam: post peccatum ad vindictam creata sunt. *bestiarum dentes, & scorpij, & serpentes,* (hoc, ie exemplum) *& romphæa vindicans in exterminium impios.* Id. Sap. 5. eſt, Armabit creaturam (vt primò dicit) ad vltionem inimicorum. &c. *Acuet autem diram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Ibunt directè emissiones fulgurum, & tamquam à bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient. Et à petrosa ira plenæ mittentur grandines, exardescet in illos aqua maris, & flumina conturrent diriter: contra illos stabit spiritus virtutis, & tamquam turbo venti diuidet illos: & ad eremum perducet omnem terram iniquitatis illorum, & malignitas euertet sedes potentium.* Admirabiliter concludit, mysteriosè dicendo, Et ad eremum perducet omnẽ terram iniquitatis illorum: quo ad terrenam partem corporalem, in eremo pulueris & cineris conuersorum. & malignitas euertet sedes potentium: quò ad ipsasmet sedes consumptorum corporum eorum: in illo instanti resectas, resuscitantium: & à malignitate reuniti spiritus, in infernales abyssos descendẽtium, euersas. (Non resurgent impij in iudicio) & sicut in electis, throni erectionis ad vitam & gloriam æternam: in ipsis reprobis superbis, sedes euersionis in mortẽ & pœnam æternã. Quod omne, cũ proposito Sodomitarũ exemplo conformat: in quo efficienter demõstratur, quod futurum eſt in ipso tremendo die vniuersalis iudicij: qui, nobis tam incertus eſt, quàm repentina erit fulguris tremendi iudicis apparitio, ad mundum iudicãdum. Sicut repentina & incognita ipsa notabilis castigatio fuit, ita quod ipsemet iustus Lot, vt extra seipsum, eam non credebat: cum esset, quasi violenter à missis angelis, simul cum familia sua in salutem eiectus; vt dicit: *Sol egressus est super terram, & Lot ingressus est* Gen. 19. *Segor. Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem à Domino de cælo: & subuertit ciuitates has, & omnem circa regionem, vniuersos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia.* &c. Mysteriosè dicit, Dominus pluit: &, à

Domino de cœlo. &cæt. Dominus pluit: quò ad secundam aciem consummãte ipsius gladij: ideſt, humanæ naturæ in Christo: per quam viã ipsius virtuosæ partis elemẽtalis, eò quod Verbũ incarnandũ erat, pluit sulphur & ignem: vt iudex hac in parte, & qui in hoc iudicandi potestatem habebat, vt dicit, Quia filius hominis est. A Domino: quò ad primam & præcedentem aciem principalẽ, separantẽ, diuinæ naturæ, qua simul vsus est: vt prima causa, inquantũ Deus, (vt dicit, à Domino) & ipsorũ elemẽtorum, & rerũ omnium, vniuersalis creator: quod, humanæ, non attribuitur. qua in ratione, Dominus pluit, quò ad secundã humanæ naturæ causam: A Domino, quò ad primam diuinæ causam: vnam ab altera distinguendo: & omnia ad diuinã potentiam reducendo: in ipso mysterioso, de vno subiecto dicere: Dominus, & à Domino, demõstratum. Quia, cum esset hic casus tam notabilis castigationis particularis, quàm vniuersalis exempli, in testimonio & figura eius quod procul dubio in vltimo vniuersalis iudicij dic futurũ est: hac in ratione, sic, à Spiritu sancto, tã mysteriosè scriptũ, quàm effectũ est. & similiter ipsũ exemplũ, mortalibus, ab ipso tremẽdo iudice Christo, homine & Deo immortali, donec mũdus stabit datum, & prædicatũ. Quãdo notabilis Assyriorum mortalitas, per angelũ Domini facta: vt dicit, *Factũ est igitur in nocte illa, venit angelus Domini, & percussit in castris Assyriorũ centum octoginta quinq; millia*: angelus, ipso gladio, vsus nõ est, quò ad igneam aciẽ consummantem elementalem: nisi quò ad primam aciẽ separantẽ ipsius lucis & splẽdoris diuini; ipsis angelis, vt dictum est, vbi q; indeficiẽter communicati: vsum eorũ velamẽ in saluationẽ, auferẽdo: vt qui gladiũ è vagina auferẽdo (vt dictũ est) vt ipso feriat & occidat. & hac in ratione, occisa corpora, integra, & non consummata manserunt. vt dicit: *Cumq; diluculò surrexissent, videbant omnia corpora mortuorum.* & cæt. Et similiter effectum fuit, quando duo filij Aaron, Nadab, & Abiu, propria sua authoritate, & cũ illis demandatũ non esset, præsumptuosè ante populum, Deo incensum obtulerũt. Vnde, *Egressusq; ignis à Domino, (vt dicit) deuorauit eos, & mortui sunt corã Domino.* &c. quorũ corpora integra relicta sunt: & non ab ipso elementali igne consumpta: vt dicit, *Vocatis autem Moyses Misaele, & Elisaphan, (&c) ait ad eos, Ite & tollite fratres vestros de conspectu sanctuarij, & asportate extra castra. confestimq; pergentes, tulerunt eos sicut iacebant, vestitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt sibi fuerat imperatũ.* & hoc Dominus vtendo similiter per mediũ ipsius angeli, ipsa sola acie separante repentinæ manifestationis suæ lucis & splendoris diuini: ipsi populo circũstanti, in saluationẽ, per mediũ ipsius ignei reparaminis elementalis, velata: (vt dicit, Egressusq; ignis à Domino: non in mortuorũ delinquentiũ cõsumptionẽ, sed in viuorũ cõseruationẽ) & ipsis duobus delinquẽtibus tantũ, in perditionẽ, efficiẽter manifestata. Sed in hoc alio Sodomitarũ exemplo, & mysteriosa figura occisionis & cõsummationis simul, vniuersalis, ipsius humanæ naturæ, & omniũ rerũ præsentium, in iudicij die: Dominus v, traq; acie ipsius gladij, Verbi incarnativsus est. ideſt, prima, separãte lucis suæ & irrestibilis splẽdoris diuini, inquantũ Deus: in perditionẽ, omnib. vniuersaliter reuelata: animã à corpore violẽter diuidẽte: & secũda simul elemẽtali cõsummãte: omnia corpora in fauillã & cinerẽ cõuertente. Sicut quò ad primã aciem diuinam separantem, dixerũt angeli ad iustũ Lot, *Salua animam tuã: noli respicere post tergum, nec sies in omni circa regione: sed in monte saluũ te fac*, &c. quia possibile non est, hominem mortalem, ipsam gloriam & lucem diuinam videre, quòd nõ pereat. vt scriptũ est, *non videbit me homo, & viuet.* quod eodem in puncto effectum fuit. *Respiciensq; vxor eius post se, versa est in statuam salis.* Et quò ad secundam aciem elementalem consummantem, qua simul vsus est, myste-

Ioan. 5.

4. Reg. 19

Gen. 19.

Exod. 33.

Gen. 19.

Leu 10.

mysteriosè dicit: *Sol egressus est super terram, et Lot ingressus est Segor. Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem à Domino de cœlo: & subuertit ciuitates has, et omnem circa regionē, vniuersos habitatores vrbiū, & cuncta terræ virentia. Abrahā autem consurgens manè, intuitus est Sodomam & Gomorrham, & vniuersam terram regionis illius: viditque ascendentem fauillā de terra quasi fornacis fumū.* Et non dicit, sicut alijs in locis, mortuorū corpora vidisse. quia, tam ipsa, quàm reliquū omne, ab ipsa secūda acie elementali ipsius gladij, consūmatū fuit. Quid significet vxor Lot, in statuā salis cōuersa: diuina mediante gratia, sequenti capitulo dicetur.

CAP. CXI.

MAgno cū mysterio, Dominus Deus permisit, quòd vxor Lot, mandato suo, & admonitioni per medium sanctorū suorū angelorū factæ, nō obediēs: in statuā salis cōuersa fuit. & inter omnē illā personarū multitudinē, quæ perierūt, quibus ipse gladius separās lucis ipsius inuisibilis Dei eductus fuit (& ipsi etiā eū temerariè videre volēti) & simul ipsa secūda acies elementalis cōsummans, ratione incarnationis Verbi, viuorū & mortuorum iudicis inquantū hominis, qua efficiēter etiam vsus est, omnes in cinerem & puluerem cōuertendo: ipsa sola, in eadem forma humana restaret, in statuam salis conuersa. Vt dixit. *Respiciensque vxor eius post se, versa est in statuā salis.* Mysterium, hoc est. Vxor Lot, naturam humanā significat. Vnde illo in pūcto, quo ipsum fulgur tremēdi iudicis, & solis iustitiæ Christi super terrā, in die iræ suæ, & iudicij bonorū & malorum, apparabit: quo in mysterio, dicit, Sol egressus est super terrā, & Lot ingressus est Segor. Igitur Dominus pluit super Sodomā & Gomorrhā sulphur & ignē. &c. Idest, de ipso Sole iustitiæ Christo, & Domino dominantiū metaphoricè loquēdo: tūc omnes homines erūt, sicut quò ad partē corporalē, in puluerē, et cinerē redacti, quòad rationalē spiritualē, in statuas salis cōuersi: eodem in puncto resurgēres. Boni, & mali: sed differēter. Idest, sal bonū charitatis, in bonis: ipsum creatorem Deū perfectè amantibus: & sal malū amoris proprij, infatuatum in malis, ipsum Deū odio habētibus. Sal sapientiæ & scientiæ Dei in bonis: in correspondēs gloriæ & vitæ æternæ præmiū: & sal sciētiæ & agnitionis diuinæ offensæ in malis & peccatoribus, in cōfusionē, & correspōdētē castigationē pœnæ & mortis æternæ: ipsas peccatorum aquas, secundū infructuosam eorū pœnitētiā & cōfusionē, in salē infatuatum cōuertentibus. quod illud est, quod nos ipsemet Dominus docet, dicēdo *Omnis enim igne salietur: & omnis victima sale salietur.* & hoc, cum primùm dixisset, de ipsis pœnis infernalibus loquendo: *Bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, et ignis non extinguitur.* (addendo) Omnis enim igne salietur: & omnis victima sale salietur. Idest, Omnis enim igne salietur: quòad pœnam ipsius inextinguibilis ignis: à gradu cuius, secundū quālitatē aquarū peccatorum vnius cuiusq; ipsum infatuatum sal infructuosæ pœnitentiæ & cōfusionis procedit in sciētia & correspondente lumine ipsius diuinæ offensæ, fundatū: omnes præteritæ cæcitatis peccati tenebras, euacuās. *Quia tenebræ non obscurabitur à te,* (per Dauidē) *& nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius ita & lumen eius. Et omnis victima sale salietur.* Idest, etiam, in ipsius figuræ cōplemento, quò ad gloriam ipsarum victimarum electorum. Quia, tā in particulari iudicio, moriēdo: q ā in vniuersali resurgēdo, in nouam pœnam, in corpore & anima patiendo, aut in nouam gloriam bonis, in corpore & anima fruentibus: secūdū peccatorum tenebras, vnicuiq; damnatorum dabitur correspōdens lux & sal scientiæ ipsius offensæ diuinæ, in correspōdentē pœnā & confusionē æternā. vt dicit, Sicut

Gen. 19.

Mat. 9.

Psal. 138.

Mat. 9. Luc. 2.

Psal. 138.

tene-

tenebræ eius, ita & lumen eius. & similiter electis, correspondens sal sapientiæ & scientiæ perfecti amoris, in ipsius Dei agnitione, in correspondente gloriæ præmio, in vita æterna: secundùm quòd vniuscuiusque opera condita fuerint, aut ipso vero charitatis Dei sale, aut infatuato amoris proprij. quæ charitas, in sale principaliter significata est: vt quod ipsa sola, diuinæ legis forma, & fundamentum, dat formam & esse omnibus bonis operibus humanis: & ipsis hominibus simul: vt principales victimas, in ipsis effectibus charitatis & ignis amoris diuini, seipsos simul offerentibus & sacrificantibus. Et hoc dicere vult, *Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies*: Leu 2. Ideſt, sale charitatis & amoris Dei, formæ ipsorum operum & sacrificiorum: in quo diuinæ legis obseruatio consistit: & illud, de quo, hac in ratione, particulariter ratio petenda est in hac die magna, & amara valdè, cum esset ipsius iustæ sententiæ (in eadem ratione) ad pœnam, aut gloriam æternam, fundamentum. Vnde, hac in ratione & ordine, Dominus discipulis suis, & omnibus iustis, donec mundus stabit, dicendo: *Vos estis sal terræ*, Matt. 5. &c. subitò consequenter, materiam inserit, eius quod ipsum sal significat, de ipsa charitatis luce tractando: in suis mirabilibus effectibus resplendentis: cùm solùm essent ad vniuersale exemplum, & particularem honorem & gloriam ipsius Patris misericordiarum Dei, effecti. Sicut subiungit dicendo; *Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt.* & in conclusione eius quod vult dicere; *Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.* et quia regula est simul, ipsum charitatis sal; à recta diuinę legis obseruatione emanans: omnia ipsa opera & humanos effectus, ad vitam æternam, mediante ipsa diuina gratia, formaliter adæquans: procedit dicendo, *Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas, non veni soluere, sed adimplere.* Et quis Domine vt tu? Nullus. qui, cum esses à principio, & ante peccatum, ipsemet legislator & legis forma inquantum Deus: secundùm charitatem tuam æternam, propria morte inquantum homo, legis pœnã soluendo, in vniuersalem ipsius culpæ redemptionem, eam (vt dicis) perfectè & singulariter adimpleuisti: Ideſt, in merito tuo infinito, ipsam primam hostiã & redemens sacrificium, simul cum vniuersali omnium martyrum, & omnium iustorum operibus, in æternum, ipso charitatis sale, ad vitæ æternæ fructum condiuisti. Charitas æterna: intra, & extra, in tanti Dei manifestatione, finis principalis rerum omnium, diffusa & communicata. *Aquæ multæ* (per Salomonem) *non potuerunt extinguere charitatẽ.* Cant. 8. Quæ aquæ istæ sunt? Aquæ tribulationum & persecutionum iustorum: aquis peccatorum, correspondentes: (in Christo, perfectè: ab ipso primo iusto incipiendo) in salis charitatem conuersæ in inflammatis eorum pectoribus. Quia, non solùm secũdum ipsam charitatis legem obligati sumus, ad crucẽ aliquam & pondus super nos accipiendum, & proximum bonis temporalibus subleuandum, quamuis aliqua cum propria incommoditate, corporaliter eum patiẽtem videntes: sed etiam propter eandem rationem, quando eum spiritualiter pati videmus sub aliqua peccati mortalis cruce, eò magis ei subuenire: & eum de spirituali periculo nostris orationibus & ieiuniis iuuare: peccati ipsius aquam, in nostris non tam frigidis pectoribus, in salem charitatis & sacrificij pro sua liberatione, conuertẽtes. Vnde, Spiritus sanctus, per Apostolum: *Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi.* Gal. 6. Qua ratione dicit legem Christi, & non legem Dei? Ratione ipsius nouæ legis passionis. Suæ pro peccatis, in ipsa charitate fundatæ: vtrãque amplectendo. *In hoc cognouimus charitatem Dei*, (per sanctũ Ioãnem) 1. Ioan. 3.

quoniam

quoniam ille animam suam pro nobis posuit: et nos debemus pro fratribus animas ponere. etc. Ideſt, ſicut in tẽporali, quo ad neceſſitates corporales: multò magis in ſpirituali, quò ad ſpirituales animæ neceſſitates: per viam auxiliorum conuenientiũ orationũ, & ieiuniorum: vt dictũ eſt: in quo conſiſtit animã noſtrã pro proximis noſtris ponere: & ipſa charitas maiore cum perfectionis effectu demonſtrata. Anima noſtra. Ideſt, vita temporalis humana, & indiuiduũ animæ & corporis: ſpiritualiter & corporaliter pro noſtris, & alienis peccatis patiendo, in ipſius conſeruatione, in gloria æterna. *Qui amat animam ſuam* (dicit Dominus) *perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.* Ideſt, de ipſis maioribus effectibus, & charitatis perfectione loquẽdo: quibus Chriſtianus ſe particulariter delectare, & gloriari deberet: ipſam veram doctrinam & vniuerſale exemplum imitando. *Mihi autem abſit gloriari* (dicit Apoſtolus) *niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quẽ mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* &c. *Ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto.* Omne hoc cum illo myſterioſo dicto cõcordat, *Et ſic adimplebitis legem Chriſti*, quò ad ipſam nouam legem & exemplum in Chriſto, in communi patiendo pro peccatis: ipſum pondus alter alterius portando: & ſimul ipſam communem peccatorum aquã, ſecundũ ipſam communẽ formæ & diuinę legis obligationẽ, in ſalẽ charitatis diuinæ & ſacrificij cõuertẽdo, pro cõmuni ipſorũ laqueotũ liberatione. *Saluũ me fac Deus* (ipſe ſaluator, per prophetã Dauidẽ dicit) *quoniã intrauerunt aquæ vſque ad animã meã*: profundũ myſteriũ agoniæ ſuæ in horto, Patrẽ orãs, prædicẽdo: cũ illi omnes ipſæ peccatorum aquæ præſentes eſſent: & ſimul correſpondens pœna quam pro ipſis paſſurus erat. Ideſt, non quò ad mortem inquantum homo, & pœnalitates corporales: ſicut iam ſæpius dictum & declaratum eſt: ſed quò ad verecundiam & pœnam ſpiritualem rationalis confuſionis animæ: tam innocentiæ ſuæ contrarię, quàm deformis proprio honoris paterni zelo inquãtũ Deus & homo ſimul: in mortali agonia ſua, & nouo ſanguinei ſudoris miraculo, demonſtratum: & ſimiliter, dicẽdo: *Pater ſi vis*, (ideſt hac in parte) *transfer calicem iſtum à me.* Vnde concludẽdo: *Verumtamen non mea voluntas*, (vt dicit) *ſed tua fiat*: vicit amor: ipſe ignis diuini amoris, omnes ipſas peccatorum aquas, in ipſum æternæ charitatis ſuæ ſalem, conuertendo. Ita quod, *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem*, vt dicit, quò ad ipſum ſaluatorẽ: *Nec flumina obruent illam*: ſicut addit dicendo, quò ad fideles & iuſtos: ipſum Chriſtũ imitãtes. Ideſt, neq; ipſe ſal charitatis ſuæ æternæ, in ſuis iuſtis & veris imitatoribus, ſimiliter ipſam aquarũ peccatorũ multitudinẽ operientis, & in ſeipſam conuertentis, nũquã cooperta & inundata erit ab ipſis impetuoſis fluminib. perſecutionũ & mortis eorũ: à tã varijs martyriorum aquis cauſatis, quæ ſunt tormẽtorũ inuẽtiones, quas cõtraria crudelitas infernalis ſemper ad torquẽdos eos inuenit. Imò, maiori cum ſplẽdore, ad gloriam & laudem ipſius Dei, à qua cauſa charitatis ſuæ æternæ, omnia procedunt, ſemper in conuerſione cõtinuata multorum, & in multis mũdi partibus, cum vniuerſali cœli & terræ gaudio manifeſtata erit. vt alio in loco: *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Omnia ipſa flumina tot variarum aquarum tormentorũ & martyriorum; ad vnum ſolùm flumen tã violentæ, quàm pretioſæ mortis, & vnicæ victoriæ in Chriſto, in cõmuni lætitia ipſius ciuitatis Dei, Eccleſiæ triumphantis & militantis, reducendo. ipſam habitationem Dei humanã naturã, per ipſã correſpondẽtes crucis viã, ſecundum vniuſcuiuſq; obligationem & poſſibilitatem ſanctificando. Sicut concludit, dicendo: *Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.* Et quia ipſæ tribulationes, in vltimis diebus maiores erunt:

Leuit. 22. Luc. 2. Cant. 8. 1. Pet. 4. Pſal. 68. Pſal. 45.

Mat. 24. Esa. 41. (vt dicit Dominus, *erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modò, neque fiat*) procedit dicendo, *Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam Deus manè diluculò.* Idest in ipso mane vniuersalis resurrectionis & iudicij: ipse iustitiæ sol, in virtute & potentia sua, quasi fulgur, repente apparendo. Et quia, hoc in psalmo, Spiritus sanctus particulariter tractat de ipsa persecutione, & victoria sanctæ Ecclesiæ: lector considerate, totum legere poterit. Valdè accommodatè ad propositum incipit, dicendo: *Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis.* &c. Aquæ, peccata significant: quæ, per pœnitentiæ viam, in charitatis salem conuersæ sunt, in ipsarum culparum remissione. in aquis diluuij significatum, ipsas peccatorum aquas significantibus: vniuersalem peccatorum mortẽ causantes: in salem charitatis in Christo, cõuersas, (vt dictum est) mortem etiam inquantum homo patiendo, in ipsarum culparũ remissione. In octo personis significatum, quæ in Arca Noe saluæ fuerũt: ipso numero octauo, totalem Ecclesiæ suæ recuperationẽ, resuscitantis, significante. Exemplum etiam ab ipso tremendo iudice datũ, de ipso vniuersali iudicio tractante, & dicente, *Sicut factum est in diebus Noe: ita erit & in diebus filij hominis. Edebant, & bibebant,* &c. *& venit diluuiũ, & perdidit omnes. Similiter sicut factum est in diebus Lot: Edebant, & bibebant,* &c. *pluit ignem & sulphur de cælo, & omnes perdidit. secũdum hæc erit, qua die filius hominis reuelabitur.* Lot cũ familia sua saluus fuit (sicut Noe, & sua) vxor cuius, ipsam naturã humanã, ipsius Christi sponsam, Ecclesiam catholicã & apostolicam, significans, in statuam salis conuersa fuit: quia tunc, in merito & virtute ipsius solis iustitiæ Christi, repentè apparentis, omnes ipsæ peccatorum aquæ, in parte pœnitente & amante, resuscitante, in perfectæ charitatis salem conuersæ erunt. Vnde Apostolorum princeps, *Octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma.* Per aquam. Idest, per pœnitentiam: ipsas peccatorum aquas, in charitatis & amoris diuini salem, formaliter conuertendo. Vt dicit, Quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma. Et idem redemptor, cõformiter, *Remittuntur ei peccata multa: quoniã dilexit multum.* Dominus in Magdalena, gratia sua mediãte, & ipsius peccatricis pœnitentia, multitudinis suorũ peccatorum aquas, in charitatis & amoris diuini salẽ conuertit: quo semper arsit: in sua particulari vita exemplaris pœnitẽtiæ, vsque ad finem, pro peccatis patiendo, demõstratũ, *Vbi autẽ abundauit delictũ, superabundauit & gratia.* Ipsũ sal, sapientiam significat. Verum sal amoris Dei, & odij suijpsius, per vitæ asperæ & pœnitentis viam, acquisitum. vt dicit: *Sapientia vbi inuenitur? & quis est locus intelligentiæ?* (Intelligentiæ locus, ipsemet Deus est: qui, solus, trinus & vnus, semetipsum intelligit. à qua vnica intelligentia, sapientia nascitur, quæ eum solum in seipso gloriosum facit) *Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium.* Sal charitatis & sapientiæ non inuenitur, in terra morbidorum, & vitæ dulcis & commodæ: imò summa impietas & ignorantia: solùm seipsos amantiũ, & suauiter pascentiũ: sicut diues auar' erat: in quibus, ipsæ peccatorũ aquæ, in infatuatũ salem amoris proprij, vanũ, & euanidum, cõuersæ sunt. nisi in Magdalena pœnitenti: in aspera vita seipsum odio habẽte: & maiori cũ affectu ipsum Deũ amãte. Et in similibus: qui, quamuis non in tali apostolicæ perfectionis gradu patientes: saltem cum lacrymis mediocris pœnitentiæ pro peccatis debitæ, vltra ordinaria ieiunia & abstinentias, quas sancta Ecclesia præcipit, in supplementũ, pretiosa vnguẽta bonorum operũ charitatis super Christi caput spargunt. Idest, *Sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbam, barbam Aaron.* Oblatum formaliter in capite, & cum cha-

1. Pet. 3.

Luc. 7.

Iob. 28.

Psal. 132.

charitatis sale, ad gloriã & honorem ipsius Dei, solũ. Non denarius à diuite, cum auaritia, inter aureos & argẽteos suos diligenter requisitus. *Esurini enim*: (dicit Dominus) *& non dedisti mihi manducare.* Necesse est pauperi ad manducandũ dare. *Nudus: & nõ operuisti me.* Nudũ operire oportet. *Infirmus, & in carcere: et nõ visitasti me.* Oportet magna cũ eleemosyna pauperem verecundũ infirmũ visitare, & similiter in carcere detentũ, & efficienter, & non ornatis verbis, illius necessitati remedium dare. Quod ipsorum bonorum operũ vnguentũ, formaliter, in capite, simul cum ipso charitatis sale, effusum, descendit in barbã: ideſt, in humanitatem Filij incarnati, honoris Patris sui Dei: per mediũ cuius humanitatis, ipse figuratus Aaron Christus, obtulit cũ perfecto sale charitatis suæ æternæ, inquantum Deus, maius omnibus sacrificijs, seipsũ Deum & hominẽ offerendo, in hominis redẽptionẽ, ad gloriã & honorẽ ipsius æterni Dei. Vnde, sibi inquantum homini, ipsum effectum charitatis, aut impietatis, attribuendo, qua homo erga hominẽ vsus est: in quo, inquantũ homo iudicãdo, iusta sua sentẽtia fundata est: ipsi humanæ naturæ dicet, tunc resurgẽti, in statuam salis conuersæ, *Mihi, aut nos mihi feciſtis*: verũ charitatis Dei sale, ab infatuato amoris proprij & euanido, distinguẽdo: cũ in pũctorilio maiore luce salis sapientiæ & scientiæ illuminata esset. Omnẽ præteritã ignorantiã euacuãdo. Et tunc id completum erit, quod ipsa Patris sapientia significat dicendo: *Si autem sal euanuerit: in quo condietur? Neque in terram, neq; in sterquilinium vtile est.* Dicere vult, quod nõ est forma & cõdimentum sal amoris proprij, in terrenarũ & temporalium rerum vsu, (vt dicit, neque in terram), vt ipse vsus creatori, gratus sit: nisi sal charitatis & amoris Dei: quia omne aliud sal infatuatũ est: & euanida charitas in re vana impensa. Ideſt, tam in seipso, qui non est; quàm in omnibus alijs rebus transitorijs, in ipso homine inclusis, & ab ipso vanè amatis & desideratis. Neque in sterquilinium. Ideſt: in vniuersali, omnia ipsa, quæ mundus æstimat, & cum omni diligentia affectuosè habere procurat: ipsa immunditiæ cõparãdo. Vnde conformiter Apostolus, Qui ipso charitatis & amoris diuini sale, per gratiam particularem, sufficienter conditus erat, *Omnia detrimentum feci* (ipse dicit) *& arbitror vt stercora, vt Christũ lucrifaciam.*

Matth. 25.

Luc. 24.

Phil. 3.

CAP. CXII.

ET mittet angelos suos cum tuba, & voce magna: (sanctum Euangelium dicit) *& congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cælorum vsque ad terminos eorum.* &c. Et per Apostolum, *Quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo: & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui viuimus*, &cet. Hæc terribilis tuba, in eodem tremendo iudice Christo Deo & homine, intellecta est. & sicut romphea, vtraque parte acuta, vt dictum est: tuba etiam ex quatuor resonãtibus attributis diuinis cõsistens, inquantũ Deus: (vt dicit, in tuba Dei) & quatuor vociferãtibus elemẽtis, inquãtũ homo: in quibus quatuor elementis, in sacro suo corpore virtualiter inclusis; & ab ipsa diuina natura, intra, & extra, in ipsius resurrectionis & iudicij effectu virtutẽ accipiẽtibus, ipsa quatuor attributa, potẽtiæ, sapiẽtiæ iustitiæ, & bonitatis infinitæ, significata sũt. Terribilis tuba: (sicut rõphea, et fulgur) qua, in repentina sua super terrã apparitione, & ipsemet, & per mediũ sanctorum suorum angelorũ, iustæ suæ iræ ministrorum, tantum antea, quantum eodem in puncto, vsus est, vt dicit. *Et mittet angelos suos cum tuba, & voce magna*, ideſt, ipsa vociferantia elementa, extra: in virtualibus intra, sacri sui corporis, reformata: noua cum virtute & potentia, efficientia. Sicut in testimonium: multo antea: *Iamque aduenerat tertius dies*, (vt dicit) *& mane inclaruerat*: (ideſt, ipse tertius dies & mane vniuersalis resurrectionis & iudicij)

Matth. 24.

1. Thes. 4.

Apoc. 1.

Matth. 24.

Exod. 19.

iudicij) *& ecce ceperunt audiri tonitrua*, (Ecce tuba) *ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, clangorque buccinæ vehementius perſtrepebat*: (Ecce terribilis tuba) *& timuit populus, qui erat in caſtris*. &c. ſtupēda ſigna, mūdo legem dādo: in teſtimonium ſtrictæ rationis obſeruationis ſuæ, quam vnusquisque in ipſius fine redditurus eſt. *Et erūt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis*, (conformiter) *& in terris preſſura gētiū præ confuſione ſonitus maris, & fluctuū*: (ecce terribilis ipſius tubæ ſonus) *arescētibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi* &c. Et per Salomonē, *Acuet autē durā irā in lāceā* (vt dictū eſt) *& pugnabit cū illo orbis terrarū cōtra inſenſatos*. (ideſt, ad differētiā rationalis angelicæ, miniſtrantis:) *& pugnabit cum illo orbis terrarum*, (inquātū ad ipſam partē irrationalē elemētalē ipſius tubæ; *contra ipſos inſenſatos* peccatores; particulari cū terrore, principaliter, pugnātē) *Ibūt directè emiſſiones fulgurū, & tāquā à bene curuato arcu nubiū exterminabūtur, & ad certum locū inſilient. Et à petroſa ira plenæ mittētur grādines, excādeſcet in illos aqua maris, et flumina cōturrēt duriter. contra illos ſtabit ſpiritus virtutis, et tāquā turbo vīti dabit illos: & ad eremū perducet omnem terram iniquitatis illorum*, (ad eremum: ideſt, ab ignea omnium rerum combuſtione, cauſatam) *& malignitas euertet ſedes potentium*. Omne hoc, inquantū ad primum ipſius præcedētis tubæ & terribilis ſonitus tui, & effectus mortis & cōbuſtionis vniuerſalis, in repētina ipſius fulguris Dei & hominis Chriſti apparitione. Sicut quò ad cōſequentē effectum ſuum ſecundum, eodem in puncto effectū, reſuſcitando, (ad ſanctū Euangelū redeūdo) procedit dicendo: *Et congregabunt electos eius à quatuor ventis, à ſummis cælorum vſque ad terminos eorum*. quod eſt ipſa elementorum vnio, in ipſis quatuor principalibus ventis, intellectorum. Ideſt, in Occidentali, & Meridiano, terra, & aqua: in Septentrionali, & Orientali, aer, & ignis: exhalata, moriendo: & de nouo reunita, reſuſcitando. *à ſummis cælorum vſque ad terminos eorum*. Ideſt, à ſummis cœlorum, quò ad animam: in ipſa gloria cœleſti, & ſummo cœlo empyreo, cum Chriſto, gaudentem. vſque ad terminos eorum: (quod eſt ſuppoſita regio elementalis) inquātum ad corpus, & congregationē in vnū, ipſius inferioris partis corporalis elementalis cū cœleſti ſuperiore animæ ſuæ propriæ, iam primùm, glorificatæ. & ſecundùm hanc rationem, *In tuba Dei deſcendet de cælo*: ſicut per Apoſtolum dicit, quò ad diuinam partem attributiuam ipſius tubæ Chriſti, inquantū Dei: in ipſa elementali inſtrumentali, inquantum hominis, ſignificatam: ipſum nouæ vnionis effectum reſuſcitando, ipſi diuinæ naturæ principaliter attribuendo. In tuba Dei: ideſt, comparatiuè, diuina natura in Chriſto, quaſi tuba, ipſos milites & dormientes mortuos præſentis ſæculi militantis, in vehementi ſuæ virtutis & potentiæ ſonitu excitans: per medium humanæ, inſtrumēti humanæ redemptionis, & partis particularis elementalis intra, vniuerſalē extra exhalatorum elementorū, quaſi tuba, de nouo reducendo, effectū: ipſum hominē, in vitā æternā reſuſcitatū, in propriam carnē & formam humanam reſtituendo. in quo admirādo effectu, ipſa manifeſtatio extra ipſius Dei, (finis principalis rerum omnium) & eſſentiuum potentiæ, ſapientiæ, iuſtitiæ, & bonitatis infinitæ, totaliter effecta erit. Et in iuſſu & in voce Archangeli. Ideſt, vtrumque miniſterium angelicum, in cœlo & in terra, in vtroque iudicio, angelico, & humano, ad Archangelum Michaelem, angelorum principem, reducendo: & ſimul ipſam totalem victoriam contra ſuperbum monſtrum, ſecundùm ipſius nominis interpretationem, Quis vt Deus? ipſi ſoli Deo attribuendo. *Et mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus, obuiam Chriſto in aëra*. Hoc, intelligitur, præcedēre vniuerſali viuorū cōbuſtione: eodē in pūcto mortuorū, et reſuſcitatorū: (ſicut alio in loco reſoluit, dicendo,

Luc. 21.

Sap. 5.

Matt. 24.

1. Thes. 4.

Heb 9. cendo, *Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori post hoc autem iudicium*: &c.) in quo ipsa particularis viuorum præsentium mutatio consistit: (sicut alio in loco dicit, *Et* 1. Cor. 15 *nos immutabimur*) ad differentiam futurorum mortuorum, secundùm naturalem exhalatorum elementorum reductionem, homo moriendo, & omne elementum, ad suum principium redeundo, iam reunitorum: & simul ipse homo, in suo nihilo remanendo: ipsi iusti viui, ab esse ipsius vitæ præsentis transitoriæ, & militantis, ad aliud esse vitæ & gloriæ æternæ (in quo ipsa transmutatio consistit) eodem in puncto resuscitantes, transmutati. ipsa naturalis exhalatio, elementorum ad principium suum reductio: in quo consistit ipsa perpetua ipsius hominis remansio in primo non esse, in quo erat, antequam creatus 1. The. 4. fuisset: ab ipsa temporis brevitate, interrupta. *Oportet enim corruptibile hoc* (vt dicit) *induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem.* quod viuorum impedimentum, in mortuis non est: imò dispositio ipsius incorruptæ materiæ elementalis, iam exhalatæ, & principio suo vnitæ: ipsi regenerationi per gloriam in vita æterna, conuenientis. Vnde eadem in ratione, *Nos qui viuimus*, (id est, illi qui tunc viui & præsentes erunt) *qui residui sumus, in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. quia ipsi mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus.* &c. Quia, secundum ipsos duos varios effectus, præuenientis regenerationis mortuorum & concurrentis combustionis viuorum, in vno eodem puncto effectum: non præueniemus eos qui dormierunt: (vt dicit) quamuis eodem in puncto, ipsi combusti viui transmutati sint: & sicut alij, ad idipsum donum regenerationis in gloria, peruenti: cum esset post primum, ipse secundus effectus, ab eis, consecutus. vt dicit, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus. &c.

CAP. CXIII.

OMnia hæc, quæ in vltimo vniuersalis, resurrectionis & iudicij die, per medium ipsius angelici ministerij, effecta erunt: iam primùm, per multos mysteriosos euentus & successus, secundùm ipsam sacram scripturam, præfigurata sunt. sicut in illo tam mysterioso facto, quàm prodigiosa Madianitarum victoria, per medium Gedeonis, interpretati, conterens, (id est, in puluerem redigens) & trecentorum virorum electorum, consecuta: in quibus, ipsum angelicum Principis Michaelis ministerium, cum alijs angelis Dei, in ipso tremendo die, efficienter ipsius iusti Dei iram ministrantibus, significatum est. Igitur, sancta scriptura dicit: *Ingressusque est Gedeon, & trecenti viri qui erant cum eo, in partem castrorum, incipientibus vigilijs noctis mediæ*, (id est, *Media autem nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit, exite obuiam ei*) *& custodibus suscitatis* (id est, inquantum ad dormientem partem corporalem, custodiam animæ, resuscitando) *cæperunt buccinis clangere, & complodere inter se lagenas* &c. Cæperunt buccinis clangere: inquantum ad ipsum præcedentem sonitum ipsius iudicialis tubæ terribilis vociferantium elementorum. vt dictum est. Et complodere inter se lagenas: inquantum ad tam mortalem, quàm repentinam manifestationem ipsius lucis & splendoris diuini, angelicarum lampadum, animam à lagena sua corporali, separantis: & eodem in puncto, per medium ipsius vociferantis tubæ igneæ, & velaminis ablati elementalis, vt dictum est, vsque tunc in saluationem positi, ipsas lagenas terrenas corporales humanas, confusè complodentium, in cinerem conuertentium. Et huic, conformis demonstratio adiungitur, primùm, ab angelo, ipsi Gedeoni data, repentini ignis, de petra ascendentis: sacrificium suppositum consumentis. vt dicit. *Cumque sensisset, ex*

Iud. 7. Mat. 25. Iud. 7. Iud. 6.

sendit Angelus Domini summitatem virgæ, quam tenebat in manu, & tetigit carnes, & panes azymos: ascenditque ignis de petra, & carnes, azymosque panes consumpsit: Angelus autem Domini euanuit ex oculis eius. &c. Ascendit; ignis de petra: quia ipse effectus separantis lucis diuinæ angelicalis, & consumentis ignis elementalis, ab ipsa petra Christo Deo & homine procedit, & causatus est: ipsum elementale reparamen (vt dictum est) repentè interrupendo: & suum splendorem diuinum, eis communicatum, manifestando. sicut hac in ratione & mysterio, subiungit & dicit: *Heu mi Domine Deus: quia vidi Angelum Domini facie ad faciem.* (Domine Deus: cum ipso Deo, in essentiæ vnitate, loquēdo. &, Angelus Domini, inquantum ad Filium incarnatum viuorum & mortuorum iudicem; in personarum distinctione): *Dixitque ei Dominus: Pax tecum: ne timeas, non morieris.* &c. Non morieris: quia Angelus, discedendo, detectus non fuit: imò sub ipso reparamine elementali in forma humana fict⁹, velatus erat: qua, eodem in puncto euanuit cēte, simul ipsum sacrificium, à parte ignea, consumptum fuit: virtualis & effectiua, de petra ascendens, (ipsam petram, Christū, significans) sine aliqua sua diminutione, simul concurrens: vniuersalem iudicialem præsentis sæculi combustionem, (ipsum fulgur Christus, repentè apparendo) testificans, et simul ipsam tam horribiliter, quàm variatam statuam, auream, argenteam, æream, ferream, & fictilem ipsius humanæ naturæ, secundùm suos varios status, & diuersa ipsius mundi secula, in fauillam reducēdo: cū esset ab ipsa petra Christo, & parte ignea elementali inquantum homine, fine manibus, (vt dicit) ab ipso magno & excelso monte Dei & hominis simul, & fine aliqua sua diminutione, (sicut illa quæ naturaliter de ignea petra egreditur) virtualiter abscissa, in pedibus, repentè percussa: eodem in puncto, ad ipsum suum originale terrenæ materiæ fundamentum redeundo (vt scriptum est, *quia pulvis es, & in pulverem reuerteris*) & illicò, in ictu oculi, (vt scriptū est) ex eadē materia elementali, in nouā vitæ & æterni regni formā, regenerando. vt concludit, quòd ad ipsā resurrectionē vniuersalē dicendo: *Suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non dissipatur, & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem, & consumet vniuersa regna hæc: & ipsum stabit in æternum. Lapis autē, qui percusserat statuam,* (vt primum dicit) *factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram.* Hoc: quò ad electos. Factus est mons magnus: ratione ipsius virtualis vnionis & excelsæ formæ in ipso excelso mōte Christo: in virtute et potentia sua, & in virū perfectū, ad gloriā & vitā æternā resuscitante. Et impleuit vniuersam terram: distinctò, quòd ad ipsā terrenā partē corporalem elementalē, (quæ est illa quæ resuscitat) & impletionem numeri ipsorū electorum: illi primo & iusto innocentiæ ordini, *Crescite & multiplicamini,* (id est, in bonorum numero, & non malorum) & *replete terram,* correspondendo. Et omne hoc, quia Angelus Domini extēdit summitatem virgæ (ad primā figurā redeundo) & tetigit carnes & azymos panes, &c. Id est, ipsos panes azymos electorū: ipsā tā magnā, quàm virtuosam virgam elementalem (Christus apparendo) qua in ipso tremendo die ipsi angeli vtentur, terram, aquam, aerem, & ignem, cum ipsis virtutibus cœlestibus, commouentes: igneam ipsius virgæ summitatem, super aerem in sublimi parte collocatam, in vniuersalem omnium rerum combustionem, virtualiter inclinantes: ipsa virtuali efficiente, de ipsa petra Christo, simul concurrente. vt dicit, Ascenditque ignis de petra, & carnes, azymos que panes consumpsit.

Gen. 3. 1. Cor. 15.

Dan. 2

Ephes. 4.

Gen. 1. 9. Apoc. 6.

Quando illa mulier, quæ fluxum sanguinis patiebatur, fimbriam vestis Christi tāgens sanata fuit: dixit Dominus, *Quis me tetigit? Nam ego noui virtutē de me exisse.* Et si hoc, in carne passibili & mortali: quantò magis

Luc. 8

in cæ-

in carne glorificata et immortali, ad mundum iudicandũ veniẽdo, cũ tacta esset fimbria (ad transitum) ipsius tam gloriosæ, quã virtualis vestis sacri corporis sui, & partis exterioris elementalis inquantum hominis, ab ipsis virtutibus cœlestibus & elemẽtis; res omnis de nouo virtutem accipiẽdo, egredietur foras ipsa virt' diuina inquãtũ Deus: & in ipsis effectibus repentinæ cõbustionis vniuersalis, & resurrectionis simul ipsius humanæ naturæ, demõstrata erit? vt dicit: *Et virtutes cælorum commouebuntur.* &c. *Mat 24.* *& videbunt Filiũ hominis venientẽ in nubibus cæli cum virtute multa & maiestate.* Vnde, hac in ratione & testimonio, *Dixitque ei Dominus:* (ad Gedeonem redeundo) *Pax tecũ: ne timeas, non morieris:* &c. Pax tecũ: quò ad ipsam veram pacem, quæ tunc consequenda est resuscitando: perpetuum prælium carnis & spiritus contrarietatem, ab originalis peccati fomite causatam, totaliter euacuãdo: in duobus principibus decollatis, Madianitis, Oreb, & Zeb, ad quos omnis hæc victoria reducitur, significatum: fructus terræ, (id est terræ generationis humanæ ad vitam æternam operando) per mille vias perpetuò destruẽtibus. Pax tecũ: (Angelus ad Gedeonẽ dicit) ne timeas, non morieris. Et conformiter Christus, discipulis suis, & in eodẽ mysterio, *Luc. 24.* *Pax vobis: ego sum, nolite timere.* & hoc, postquã resuscitatus fuit: & nunquam, vsque tunc ipse tali pacis salutatione vsus est: in ipsius veræ pacis testimoniũ, quã natura humana vltimo die cõsequutura est, in merito & virtute sua infinita, ad gloriam & vitam æternam resuscitando, mysteriosè obseruatũ. Et conformiter, eodẽ in mysterio, ipsa tuba Christo, diuina & humana, in similibus effectibus resurrectionis spiritualis, aut corporalis, nunquam ipse, vsque ad annos triginta ætatis suę vsus fuit. vt scriptum est. *Luc. 3.* *Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph.* &c. Et tũc ab ipsa Dei tuba, pro filio suo publicatus fuit. *Factum est autem* (primùm dicit) *cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & orante, apertum est cælum: & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de cælo facta est: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi.* Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt dictum est. Et conformiter in sequenti capitulo, *Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam, & fama exijt* (ecce tuba) *per vniuersam regionem de illo:* cùm vsque tunc, mysteriosè, per triginta annorũ spatium, silentium obseruasset: vitam mundi, per tres decimales plenitudines distributam, legis innocentiæ, legis scriptæ, & gratiæ, significantium. in puncto quo filius Dei missus est in mundum, cum omni plenitudine gratiæ & temporis determinati, (sicut gloriæ, homo non peccando) iam completæ: & propter defectum numeri electorum, ab ipso benigno saluatore, cum noua occasione vniuersalis ipsius culpæ redemptionis, moriente, & resuscitante, prolongatam. Vnde, cum ipsius complementi pũctus aduenit, Apertum est cœlum: (vt dicit) & vox de cœlo facta est. &c. Aperietur cœlũ, in totali ipsius humanæ naturæ ingressu, in corpore & anima resuscitantis: audita ab omnibus voce (bonis, & malis) ipsius terribilis tubæ Verbi incarnati: qui tunc, in ipso excitanti æternæ resurrectionis effectu, totaliter pro Dei filio publicat' erit: & ipse æternus Deus, totaliter in carne, manifestatus. Vnde ipse saluator, *Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei: & qui audierint, viuent.* et cætera. Hoc: inquantum ad resurrectionem à morte peccati, ad vitam gratiæ. ficut per Apostolum: *Et vos cum mortui essetis in delictis,* & cætera: conformiter Christus concludendo, & qui audierint, viuent: (quia, mortui, non audiunt) per medium ipsius tubæ præsentis prædicationis suæ Euangelicæ, tunc inceptam, (vt dicit, & nunc est) effectum. in ipsa præsenti tuba, dilatatam futuram & vltimam resuscitantem in vita æterna,

Luc. 8. *Ioan. 5.* *Col. 2.*

suæ,

suæ virtutis & potentiæ, comprehendendo: vltra consequentem suorum prædicatorum apostolicorum, alij populi gentilis, qui in tenebris & vmbra mortis sedent: vt scriptum est: etiam vsque tunc, in morte excitatis peccati, permanentes. *Nolite mirari hoc,* (per sanctum Ioannem) *quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei:* &c. Hoc, quò ad secundum & vltimum ipsius excitantis tubæ effectum, in vltimo vniuersalis resurrectionis & iudicij die: in illa additione, Qui in monumentis sunt, significatum: sicut conformiter concludit, *Et procedent qui bona fecerint, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij:* hos mortuos, morte corporali, iam sepultos, ab illis alijs mortuis morte spirituali peccati, distinguendo. Itaque, ipsa terribilis tuba, qua vltimo die vsurus est: omnes dormientes mortuos, in cinerem & puluerem conuersos, excitans, resuscitando: non debet esse ex illis materialibus & artificialibus, quibus mundus vtitur: cum violento flatu humano, artificiosè operatis: sed esse debet illa eadem spiritualis et diuina ipsius Verbi incarnati illis verbis, Audient vocem Filij Dei, indicata: ex quatuor elementis, in quantum hominis, et quatuor attributis diuinis, in quantum Dei, (vt dictum est) in ipsis quatuor elementis significatis, consistens: qua ipse omnipotens Deus, in ipsis effectibus resurrectionis in gratia, à morte spirituali peccati: et resurrectionis in gloria, et vita æterna, à morte corporali naturaliter vtitur, non per violentum flatum humanum, in quantum homo: sed per suauem & viuificantem spiritum diuinum, in quantum Deus, effectum. vt dicit, quò ad primum effectum, *Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galileam, & fama exijt* (ecce tuba) *in vniuersam regionem de illo.* cui tertiæ personæ, et reciproco amori Spiritui sancto, vitæ æternæ ipsius æterni Dei, trini & vnius in communi vnione vnius solius vitæ æternæ, à Patre, & à Filio procedenti, ipsi effectus nouæ viuificationis corporis & animæ simul, à morte spirituali, ad gratiam, & à corporali, ad gloriam, et vitam æternam resuscitando, particulariter attribuuntur. quod ab ipso diuino Spiritu, per sanctam Ecclesiam Romanam, suam dilectam sponsam vniuersaliter docetur, dicente: *Credo in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem: qui ex Patre Filioque procedit.* Cur Spiritum sanctum, particulariter Dominum, et viuificantem? Ratione duplicis dominij, per gratiam et gloriam, super ipsam carnem: per peccatum perditi: quæ duo dominia per sacramenta in remissionem peccatorum recuperata sunt: homine conformiter ad diuinam legem et charitatis formam ad vitam æternam libere, et obedientialiter operante, et ipsa carne viuificanter in sui rationalis spiritus vnione resurgente, et similiter Dominum, et viuificantem, in futura per gloriam dominatione, in perfecta ipsius diuinæ legis obseruatione: sicut bis dicit, *Pax vobis:* et iterum, *Pax vobis:* (& *insufflauit, & dixit: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis:* &c.) quò ad ipsos duos effectus donationis. per gratiam et gloriam: ad quam permanentis charitatis formam, ipsa lex reducitur. hoc in mysterio, dicitur, ipso digito Dei Spiritu sancto, scriptam esse. Dominum et viuificantem: id est, dominatione spirituali, cum viuificatione corporali, resuscitando, simul concurrente: et simul mortiferam causam contrariam sensualem præteritæ repugnantiæ, in ipsa spirituali per gloriam regeneratione, dominanter removendo. Dominum, et viuificantem, per innocentiam, ante peccatum: quando ipsum Verbum Patris, per quod omnia facta sunt, ratione incarnationis suæ, primum hominem et primam tubam humanam, ex ipsa elementali materia formando, primum per medium ipsius Spiritus sancti, dominante-

Leon I.

Ioan. 5.

Gen. 3.

Luc 3.

tanter remouendo nominum, & viuificantem per innocentiam, ante peccatum: quando ipsum Verbum Patris, per quod omnia facta sũt, ratione incarnationis suę, primum hominem & primam tubam humanam, ex ipsa elementali materia formãdo, primùm per medium ipsius Spiritus sancti, dominanter & viuificanter insufflauit, in manifestatione extra ipsius Dei, sicut conformiter dicit: Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitę, & factus est homo in animam viuentem. &c. Factus est homo: inquantum rationalis: In animam viuentem: inquantum ad ipsam viuificantem dominationem diuinam Spiritum sanctum, in ipsius rationis vsu; & dominante ipsius tubæ sonitu; ipse homo obediendo: omnem hunc cœli, terræ, & inferni, ambitum, reimplendo, Dominum, & viuificantem post peccatum, in promptis effectibus consecutionis redemptionis ipsius culpæ: cum hac in ratione, ab ipso Christo, vt particulari redemptore, promissus esset: & in testimonium primi & secundi effectus viuificantis manifestationis in carne, ipsius vitæ Dei, per gratiam & gloriam, in nouis linguis ignis & repentino sonitu, Ecclesiæ suæ fideli congregatæ, repentè missus: repentinam ipsius tremendi fulguris apparitionem ad mundum iudicandum demonstrando: & simul ipsos vniuersales prædicatores apostolicos, donec mundus stabit, in nouas tubas ipso vehemẽte Spiritu gratiæ & lucis diuinæ reimplendo. vt dicit: *et factus est repentè de cælo sonus, tamquam aduenientis spiritus vehementis, & replenit totam domum vbi erant sedentes.* Et conformiter per Dauidẽ, quò ad consequentem ipsius gratiæ effectum, per medium ipsius vniuersalis euangelicę prædicationis, & sacramentorum consecutę: *In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.* Dominum & viuificantem, in vltimo effectu per gloriam, resuscitando: Non quò ad ipsam vocem, et sonitum ipsius tubæ humanæ elementalis solùm, inquantum homo: quæ quatriduanum mortuum Lazarum non resuscitauit, quamuis magna: vt dicit, *Voce magna clamauit, Lazare veni foras*: sed quò ad ipsã dominationem spiritualem viuificantem ipsius carnis, per gratiam et gloriam, (vt dictum est) inquantum Deus: in ipsius diuinæ legis obseruatione, ipsum Deum perfectè amando & obediendo demonstratã: et ipsi reciproco amori æterno Spiritui sãcto, vt formę ipsius legis, et vitæ ipsius æterni Dei, trini et vnius, in personarum distinctione, particulariter attributam. Quia: sicut ipsa noua vnio exhalatorum elementorum, ex ipsius nouæ carnis, cum suo spiritu et anima propria, ipsi naturæ diuinæ tubæ, et quatuor attributis suis, in essentiæ vnitate attribuitur: per medium ipsius elementalis sacri corporis ipsius saluatoris humanæ redemptionis instrumenti; effectum: in quibus quatuor virtualibus elementis, ipsa quatuor attributa (vt dictum est) significata sunt: Ita etiam, ipsa noua viuificatio et vita corporis et animæ simul, resuscitando: ipsi Spiritui sancto, reciproco amori et vitæ æternæ ipsius æterni Dei, à Patre, et à Filio procedenti, attribuitur. in ipsa perpetua innocentiæ vita, ab ipsa tam rationali, quàm concordante et distincta carnis et spiritus vnione, in diuinæ legis obseruatione, vterque naturaliter, et reciprocè se amando, et appetẽdo, distinctè procedente, testificatum. et similiter ipsum profundum trinitatis Dei mysterium, significatum. Ita quod, ipsa terribilis tuba, qua Christus in vltimo die vniuersalis resurrectionis et iudicij vsurus est, non erit ex illis artificialibus, quibus mundus vtitur, vt dictum est: sed naturalis et diuina ipsius tremendi iudicis, Dei et hominis, attributiua et elementalis simul, in seipso consistens: in virtute et potentia sua, intra, et extra, viuentem naturã humanam, consumens: et eodem in puncto, de nouo simul cum dormientibus cor-

Gen. 2.

Ioan. 11

Act. 2.

Psal. 18.

poribus, de morte, ad vitam æternam excitans. Vnde infrà, *Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.* Id est, in ipsa resurrectione, Christus, seipsum soli, & ipsos resuscitatos electos, aquilis, propter naturalem earum virtutem fixè solem aspiciendi, metaphoricè comparando. & eò magis tunc, ipse verus sol, sicut sol lucet in virtute sua, vt scriptum est, manifestè apparendo: omne caliginosum mortalitatis futuræ impedimentum, resoluendo: Vbicumque fuerit corpus, (ecce tuba) illuc congregabuntur & aquilæ. Dictum buccina & tuba Dei, resuscitatum Domini corpus, metaphoricè, ratione quod sit cum natura diuina, sicut cũ anima, indissolubiliter vnitũ. & sicut vbi est sonans tuba artificialis, ibi breuiter militans equitatus congregatus est: sic, vbi cumque fuerit corpus, id est, ipsa naturalis humanæ naturæ tuba, simul diuinæ vnita, Christus apparendo: illuc congregabũtur & aquilæ: eodem in puncto militãs equitatus aquilarũ suorũ electorũ, congregatus erit, resuscitando: Dictæ aquilæ etiã ipsi electi in Christo congregati & vniti: ad differentiã separatorum & dispersorum vespertilionum reprobatorum. sicut illæ, obuiã Christo in aëra, ipsum iustitiæ solem, cũ omni dilecto affectu in gaudio æterno, fixè aspicientes: itasti, ipsam lucem, è contrario, confusè fugientes, & odio habẽtes, in tenebrosis fixuris durarũ petrarũ prosũdorum pectorũ eorũ, confusè & in æternũ patientes. quæ in ratione congregationis bonorum, & separationis malorum, ipsi varij effectus, ab ipsa virtuali tuba, & vnica causa et luce ipsius iusti iudicis Dei et hominis, procedentes. *Dico vobis:* (sicut primũ dicit) *in illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus assumetur, & alter relinquetur: duæ erunt molentes in vnum: vna assumetur, & altera relinquetur: duo in agro: vnus assumetur, & alter relinquetur.* (Id est, assumetur in salutem, et relinquetur in perditionem:) Respondentes dicunt illi: Vbi Domine? Qui dixit illis: (concludendo, vt dictum est) *Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.*

Luc. 17.

Apoc. 3.

CAP. CXIV.

HAEc noua carnis & spiritus vnio, & noua pax, in gloria & vita æterna resuscitando: perpetuum eorum prælium, & continuatam aduersantiam, terminando: in illa tam iucunda, quàm mysteriosa duorum fratrum, Esau, & Iacob reconciliatione, præfigurata est. Duo fratres, ipsam carnem & spiritum significantes, à materno vtero, id est, à mundi principio & primi humani conceptus, in originalis peccati discordia, vsque ad ipsum finem totalis ipsius culpæ euacuationis, semper aduersantes. Igitur Iacob ad desideratam patriam redeundo. & post longam peregrinationem suam ab ipsa discordia & inimicitia causatam, ad se fratri suo Esau reconciliandum: sancta scriptura dicit, quod primùm munera, ad eum placãdum misit: *Præcesserunt itaque munera ante eum*, (id. est, inquantum ad præcedentia dona pretiosa ipsius humanæ redemptionis) *ipse verò mansit nocte illa in castris.* &c. *Cumque maturè surrexisset, tulit duas vxores suas, & totidem famulas cum vndecim filijs, & transijt vadum Iacob.* (Hoc: quò ad partem secularem) *Traductisque omnibus quæ ad se pertinebãt, mãsit solus:* (Hoc: quò ad spiritualem: sicut concludit: mansit solus: vtrunque statum comprehendendo. per quam viam separationis spiritualis omnis illius quod est mundus, caro & dæmoniũ, peruenitur ad ipsos gradus nouæ vnionis & pacis per gratiam, & gloriam æternam, resuscitando. Vnde Apostolus: *Hoc itaque dico fratres Tempus breue est: reliquum est, vt & qui habent vxores, tamquam non habentes sint: & qui flent, tamquam non flentes: & qui gaudent, tamquã non gaudẽtes &c. præterit enim figura huius mundi.* à Domino certe: sicutẽ, conformiter dicẽte. *Amẽ dico vobis: Nemo est, qui reliquerit domũ, aut fratres, aut sorores, aut patrẽ, aut matrẽ, aut filios*

Gen. 32.

1. Cor 7.

Mar. 10.

filios; aut agros propter me, & propter euangelium, qui non accipiat centies tantum, nunc in tempore hoc: domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios & agros cũ persecutionibus & in seculo futuro vitã æternam. etc. Id est, per ipsam viam contemptus et abscisionis transitoriarũ rerum humanarum, spiritualiter militando: ad maiorẽ acquisitionem et possessionem veniendo verarum spiritualium diuitiarum permanentis charitatis diuinæ: in ipso tertio Patriarcha Iacob significatæ. (cum persecutionibus: quia in illis vltimis diebus maiorum peccati tenebrarum, maiores erunt: et vt dicit, centies tantum, maximè duplicatæ) & *ecce vir luctabatur cum eo vsque mane.* Hoc: inquãtum ad ipsam communẽ carnis et spiritus aduersantiam: à principio, vsq; ad mundi finem continuatam. Vsque mane: id est, vsque ad ipsum mane vniuersalis resurrectionis. vt scriptum est: Exurgam diluculò. *Qui cum videret quod eum superare non posset, tetigit nervum femoris eius, & statim emarcuit.* Id est, ipsum virtualem neruum fomitis originalis peccati: à principio, vsque ad finem ipsius mortalis generationis humanæ, ipsum spiritum rationalem stimulantem. in quo claudicãte femore et pede, mortalis sua propagatio, in puncto illo interrupta, significata est. sicut ab ipsa sacra scriptura declaratur, de ipso Iacob. dicente. *Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, & egressæ sunt de femore illius.* etc. Et conformiter, *pone manum tuam sub femore meo:* etc. *Iura ergo,* inquit mihi. ipsam spiritualem propagationem per gratiam, et gloriam, ab ipso semine et femore spirituali veri Ioseph Christi filij Dei, procedentem, comprehendendo. sicut significat, mysteriosè concludendo. *Quo iurante, adorauit Israel Deum, conuersus ad lectuli caput.* Id est, adorauit ipsum regnantem Deum, et hominem, in sanguine suo, Christum. *qui habet in femore suo scriptum: Rex regum, & dominus dominantium.* *Dixitque ad eum:* (ad communem luctam re-

Psal. 87.

Gen. 32.

Gen. 46. & 47.

Apoc. 19.

deundo) *Dimitte me iam enim ascendit aurora.* Gen. 32. *Respondit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.* etc. Hoc: inquantum ad ipsam permanentiam communis maledictionis et luctæ ipsorum aduersantiũ fratrum, carnis, & spiritus, durantibus mortalis vitæ præsentis tenebris, (vt dictum est) donec perueniat ipse finis vniuersalis eorum dissolutionis moriendo: & principiũ simul, ipsius nouæ lucis, & ascendentis auroræ, in noua vnione pacis & benedictionis, ad gloriam & vitã æternã resuscitando. Noua vnio, dominantis viuificationis & pacis: ipsi permanenti, & prævalenti charitati, Spiritui sancto, in ipso tertio Patriarcha, & prævalente Iacob, significato, attributa. sicut declaratur, subiungendo: *Ait ergo: Quod nomen est tibi? Respondit: Iacob. Ait ille, Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines prævalebis?* &c. Qua ratione, contra Deum fortis fuisti? Hac ratione: quia *charitas operit multitudinem peccatorum.* Fortis contra Deum: non contra Deum, respectu ipsius cõmunis infirmitatis ipsius charitatis & amoris in Deo, Spiritu sancto, à Patre, & à Filio, procedente: sed respectu deformium & contrariorum peccatorum, per ipsam permanentis charitatis viam, tectorum & remissorũ. & ipsos discordantes fratres, carnem & spiritum, ab ipsa mortali solutione vniuersali, totaliter separatos: in noua vnione & pace, ad vitam æternam resuscitantes, simul reducendo. sicut concludit, dicendo. Et benedixit ei in eodem loco. Benedictio pacis, in gloria & vita æterna, resuscitando: ab ipsa vnica causa & charitatis æternæ fundamento procedens. sicut ab omnium benedictionum auctore declaratur, dicente: *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. esurijui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & cooperuistis*

1. Pet. 4.

Matth. 25.

me: &c. & inquantum ad ipsius benedictionis effectum. *Vocauitque Iacob nomen loci illius* Gen. 32. *Phanuel, dicens: Vidi Deũ facie ad faciẽ, & salua facta est anima mea.* in qua visione diuina, & fine nostro Deo, ipsa gloria, pax, & vita æterna consistit. *Eleuans autem Iacob oculos suos, vidit* Gen. 33. *venientem Esau, & cũ eo quadringentos viros.* &c. Hoc: inquantum ad consequentem effectũ ipsius nouæ vnionis & pacis carnis, & spiritus: (vt dictum est) in ipsis duobus fratribus significatorũ: vltimò, ipsã tã communem, quã perseuerantem luctam spiritualem, & vniuersalem combustionem corporalem, consequentem. Vidit, venientẽ Esau. Id est, ipsã carnẽ & corpus humanũ: puluerem, & cinerem factum, illicò de terra surgere, in ætate virili, & forma perfectiore, & cum eo quadringentos viros: id est, inquantum ad perfectionẽ ipsius nouæ & numerosæ cõpositionis elementalis ipsius humanę naturæ, resuscitantis: de quatuor, ad decem, (secundũ ipsa quatuor elementa, & ratione legis seruatæ) & de decem, ad centum, multiplicatæ. in ipso centenario: innumerabilẽ ipsorum electorum numerũ, significando. sicut conformiter, *Et congregabunt electos eius à quatuor ventis:* ratione ipsorum quatuor elementorum, (vt dictum est) & nouæ compositionis elementalis ipsius carnis & corporis humani, resuscitantis. Propter quod repentinum factum & nouam admi Gen 33 ratione, *diuisitque filios Liæ, & Rachel,* &c. Id est, *Sicut pastor segregat oues ab hœdis* : vt dicit Dominus: bonos, à malis distinguendo. *Iunuit Iacob valdè:* vt primùm dicit: ad figuram redeundo: in ipsa tam noua, quã repẽtina vnione ipsorum duorum fratrũ, carnis & spiritus, recentem proximi præteriti prælij memoriam, & particularem stimulum ipsius fratris maioris, ipsius carnis, & maioris inimici ipsius spiritus, significãdo. *Currens itaque Esau obuiam fratri suo, amplexatus* Gen 33. *est eum: (ecce vnio) stringensque collum eius, & osculans fleuit.* &c. Stringensque collum eius. Id est, in ipsa particulari colli strictione, vbi ipsa respiratio, particulariter consistit: vniuersalem ipsius carnis, vbi ipsa anima diffusè inclusa est, significando. Et osculãs fleuit. sicut alio in loco, de ipso Esau: *Cumque* Gen 27. *eiulatu magno fleret,* &c. per ipsas actiones corporales, suam significationem, inquantum ad carnem, ab illa Iacob, inquantum ad spiritum, testificãter distinguendo. Vnde, è contrario, de Iacob, spiritum & animam nostram significante, quòd fleuerit, aut riserit, non legitur. *Suscipe benedictionem,* Gen. 28. *quam attuli tibi,* (dicit Iacob ad Esau, figuratiuè, in persona Christi, vniuersalis saluatoris) *& quã donauit mihi Deus tribuens omnia.* Ternaria benedictio, homini ablata, ex puncto disunionis suæ, peccanti: & ad ipsum innocentem Christum saluatorem, originem & omnium benedictionum auctorem, reuersa. & ab ipso redemptore & figurato Esa. 54. Iacob, homini, in puncto ipsius carnis & spiritus vnionis, in vltimo die vniuersalis resurrectionis & iudicij, restituta: eum, in omnibus ipsis perditis donis innocẽtiæ, gratiæ, & gloriæ, incomparabiliter reintegrante. Primogenitura & benedictio in Adamo, voluntariè ab ipso & generatione sua, renuntiata, de fructu vetito comedente: & ab ipso innocente saluatore, mortuorum primogenito, homini, cũ propria morte, vniuersali culpæ, & pœnæ ipsius delicti, voluntariè satisfacienti, restituta. in ipso primogenito Esau, primogenituræ suæ, (et benedictioni simul) per gulam, voluntariè renuntiante: et ab ipso Iacob, vltimò, vt dictum est, ipsi renuntianti inimico, in omni vnione et pace restituta, significatum.

CAP. CXV.

HIc glorioſus effectus vniuersalis carnis et spiritus vnionis, resuscitandæ & iudiciũ simul, immediatè, Christus apparẽdo, in sua virtute et potẽtia effectũ

vltra

vltra particularem figuram Esau,& Iacob, iam narratam:in illo stupendo & vniuersali signo, Iosue dato,Christi figuræ, transitus electi populi sui per Iordanem, sicco pede(Arca testamenti præcedente inquantum ad præcedentem suam resurrectionẽ) significata sunt. Quia: Sicut in illo primo (etiam stupendo) transitu maris rubri, significatus est primus effectus per gratiam, de captiuitate peccati exeundo: per mediũ figurati Moysis,summi pontificis Romani, vniuersalis ducis & pastoris in terra, Ecclesiæ suæ sanctæ,donec mundus stabit, & virtualis virgæ authoritatis sacerdotalis & sacramentorum; Sic,in hoc secundo signo fluminis Iordanis transitus; hic vltimus effectus per gloriam,resuscitando, significatus est. reducta ipsa natura humana ad finem tædiosæ peregrinationis suæ,vniuersaliter moriendo: & principium simul ingressus sui futuri in desideratam terram promissionis,& veram patriam cœlestem, vniuersaliter etiam resuscitãdo:per ipsum verum Iosue Christum, Deum & hominẽ, viuorum & mortuorum iudicem, & vniuersalem saluatorem, immediatè effectũ. Vt dicit:*Igitur egressus est populus de tabernaculis suis*,(idest, de proprijs tabernaculis corporalibus,vniuersaliter moriendo) *Vt transiret Iordanem:& sacerdotes, qui portabant arcam fœderis,pergebant ante eum.*&c. *Populus autem incedebat contra Iericho:et sacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini,stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti,omnisque populus per arentem alueum transibat.* Hoc: inquantum ad ipsã vniuersalem resurrectionem: flumen continuatæ mortis humanæ interrumpentem. sicut,inquantum ad consequens iudicium, in capitulo sequenti, subiungit, dicendo. *Quibus transgressis, dixit Dominus ad Iosue: Elige duodecim viros singulos per singulas tribus, & præcipe eis vt tollant de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotum,duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum, vbi fixeritis hac nocte tentoria.*&c.Hoc est: *Et separabit eos ab inuicem,sicut pastor segregat oues ab hœdis:*&c. ipsum iudicium separationis,& electionis bonorum,(vt dicit, *Et statuet oues quidem à dextris suis,hœdos autem à sinistris*) ipsis Apostolicis sancti sui Euangelij prædicatoribus,hac in parte,particulariter attribuendo. Duodecim viri electi:in quibus, vniuersaliras ipsorum prædicatorum Apostolicorum, donec mundus stabit,intellecta est. Vt tollant de medio Iordanis alueo duodecim durissimos lapides Durissimos: inquantum ad immortalitatem & permanentem incorruptionem ipsorum corporum & carnis resuscitatæ.Sublatos de medio Iordanis alueo: (vt dicit)& cum mysterio, Vbi steterunt pedes sacerdotum.De medio Iordanis alueo: ideſt, de centro ipsius mortalis dominij peccati: inquantum quòd ipsa natura humana, in puncto illo, totaliter vita extincta erit,vniuersaliter moriendo. Vbi steterunt pedes sacerdotum: inquantum ad spiritualem dominationem vniuersalem ipsius Ecclesiæ apostolicæ:& correspondentẽ obedientiam(sub pedibus eius)ipsius fidelis sponsæ electæ.*Vt sit signum inter vos:et quãdo interrogauerint filij vestri tuos,dicentes:Quid sibi volunt isti lapides?respondebitis eis:Defecerũt aquæ Iordanis ante arcam fœderis Domini, cum transiret eum: idcircò positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israel vsque in æternum.* &c. Defecerũt aquæ Iordanis ante arcam fœderis Domini,(ecce signum)cùm transiret eum. Idest: Cum transiret Iordanem,moriendo,& tertia die resuscitando: defecerunt aquæ Iordanis.Ideſt,peccatorum aquæ, inquantum ad ipsam operatam redemptionem ex parte ipsius veri Iosue saluatoris, in totalem ipsorum redemptionem. fluuius currens continuatæ mortis humanæ & varietatis aquarum peccatorũ:& sicut à principio,& primo peccatore Adamo, ipsam mortem causante,originatæ: sic in præsentis vitę fine,& vltimo transitu vniuersali in puncto moriendo & resuscitãdo:ante arcam fœderis Domini,(vt dicit,ipse Christus apparẽdo)

Gen. 33. Exo. 14. Ios. 3. Ios. 4. Mat. 25.

do)defecerunt aquæ Iordanis:ipsæ offensæ simul cum humana vita cessabunt: omnia interrumpendo & terminando. quia in ratione totalis reconciliationis ipsius humanæ naturæ peccantis,cum creatore suo Deo: à principio, vsque ad ipsum mundi finem,ab ipsa perpetuò offenso:arcam fœderis. Sicut alio in loco,arcum & signum fœderis: ex quatuor varijs elementis, inquantum homo,in varijs ipsius arcus cælestis coloribus demõstratis: & ex quatuor varijs attributis,inquantum Deus, in ipsius quatuor varijs elementis significatis,consistens. Duo distincta,simul vnita: Ideſt,corpus,& anima:homo,& Deus: in duobus suprapositis ipsius figurãtis arcæ Cherubin,significatũ. *Alios quoque duodecim lapides* (vt antea dicit) *posuit Iosue in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes,qui portabant arcam fœderis: & sunt ibi vsque in præsentem diem.* Hi:inquantum ad partem reprobatam. Sicut illi alij duodecim, inquantum ad electos, foras eiectos in salutationem: hos alios è contrario, in idipsum centrum reducendo: in perditionem. Sicut alio in loco:*Dominus mortificat & viuificat,deducit ad inferos & reducit.* Vnde ipse fluuius Iordanis interpretatus est, Fluuius iudicij,aut demonstratio, vel proiectio iudicij,siue descẽsio.Ideſt:Fluuius iudicij:inquantum ad ipsam continuatã mortem humanam: secundum originalẽ diuinã ordinationem,morte morieris, & cõsequẽs iudiciũ,(ipse homo peccando) & in puluerẽ reuerteris: vsque ad ipsum mundi finem, continuatè executum.Demõstratio:inquãtum ad ipsam figuratiuã demonstrationem transitus mortis ad vitã,resuscitãdo:in trãsitu ipsius fluminis pede sicco, significatis per illudquod efficienter exequendũ est in vltimo die vniuersalis resurrectionis & iudicij: in Iosue figuratiuè demonstratum:& à figurato Iesu,Christo,Dei filio,ipsum cõtinuatæ mortalitatis humanæ flumen, in totalem mortis destructionẽ, interrumpẽte;efficiẽter completum.Proiectio iudicij, siue descensio.Hoc,inquantũ ad infelicem, & miserabilem maiorum partem, de medio iustorum asperè & repentè separatam & ab ipso tremendo iudice & iusto suo iudicio proiectam & reprobatam: in ignem & infernales abyssos descendentem. *Sic erit in consummatione seculi.*(dicit Dominus)*exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum,*(vbi intrat,Proiectio iudicij)*& mittent eos in caminum ignis.* &cæt. vbi intrat,siue descensio Et conformiter per Dauidem: *Ideo non resurgunt impij in iudicio:* (vbi intrat, proiectio iudicij) *neque peccatores in concilio iustorum.*vbi intrat, Descensio: quæ est vltima ipsius fluuij Iordanis, interpretatio. Descensio:ideſt,ipsa pars impia & reprobata, in infernales abyssos descendens:ibi,in cẽtro ipsius fluminis continuatæ mortis, in morte & pœna æterna,remanendo. Vnde, hoc in mysterio, vltra duodecim lapides de medio sublatos, vt dictum est,inquantũ ad partem electam: Alios quoque duodecim lapides(vt dicit)posuit Iosue in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini:(inquantum ad partem reprobatam) & sunt ibi vsque in præsentem diẽ.&c.in quo numero duodecimo, vtrorumque lapidum, vniuersalitas iustorum,& reprobatorũ,& varij effectus in resurrectionẽ vitæ,(vt scriptũ est)vel in resurrectionẽ iudicij,significata sunt. Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, &c. Multa mysteria,in hoc facere,& dicere,inclusa sunt. Alios lapides: non illius generis & qualitatis illorum aliorum electorũ. Vbi steterunt sacerdotes. & non vbi steterunt pedes sacerdotũ: sicut primùm dicit, inquantũ ad illos alios electorum: spiritualem ipsius Ecclesiæ dominationẽ,& eorum obedientiã,significãdo:& mysteriosè, superbam ipsorũ reprobatorum inobediẽtiã,ab humili electorũ obedientia, distinguẽdo.Et sunt ibi vsq; in præsentem diem. Ideſt,in spiritu:à primo iudicio, & morte prima.

Gen. 39.
Exo. 25.
Ios 4.
1.Reg. 12.
Gen 3.
Mat. 13.
Psal. 1.
Exo. 24.
Ioann. 5.

pīma, particulariter moriēdo: vsq; in præsentē diē iudicij vniuersalis, de nouo in corpore & anima resuscisādo: & in æternū: secundò moriendo. Idest, ad electorū differē
Apoc. 2. tiam: de quibus scriptum est: *Qui vicerit, non lædetur à morte secunda.* Et sunt ibi vsque in præsentem diem. quia tunc, etiam egredientur ad resumenda eorum corpora, vt in idipsum centrum reuertantur. (vt dicit, in medio Iordanis alueo) in secunda morte duplicatæ pœnæ corporis & animæ simul, in æternum patientes. Et cum mysterio etiā immediatè ipsi reprobati condemnatorū lapides, fuerunt à Iosue Christi figura, quasi in infernum, in ipsum fluminis centrum positi & demersi. quia ad ipsum iudicem vniuersalem particulariter pertinet, & ipsius sentētiæ publicatio, & simul pronunciatæ ipsius pœnæ executio. Vnde eodem in puncto pronunciati iudicij, in nouam bonorum vnionē, & malorū separa-
Mat. 25. tionem, dicendo Dominus: *Venite benedicti:* &, *Discedite à me maledicti:* verisque erit ipsa noua gloria, & noua pœna corporalis, addita: de nouo, (& nō antea) per medium ipsorum elementorum, (sicut dicit, in ignem æternum) in ipsis corporibus humanis virtualiter diffusorum, ministrata: vbi, noua cum virtute & potentia, ab ipso mediatore Deo & homine communicata, renouata erunt in formā penetrabilē: gloriæ & pœnæ irresistibilem. & tunc prophetatum de ipso Christo complebitur, hac in
Luc. 2. parte dicens: *Ecce positus est hic in ruinam,*
Isa. 4. *& in resurrectionem multorum.* & hac in ratione, Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, vt dictum est: ad differentiam aliorum duodecim electorum: per medium duodecim virorum electorum, ipsos apostolicos sui sancti euangelij prædicatores, & Ecclesiam suam fidelem significantium, de medio sublatorum: & in humeris suis, sicut dicit, In humeris vestris, inquantum ad ipsius prædicationis euangelicæ pondus, donec mundus stabit, in salutē positorū: *Domini sunt cardines terræ* (de ipsis scriptum
1. Reg 2. est) *& posuit super eos orbē.* Iudices vniuersales etiam, hac in parte, simul cū ipso Christo, Deo & homine: non obstante, quod ad ipsum filium Dei & filium hominis, propriè pertinet; sicut ipsa victoria: ipsum iudiciū. conformiter concludendo: *Dominus iudicabit fines Terræ, & dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.*

CAP. CXVI.

STatim autem post tribulationem dierum illorum Mat. 24.
Sol obscurabitur (Sanctū euāgelium dicit) *& luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur: & tunc parebit signum Filij hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa, & maiestate.* &c. Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, &c. Omnia hæc signa, quæ in mundi fine futura sunt: in fine vitæ temporalis redemptoris ipsius mundi, inquantum homo moriendo, efficienter executa fuerūt: ipsa maiora vltimorum dierū, prædicentia. Et hoc, ratione quod tunc, iam Gal 4.
mundi finis peruenerat: in quo puncto finali plenitudinis temporis, exactè saluator & vniuersalis ipsius mundi iudex missus fuit: & vt non concurreret cum ipsa plenitudine temporis, plenitudo numeri electorum, pro quibus bonis, (& non pro malis) ipsum tempus cum vita mundi concessum fuit, cū à peccato impedita esset, ipsum tempus, & vniuersale iudicium, vsque ad secundum suum aduentum, prolongatum fuit. Vnde, hac in ratione prosecutionis extra manifestationis ipsius Dei in carne, causæ principalis rerum omnium, solùm particulare bonorū iudiciū factum fuit, per gratiam, Christus moriendo,

moriendo: ipsum peccati impedimentum, & absolutum imperium principis mundi & primi peccatoris Luciferi, interrumpẽdo: & per hanc nouam viam nouæ in terra
Isa.14. humiliationis, & nouæ pacis, hominibus, voluntariè moriendo, bonæ voluntatis cõcessæ & communicatæ, foras eiecti: suas pompas, & superbam in cœlum ascensionem, condemnando. Vt dicit inquantũ ad
Ioan.12. primum & particulare iudicium: *Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras.* Ideſt: Sicut, ratione ipsius finis mundi, & plenitudinis temporis, nunc iudiciũ est mundi: (Ideſt, vniuersale) ita etiam, ratione ipsius prosecutionis manifestationis, solùm particulare iudicium per gratiam, faciendo: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras: contrarium peccati impedimentum remouendo. & inquantum ad secundum vniuersale, per gloriam, aut pœnam æternam, resuscitando: *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Omnia, traham. Ideſt, seipsum, omnia, in omnibus, particulariter: & vltimò omnia, bonos & malos, vniuersaliter, resuscitando. *Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum.* &c. Quare, luna, non dabit solitum lumen suum? Quia sol obscurabitur, à quo, ipsa luna lucem suam recipit. & tunc, ipsa figurata luna sanctæ Ecclesiæ Dei, minus lumen dedit, quando ipse sol sponsi sui Christi, post ipsum strepitum & caliginosam procellã ignominiosæ suæ capturæ, post illusiones & flagella, (sicut ipse dicit, *hæc est hora vestra & potestas tenebrarum*) vltimò ad mortẽ condemnatus, & inquantum homo moriens,
Luc.22. fuit inquantum Deus totaliter obscuratus.
Mat.24. *Et stellæ cadent de cœlo*: sicut in effectu, (vltra illam proditoris Iudæ, quæ primũ cecidit, *Tũc relinquẽtes eũ oẽs fugerunt*:) de ipso cœlo fidei & firmamẽto, ipsæ stellę apostolicæ repẽte cadẽtes. sicut stellę reprobatorum, de ipso cœlo & firmamento ipsius Ecclesiæ Christo resuscitato, & resuscitante, in ipsa vniuersali resurrectione & iudicio totaliter abscissæ, in æternum cadent. prodigium ipsius maioris tribulationis vniuersalis, & consequenter maioris lapsus ipsarum stellarum humanarum, & magis periculosi, qui in ipsis vltimis diebus futurus est: sicut dicit: *Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsq; modo, neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: Sed propter electos breuiabuntur dies illi.* &c. *Et virtutes cœlorum commouebuntur.* Hoc, inquantum ad effectum combustionis vniuersalis, sicut declaratum est: ipsam vniuersalem resurrectionem, præcedentem. *Et tunc parebit signũ Filij hominis in cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ*: &c. Sicut alio in loco, *Et plangent se super eum omnes tribus terræ: Etiam: Amen.* Quam ob causam, tunc, inquantum ad vniuersalem impœnitentium peccatorum multitudinem, plangent omnes tribus terræ? Quia tunc parebit (vt dicit) signum Filij hominis in cœlo. Non in terra, ipsa crux parebit, sicut vsque tunc: à multis fidelibus amata, secuta, & desiderata: & ab ipsis contrarijs inimicis moribidis & sensualibus, vitata & despecta: carnis cõmoditates curiosè procurantibus: sed in cœlo apparebit, vt dicit: & tunc cum maiore eorum confusione, & maiori honore & gloria simul ipsius victoris ducis crucifixi, et suorum crucigerorũ bellatorum, ab omnibus vniuersaliter adorata erit: *Et plangent se super eum omnes tribus terræ: Etiam: Amen. Venit nox*, (dicit Dominus) *quando nemo potest operari*: noctem mortis et iudicium particulare præsens, & vniuersalem futuram, & iudicium, comprehendendo. Vnde, plangent se, inquantum ad tẽpus præteritum, perditum: et non super seipsos, inquantum ad ipsam infructuosam pœnitentiam præsentem, cum nullum prorsus subsidium illis adferat, sed super eum, in maiorem indignationem ad vindictam et iram contra eos; cum ipsa futura impœnitentia in ipsis, causa fuerit infructuosæ

Apo.1. Apo.1. Ioan.12.

redem-

redemptionis ipsius saluatoris, eos totaliter condemnare venientis: *qui non venit animas perdere, sed saluare*) in noctē æterna ipsius secundæ mortis, remanentis. *Etiam: Amen.* Duo. Ideſt, Iuſtitia: & ipsius iuſtitiæ zelus. Iuſtitia dicit, Etiam: Ideſt, hoc etiam, nouæ pœnæ corporalis, ipsis iniuſtis, vltra spiritualem, eis adiunctum sit, reſurgentibus, vt plángant, in æternum pœnã patiẽtes: ad
Prou. 31. iuſtorum differentiam, *qui ridebunt* (ſicut ſcriptura dicit) *in ipſo die nouiſſimo*: in æternũ fruentes. Zelus ipsius rectæ iuſtitiæ diuinæ dicit, Amen. Ita, ſit. *Et tunc parebit ſignum filij hominis in cælo*: Ideſt, ipsum ſanctæ crucis Chriſti iugum, quod in præſenti ſeculo; ipsis ſenſualibus impœnitentibus, reſpectu non patiendi parnam crucem trãſitoriam, dũrum & graue parebat: propter quod, ipsis malis exemplis, à multis vniuerſaliter fugatum erat, & à paucis, particulariter portatum: tunc parebit, in ſeculo futuro, reſpectu ipsius magnæ crucis ipsis paratæ, ignis & pœnæ æternæ, ſuaue & leue: & pro tali ab omnibus vniuerſaliter iudicatum erit: *Et videbunt Filium hominis* (concludendo) (quia, totum hoc concatenatum eſt) *Venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maieſtate*. Venientem in nubibus cœli: ideſt, in nubibus cœleſtibus ſuorum electorũ reſuſcitatorum; cum quibus, ab infernalibus carceribus liberatis, in primo ſuo aduentu: in cœlum aſcẽdit. Sicut alio in loco:
Dan. 7. *Et ecce cum nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit: & in conſpectu eius obtulerunt eum.* Sicut declaratum eſt. Vnde, hac in ratione, correſpon-
Mat. 24. denter ſubiungit, concludendo: *Et videbunt Filium hominis in nubibus cæli cum virtute multa & maieſtate*. Ideſt: tantò magis ipsum iugum ipsius apparentis crucis Chriſti, in cœlo, reſpectu ipsius pœnæ æternæ, ab ipsis impœnitentibus ſenſualibus pro ſuaui & leui iudicatum erit; quantũ quod tunc filium hominis crucifixum veniẽtem videntes, gloriosè in lucẽtibus nubibus cœleſtibus cruciferorum ſuorum ſequentiũ, cum virtute multa & maieſtate: magnum bonũ & gaudium cognoſcẽt, quod in paucæ pœnæ cõmutationẽ, ab ipsis perditũ: & ab ipsis iuſtis, acquiſitũ eſt. *Et videbũt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maieſtate*. Sicut in alio loco, *Et veniet Dominus Deus meus, omnesque ſancti cum eo.* Et Zac. 14.
hoc in ordine à Spiritu ſancto in vniuerſali ſua Romana Eccleſia obſeruatum eſt: à ſacro Papæ ſacello incipiendo, in omni tẽplo & loco, vbi ipsum vniuerſale iudicium depictum eſt: ipsa cruxin cœlo, & Chriſtus ſanctorũ ſuorũ nubibus circũdatus, & inſignibus martyrij & crucis, qua eũ ſecuti ſunt, manifeſtè apparendo: & quaſi iudices ſimul, vniuerſales, pigritiã & ipsius mũdanæ turbæ impœnitentiam, tunc fruſtrà plangentis, condemnantes. *Amen dico vobis* Matt. 19.
(ipſe dicit) *quòd vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.*

CAP. CVXII.

QVare rectiſſimè, (vt etiam de recto vſu ipsarum ſacrarum imaginũ nonnulla diſſeramus, contra ipsam hæreticorum & infidelium turbam, ſemper errãtẽ) Dominus alibi dicit, *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit.* Quod, ſi in cœlo & Eccleſia triumphãte, à noſtro duce generali Chriſto, ſtrenui ſanctorum ſuorũ milites admiſſi ſunt: gloriæ ſuæ & honoris æterni triumphum, ipsis communicante: cur nõ hic in terra admittet humilẽ ſponſam ſuã, Eccleſiam militãtẽ, in exemplũ, ſicut interceſſionem fideliũ, in viua fide operantiũ: ita in ſacris Tẽplis & altaribus ſtatuas eorũ & imagines collocare cũ illa prima & primo exẽplo ipsius Regis gloriæ, ad honorem & laudẽ ipsius æterni Deiẽ quidẽ, vt victores bellatores, & trophæa ſimul ipsius victoris Chriſti, & teſtimonia, in æterni ſui regni acquiſitione, per eãdẽ sãctæ ſuæ crucis viã, gratia

mediáte militádo, acquisita, admitti debét: & eorũ statuæ & imagines, sicut sacræ eorum reliquiæ, in ipsis sacris Tẽplis & altaribus, reuerẽter collocatæ: Non tamẽ cũ illo honore & reuerẽtiali adoratione, ipsi soli Deo, & soli Domino debita: sed cũ illo, qui debet illis, vt Dei seruis fidelibus, sicut ipse dicit, & cũ illo religiosæ adorationis ordine, quẽ ipse in sãcta Ecclesia vsurpare cõsueuit, in testimoniũ, pexẽplo nostro, ipsius honoris & gloriæ quã in æternũ, ab ipso Domino in cœlo recipiũt, cũ iã in præmiale gaudiũ sui æterni regni ingressi sint. Et hoc, nõ per ordinationẽ humanã post Verbi incarnationẽ, in terra, solũ obseruatũ, sed per dispositionẽ diuinã, in cœlo, à mundi principio, & particulari ipsius Dei ordinatione, in terra, (sicut proximè dicetur) in testimoniũ quod se Verbũ incarnaturũ & hominẽ facturũ erat: iã statutũ & ordinatum. Sicut clarè videtur in singularibus imaginib' & sphærẽdẽtibus luminaribus cœlestibus, sole & luna, in figura humana demõstratis: ipsum incarnatũ Verbũ & verũ solẽ iustitiæ Christũ, & sanctã suam fidelium Ecclesiã humanã in volubili & mortali vita præsenti, significãtibus: ab ipso creatore Deo, in imagines perpetuas, & ornamẽtũ huius vniuersalis tẽpli sui cœlorũ & terræ, dispositis & ordinatis. illa, etiã notabilis & iucũda, lucentiũ stellarũ, & firmamenti, ab ipso Deo, Abrahamo demõstrata, spirituale seminis sui multiplicationem in Christo, & resurrectionem in gloria, testificãs, simul cũ illa Iunę, cõcurrẽte: ad quam reducitur: vt imago rei rationalis humanæ: ecclesiã suam, vt dictũ est, significans: Illa resplendẽtis solis, in testimonium veræ lucis & gloriæ, quam verus sol & figuratus Christus, tunc de nocte ipsi Ecclesię, & resuscitatis suis fidelibus communicabit, in ipsis lucẽtibus stellis significatis, omnia illuminãs. Et tanto magis nobis certificatum est, per voluntatem diuinã esse, ipsas solis & lunæ imagines in cœlo, in forma humana, sic euidẽter demõstratas, quanto minus intelligitur causa, vn de procedit ipsa distincta figura humanæ oculorũ, supercilioru, nasi, & oris, quod de mõstrãtis quãuis astrologi dicãt, quod ab aliqua simili dispositionis forma matris & terræ procedit: in ipsis lucentibus sole & luna, apparentes & hoc mysterium non cõsiderãtes: hunc vniuersalem archetypum, vt dictũ est, naturaliter tantùm, & non spiritualiter, secundũ suã significationem, & testimonium maiorum & supranaturaliũ effectuũ manifestationis creatoris in carne, penetrãtis in ipso supernaturali effectu nõ uæ essentiæ particularis, à cõmuni materia, creatæ, testificatũ, quia si ita fuisset: ipsa imago humana solis & lunæ, sic perfecta nõ esset: neque etiam, tam immutabilis: imò, secundùm velocem eorum motum, sæpius trãsmutata esset. Sed verè res naturalis est: ab ipso authore naturæ Deo, in incarnationis Verbi testimonium, ipse sol, & manifestationis suæ vniuersalis in carne, ipsa luna, inquantum ad sanctam suam ecclesiam, ab ipso sole (vt dictum est) & ipso suo Christo illuminatã, sic creati. Vnde ipse (vt ita dicã) pictor cœlestis, eos creãdo, (sicut natura accidentaliter in petris mixtis, secũdum varios earum colores, res varias, sed, imperfectas depingit) ipsos claros & obscuros fecit, maioris aut minoris lucis capaces, formã, à materia distinguẽdo. & hoc: cũ velit ipse creator Deus, primũ facere ipsam humanæ imaginis designationem in cœlo, antequã hominẽ crearet, inquã: uad primũ fiuẽ testimoniũ manifestationis suæ in carne: Verbo se incarnante, causa principali rerũ omniũ. Sicut dicit, *Fecitque Deus duo lu-* Gen. 1.
minaria magna: luminare maius (Idest, Christũ significãs) *vt præesset diei: & luminare minus*, Idest Ecclesiã) *vt præesset nocti: & stellas.* Idest: ipsas stellas electas, ecclesiã triũphãtẽ, vt dictũ est in ipso vltimo die, in gloria & vita æterna resurgentẽ, quod à Spiritu sãcto, totũ cõfirmatur, dicẽte. *Semel iurauí in sãcto meo,* Psal. 88.
si Dauid mẽtiar: semẽ eius in æternum manebit. Et throꝰ eius sicut sol (ecce) *in conspectu meo, & si-*

ni luna perfecta in eternum: & testis in cælo fidelis. In quo magno planeta, ipsum magnum Deum, & solem iustitiæ Christum, significante: profundum & incomprehensibile trinitatis mysterium, & vnitatis ipsius Dei, testificatũ est. In forma circulari: persona Patris, ab æterno generãtis, & natura diuina, in sua æternitate & vnitate essentiæ. In forma humana: generatum Verbũ est significatum: in forma humana demonstratũ, ratione quòd se incarnaturum erat. In iucũdis radijs & splẽdore, qui ab ipso sole egreditur, in forma circulari, & humana demõstrato: Spiritus sãctus, tertia persona ipsius trinitatis, à Patre, & à Filio procedens, significatus est. Hoc: inquantum ad sacras imagines in cœlo, & ipsius Dei, & Verbi incarnati, Filij sui, Ecclesiæ, & Crucis suæ sãctæ, (sicut declaratum est) & mysteriũ sanctissimæ Trinitatis & vnitatis ipsius Dei, et vniuersalis resurrectionis in gloria ipsorũ electorum sanctorum: in ipso sole, luna, & stellis, consistentium. per particularẽ ipsius creatoris Dei prouidentiã, in testimonium manifestationis suæ in carne, finis principalis rerum omnium, à mundi principio, vsque ad ipsius finẽ, & operis redẽptionis humanæ complementi, sic ordinatũ in qua vltima & tremenda die, (vt dictum est) ipsa imago & sanctæ crucis signum in cœlo apparebit, vt etiã vniuersalis redemptionis instrumentũ, & erit simul cũ ipso crucifixo saluatore, & cruciferis sãctis suis, ab ipsa cæca hæreticorũ & infidelium turba inimicorum suorũ, cũ lacrymis & vana pœnitẽtia, ipsis inuitis, cõfusè & vniuersaliter adorata. sicut dicit, *Et tunc parebit signum Filij hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt Filiũ hominis venientem in nubibus cæli cũ virtute multa, & maiestate.* Sicut inquantũ ad ipsarum imaginum sacrarum vsum, in terra, ordine ipsius Dei, similiter introductum & ordinatum, sancta scriptura dicit. *Arcam de lignis setim compingite, etc.* Hoc, inquãtum ad partem materialem elementalem ipsius humanæ naturæ in ipsum incarnatũ Verbum assumptæ sicut significat dicendo *& quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos* &c. in quibus, ipsa quatuor elementa, inquantum homo, & quatuor attributa diuina, inquantum Deus, significata sunt. *Duos quoque Cherubin aureos & productiles facies, (ecce imagines) ex vtraque parte oraculi.* Peto à te Iudæe, & Iudaizans, & à te hæretice & infidelis, ipsas sacras imagines denegante, et simul ipsum Deum et sanctos suos blasphemante: Hi Cherubin, per Dei ordinem facti, et super arcam testamenti, in loco reuerentialis adorationis positi, et collocati: realiter Cherubin erant? Depicti erant? (tibi græco, cui non placent imagines productiles, & statuæ, in Ecclesia Dei), aut verè productiles et statuæ erant? Respõde quod tibi placet: certè negare nõ potes, quòd realiter Cherubin non erant. sed ipsorum Cherubin imagines. & quòd non erant depicti: (attendite græci) sed verè productiles, statuales. vt dicit, *Duos quoque Cherubin aureos & productiles facies, ex vtraque parte oraculi.* Dicit etiam sancta scriptura. *Simulacra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur: oculos habẽt, & non videbunt.* etc. et alio in loco, *Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulacris suis.* Igitur, sibi Spiritus sanctus contradicit? Absit. Ecce omnis rei resolutio. *Ego sum Dominus Deus tuus,* (primũ dicit), *qui eduxi te de Terra Aegypti de domo seruitutis: Nõ habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neque coles.* &c. Has imagines, et reuerentialem falsorum Deorũ adorationẽ prohibet Dominus: et hoc primum præceptum est. Nõ habebis deos alienos. Hoc est secundũ: (idest, in hoc particulare) ipsum primum præceptum declarãs, inquantum ad veras imagines, quas vult quòd in sancta sua Ecclesia fiant: *Duos quoque Cherubin aureos & productiles faciet-*

Mat. 24.

Exo. 25.

Psa. 113.

Psa. 96.

Exo. 20.

Exo. 25.

facies. Quare, in illo primo præcepto, dicit, non facies: & in hoc dicit, facies? (Iam id declarat) Quia in illo modo, habebis deos alienos & falsos corã me: me verũ Deũ, denegas: sed hoc modo, & cũ hoc recto fine, veri Deũ habebis, & propriũ tuũ, interius & exterius cõfitẽs: imaginẽ veri saluatoris filij mei. Verbi incarnati habẽ so: in ipsa arca & Cherubin, ad quos, vt pars, in ipsa imagine, rei rationalis, res omnis reducitur; significatũ: qui te eductur⁹ est de vera peccati captiuitate, in illa Aegypti, figurata. Et hæc est omnis rei resolutio: & res omnis ab ipsa sapiẽtia æterna, ad tẽp⁹ & locũ suũ, puta & ordinata est. Primũ lex data fuit, in cognitionẽ & debitã ipsius veri Dei adoratio nẽ: oẽs alias falsorũ, & indirectæ adorationis, vniuersaliter excludẽdo, & hoc, ad tempus & locũ suũ, subitò quòd populus suus electus ad montẽ Sinai peruenit: vnde ipsa lex, cũ testificatib. signis ipsius legislatoris Exo. 19. Dei, donãda erat. Sicut dicit, *Mẽse tertio egressi sunt filij Israel de terra Aegypti, in die hac venerunt in solitudinem Sinai.* &c. et. *Moyses autem ascendit ad Deum, vocauitque eum Dominus de monte, & ait: Hæc dices domui Iacob, &c. Et sint parati in diem tertium*: &c. ita quod, mense tertio: & in die tertio. (Omnia dici nõ possunt) Idest, ipsius legis finẽ, Ghtiltũ, & ipsius resurrectionis cõplemẽtũ, tertia die resuscitãtẽ, significãte. Et ad particulare ipsius legis veniẽdo, Nõ habebis deos alienos corã me. &c. Postea, inquãtũ ad effectuale ipsius legis complemẽtũ, circa debitã ipsius veri Dei adorationẽ: cõueniente sacrificij loco ordinato: arcã & imagines ordinauit, quib⁹ in Ecclesia sua vsuri erant, in ipsa adoratione & recognitione sua. Vt dicit: *Arcã de ligni Setim cõpingite, &c.et. Duos quoq; Cherubin aureos & productiles facies*, &c. è contrario eius, quod à principio obseruatum fuit: in quo, cum peccatum, neque peccator vllus esset, primùm sanctuarium factum fuit, & vniuersale templum cœlorum & terræ, & imagines simul solis, lunæ, & stellarum, in quibus ipse creator Deus, (vt dictum est) cum Ecclesia sua futura, significatus erat. & vltimò, homine creato, lex facta fuit: vt ipse homo, sine mora aliqua, cum intelligentia sua vniuersali, & particulari libero arbitrio, ipsam legem seruando: tam in seipso, quàm in omnibus alijs rebus creatis, & in ipso homine inclusis, perpetuum laudis sacrificiũ Deo creatori suo offerret, in perpetuã suã conseruationem, quod sacrificiũ, in homine per peccatũ deficiendo: non propter hoc causa & occasio ipsius laudis defecit, inquãtum ad ipsum tã perpetuum, quàm vniuersale exemplum. Vnde Spiritus sanctus: *Benedicite omnia opera* Dan. 3. *Domini Domino: Laudate & superexaltate eum in secula.* &c. *Benedicite sol & Luna Domino: benedicite stellæ cæli Domino.* &c. et. Hoc, non secundùm ipsas res irrationales: sed secundũ ipsum finem principalem eorum rationalis significationis ipsius Dei, & laudationis Ecclesiæ suæ: vt dictum est. Sicut per Dauidem conformiter: *Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ & lumen. Laudate eum cæli cælorum: & aqua omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.* & in vltimo psalmo, concludenter ipsam figuram declarando: *Laudate Dominum in sanctis eius: Laudate eum in firmamento virtutis eius.* Idest, non solùm in significante firmamento & octauo cœlo stellato, in quibus stellis fixis, ipsi sancti, (vt declaratum est) & effectus resurrectionis eorum in gloria significatus est: sed in significato firmamento et illuminante sole iustitiæ Christo: omnia in seipso vniuersali saluatore continente, prima causa in quantũ Deo, efficiẽte: omnibus, suam gratiam et gloriam communicante. sicut etiam, proximè dicendo, inquantũ ad ipsum effectũ resurrectionis in gloria: *laudate eum in psalterio & cithara.* etc. (et Psa. 6. alio in loco, *Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara*) Illi superiori correspondẽdo, laudate eum sol et luna: in quibus anima et corpore, vnitè et laudabiliter re-

surgen-

surgentibus,in ipso psalterio& cithara intellectis:ipsa natura diuina,& natura humana in Christo,(sicut in ipso sole & luna) significata est. & in ipsis vniuersalibus aquis,quæ super cælos sunt:(vt dicit) ipsa Ecclesia triumphans(ad differentiam suppositarum aquarum, inquantum ad militantem)præfigurata est.vt scriptum est: *Et fecit Deus firmamentum,diuisitque aquas,quæ erant sub firmamento,ab his,quæ erant super firmamentum. Vocauitque Deus firmamentum,cælum.*&c. & in ipsis cœlorum cælis,(sicut dicit) vniuersalis creator, vnus, & trinus, intellectus est.Vnde sciendum est,quòd cœli, catholicè & fideliter loquendo,duodecim sunt:sicut supra,in psalmi decimi octaui expositione,declaratum est.In septem primis inferioribus:ipsa hebdomadalis natura humana significata est.sequens deinde octauum cœlum stellatum, firmamentum dictum, est in imaginem & figuram ipsius vniuersalis resurrectionis in gloria ipsorum electorum:in quibus lucentibus stellis fixis, ipsa glorificata corpora ad vitam æternã, significata sunt:ab ipso resplendente sole Christo Deo & homine, (sicut ipsæ stellæ à materiali)æternò illuminata.posteà sunt alij tres cœli suprapositi, qui vndecim faciunt:cæli cœlorum,(sicut propheta dicit) in diuina eorum significatione: inuenti à catholico Domino Alfonso,Aragoniæ Rege,Sapiente dicto hoc, ab omnibus alijs astrologis per experientiam receptum, & approbatum. Et multa cum ratione, non ab ipsis Aristotelicis, & alijs infidelibus astrologis,sed à christiano & catholico Rege inuenti,cum in ipsis tribus cœlis, cœlorum & terræ creator,trinus & vnus Deus,figuratus sit.quo in mysterio, in nullo ipsorum,signum non inuenitur, (sicut in alijs cœlis)nec figura aliqua, per quam inter ipsos variati sint; conformiter ipsius Trinitatis scripto,dicenti: *Qualis Pater,talis Filius,talis Spiritus sanctus.*(posteà,duodecimũ empyreum cœlum,immobile & æternum sequitur)Vnde hac in ratione: *Laudate eum cæli cælorum: & aquæ omnes quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.* omnia mysteriosè ad ipsos tres cœlos suprapositos,distinctam imaginem ipsius trini & vnius Dei,& ad ipsas vniuersales aquas sanctæ suæ Ecclesiæ triumphantis,& militantis, reducendo. producta,ipsa volatilis Ecclesia spiritualis, gratia mediante, ab vniuersalibus huius mundi tribulationum aquis. *Producant aquæ reptile animæ viuentis,*(scriptura dicit) *& volatile super terram* (id est, super omnem affectum terrenum) *sub firmamento cæli.* & per hanc strictam martyrij viam, & pœnitenter viuendo,ad altitudinem ipsius duodecimi empyrei cœli veniendo: vniuersaliter in gloria& vita æterna resuscitãdo Variæ præmiorum beatorũ aquæ:(quæ super cœlos sunt,vt dicit)ipsi siti charitatis& desiderij amati Dei correspondentes. Vnde, inquantum ad militantem,cum ipsis prædicatoribus apostolicis vniuersaliter loquendo:*Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.*& inquantum ad triumphantem,& vniuersalem vtriusque Ecclesiæ vnionem resuscitando:*Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit:Dominus super aquas multas.* Vnde ipse vniuersalis saluator,conformiter: *Amen,amen dico vobis,quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei.* &c. primam & particularem mortem spiritualẽ peccati,& secundam vniuersalem corporalem,comprehendendo:& tunc:Vox Domini super aquas,inquantum ad electos. Sicut alijs in locis,*Et aquæ omnes,quæ super cælos sunt,laudent nomen Domini.Et thronus eius sicut sol,& sicut luna perfecta in æternum.*in quibus imaginibus cœlestibus ipsius solis & lunæ in forma humana:ipsũ Verbũ incarnatum Dei filius,(vt dictũ est)& ecclesia eius sancta,(sicut in ipsis cœlis, stellis & aquis) à principio,in testimonium manifestationis suæ in carne,significata sunt. Vnde,dicere, quod ipsa sancta Romana Ecclesia malè facit sacris imaginibus vtendo,ipsius Chri-

cente ætate, qui, cum diu Deum orasset in templo sancto suo, adiutus etiã ipsis veris exẽplis, & occasione verę contemplationis ipsarum sacrarum Christi et sanctorũ suorum imaginũ: de terra surgendo, vbi semper genibus flexis fuerat, cum eadem debita adoratione reuerentiali, eas omnes osculabatur: ita quòd, illas ad quas peruenire non poterat, necessitate, et non temeritate, cuspide baculi tangendo, illas deuotè osculabatur. & ad altiores, quas baculo attingere non poterat: pileum, proiciendo, & hoc modo eas tangendo, eas humiliter osculabatur. omnia deuotè faciendo in honorem & gloriam ipsius viui & veri Dei, & gloriosorum sanctorum suorũ: apud ipsam diuinam maiestatem, in cœlo viuentiũ, nostrorũ propriorum & verorũ intercessorũ. & ratione ipsius manifestationis Dei in carne, & meriti eorum acquisiti, per eandẽ sanctæ crucis viam, patienter, & pœnitenter operantes: (hæretici intelligite) magis quàm impassibiles angeli glorioſi, nobis propinqui. Ita quòd in memoriã & testimoniũ tãti beneficij visibilis manifestationis in carne, vult ipse inuisibilis Deus, in sacris imaginibus visibiliter adorari.

Et de hoc, vltra allegata, multa alia exempla in eadem sacra scriptura habemus. Scitis quid Esaias dicit, (vltra id quod dicit Ezechiel, & sanctus Ioannes: qui tres prophetæ, (vt declaratum est,) omnes concordant) *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum: & ea, quæ sub ipso erant, replebãt templum, Seraphin stabant super illud: &c.* Et Daniel, similiter: *Aspiciebã donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius flammæ ignis: rotæ eius ignis accensus.* &c. quæ visiones, ipsius Dei non erant: sicut supra declaratum est: sed imagines erant, ad similitudinem suam, per medium angelici ministerij & variorum elementorum, quasi depictæ variorum colorum imago, sic compositæ: per medium quarum visibilium imaginum, voluit ipse inuisibilis Deus, in testimoniũ manifestationis suæ in carne, se ipsis prophetis manifestare, & ab eis visibiliter adorari. Iam intellexistis etiam de illa alia imagine, quam Seraphicus sanctus Franciscus in monte Aluerniæ de cœlo veniẽtem vidit, (tunc, particularem suam quadragesimam sancti Michaelis Archangeli ieiunans) quasi speciẽ vnius Seraphin (sicut legenda eius narrat) sex alas tam fulgidas quam ignitas habentem: &c. non solùm alatus, sed & crucifixus apparuit. clarum etiam est, quod non erat ipse Christus glorioſus, ad dexteram Patris sedẽs: sicut in scripto supra Ezechielem, declaratum est: sed erat imago ipsius iam crucifixi, Dei & hominis: per medium angelici ministerij & elementorũ, vt dictum est, sic composita & ordinata, qua visibili imagine, cum alia, in deserto illo non esset, ipse Deus seruo suo prouidere voluit: vt in illo singulari effectu, & particulari gratia cõmunicationis suorum stigmatum, ieiunãs corpus suũ, in quo imprimenda erant, in ipsa visibili ipsius Dei adoratione, simul cum suo spiritu, maiore cum dispositione cõcurreret. sicut etiã illæ primæ imagines sanctuarij & arcæ Domini, non erant Cherubin: *Nusquam enim angelos apprehendit,* (dicit Spiritus sanctus) *sed semen Abrahæ apprehendit.* Heb. 2. neq; ipsi angeli habent ipsum corpus & mẽbra humana, quæ demonstrabant: sed in carnati Verbi imagines erant: & omniũ declaratio, & significatio: ad quẽ Deũ & hominẽ, cũ omnis figuræ cõplementũ sit: ipsum sanctuarium & arca, cũ toto contẽto mannæ, virgæ, & tabularũ legis scriptæ, reducitur: de quo scriptũ est. *Ecce ego mittam angelum meũ, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locũ quẽ præparaui:* Duo Cherubin in forma humana: hominẽ interiorẽ, ab exteriore, in ipsa natura humana, distinguẽtes. sicut cũ sint alati, & ab ipso Deo Cherubin nominati: ipsã naturã humanã, corpore & anima cõsistẽtẽ, in ipsis duobus Cherubin significatã, ad altitudinẽ diuinæ, assumptam,

Isa 6.

Dan 7.

Exo 23

& ei

Hab. 9. &ei totaliter vnitâ, significantes. sicut per Apostolum, *Superque eam erant Cherubin gloriæ obumbrantia propitiatorium*, &c. Ita quòd, ratione ipsius veræ significationis, quam istæ venerabiles arcæ testamenti imagines, habebant, cum omnibus alijs : & quam etiam hæ aliæ sacræ habent, quibus similiter sancta Romana Ecclesia vtitur: vt Dei viui &. veri imaginibus, & veræ redemptionis promissæ, & verè effectæ, Verbi incarnationis, & Christi mortis & resurrectionis: dici non potest, sicut de illis alijs falsorum deorum, *Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt: non clamabunt in gutture suo*, &c. quia istæ, nobis multum ad naturale et viuum omnia ipsa effectæ redemptionis mysteria repræsentantes : & quo modo ipsius Ecclesiæ apostolicæ propagatio, per eandem viam sanctæ crucis, & sanguinis sparsi multitudinis ipsorum imaginatorum Christi martyrum continuata fuit: exemplariter loquuntur, & clamant: totum hominem, exteriùs, & interiùs adorantem & contemplantem, commouentes: & ad meliorem intentionem et vitam reducentes. Itaque, dici non potest, de his veris, sicut de alijs falsis imaginibus, *Os habent, & non loquentur*: & (hæretice intellige) quia ibi Deus loquitur, (sicut dicit, *Iudicium sedit, & libri aperti sunt*. vt per hanc viâ, ipsius crucis causa manifestata, et simul sua innocentia: intelligatur, et omnibus vniuersaliter notum fit, quòd non casu, ipsa mors, neque propter propriam culpam ipsa pœna, sed ex proposito, & in vniuersalem ipsorum alienorum peccatorum redemptionem, tunc vniuersaliter manifestorum, tolerata fuit. propter quam rationem manifestationis culparum, et redemptionis pœnæ, vniuersalis, inquantum ad ipsum innocentem saluatorem crucifixũ: *Et tunc plangent* (vt dicit) *omnes tribus terræ*. id est, ipsi impœnitentes peccatores: vnusquisque de seipso dicendo: *Circumdederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me*. Fuge etiam, et te absconde peccator: quòd tandem ab ipsis sordibus tuis inuentus eris, impœnitenter vsque ad finem, simul cum te ipso dissimulatis et absconditis. Omnia peccata, vsque ad minimum verbum otiosum quod locuti fuerint homines, (sicut dicit DOMINVS) *reddentes ratio-*

Psal. 113.

Exod. 25. *vipiam, & loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim*) & nostris iustis petitionibus respondet, mediante intercessione ipsorum imaginatorum sanctorum gloriosorum, cum effectibus suæ gratiæ, & misericordiæ infinitæ. Tam multa dicenda sunt, & tanta sunt miracula, quæ omnipotens Deus facit, & continuè facit, per medium ipsarum venerabilium imaginum, & visibilis in ipsis, adorationis ipsius inuisibilis, & visibilis Dei: quòd separatè librum alium facere oporteret. sed, vt concludatur, Iudex vniuersalis Christus, Dei filius, dicendo, quod in hac tremenda die, de qua sermo fit, signum venerabilis sanctæ suæ crucis fulgentissimum, in cœlo apparebit.

Cur igitur, ô hæretici, dicitis vos, et iudicatis, quòd neque etiam ista in terra haberi debet? neque saltem eam aspicere potestis? Imò, vbicunque eam habere potestis, sicut alias sacras imagines, in fruſta confringitis? Ite in infernum maledicti. Tunc, eam videbitis, et inuiti adorabitis: et hunc, et omnes alios vestros errores in vanum plãgentes. sicut dicit, *Et tunc parebit signum Filij hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa, & maiestate*. Sicut declaratum est.

Mat. 24.

CAP. CXVIII.

Mat. 24.

ET tunc parebit signum filij hominis in cœlo. Et consequenter. Et tunc parebit causa ipsius crucis, in terra. cum tunc, omnia hominum peccata, causa ipsius crucis innocentis agni Christi, vniuersaliter manifesta erunt. vt scriptum est: *Iudicium sedit, & libri aperti sunt*. vt per hanc viã, ipsius crucis causa manifestata, et simul sua innocentia: intelligatur, et omnibus vniuersaliter notum fit, quòd non casu, ipsa mors, neque propter propriam culpam ipsa pœna, sed ex proposito, & in vniuersalem ipsorum alienorum peccatorum redemptionem, tunc vniuersaliter manifestorum, tolerata fuit. propter quam rationem manifestationis culparum, et redemptionis pœnæ, vniuersalis, inquantum ad ipsum innocentem saluatorem crucifixũ: *Et tunc plangent* (vt dicit) *omnes tribus terræ*. id est, ipsi impœnitentes peccatores: vnusquisque de seipso dicendo: *Circumdederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me*. Fuge etiam, et te absconde peccator: quòd tandem ab ipsis sordibus tuis inuentus eris, impœnitenter vsque ad finem, simul cum te ipso dissimulatis et absconditis. Omnia peccata, vsque ad minimum verbum otiosum quod locuti fuerint homines, (sicut dicit DOMINVS) *reddentes ratio-*

Dan. 7.

Psal. 114.

Matt. 12.

rem de eo in Ile iudicij: sunt pericula inferni & omnis naturalis triſtitia, & amaritudo, quam vt plurimum peccator habet poſt illud breue gaudium & delectationem conſummationis peccati, eſt dolor mortis: ab ipsa morte animæ (& corporis etiam) ab ipſo peccato conſummato, generata, procedens. à quibus doloribus mortis, & periculis inferni, miſer peccator impœnitens, inuentus & circundatus erit, nec eos euadere poterit: cum ſit quòd eodem in puncto reſuſcitando, & ante ipſius tremendi iudicis Tribunal, publicè apparendo, omnes ipſi laquei & peccata, aperto libro, in ſeipso confuſo & victo, publicè lecta, & iu-
2. Cor. 5. dicata erunt. *Omnes enim nos* (dicit Apoſtolus) *manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, pro vt geſſit ſiue bonum, ſiue malum.* &c. Quo modo, propria corporis? Igitur, peccata interius commiſſa, & ab ipso inuiſibili ſpiritu rationali affectata; ſed non ab ipsa viſibili parte exteriore corporali conſumatè effecta: videnda, & iudicanda non ſunt? Omnia videnda & iudicanda ſunt: ſed dicit, propria corporis, inquantum ad ipsam nouam adiunctionē particularem pœnæ, aut gloriæ, (ſicut diſtinguit dicendo, ſiue bonum, ſiue malum) & vniuersalem peccatorum publicationem: quæ, ſicut omnia, in vniuersalem eorum executionem, per medium ipſius corporis, particulariter efficienda erant: ita etiam omnia, per medium ipſius partis exterioris corporalis, in ſuâ viſibili confuſione, omnia acceptantis, particulariter detecta, & publicè iudicata erunt. & hoc modo, propria corporis, qua in ratione ipsa natura humana à Spiritu ſancto
Apo. 5. nominata eſt, *Liber ſcriptus intus & foris*: cum eſſet quòd à principio in Adamo, tam in præcepti diuini obſeruatione, quā in ipſius legis transgreſſione: illud quod interiùs in corde ſcriptum erat, ſecundùm liberum arbitrium & voluntatem humanam, obſeruandi: illud idipsum exteriùs legebatur, ſecundùm effectum ipſius obedientiæ, aut inobedientiæ, operando. Vnde, ratione cōmunis inobedientiæ ſpiritus & carnis ipſius humani libri peccando: (ſicut communis hoſtia obediendo) ſignatus ſigillis ſeptem: vt dicit: inquantum ad tres inuiſibilis animæ potentias, & quatuor elementa viſibilis partis corporalis, clauſus ſigillis ſeptem, ſecundùm quaternam materiam elementalem: & non octo, ſecundùm ternariam formam potentialem animæ rationalis: reſurgentem plenitudinem octauæ, ſecundùm quinque ſenſus corporales, rectè operando, producentem: in peccati teſtimonium, & communis mortis ipſius peccatoris, ſpiritualis et corporalis: cum interiùs & exteriùs, ab omni operatione ad vitam æternam priuatus eſſet. Vnde, multa cum ratione, innocenti Agno Chriſto ſaluatori, *Dignus es Domine accipere librum*, (vt dicit) *& aperire ſignacula eius: quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo.* &c. in ipso, effectu voluntariæ obedientiæ, et ſacrificij ſimul, ratione innocentiæ ſuæ, inquantum homo, et meritiſui infiniti, inquantū Deus, non materialiter, ſolùm, moriendo: ſecundùm ipsam quaternam partem elementalem, ipſos ſenſus et elementa ſimul euacuando: ſed formaliter, ſecundùm ternariam partem potentialē, et plenitudinem octauæ, ſenſus et potentias, in ſua paſſione et morte dignè et ſacrificātervtendo: & ſimul ipsum humanum librum per gratiam aperiendo: homine in poſterum in ipſius Dei imaginem reſtituto, ad vitam æternam operante. ſicut poſtea per gloriam: ipſe Chriſtus tertia die, et octaua ſimul, creationis, inquantum Deus, gloriosè reſuſcitando. Et ſicut liber, et imago Dei, homo, obediendo: ita etiam liber, et imago dæmonij: homo peccando: in quam, eodem in puncto, non obediendo, blaſphemanter ſe trāsformat: primam Dei imaginem, et laudantem plenitudinem octauæ, non vt primò, ad vitam æternam operando. euacuans. Sicut ſcriptum eſt: *Et vidi de mari beſtiam aſcen-*

Apoc. 13. *bentem, habentem capita septem, & cornua decem. & super cornua eius nomina blasphemiæ, &c.* id est, metaphoricè, horrendam dæmonij imaginem, & hebdomadalē hydram, septē mortalium capitum, depingendo: cum decem cornibus & coronis, victoriam transgressionis decimalis legis diuinæ, significando. Imago hebdomadalis dæmonij, & liber, simul, in homine peccatore, scriptus intus et foris: (sicut dictum est) in quo, omnia ipsa vitia & peccata superbiæ, auaritiæ, luxuriæ, iræ, & gulæ, &c. publicè, in ipsa tremenda die, legētur: & publicè iudicata erunt. Sicut imago Dei, in iusto, & liber etiā: in quo similiter scriptæ erūt, & in laudē ipsius Dei, & peccatorū confusionē lectæ & iudicatæ cōtrariæ virtutes humilitatis, liberalitatis, castitatis, māsuetudinis, tēperātiæ, charitatis, & diligētiæ: victoriā aperiētis agni Christi, & victoris leonis, publicādo. Et hoc modo, ordine & distinctione, in vniuersali resurrectione & iudicio, rectè obseruato: ex vna parte ipsa infernalis damnatorum bestia, reprobata, de ipsis varijs abyssis, & vniuersali peccatorum mari, superbè ardens, resurgendo: & ex alia ipsa sancta, & electa mansueti agni sponsa & noua Hierusalem, ipsis varijs virtutibus, & resplendentibus gemmis ornata, de empyrei cœli altitudine humiliter descendendo: & codē in puncto candida stola immaculati corporis & carnis suæ reuestita gloriosè apparēdo vtrāq; ab ipso seuero & iusto iudice distinctè & rectè iudicatæ erunt. Ita quòd, dicendo Dominus: *Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum:* distinctè & ordinatè intelligitur, sicut dictum est. videlicet vnaquæque ipsarum partium, victa, aut vincens, per cateruas superborum, auarorum, & luxuriosorum, (&c.) in reprobata: ab ipsis vitijs vltimò, superata & victa: & caterua humilium, liberalium & castorum, (&c.) in electa: ipsas contrarias tentationes & vitia superante & vincente: ante ipsius tremendi iudicis Tribunal, distinctè & ordinatè apparendo. Omnis distincta caterua, vtriusque partis: aut vincentibus dæmonij, ad ipsa vitia, secundum eorum ordinē distinctè & particulariter inuicantibus, in parte victa & reprobata: aut protegentibus angelis cœlestibus (in vincente & victore electa) ad virtutes contrarias reducētibus, & distinctè etiā auxiliantibus, circundata. Sicut dicit, inquantū ad reprobatā, & circumdantes spiritus: & peccata: *Circumdederunt me dolores mortis:* (vt dictū est) *& pericula inferni inuenerunt me.* Qui circūdantes spiritus incitantes, & protegentes: boni, & mali: characteres erūt ipsius exterioris scripturæ, vtriusque libri: & lineæ & ipsarum variarum imaginū colores: simul cum exteriore confusione in damnatis, & noua talis victoriæ iucunditate in electis: omnia, pars vtraque, ex parte sua acceptando: gloriā & honorē ipsius Dei, iusti, solùm prætendentes. Igitur, peccata, iam remissa, & præteritæ abominationes electorum & spurcitiæ, apparebunt, & omnibus, in ipso vniuersali iudicio manifestæ erunt? Apparebunt, & omnibus, vt dictū est, manifestæ erunt: sed non in dedecus, verecundiam, & confusionē: sicut erunt illa reprobatorum & victorū: imò in honorē, & communem gloriā & laudē, & ipsius Ducis Christi saluatoris, & ipsorum suorum militantiū bellatorum, vltimò, in sua virtute & potentia, contra ipsos aduersarios & vitia, victorū, et vincentiū. Sicut ipsa crux & suæ ignominiosæ mortis, signō, ab omnibus tūc, in cœlo apparēdo, vniuersaliter adorata: flagella, claui, & acetosa spongia, simul cū regali ornamento, per derisum addito, purpureæ vestis, & arundinei sceptri, tituli, & spinæ coronæ: & vltimò crudelis lanceæ, in homine mortuo, crudeliter & despectè exercitatæ: non pro noua iniuria et dedecore ipsius innocentis Agni crucifixi apparebunt, sed pro maiori honore & gloria ipsius filij hominis, & filij Dei simul, humiliati: (*propter quod & Deus exaltauit illum*, (sicut tunc

Matt. 13.

Psal. 114.

Phil. 2.

tota;

totaliter completum erit.) *& dedanit illi nomen, quod est super omne nomen.* &c.) & in maioris exaltationis & triumphi occasionē: ipsis militantibus et vincentibus suis bellatoribus communicati *qui vicerunt bestiam,* (vt dicit) *& imaginem eius, & numerum nominis eius.* Apo. 15. Id est, ipsam hydreā imaginem, & hebdomadalem numerū ipsorū nominatorū capitū suorū, mortalium: in ipso septenario numero, omnia peccata comprehendens. Quæ electorū peccata, et capita mortalia, in merito et virtute Christi, ab ipsis victoribus, simul cum ipsa morte victa: erūt captiui, quos ipse Dux gloriosus Christus ante currum ligatos portabit. Id est, ante currum et sedē maiestatis humanitatis suæ sāctissimæ: ab ipsa, vt hebdomadali humanæ redemptionis instrumento, et pœnæ et castigationis ipsorū hebdomadaliū delictorū, et hebdomadalis naturæ humanæ peccantis, in æternum ligati et victi. Hebdomadalis peccati imago, in homine peccatore: hebdomadali diuinæ, in iusto, (inquantum ad tres personas diuinas, et quatuor attributa ipsius vnius et trini Dei, in ternaria animæ, et quaterno corpore elementali, significata) æmulanter contradicens: et simul ipsum creatorem Deum, et esse suum potētiæ, sapientiæ, iustitiæ, et bonitatis infinitæ, blasphemans. ficut dicit. *Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomē eius, & tabernaculum eius, & eos, qui in cælo habitant.* Apo. 13. etc. Nomen eius, et tabernaculū eius. Id est, nō solùm ipsum nomen: sed et tabernaculum eius simul ipsius humanæ naturæ in iustis, blasphemans: in quo, trina sua imago, inquantum ad tres animæ potentias: et esse suū, inquantū ad quatuor corporis elementa, in quibus, (vt dictū est) ipsa quatuor attributa significata sunt, rectè operando: in ipsius creatoris laude manifestatū est. Captiuitas peccati, vltra dona, et cōtrariarum virtutum ornatū ētum, in vincēte parte electa. in primo triumpho gloriosæ suæ in cœlum ascēsionis, simul cum liberatis animabus, captiuè portata. ipsa dona et primitiæ in Christo vniuersalis redemptionis, resuscitāte: ab eis, ipsi vniuersali redemptori beneficium ipsum sperantibus, vniuersaliter oblata. ficut dicit: *Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus.* Psal. 67. etc. Accepisti dona in hominibus. Id est, ipsa debita dona virtualia honoris et gloriæ, cū totalis victoriæ effectu ipsorum captiuorum et captiuitatis peccatorum: in electis suis, ab ipsis laqueis in æternum liberatis, in sua virtute et potentia ligatorum, et victorum: et ab ipsis hominibus iustis & iustificatis, ipsi iustificanti redemptori Dei filio, inquantum homo moriendo, in æternum oblata. Vnde subditur: *Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiā, & fortitudinē, & honorē, & gloriā, & benedictionē.* Apo. 5. etc. hebdomadalis laus: hebdomadali naturæ humanæ, et diuinæ efficienti, correspondens: ipsam victoriā ipsi Deo et homini, attribuendo: et simul ipsius immaculati agni innocentiam, testificando. Quę præterita peccata ipsorum hominum electorum, et totaliter iustificatorū, in gloria resuscitātiū: tūc nō erūt (vt dictum est) in communē verecundiā, et cōfusionē ipsius candidæ partis electæ, manifesta: quāuis quod inquātū ad illos, qui ab ipsis mortalibus laqueis, mediante diuina gratia, perpetuò præseruati fuerunt: sit in particulari, nō ab omnibus, virtutibus cōtrarijs, perpetuò ornatæ: Imò in communē honorem & gloriam: sicut in communem vtrorumque victoriā, in vna charitate volūtariè simul militātiū, in infinito ipsius Christi merito, & intercessione ipsorum iustorū, & præseruatorū sanctorū, cōmuniter acquisitam. Et sicut ipse redēptor, cū iusto zelo, in honoris Patris sui Dei recuperatione, per superbiam, & vanam in cælo & in terra exaltationem, iniustè offensus, voluit se humiliando, quod nullo modo & ratione diminutus fuisset: imò, per medium ipsius inauditæ humiliationis, & nouantidoti

toti ipsius crucis, & multitutidinis vituperiorum & iniuriarum in filij Dei persona, integrè in ipso filio hominis recuperatus fuisset: & quod vltimò ipsum crucis signũ (sicut ipse dicit) cum nota vituperiorum & iniuriarum, iam præteritarum, de nouo in cœlo appariturum sit, & mundo publicè manifestandum: & hoc, non in nouum dedecus suum: imò in honorem, & maiorem ipsius offensi Dei gloriã: & confusionem simul ipsorum superborum offendentium: Ita etiam, contenti & lætantes erunt ipsi electi, similiter, quòd etiam appareant ex eorum parte ipsa peccata: quibus non apparẽtibus, ipsorum donorũ honor & gloria euacuaretur: cum sint (sicut causa) innocẽtiæ ipsius saluatoris testimoniũ: & simul triumphi sui & victoriæ fundamentũ: eis etiã, (sicut dictũ est) redundant communicatæ: omnes, humiliter dicentes: *Non nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam.* Cum mysterio dicit, *accepisti dona in hominibus*: ad angelorũ differẽtiã. quia in prima offensa, à natura angelica in cœlo facta: non ab angelis, ipse Deus: sed ipsi angeli, & pars humilis: ab ipso creatore, in ipsius Dei obedientia, contra cadẽtes superbos, debitã adorationẽ & obedientiã, ipsi Verbo incarnato, contradicentes, impeccabiliter permanentes: ipsa cõsummatæ gratiæ & gloriæ dona, receperunt.

Matt. 24

Psal. 113.

Psal. 67.

CAP. CXIX.

CVm de damnatorũ pœna, & ipsius tormenti loco, tractandũ sit: res conueniens est, etiã de ipsorum patientum corporũ qualitate tractare: & si eiusdẽ massæ, agilitatis, & subtilitatis erunt, illorum gaudentiũ iustorum, in gloria resuscitatorum. Igitur sancta scriptura dicit. *Scio enim quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: Et rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum.* &c. Pelle mea, & carne mea: intelligitur, respectu illius qualitatis immortalitatis, & vitæ perpetuæ, quam ipsa natura humana in principio habebat, quãdo à Deo creata fuit. & respectu etiam, illius primæ plenitudinis innocentiæ: ad hanc aliam gloriæ & vitæ æternæ, quam consecutura erat, se conseruando, & quam simul vltimò consequetur, resurgendo, conuenientis propria pellis & caro incorruptibilis hominis, naturaliter, ante peccatum: sicut impropria, hæc mortalis & corruptibilis post peccatum: cum esset quod in prima, naturaliter, secũdùm liberum arbitrium, ipse homo volẽs, se perpetuò conseruare poterat. & tunc, tãtò magis hominis propria: (sicut dicit, pelle mea, & carne mea) quãto quòd cũ simul ad consequendum veniret ipsam secundã gloriæ et vitæ æternæ plenitudinem, primam innocentiæ et vitæ perpetuæ consequentem, in quã æternò restitutus erit: omnis ipsa accidentalis mortalitas & corruptio, cum omnibus alijs defectibus exterioribus variorum colorum pellium & pilorũ, nigrorum, alborum, & rubicundorum, totaliter euacuata erit. & tunc, pelle mea, & carne mea, sicut dicit: quia, in hac tam impropria, quàm inconuenienti mortali & corruptibili, Deus videri non potest: (sicut dicit) pro quo fine & testimonio manifestationis suæ in carne, in illa incorrupta, perpetua et immortali creatus fuit. Vnde Spiritus sanctus, de ipsa noua Hierusalem tractando, & noua sponsa immaculati agni humana natura resuscitãte: cõformiter dicit: *Et erat structura muri eius ex lapide iaspide:* Hoc, cũ alijs coloribus lapidũ pretiosorũ portarũ suarũ & fundamentorũ: inquantũ ad varias ipsorum electorum virtutes, & varios eorum effectus: sicut inquãtũ ad cõmunẽ qualitatẽ purificatæ pellis & carnis humanæ, exteriùs demonstratæ: interiori spiritus, correspondentis: concludit dicendo, *Ipsa verò ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo. vt exhiberet ipse sibi gloriosã Ecclesiã* (sicut alio in loco) *nõ habentẽ maculã, aut rugã.* &c.

Apo. 21.

Ephe. 5.

Iob 19.

Quæ humana natura: nõ per ipsa mortis signa, mortaliter peccãdo: neq; per eãdem mortẽ, moriẽdo, mutata fuit: sed victa: cum

Eccl. 39. ita fit, q̃ ipsa mors cũ ipsius signis, res naturalis nõ est, sed accidẽtalis in homine: scriptura dicẽdo: *Ignis, grando, fames, & mors, omnia hæc ad vindictã creata sunt.* quod accidẽtaliter intelligitur, homo peccãdo. ita q̃, si nõ peccasset, ad vitam naturaliter. Ignis, grando, fames, & mors. quatuor res. Idest, quatuor elementa. Ignis, grando: ignis & aqua. fames, & mors: terra, & aer. de qua terræ sterilitate, per peccatum, cum à Deo maledicta esset, accidentaliter causata, fames accidentaliter venit: & consequenter, ab ipsa passione & indispositione corporali, spiritus exhalatio, simul cum illa ipsorum elemẽtorum, procedit. quæ, iusto Dei iudicio, fuerunt contra hominem peccantẽ à principio, vsq; ad finem & vltimam destructionem suam, ad vindictam, perpetuò rebellata. A principio declaratum ab ipso creatore, ordinante: & pauco post tempore ab ipso homine expertum. nõ obediẽte. Quia, dicendo, & ordinando: *Ex omni ligno paradisi comede: De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris:* clarum est, quòd sicut non obediendo, ad mortem & vindictam: ita etiam, obediendo, ad conseruationem & vitam.

Gen. 2.

CAP. CXX.

CORpus hominis, quod peccati, & gratiæ etiam, per misericordiam Dei, instrumentum fuit, in ipsius culpæ remissionem: sicut in principio, perpetuæ vitæ & gloriæ suæ instrumentum erat, perseueranter obediendo: sic ipsum est, & erit mortis & pœnæ suæ æternæ, perseueranter nõ obediendo. Et hoc, nõ obstante præsenti sui spiritus & animæ separatione, moriendo, & cum non peruenerit ad futuram suã reunionem, resurgendo: quia, quamuis per mortalis corporis mortem, cessent corporales effectus: in immortali anima affectus restant: iusto Dei iudicio, immortaliter viui. Qui corporales effectus, inquantum ad corpus: reducti ad ipsam secũdam causam elementalem & corporalem quatuor elementorum compositionem, vnde procedunt: Omnia hæc ad vindictam creata sũt & cum ab eis, ipse spiritus similiter tortus fit. Vnde, Dominus de ipso vniuersali iudicio tractando: ad hoc propositum dicit: *Exibunt angeli & separabũt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium.* &c. In caminum ignis: intelligitur, in fornacẽ ignis suorum propriorum corporum: ex ipso igne, & alijs ignitis elementis, consistentium. In eo quod sequitur intellectum, dicendo: ibi erit fletus & stridor dentium. varij effectus, & passiones contrariæ corporales, post peccatum: à varietate & contrarietate ipsorum quatuor elementorum, causatæ. quod mortales in infirmitatib. frigore & calore mixtis experimur. Quid est infirmum videre, post magnũ frigus & stridorem dentium, magno igne magnæ febris accensum, & sitibundum, nisi effigiem ad viuum eius quod patiuntur, & passuri sunt condemnati, in corpore & anima, in inferno, resurgentes? Et hoc, nõne etiam repræsentatur in illo misero diuite, sensuali auaro, qui solã guttam aquæ quærebat, dicendo, *Quia crucior in hac flamma?* quia, hic ignis istuc, ad vltimum, aut cum vita finitur, aut cum remedijs medicinalibus, in ipsius vitæ conseruationem, extinguitur: ille autem illuc, non finitur, neq; in æternũ, extinguitur. Quod magis amplè docetur per sanctum Marcum, dicentem: *Bonum est tibi debilem (claudum, luscum, &c.) introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorũ non moritur, & ignis non extinguitur.* Quis vermis iste est? (Clarum est) Peccatoris conscientia. in eo quod sequitur declaratum, dicendo: *Omnis enim igne salietur: & omnis victima sale salietur:* in suæ mysteriosæ figuræ complemẽtu in: sicut dicit, *Quidquid obtuleris sacrificij, sale condies.* &c. Omnes victimæ, cuiuslibet generis, secundùm vniuscuiusq; personæ status & qualitatem, ad duo victimarum genera (vt nos docet Dominus) reducendæ

Luc. 16.

Mar. 9.

Leu. 2.

sunt: i. ad oues & hædos. iustos & iniustos. & vtriq; ipso sapientiæ & scientiæ diuinæ sale cõditi erũt. & tunc in ipso mundi fine, totaliter completũ erit, illud quod à principio fraudulenter à dæmonio homini propositũ fuit, dicẽte: *Aperientur oculi vestri: & eritis sicut dij scientes bonum & malum*: veranẽ; partem, idest, bonos, & malos, comprehendendo. Omnes ipso sale conditi erunt: sed differenter. iusti, ad saluationem & gloriã: & iniusti ad condemnationẽ & pœnã. Sal sapiẽtiæ in bonis in æternum fruẽtibus: & sal scientiæ in malis, in æternũ pœnã patientibus. Et sicut pœna, ad culpæ mensurã, in ipsius delicti punitionẽ: ita etiã ipsũ sal & lux, ad mẽsurã ipsarum tenebrarũ & peccatorũ, in ipsius peccatoris cõfusionẽ: & simul ipsius recti iudicij Dei iustificationẽ. Sicut alio in loco dicit: *sicut tenebræ eius, ita & lumen eius*. iam per Dei gratiam, amplè declaratum. Sal lucis diuinę: secundùm rectam iustitiã ipsius iusti Dei, in ipsis tenebrosis abyssis, ab altitudine ipsius æternæ lucis & sapientiæ, in hoc ordine, dãnatis, continuatè ministratum, *Quia tenebræ non obscurabitur à te, (sicut dicit) & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumen eius*. Et conformiter, alio in loco, *Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. ibi erit fletus & stridor dentium*, &c. Ligatis manibus & pedibus: mysteriosè: Quare ligatis manibus & pedibus? *Quia venit nox, quando nemo potest operari*. &c. *Mittite eum in tenebras exteriores*. Homo, duobus modis consideratur, ex quibus duabus rebus, realiter consistit: idest, homo interior & inuisibilis, in quantũ ad rationalẽ animã; & homo exterior & visibilis, in quãtũ ad corpus: in quauis duarũ partiũ, toto homine, ratione earũ vnionis, concurrẽte. mittite eũ in tenebras exteriores: i. inquãtũ ad effectus ipsarũ tenebrarũ peccatorũ: per mediũ ipsius exterioris partis elemẽtalis effectorũ: & permediũ ipsorũ elementorũ, in ipso corpore, virtualiter consistẽtiũ, punitorũ & castigatorum toto homine, interrore, & exteriore, in ipsa pœna & tormẽto, patiẽter cõcurrente. in effectibus corporalibus, quos adiũgit, in ipsorũ delictorum pœnã, declaratum. dicẽdo: ibi erit fletus & stridor dentiũ. Sicut alio in loco: *Omnis ergò arbor, quæ nõ facit fructũ bonũ, excidetur, & in ignẽ mittetur*. Qui ignis & tormẽtũ à noua vnione cõtrarietatis ipsorũ quatuor elementorũ, in corporibus, & animabus causatũ: tam efficax & intẽsũ erit, quã ipsum corpus humanũ, & elemẽta, ex quibus cõsistit, tũc incõparabiliter erũt, respectu eius quod primùm erãt, subtilia facta, in formam penetrabilem, gloriæ & pœnæ, & taliter, quod omnes corporales infirmitates simul, cum omnibus alijs tormentis quæ sciuntur, & leguntur de omnibus martyribus, ab hominibus inuẽtis, & passis: comparatione eius, quod vna sola anima in inferno patitur: aut separata, moriẽdo, aut suo, proprio corpori reunita resurgẽdo: est tãquam figurã, figurato: depictũ, viuo. cõparare quia, omnis ipsa machina tormẽtorũ, plũborũ liquefactorũ, & tot aliæ inuẽtiones, exteriùs & interiùs torquẽtes: totũ exteriùs est: respectu cõmunis & vniuersalis interioritatis ipsorũ dominãtiũ elemẽtorũ, in toto, & in quauis corporis parte (sicut anima) virtualiter consistẽtiũ, & miserũ & infelicẽ peccatorẽ integrè & intẽsè torquẽtiũ: et ipsũ spiritũ et animã suã, vt rationalẽ, multò amplius. in qua parte immortali (vt dictũ est) ratione præteritæ vnionis, et futuræ, cũ corpore suo: et secundùm hominis statum, quando ipsa anima à corpore suo separata fuit, reẽãt in ipsa affectus, vt dictũ est, et cõcupiscẽtiæ humanæ, spirituales et corporales, in æternũ viuæ. ligna, et perpetuũ ipsius ignis nutrimẽtũ, in perpetua delictorũ cõmissorum punitionẽ. Vnde, non secundũ ipsa vitia, delectationes, et voluptates ipsius corporis mortalis, inuita trãsitoria: iniustè: sed secundùm ipsos cõsensus affectus et cõcupiscẽtias spirituales et corporales, in æternũ punita et castigata. Vnde iustus et misericors saluator, *Nolite timere eos qui occidũt corpus, ani-*

Esai. 13.

Matt. 22.

Ioann. 9.

Gen 3.

Matth.

pus animam autem non possunt occidere: Sed potius timete eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam.

CAP. CXXI.

GEhẽna, vallis est vicina Hierusalẽ, vbi Iudæi alienis dijs sacrificãtes, filios inter brachia Idoli Moloch incẽdebãt: quã in vallẽ, etiã mortuorũ cadauera, et res abominabiles proijciebãtur: vnde, illic in profundiori valli infernali, et loco pœnæ dãnatorũ, cõparata fuit. Hoc Idolũ Moloch, quod interpretatũ est, Regnãs, aut cõsiliarius, carnẽ significat, et hominẽ exteriorẽ, in reprobis: interiori homini et parti spirituali animæ, totaliter dominantem: cum sit, quod ipsi sẽsuales, vt plurimũ, secũdum leges et concilia carnis viuunt. et efficienter suis concupiscentijs consentientes, seipsos submittere veniunt, et in suam redigere potestatẽ. et hoc iustus Deus permittit, et cõformiter à iusto iudice filio suo Christo crucifixo ordinatur, quòd hi tales sanctæ crucis inimici, Quorũ finis interit', quorũ deus venter est, vltimò in potestatẽ, redacti fiant, ipsius Idoli carnis: et corporum eorũ vt ibi in æternum ipso igne et ignitis elemẽtis torti fiant, ex quibus ipsa gehenna corporis eorũ cõstitit: quòd, sicut instrumẽtũ fuit, et locus proprius, vbi ipsa peccata cõmissa fuerunt: sit etiam locus patibuli, et punitionis ipsorũ delictorũ. Vnde, ipsum filiorũ sacrificium, mysteriosè, non in alto monte, spiritum significante: nisi in valle, interitũ carnis significãte, et profunditatẽ ipsarum abyssorũ peccatorũ, in quã ipsi peccatores, seipsos impiè et æternè sacrificantes, perpetuò descẽdũt. Quia, nõ est profunditas abyssi infernalis in terra, in quã sensualis peccator, cæciter, in terra corporis et carnis suæ peccãdo, nõ descendat: Sicut neq; altitudo in cœlo, ad quã spiritualis et iustus, mediãte diuina gratia, in spiritu, pœnitẽtialiter viuẽdo, nõ ascẽdat: tã in hac vita mortali perpetuò militãdo quã in alia æterna, in æternũ triũphãdo, in qua luce, et tenebris, in vita præsentẽ, essentiale ipsius sublimitatis altitudinũ, et profunditas abyssorum consistit: cũ sit quòd in futura, *Sicut tenebræ eius*, (et è contrario, in iustis) *ita & lumẽ eius*. Vnde Apostolus, *Scio hominẽ in Christo ante annos quatuordecim, sine in corpore, nescio sine extra corpus, nescio, Deus scit, raptũ huiusmodi vsque ad tertium cælum. Et scio huiusmodi hominem.* etc. *quoniam raptus est in paradisum* (ideſt, inquantum ascendi potest) *& audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui*: fuit in spiritu: et non extra corpus: quod necessariũ non erat: cum in spiritu posset, reuelatiuè omnia videre et audire: quod in mortali corpore, impossibile erat. Psal. 138. 2. Cor. 12.

CAP. CXXII.

SAcra scriptura dicit, ad propositũ redẽdo: *Ignis, grãdo, fames, & mors*, (id est, quatuor elemẽta) *omnia hæc ad vindictã creata sunt* Ad vindictam: nõ solùm ad humanam, sed primùm et principaliter ad naturã angelicã, primos peccatores: et cõsequenter, per mediã ipsorũ quatuor elemẽtorũ, primũ punitos et castigatos. Sicut dicit: *Discedite à me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo, & angelis eius*. Quę elementa: sicut materia et instrumentum fuerunt misericordiæ Dei, in hominis creatione, (inquãtũ ad corpus) et deliciosus paradisus suus, in innocẽtiæ statu: sunt etiã recta suæ iustitiæ, in statu culpæ, primùm angelo) in sua punitione et pœna Vnde, illud quod angelo successit peccãti, in illo primo iudicio in cœlo, de illo statu et gloriæ altitudine cadẽti, in quo creatus fuit, cũ illicò in profundũ demersus esset, in hãc vallẽ et abyssos regionis elemẽtalis, vbi perpetuò tortus fuisset: prodigiũ et testimoniũ fuit, eius q̃ homini peccanti in principio successit, (et eius quod in fine peccatori successurũ est in ipso secundo et vniuersali iudicio, resurgenti) cadenti de altitudine status innocentiæ, vitæ perpetuæ et incorruptæ, in quo creatus fuit, in ipsa lucida regione cælesti perpetua et incorrupta, significati: et cum esset etiam Eccl. 39. Mat. 25.

illicò

illicò in profundum demersus elementali proprij corporis sui, vnde, quasi in gehèna, perpetuò fatigat' fuisset: iusto Dei iudicio, ex illo puncto, tã impermanẽtis & corruptibilis, quã communiter ipse miser homo, perpetuo ipsi prælio concupiscentiarũ humanarum, subditus: ab ipsorũ elementorũ discordantia, eodẽ in puncto contra ipsum peccatorem vniuersaliter rebellantium, & culpa propria, causatum. Sicut vltimò & seriò, reprobus peccator, in gehenna corporis sui proprij, nouiter reponetur resurgendo: vbi noua contrarietate & incendio ipsorum ignitorum elementorum, in æternum torquebitur. & ipsum prodigium & testimonium, à principio, ipsis primis patribus, & primis peccatoribus in terra, peccantibus, in seipsis demonstratum: in fine, maiore cum experientia verificabitur. Sicut dicit, inquantum ad ipsa torquentia elementa: Omnia hæc ad vindictam creata sunt. Qua ratione, ad vindictam: cum sint materia, ipsa elemẽta, ex qua, ad vitam, ipsa natura humana creata fuit? Ratione præuisæ offensæ primæ naturæ angelicæ: qua, primùm peccante, primùm ipse creator offensus fuit: & consequenter in ipsam, vindicta ipsa & castigatio, per medium ipsorum quatuor elementorum, effecta. Vnde, non ad vitam, sicut neque ad vindictã, primùm, inquantum ad ipsam tam corporeã, quàm fragilem naturam humanam: per particularem malitiam & suggestionem ipsius incorporeæ angelicæ, postea, fragiliter peccantem: qua in ratione, conueniebat quòd in particulari, non totaliter, sicut angelica, punita fuisset: sed primùm ad vindictam naturæ angelicæ, primùm offendẽtis: & primùm ad vindictam, in ipsis quatuor elementis incorporata. Corpus elementale angelo: accidentaliter ab ipso, per peccatum acquisito: cum esset ipsis elemẽtis, iusto Dei iudicio, in noua forma incendij, & correspondentis pœnæ, in æternum circundatum. & corpus elementale hominis: ideſt, inquantum ad torquentia elementa, in ipso corpore & carne humana consistentia: sicut naturaliter ad vitam, ante peccatum: sic accidentaliter ad mortem, post peccatum: & vltimò ad pœnam: cum esset gehẽna ignis, (sicut dicit Dominus) in quã condemnatus nouiter missus erit, resuscitando, vt in ipsa torqueatur in æternum. Sed angelus à principio, in maiore est gradu. Quia, cum homo, per suam malitiosam suggestionem & consilium peccasset: maiore cum pœna & tormento: & ipsa participatio delicti, & noua sua culpa, à principio, vsque ad finem continuata: in nouam occasionem maioris ignis in fine, et vltimo die vniuersalis iudicij, et in æternum, respectu ipsorum peccatorum additorum. Sicut scriptum est, inquantũ ad ipsam continuatam culpam diabolicam, et peccatorum multiplicationem: *Qui facit peccatum, ex diabolo est: quoniam ab initio diabolus peccat.* Ioan. 1. 3. Eccl. 39

Id est, et per seipsum: (sicut postea dicetur) et cum hominibus: vsque ad magis iustos et sanctos, continuè tentando Vnde, inquãtum ad illum qui consentit: Ex diabolo est (sicut dicit) quoniam ab initio diabolus peccat. Ideſt, ab initio, et perpetuò, diabolus peccat. Et inquantum ad consequentem nouam pœnam, ipsi dæmonio vltimo datã, respectu ipsi nouæ culpæ et multitudini peccatorum adiunctorum: *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius.* Mat. 25. etc. in ipsa vnica et vltima sentẽtia et iudicio nouæ pœnæ additę, vtramque naturam comprehendendo. Qui paratus est diabolo et angelis eius. Ideſt, ab initio, sicut gloria bonis: et à constitutione mundi: Quoniam ab initio diabolus peccat: ipsa quatuor elementa ad vindictam creãdo: ratione ipsius præuisæ offensæ primæ angelicæ, et ipse ignis, ad maius incendium et pœnam, vltimò: respectu ipsius maioris culpæ et quantitatis peccatorum multiplicatorum ipsi particulariter est paratus. Sicut dicit, *Qui paratus est diabolo, & angelis eius.* Mat. 25. etc. Que-

Iudæ 1. 3. &c. *Quoniam ab initio diabolus peccat.* Ideſt, non ſolùm tentando: & vt perpetuus tentator, ſe ipſum, in ipſis peccatis humanis, & pœna ipſorum delictorum, communicando: ſed per ſeipſum, cum omni affectu, & maiore voluntate deſiderãdo, eſſe in ipſis effectib. ipſorum vitiorũ & delectationũ humanarum, ſi ipſi poſſibile eſſet, potius quã in ipſorum delictorũ incitatione. Quia, ſicut reſultanti pœnæ & caſtigationi vltimò additæ, ex pũcto quo hominem peccare fecit, cũ ipſo communiter obligatus mãſit: ſicut dicit: Qui paratus eſt diabolo, & angelis eius: ita etiam, eiſdem paſſionibus, (ideſt, ſpiritualiter) & concupiſcentijs humanis: ſua culpa etiam, ab ipſo peccato cauſatis, communiter cum ipſo homine. ſubiectus eſt. Quia, quamuis in dæmonibus, cum ſint ſpiritus incorporei, non ſint inordinati appetitus & carnis concupiſcentiæ, neque ipſius naturales effectus: inſunt tamen affectus ipſorum inordinatorum deſideriorum, in fictis effectibus ipſarum luxurioſarũ corruptionum, & per magis abominabilẽ viã, & contra naturã, ab ipſis effectis, manifeſtati: & ſe, naturæ humanæ miſcentes, abſque aliqua eorum delectatione, conſecuti. & hoc verificatur; per ſimilia veneficiorũ delicta, quæ à iuſtitia, in multis partibus cõtinuè puniuntur & caſtigantur. & hæc, vltra alias paſſiones: de alijs peccatis mortalibus loquendo. hebdomadalis hydra & imago diabolica in homine: in quam, mortaliter peccando, ſe transformat: & hydra & imago humana in dæmonio, ex puncto quo hominem peccare fecit: iuſto Dei iudicio, ommibus ipſis paſſionib. humanis ſubpoſito. in myſterioſis ſuæ ſentẽtiæ & iudicij verbis ſignificatũ, tũc, cõtra ipſum tẽtatorem, præſentialiter datæ, dicendo: *Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ: ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* in quibus animalibus, & raris eorum proprietatibus, ipſa vitia & peccata, ſignificata ſunt: (vnde immundorum prohibitio fundatur, ſecundùm figuratiuam legem moſaicã) eum cũ homine communem declarando, in nouã ipſarum paſſionum humanarũ ſubiectione, per ipſum peccatũ & cõmunẽ culpam cauſatarũ: ſicut dicit, inquãtũ ad affectus, & voluntaria deſideria: ſuper pectus tuum gradieris. & inquantum ad effectus: naturaliter per hominem, & artificialiter per angelum effectos: vtrunque, in ipſo iudicio & maledictione cõprehendendo: & terrã comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Cõgruit illud Sancti Ioannis: *& proiectus eſt in terram, & angeli eius cum illo miſſi ſunt*, in centrum huius elementalis regionis proiecti, de cœleſti cadẽtes, vnuſquiſq; particulariter ipſis quatuor elementis circundatus, (ideſt, in noua forma ignea, ſubtili, & vnita) ex quibus humanum corpus formatum fuit: ratione etiam corporis, angelo ſubiectus, ſicut homo, poſtquam eũ peccare fecit, ipſis paſſionibus & concupiſcẽtijs humanis: ab angelo, vt extra omne auxilium & gratiam, nunquam repreſsis: imò in eius maiorem pœnam & confuſionem, malitiosè (vt dictum eſt) & fictè effectis. Et tam intẽſus ipſis eſt, ipſe ignis & tormentum elementale: quòd pro refrigerio habẽt in corporibus humanis habitare, & aliorum animalium irrationalium. & hoc, in imaginatione: non in effectu: vt quod in ipſis corporibus, ipſa elementa, è contrario temperata ſint. & ipſi etiam, ipſa corpora, (Deus id propter peccata noſtra permittendo) vindicatiuè torquentes: & ſic ſuum tormẽtum vindictã temperant. Et ſicut à principio cõueniunt, homo, & malus angelus, in ipſis paſſionibus, & inordinatis concupiſcẽtijs humanis: (homo, per ſuam ſuggeſtionem peccando) ab ipſorum elementorum diſcordantia cauſatis: ita etiam vltimò, in ipſo pœnæ elementalis genere, ſicut dicit: *Diſcedite à me maledicti, in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.* Qui paratus eſt diabolo & angelis eius.

Gen 3.

Apo. 12.

Mat. 25.

Idest, vltra ipsas passiones affectuosarum concupiscentiarum humanarum, tam hominis & angelo communium, quàm in æternum in ipsis permanentium: in nouo æternæ pœnæ augmento, per effectus ipsorũ peccatorum, & æternum affectum & desiderium, de nouo efficienter in ipsas offensas incurrẽdi: ambobus cõmuniter paratus.

Matt. 8. Et hoc est mysterium, quod permiserit Dominus, quòd illa dæmoniorum multitudo, quæ in corporibus illorũ duorũ dæmoniacorũ habitabãt, in corpora gregis porcorũ intraret, & omnes eodẽ tẽpore impetuosè in mare præcipitati fuissent: quo facto exẽplũ huius veritatis mũdo ostẽsum est: quòd ipsa damnatorũ, sensualium multitudo, in ipsa porcorum multitudine significata, erit eodem tempore, similiter in die iræ suę, simul cum dæmoniorum multitudine, à quibus irrefragabiliter possessa fuit, impetuosè in infernũ mare præcipitata: ex varijs peccatorum abyssis, & correspondentes gradu & altitudine aquarum amaritudinis & pœnæ ipsarum culparum, cõsistens. Et hoc sępius permittit Dominus, pro exẽplo nostro, in eisdem hominibus dęmoniacis, quod fiat (sicut accidit) ab impetu diabolico, in aquam, aut in ignem proiecti: in testimonium ipsius gehẽnæ ignis (aquæ, aeris, & terræ) elementalis sui proprij corporis, in quã mittendi sunt: vltimò ipsi peccatores resurgentes: à quibus ignitis elementis intra, & extra, tam humana, quàm angelica natura, in condemnatis, æternè torta erit, à Spiritu sancto significatum, dicente:

Apo. 20. *Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda.* Infernus & mors, idest, vtraque natura. Infernus, inquantum ad immortalem angelicam: Mors, inquantum ad mortalem humanam: vtraque, ab eadem materia ignitorum elementorum torta. Sicut dicit, in stagnum ignis: inquantum ad ipsam vnicam materiã torquentẽ: cum sit quod tam in corpore humano, virtualiter cõsistens: quàm in angelico, ipsum spiritum incorporeum, in nouo corpore pœna circundans: tota est vna materia & natura elementorum. Quia, in prima morte, moriendo: stagnum ignis infernalis, in quod homo missus est, inquantum ad animam, (& etiam angelus, ex puncto quo cecidit peccando) quatuor elementa sunt. & in secunda morte, proprium corpus suum erit, resurgendo: in quo, ipsa consistentia elementa, non amplius ad vitam, sed ad vindictam, (sicut angelo) in noua forma incõdij virtualiter renouata, sua particularis gehenna, & stagnum ignis erũt, in suorum tormentorum animam & corpus simul torquẽtia: vna eadem materia elementalis, & idẽ genus pœnæ, vtrique naturæ, paratæ. In ipsis verbis communis pœnæ & iudicij, significatum: dicens: *Discedite à me maledicti in ignẽ æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.* Idest, à *constitutione mundi*, & ex puncto quo homini peccare fecit, paratus est illis. Vnde, illud dicere, (cum electis loquendo) *Paratum vobis regnum à constitutione mundi*: cum hoc alio dicere concordat, (inquantum ad ignem æternum damnatorũ) Qui paratus est diabolo & angelis eius. Idest, à constitutione mundi similiter: ipsa elementa ad vindictã creando, inquantum ad ipsos dãnatos angelos & homines: per medium quorum elementorum, (vt dictum est) perpetuò puniendi & castigandi erant. Vnde, per eundẽ Euangelistam: *Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, & inaquosa,* (per sanctum Lucam) *quærens requiem, & non inuenit.* &c. Idest, non loca arida & inaquosa, inquantum ad ipsa similia loca quæ in mundo sunt, vbi ipsa ariditatis & sitis incommoda patiatur, cũ sit incorporeus: sed inquantum ad ipsa loca arida ipsorũ ignitorum elementorum, quibus, iusto Dei iudicio, circundatus est, cum in æternum requiem non inueniat. Mat. 12.

CAP.

CAP. CXXIII.

De hoc extraordinario igne & dānatorū pœna, in eisdē elementis habemus exēplum. Astrologi dicunt: q̄ ignis elementalis, qui immediatè est super elemētū aēris, calorē habeat valdè intēsum, qui, pruna nō est, neq; flāma: & quòd similis est calori benè ignitę fornacis, ablatis ab ea lignis & lumine quod intus habebat, ita quòd nulla lux videretur. Addūt, quòd aeris elementum, qua parte ipsi ignis elemento vicinū est, tātum gradū caloris habet, vt sit instar ignis. Hæc consentiunt cum illo, quod nos Dominus docet: de ipso igne & dānatorum pœna tractās: sicut dicit: *Et mittent eos in caminum ignis.* Mat. 13. Idest, in fornacem ignis. Lucem non habet. Et hoc etiam. Sicut dicit: *Mittite eum in tenebras exteriores.* Mat. 22. quæ tenebræ, (sicut in fornace) simul cum igne sunt, in camino & gehenna corporis condemnati. Exteriores: inquantum quòd corpus, quòd tam tenebrosum, quàm ignitum erit: pars exterior hominis est. Tenebras exteriores etiam: quia ipsę peccatorum tenebræ, per medium ipsius corporis effectæ, nō erūt vt primùm, in parte interiore animæ: imò, lux integræ, et correspōdētis agnitionis ipsorum errorum: in maiorem ipsius peccatoris cōfusionē. sicut dicit: *Sicut tenebræ eius, ita & lumē eius.* Psal. 138. In qua fornace & gehēna corporali, & Babylone infernali, cantica benedictionum & laudis nō sentiētur, quæ cum lætitia & gaudio, tres innocentes cantabāt, Ananias, Misael, & Azarias, in illa alia Babilonię fornace: sicut dicit, *Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Domino:* Dan. 3. sed perpetuò planctus sentientur, stridores & blasphemiæ ipsorum perpetuorum peccatorum, cum alijs eorum abominationum fœtoribus: in die illa tremenda manifestatarum. Sicut figurātum erat in illa alla gehenna & valle Hierusalem: vbi similiter sentiebantur stridores illorum sacrificatorum filiorum, simul cum alijs fœtoribus illorū cadauerum mortuorum & corruptionum quæ ibi proijciebātur. (Et vbi maiores fœtores & corruptiones, quā in gehēna humana?) Vnde conformiter Dominus, in ipsa regia sententia, *Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores:* Mat. 22. concludit, dicendo. *Ibi erit fletus, & stridor dētium.* propriæ hominis passiones, & naturales ipsius corporis humani effectus: à Domino fornaci, & gehennæ assimilati: ratione ipsius ignis, plāctuum, stridorū, fœtorū, & generalis corruptiōis, quę ibi erant: quia in tremēda iudicij die, erit omne hoc in vniuersali, in gehēna elemētali omniū damnatorū, angelorū, & hominū, & in particulari in vniuscuiusq; corpore, effectum. Homo, in proprio suo corpore: et angelus, in acquisito, peccādo, & hominem peccare faciēdo, vt dictū est, similiter elemēcale, & ex ignitis elemētis: in correspōdēte igne & pœna, grauedini propriarū culparū & delictorū, vsq; ad illud pūctum & horā cōmissorū. Quæ abominationes, exteriùs in proprio libro corporali, vt dictū est, characterib. incitātiū dæmoniorum, & circūdāte catena serpētina, scriptæ & publicatæ: nouiter ipsi peccatores, in mare correspōdētium cōfusionū & pœnarū ipsarū culparū agitati: sicut in nauibus, ab impetuosis maris vndis cōmotis, in maiorib. tēpestatib⁹; notū omnib. est sētina & intolerabilis fœtor interiorū corruptionum, tunc totaliter cōmotarū & reuelatarum: sic, omnes abominationes eorū similiter manifestatæ erunt. Tempestas, & tormentū æternum: ab ipsa perpetua elementorum contrarietate, perpetuò causata. Eccli. in ipsa metaphorica locutione, Ignis, grādo, fames, & mors, significata. Quia: in illo modo quòd dicis de aqua, grādine: de alijs intelligitur, Igne, Terra, & Aere: dicendo, Ignis, fames, & mors. Idest, Ignis: in alia forma: sicut aqua, in grādinē cōuersa. Quod aquæ elemētum: sicut, quando de nubibus distillatum naturaliter descendit super terrā, cā fœcū-

dat & impinguat, omnes ipsius fructus nutriendo: sic è contrario, tempestuosè in forma làpidis descendendo: omnia destruit & diruit. & hac ratione, terram, famem: & aerem, mortem nominat. Ita quod, dicendo, Omnia hæc ad vindictam creata sunt: non intelligitur quòd Deus à principio ipsas res accidentales creasset, & accidentalis corruptionis, infirmitatis & mortis quæ mors in homine, non naturalis: sed
Sap. 1. accidentalis est. Quoniam *Deus mortem non fecit*, (dicit Spiritus sanctus) *nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim, vt essent omnia: & sanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non est in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra. Iustitia enim perpetua est, & immortalis: iniustitia autem mortis est acquisitio*: Sed omnia ad ipsa quatuor elementa reducendo: in omnibus ipsis plagis & castigationibus, virtualiter assistentia & operantia: eum pro exemplo portat, rerum ac-
Sap. 2. cidentalium, & non naturalium. *Quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem*, (alio in loco dicit) *& ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* Quæritur: Mors innocentis Agni Christi, fuit naturalis, aut accidentalis? Accidentalis certè, per accidentalem peccati causam: & ipsa Templi Dei viui destructio, in Christo: tam abominabiliter, (secũdum scriptum) quàm accidentaliter effecta. Ita etiam, accidentalis fuit, & non naturalis prima desolatio ipsius templi Dei, humanæ naturæ, in Adamo: propter ipsam accidentalem causam, peccante, vt templũ & imago sui creatoris in terra, opera, & inuidiosi dæmonis consilio, tam abominabiliter, quàm accidentaliter destructum. Vn-
Dan. 9. de, illa prophetia, *Et erit in templo abominatio desolationis*: vtramque desolationem complectitur. In sua conclusione declaratũ, dicendo: & vsque ad consummationem & finẽ perseuerabit desolatio. Quod est perseuerantia ipsius accidentalis & abominabilis desolationis peccati ab ipso accidentali fomite suo, & effectibus mortalibus ipsorum peccatorum & mortis, perseueriter, vsque ad consummationem & finem continuata. In Adamo, cum peccaret, incepta: & in Christo terminata. Videlicet, vt noua progenies, hostia, & sacrificiũ, cũ fine peccato, de Spiritu sancto conceptus esset, ipsi damno & culpæ, ab ipso satisfactę, moriens inquantũ homo, & resurgens inquantum Deus, reparando ipsum templum Dei humanam naturam per gratiam, sicut postea per gloriam, reædificando.

CAP. CXXIV.

Porrò quòd ipsorum damnatorum corpora erunt ex eadem qualitate massæ, agilitatis & subtilitatis illorum iustorum, resurgendo: sanctũ euangelium dicit. *Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus* Luc. 11. *fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum: erit lucidũ totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.* &c. *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* Oculus tuus. Idest, anima, & pars rationalis, in homine. In interposita conclusione declaratum, dicendo: *Vide ergò ne lumen, quod in te est, tenebræ sint. Tenebræ*: inquantum ad varias peccatorum tenebras, ipsius rationali animæ. ab ipsa, aut in cogitatione, aut opere, voluntariè & malitiosè commissorum. in prima conclusione declaratum, dicendo: Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidũ erit: si autem nequã fuerit, etiã corpus tuũ tenebrosũ erit Vide ergò ne lumẽ, quod in te est, tenebræ sint. Ita quòd, corp⁹ humanũ, tenebrosũ, aut nõ tenebrosũ esse, in carnis resurrectione: à materia & massa corporali nõ causatur: quæ, secũdũ hãc euãgelicã veritatẽ, vna eadem est: nisi à forma formata, aut disformata animæ. Et hoc: per particularẽ permissionẽ & potẽtiã domini ipsius massæ Christi, iudicãtis: secũdũ suam

rectam

rectam iustitiam. Quod etiam à Spiritu sãcto docetur: per Apostolum, dicente: (qui, sicut ipsa prophetia, procul dubio de carnis resurrectione loquitur) *An nõ habet potestatem figulus luti, ex eadẽ massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in cõtumeliam?* Facere, Id est, iudicanter facere, eligendo, aut condemnando: & secundùm ipsa vasa possessa fuerunt, *aut in sanctificationem & honorem, aut in passionem & desideria,* (alio in loco) *sicut & gentes quæ ignorant Deum:* facere aliud quidem vas in honorem, vt dicit, aliud verò in contumeliam: variè dicendo, *venite benedicti Patris mei:* aut, *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* & cum potentia etiã facere vt appareat testimonium ipsius veri iudicij hominis, in lutea parte exteriore corporali: & secundùm lucem, aut tenebras interiores oculi rationalis animæ, correspondenter testificatum sit: vtrũque vas, tamen, ex eadem massa, (vt dicit) nouiter & communiter fãcta, in forma penetrabili: & gloriæ, et pœnæ, irresistibile. Exẽpli gratia, duo vasa eiusdẽ massæ vitri crystallini: vnũ, claro & præstanti vino plenum: & à lucidissimis solis radijs illuminatum: aliud verò obscuro & fæculento aceto: & in parte, vbi ipsa luce priuatum esset: quæ, quamuis sint eiusdem materiæ purissimi crystalli, tam varios & contrarios effectus faciunt, quod vnum, cum luce & claritate iocunda: alterum cum tenebris & horrenda obscuritate demonstratur: qui defectus, non à vase, nisi ab eo quod intus est, procedit: non ab artifice: sed ab ipsius possessore, quòd eo male vsus sit. Quod à Domino aperte significatur, dicente: Si oculus tuus fuerit simplex, (id est anima) totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiã corpus tuum tenebrosum erit. (id est, electos, à reprobatis distinguendo) vide ergò ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Et concludendo: Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit (id est, cum tenebræ non sint (vt dicit) in ipsa luce & oculo rationali animæ) non habens aliquam partem tenebrarum: erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Illuminabit te. Id est, Non quòd corpus, animam illuminet: sed quia ipsa lux quam corpus per animam recipit, est testimonũ simplicitatis & puritatis ipsius interioris oculi Spiritus, per mediũ ipsius illuminati corporis, exteriùs manifestatæ. & hac ratione sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Id est, iterũ de te honorabit, & reddet testimonium, quòd non in passionem desiderij, ipsum vas, vt dictum est, sed in sanctificationem & honorem à te possessum fuit: & eo, in ipsis propositis operibus pietatis & misericordiæ vsus es. & omnia iustorum corpora, honorabunt similiter immaculatum Agnum vniuersalem lucernam ipsius vniuersalis corporis et ecclesiæ fidelium: & omnes erunt totidem testimonia ipsius fõtis lucis, veri solis iustitiæ Christi, à quo omnis lux procedit, & communicata est. Vnde per Dauidem: cum ipso vniuersali redemptore loquentem: *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.* & c. Testimonia tua: inquantum ad distinctionem tot testimoniorum, quot homines iusti tunc resuscitati erunt. vltra aliam reprobatorum multitudinem: in eorum correspondente pœna et tenebris, veritatem & lucem ipsius iusti Dei etiam, testificantium. Domum tuam: inquantũ ad vnionem vnius solius Templi & habitationis Dei. Sicut conformiter alio in loco: *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: & habitabit cum eis.* & c. Et habitabit cũ eis: inquãtum ad habitationẽ animæ in proprio corpore vniuscuiusque reluẽtis: in vnione vnius spiritus, cum ipso spiritu Dei: et vnius corporis etiam, ipsius spiritus Dei creatoris. Et habitabit cum eis, inquantum Deus: vt anima ipsius vniuersalis corporis suorum electorum: ex tribus peritonis diuinis, & vna essentia constitẽs: in ipsa rationali hominis anima, et tribus

1 Rom. 9.

Psal. 92.

Apo. 21.

Luc 11.

suis potētijs, significata: à qua anima et spiritu Deo creatore, et non à propria humana, ipsum humanum ædificiū, in æterna vita, et gloria sustentatum erit.

CAP. CXXV.

AD damnatos redeundo: quæritur: Cū damnati corpus, sit gehenna et locus tormenti animæ suæ: participabitne ipsā nouā animæ pœnā, cuius pœnæ instrumentū est, et nū in ipso corpore anima noviter torquebitur? Procul dubio, ipsa pars corporalis torquēs, ipsius pœnæ particeps erit: et in hoc conueniet cum anima sua, in ipso corpore proprio torta. Quia, res distinctæ sūt, ipsa palpabilis caro et pars corporalis, communiter cū anima sua, torta: et impalpabilia elementa, in ipso corpore diffusa: (sicut anima) et ipsum etiam totaliter, et in quauis parte torquentia. Et hoc, mulcta cum ratione: secundùm ipsam rectā iustitiæ diuinæ stateram, quia, sicut participes et commune fuit in delectatione ipsorum abominabilium effectuū concupiscentiarum, et peccatorum consummatorum: sic etiam, pœnæ et castigationis ipsorū delictorum: cum sit ipsa pœna et ignis, in noua forma, distincte et virtualiter et in anima et in corpore distributa. Quod nos spiritus sanctus per propheram docet, dicendo: *Vox Domini intercidentis flammā ignis.* Quia, cum sic distincte anima, et cum maiore pœnæ augmento, vt rationalis, ab ipsis quatuor elementis torta: et similiter dæmones, vt incorporei: hæc in ratione rectæ iustitiæ et iudicij, venie ad esse ipse ignis et flamma pœnalis, per particularem potentiā et sapientiam diuinam: in eodem hominis corpore distinctus et diuisus: ipsos duos Spiritus, animam, et dæmonium, cum maiore pœna quàm corpus ipsius animæ, distincte et differenter torquens. Qui effectus particularis potentiæ et sapientiæ diuinæ, tā rarus est, cū sint anima et dæmonium spiritus incorporei et impassibiles, quàm per ipsius exemplum impossibilitatis intercidendi flammam ignis, significatum est: sicut dicit, Vox Domini intercidentis flammam ignis: à potentia diuina, cui nihil impossibile est: in ipsa pœna et tormento duarum rerum tam diuersarum, vt est caro & spiritus: homo, et dæmonium: scissam et diuisā. Qui Psalmus, procul dubio de vniuersali iudicio tractat: et id titulus confirmat: qui, hic est. Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi ipsam consummationem tabernaculi et habitationis Dei, humanæ naturæ, resurgentis, significans. Et sic prophetа, de hoc in spiritu tractando: incipit dicēdo. *Afferte Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum.* Quia, post peccatum, nunquam à natura humana, integrè et perfectè agni Deo oblati fuerunt: sicut cūcei oblati erūt. Cum venit figuratus, et verus Agnus Christus, mortuus, et resuscitatus: ei agni per gratiam, oblati fuerunt: et ei offeruntur, et offerentur, vsque ad mundi finem, per sacramenta renati: sed non integrè: sicut ei tunc oblati erūt, in ipsa regeneratione per gloriam, resurgendo. Hoc à Domino significatum, et cùm vicario suo et summo pastore in terra, loquente, donec mundus stabit, bis dicente: *Pasce agnos meos, Pasce agnos meos*: inquantum ad communem ipsarum duarū distinctarum rerum mundationem in homine, carnis et spiritus: per medium prædicationis euangelicæ et sacramētorū. Et quia vniuersaliter in ipso baptismalis innocētiæ statu non permanēt, nouiter peccātes: de innocētibus agnis, in oues errātes, conuersi: tertio dicit, *Pasce oues meas.* Vnde, Spiritus sanctus per prophetam tractās de ipso tertio effectu nouæ et dignæ oblationis hostiæ et sacrificij per gloriam resurgēdo: ad præteritarum hostiarum et sacerdotum differentiā, in ipso mysterio dicit; *Afferte Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum.* Filij Dei, nominantur, vt ipse regenerantis resurrectionis effectus, diuinæ naturæ in Christo.

Psal. 28.

Christo, in quantũ Deo, attribuatur, in quo vniuersali saluatore, in æternum ipsi Deo efferent, cum ipsa prima hostia, alias hostias filiorum arietum Adami & Euæ, post peccatum: per gloriam, sicut primùm per gratiam, regeneratorum: ab ipsis iustis & nouis sacerdotibus & regno, seipsos, simul cum ipsa prima immaculati Agni Christi hostia, offerentibus: in æternum, integrè & perfectè oblatorum. Agni, filij arietum, id est, ipsorum arietum, (& non agnorum) Adami & Euæ post peccatum: in ipsum innocentiæ statum restitutorum, quia, ante peccatum: nullum, præter Christum habuerunt qua in ratione, non nominatur, Filius hominum: sicut ipsi alij, filij arietum, post peccatum: nisi Filius hominis, singulariter, ante peccatum. Qui primi patres, in tali perfectione creati fuerunt, qualis tam nouæ progeniei Dei & hominis simul, conueniebat, (se Verbum incarnando) in manifestatione extra ipsius creatoris. Filius hominis, singulariter, id est, Non Euæ, corruptæ, peccando: sicut, non filius hominũ, eadem in ratione, nec filius arietum, post peccatum: nisi Mariæ, virginis integræ: de ipso primi innocentis Adami semine, ante peccatum: in ipsa secunda Eua, correspondenter à potentia diuina præparato: cum conuenienter ad talem progeniem, sine peccato originali concepta esset. Nõ dicit, Afferte agnos: inquantum ad iustos: nisi, filios arietum: quia vnus est agnus: & hic Christus est: in quo, per suum meritum & redemptionẽ, omnes alij, regeneratiuè & restauratiuè agni sunt. quam ob rationẽ, non agni, propriè: nisi filij arietum: sicut dicit & si agni innocentis: non innocentis Adami, ante peccatum, sicut Christus, & sine peccato originali, de ipso semine, procedentes. nisi agni, post peccatum: in gratia & in gloria, per Christum, regenerati: cui Deo & homini, (vt dictum est) honor & gloria rerum omnium debetur. sicut procedit dicendo: *Afferte Domino gloriam & honorem*, (afferte, prodate) *afferte Domino gloriam nomini eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.* &c. In atrio sancto eius. Vnum est atrium domus & Templi Dei: & hoc est, sanctissima ipsius innocentis saluatoris humanitas, Dei & hominis. in quod templum, altare & hostiam simul: vt humanæ redemptionis instrumentum, per gratiam, & medium sacramẽtorũ, omnes peccatores ingressum habẽt: sicut postea per gloriam, omnes iusti: in eius virtute & potentia resurgentes: indissolubili natura diuina, efficienter simul concurrente. iusti, inquam, variorum statuum & generationum: & varijs virtutibus & meritis variè ornati: in quos, correspondẽter ipsa gloria in cælo, sicut gratia in terra, ab ipso iusto Deo, variè distributa est. Variæ aquæ resonantis laudis ipsius Dei: ipsi variæ ministrationi et methodo gratiæ & gloriæ æternæ, correspondenti. sicut subijcit dicendo: *Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit: Dominus super aquas multas.* & cõformiter alio in loco, & ad idem propositum *Eleuauerunt flumina Domine: eleuauerunt flumina vocem suam. eleuauerunt flumina fluctus suos, à vocibus aquarum multarum.* varias ipsarum aquarum iustorum congregationes, secundùm varios status, & religiones sacras, ex multis & diuersis aquis (sicut fluminia) variarum nationum causatas, significãdo: de ipso, & in ipsum gratiæ & gloriæ æternæ mare, perpetuò egredientium & redeuntium. sicut addit dicendo: *Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. Vox Domini in virtute:* (in vigesimo octauo) *vox Domini in magnificentia.* Hoc omne, in beneficium & bonorum præmium. Sicut in damnum, & malorum pœnam, à maioribus & superbioribus incipiendo: *Vox Domini confringentis Cedros: & confringet Dominus cedros Libani.* ipsos magnos & potentes, in ipsis pretiosioribus arboribus cedrinis, significatos, maiori cũ pœna & rigore, quã pauperẽ & impotẽtẽ cõfringẽdo. *Audite ergo reges, & intelligite,* (per Salomonem, conformiter) *discite iudices finem*

Psal. 28.

Sap. 6.

finium terræ. Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, (id est, ab ipso Altissimo gloriæ Rege & vniuersali iudice Christo) *qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cùm essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundùm voluntatem Dei ambulastis. Horrendè & citò apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum his, qui præsunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur.* Sap. 12. Similiter per Dauidem, de ipsis potentibus dicitur, *Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani.* Et inquantum ad communem ignis & flammæ æternæ pœnam, distinctè & variè animam et corpus simul torquētē, *Vox Domini intercedentis flammam ignis.* sicut declaratum est. Flammam ignis: non solùm ab igne, ipsa flamma & tormentum: sed ab omnibus quatuor elementis causata: omnia vnitè, in noua forma ignea torquentia: & nullum ipsorum in forma propria refrigerans. ita quòd ignis ab aqua temperatus non est, quia aqua, in petrā conuersa est, sicut terra in famem, & aer in mortem: sicut in exemplo dicit: *Ignis, grando, fames, & mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt.* de qua transformatione, alio in loco dicit: *Aduenient autē dies Domini vt fur: in quo cæli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur.* Quomodo, elementa calore soluentur, si ipse consumens calor (id est ignis) vnum ipsorum quatuor elementorum est? Intelligitur, inquantum ad ipsam nouam communis incendij formam torquentem: primam refrigerantem, euacuātē, sicut inferiùs, dicendo: *Nouos verò cælos, & nouam terram secundùm promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat.* &c. Noua incendij forma: sicut noua gehenna & infernus corporalis elementalis: vbi ab eisdem elementis, in ipso corpore humano, in noua & æterna incendij forma, virtualiter consistentibus, in æternum ipsa caro & spiritus torti sint. & hoc, iustè ordinatum, (Vt scirent quia *per quæ peccat quis,* (sicut scriptū est (*per hæc & torquetur*) cùm sit vltimò ipsum corpus, sicut peccati instrumentum, gehenna & infernus particularis, in totale ipsius culpæ punitionem. et angelico spiritui etiā, in corpore suo acquisito elementali, cū maiore pœnæ augmento, inquantum quod ipsum humanum corpus, de fructu vetito comedendo, per suam procedētem suggestionem, commune ipsius delicti instrumentum fuit. & sic, communiter, ab ipsis ignitis elementis, vnusquisque in corpore suo tortus erit. *Vt scirent quia per quæ peccat quis,* (vt dicit) *per hæc & torquetur.* sed tali cum differentia, et tali modo, quòd minor dæmoniorum, in maiore incendio & pœna, quàm maior hominum peccatorū, torquebitur. Quia, relicta culpæ qualitate, cùm in toto sit, per puram iniquitatem & malitiam, & nulla in parte, per carnis fragilitatem, sicut in homine: inquantum ad peccatorum quantitatem, vnumquodque dæmonium super se peccata propria habet, in particulari: et in generali, quasi omnia omnium hominum peccata, à principio, vsque ad ipsius mundi finem commissa: cum ita fit, quod in generali, pauca peccata per homines (à primis patribus incipiendo) committuntur, vbi diabolica suggestio non interueniat. Et eorum princeps Lucifer, vt peccati origo, in vtrisque naturis, angelica & humana, magis quàm omnes ipsi simul. Ab ipso iusto iudice significatum, in sua vniuersali sententia, dicente: *Discedite à me maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.* &c. Qui paratus est diabolo: id est, vt primo peccatori in cœlo et in terra, primò: et angelis eius, secundò. Et consequenter, omnibus dæmonijs in generali, et vnicuique in particulari, primùm et principaliter paratus est, quàm omnibus damnatis hominibus in generali. Quia, vt spiritus tantùm: angelus malus, plusquàm homini malo, spiritui & carni-

Ps. 28. Ecc. 39. 2. Pet. 3. Sap. 12. Exod. 32. Mat. 25.

carni. & in ipso homine, animæ, plusquam corpori. vnde Dominus: *mittite eum in tenebras exteriores*: in ipsa anima, vt parte rationali, totum hominem comprehendendo: in exteriores tenebras missum ipsius tenebrosæ partis exterioris corporalis, resuscitando: Vnde, pro maiore sua confusione, vltra pœnam, ipsę peccatorum tenebræ, apparēter reuelatæ erunt. Sicut dicit, *Si oculus tuus fuerit simplex* (id est anima) *totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.* sicut declaratum est. Multum etiam ad propositū valet id, quod alio in loco sancta scriptura dicit: *Et quartus angelus tuba cecinit: & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ita vt obscuraretur tertia pars eorum, & diei non lucet pars tertia, & nocti similiter.* &c. *Et percussa est tertia pars solis.* id est, inquantum ad animam & lucem hominis interiorē: mundus minor: ab ipso sole & rationali animæ luce illuminatus: à summo sole & prima luce illuminante Deo, trino & vno, ad imaginem et similitudinem suam, immediatè creatæ. et tertia pars lunæ, inquantum ad corpus: vt passibile, Lunæ alterationibus & corruptionibus subiectum. Vnde, per comparationem etiam, sicut luna, solis lucem recipiendo, lucida redditur: & è contrario, cum ipsa priuata esset, per interpositum impedimentum, tenebrosa: sic corpus, ipsi lunæ comparatum, lucidum est, in ipsa carnis resurrectione, secundùm solis animæ suæ claritatem, de nouo tunc in ipsum infusæ: aut tenebrosum, secundùm ipsius animæ tenebras, corpori suo cōmunicatas: non obstante quòd vtraque pars per naturam, in generali lucidissima sit: ipsis communibus tenebris, ab ipso tenebrarum peccati impedimento, accidentaliter causatis, sicut dicit: *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* (id est, ipse oculus est sol animæ) *Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit, Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebrosum erit.* Ita quod, dicendo, *Tertia pars solis, et tertia pars lunæ etc.* intelligitur inquantum ad vniuersale ipsius humanæ naturæ corpus, (bonos, et malos) resuscitando: ex spiritu et carne consistens, in ipso sole et luna (vt dictum est) significatis. pars lucida et salua: et pars obscurata et percussa: secūdùm ipsam, electorum, et reprobatorum distinctionem. Et similiter intelligitur; inquantum ad vniuscuiusque hominis corpus, in particulari: dicendo; Et tertia pars stellarum: inquantum ad ipsorum corporum damnatorum numerum. stellæ, sicut illa iustorum: cùm ex eadem massa sint, agilitate, et subtilitate: sicut dictum est: qua in ratione, omnes communiter stellæ nominantur: à regenerante sole Christo, et resuscitante saluatore, inquantum ad ipsum, communiter factæ: et per peccati impedimentum, et ipsius obscurati solis tenebras, et oculi nequam animæ, in qua, vt rationali, peccatorum tenebræ, primùm et principaliter consistunt: in particulari, correspondenter tenebrosæ et obscuratę factę, sicut dicit: *Ita vt obscuraretur tertia pars eorum, & diei non lucet pars tertia, & nocti similiter.* omnia ad tertiam partem reducta: in qua intellectus est, tam damnatorum, quàm iustorum numerus: (non obstāte quod incomparabiliter, multo plures damnati sint) respectu ad tres farinæ mensuras et fermenti doctrinæ diuinę et legis obedientiæ, à natura humana, ter receptæ: primùm in innocentiæ statu, ante peccatum: secundùm in legis naturæ statu, et legis scriptę, post peccatum: et vltimò in gratiæ et legis euangelicæ statu, cum saluator in mundum venisset: ad quam tertiam mensuram, veræ doctrinæ et fermenti, in vitę æternę incremento, resuscitādo, omnia reducuntur: quia secundùm ipsam tertiam mensuram euangelicæ legis et factæ redemptionis, tam innumerabilis damnatorum numerus, quā numeratus et præordinatus iustorum, iudicandus est: & omnis homo saluus, aut condemnatus. Et tūc

Mat. 22. *Apo. 8.* *Mat. 6.* *Apo. 8.* *Mat. 13* *Apo. 18.*

& percussa est tertia pars solis,(vt dicit) & tertia pars lunæ,& tertia pars stellarum. &c.& hoc,multa cum ratione,in reprobis: eò quòd malè ipsa diuina luce vsi fuerint: à mundi principio, vsque ad ipsius finem, in testimonium ipsius legislatoris Dei,trini & vnius,ter communicata.& eò magis, quod in mundo vt extinctæ lampades vixerint:inter lucentes iustorum lampadas, ab ipsis peccatorum tenebris, perpetuò circundati: vt in prudentium & stultarum virginum parabola,significatum est. Vnde sancta Romana Ecclesia talibus non obedientibus, & ipsi luci Spiritui sancto, à quo semper illuminata est,resistentibus: in testimonium eius quod de ipsis in vltima die futurum est:candelas in eorum nomine extinguendo,pro extinctis eos declarat lampadibus:eos à commercio & vnione iustorum ,qui fuerunt,sunt,& erũt,à principio, vsque ad mundi finem,per excommunicationis sententiam excludendo;quæ sententia data, similiter à iustitia diuina , & in præsente & in futuro seculo executa erit, sicut dicit:Et percussa est tertia pars solis, (inquantum ad animam) & tertia pars lunæ,(inquantum ad corpus) & tertia pars stellarum, (inquantum ad ipsorum malorum numerum) ita vt obscuraretur tertia pars eorum,& diei non luceret pars tertia, (id est,in die ipsius lucis Christi,qui omnia complectitur) & noctis similiter. hoc est, inquantum ad particulare noctis post peccatum , donec ipse dies Domini venit,& veræ euangelicæ lucis & redemptionis: malè illa vtentes,quam tunc habuerunt: per medium ipsorum exemplorum iustorum, & legis naturæ,& legis scriptæ,communicata.sicut etiam,neque euangelica:vniuersaliter & particulariter,donec stabit mundus,ministrata.Lampades accensæ, & lampades extinctæ. sicut in ipsa vltima & tremenda vniuersalis resurrectionis & iudicij die apparebunt : & pro talibus ab iusto iudice declaratæ erunt.sicut dicit:inquantum ad iustos,eos pro accensis lampadibus & charitatis oleo plenis declarando,pro eo quod ea cum indigerent,vsi sint, in diuinæ legis complementum,*Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi:esuriui enim, & dedistis mihi manducare.*&c.Et inquãtum ad reprobatos: eos pro extinctis lampadibus & omni charitatis oleo vacuis declarando, & consequenter ipsa misericordia indignos , cum ea in proximum non vsi fuerint, in ipsius sanctæ legis complementum ; *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius.* Vnde per Dauidem (vt huic penultimo versui finis imponatur) *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum.*

Matt.25. Mat.25. Psal.109.

MEDITATIO DE DOMINI SENTENTIÆ IVSTITIA.

CVm huic penultimo versui, Iudicabit in nationibus.&c.Domini gratia, finis impositus sit, secundum datam sententiam,*Venite benedicti Patris mei,* et cætera. &,*Discedite à me maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo;& angelis eius* : res conueniens videtur, (ipsa gratia mediante)aliquid dicere de ipsius iudicij iustitia. vt secundùm nostram humanam ignorantiam,extremè & improportionaliter,non tam pium,quàm rigidum & crudele appareret:cùm sit ipsum gloriæ præmium bonis, & pœnæ castigatio malis,æqualiter,& æquali cum potentia distributum. Quia, si bonis ipsa gloria, secundùm immensam bonitatem,& infinitam donatoris Dei misericordiam, pro paucis meritis,& pauci temporis seruitijs,liberaliter in æternum cõmunicatur;quomodo malis ipsa pœna, secundùm suam rectam iustitiam ,pro breuibus delectationibus,& breuis vitæ & trãsitoriæ voluptatibus, in æternũ & æquali cũ potentia infligitur.Vnde,quod iustitiæ fundamentum in ipsa sententia & iudicio haberi

Psal.109. Mat.25.

ueri potest, vbi proportio non est? Proportio est: & consequenter causa & fundamentum. & tam magnum & profundum, quàm intellectui omnis creaturæ angelicæ & humanæ, incomprehensibile: sicut est totalis manifestatio extra ipsius Dei: finis principalis rerum omnium, cùm ipse creator, per naturã propriè communicabilis sit. et hoc, in continuatione extra, manifestationis suæ intra: (cum à peccato, & inuidioso dæmonij opera, à principio impedita esset) in æterna Verbi generatione, vnius cũ generante Patre, & reciproco amore Spiritu sancto, à Patre & Filio procedente, in trina personarum æqualitate, & vnici esse potẽtiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitę, in æternum factæ. et extra, per medium ipsius secundæ personæ generatæ, se incarnãtis, morientis, & resuscitantis continuatæ: sicut erit in ipsa vltima die vniuersalis resurrectionis et iudicij, per medium ipsius communis ministrationis gloriæ, aut pœnæ æternæ, in bonorum præmium, & malorum castigationem, ab ipso iusto iudice in æternum ministratæ, vniuersaliter completa. Quia, non esset potentia, sapientia, iustitia, & bonitas infinita, in ipsius Dei manifestatione, finis principalis rerum omnium, et fundamẽti: si tam in remunerando, quàm in castigando, æqualiter demonstrata non fuisset. cum certissima res sit, quòd si ipsa natura humana, in maiore reprobatorum numero, quàm electorum concurrendo, non fuisset ab omnibus, tam pro bonorum gloria, quàm pro malorum pœna, ipsum esse potentiæ, sapientiæ, iustitię, & bonitatis infinitę, per communem experiẽtiæ integritatem confessum: nunquam in æternum manifestatum esset. quia, quomodo, in millibus manifestatum: cum à centũ millibus contradictum sit? Et si quando natura angelica, in principio manifestationis extra ipsius Dei, creata fuit Lucifero rebellante, et cum ipso, dimidia parte angelorum (sicut in vltimo tractatu declarabitur) ipsa manifestatio, ex vtraque parte æquata fuit: quantò magis, si hominem peccare faciendo, et cum ipsis duobus additis, Adamo & Eua, vltra innumerabilem aliorum peccatorum numerum; cum ab ipso victa & superata esset, ipsa natura humana suum iustum non habuisset supplemẽtum in damnatis. moriendo, sicut angelica illicò, non obediẽdo, alia tanta indignatione et pœna æterna, quanta gratiæ & gloriæ illi æterno obedienti parata erat? quia, neque in ipsa perpetua vita et delectabili Paradiso terrestri ante peccatum: neque in ipsa morte, et laboriosa vita tẽporali, post peccatũ, secundùm primam sententiam, *In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia pulvis es, & in pulverem reuerteris*, proportio erat ad manifestationem ipsius æterni et glorioſi Dei nisi in ipso cœlesti vitæ & gloriæ æternæ præmio, quod illi paratum erat: (pro qua occasione, ipsa perpetua, et paradisi terrestris delectatio, obediendo, concessa fuit) aut correspondens castigatio non obediẽdo, mortis et pœnæ æternæ: ipsum euidẽtis improportionis impedimentum euacuãs. et hoc est caput principale et fundamẽtũ, in ipsius secundæ & vltimæ Domini sentẽtiæ iustitia. Quia, quomodo ipse Deus, in carne manifestatus esse posset, quod proculdubio futurũ erat, sicut ab æterno determinatum erat, pro quo fine et principali fundamẽto, vniuersalis creatio facta fuit, omnia in ipsum hominem includendo: si ipsa damnatorum Babylonis caro resurgẽdo, simul proportionaliter non concurreret, in tanta pœna, quanta gloriæ, ipsi manifestationi conuenientis, ei parata erat? quia, aliter, cùm esset ipsum incarnatum Verbum; & pauci electi resuscitati, similiter in carne, ab ipsa maiore turba, excessiuè cõtradictũ: nõ esset, multũ à lõgè, totaliter in carne manifestatũ. Sicut in præsenti sæculo, tãtò magis in carne ipse mũdi princeps, secũdũ ipsã errantiũ turbã, ipsi Deo, & paruulæ Ecclesiæ suæ cõtradicẽtiũ, manifesta-

tus est: quantò minus ipse vniuersalis saluator obedientialiter cognitus est. Vnde ipse Christus; *Regnum meum non est de hoc mundo*, quia tunc, alio in sæculo; Regnum & vniuersalis ipsius Christi dominatio erit et tunc, Patris sui æterni promissum complebitur dicentis; *Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ*, &c. Terminos terræ. Id est, ipsos vltimos terminos infernalium abyssorum, & habitationis damnatorum: ab empyreo cœlo, & Dei sede & beatorũ habitatione, incipiendo: vtramque partem comprehendendo: Quia: si, *Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum & aduersus Christum eius, dicentes: Disrumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum: Qui habitat in cœlis irridebit eos*: (vt dicit) *& Dominus subsannãbit eos*. quia veri reges non sunt: quãuis vnusquisque cum Lucifero dicat, *Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo*. Vnde sequitur ipsius culpæ proportio, ipsi pœnæ conueniens, (sicut declaratum est) seipsos vt deos, cõtra ipsum verum Deum, superbè exaltantes, non ab ipso Deo: sed à propria eorum superbia & vano fundamento dependentes: *Ego autem constitutus sum Rex abeo* (ipse verus rex Dei filius dicit) *super Sion montem sanctum eius*: id est, super ipsum fundamentum & altum diuinæ naturæ montem, quantum Deus: per contrariam humilitatis & obedientiæ viam; homo factus, & moriendo; sicut ab æterno ordinatum erat; *prædicans præceptum eius*. & hoc modo peccati impedimentum remouendo: ipsam manifestationem extra, ab ipso peccato & inuidioso æmonio impugnatam, per gratiam, continuando: in me particulariter per gloriam, tertia die resurgente, effectam; sicut in ipsa vltima die vniuersalis resurrectionis & iudicij, totaliter completa erit, Et non antea: quia *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Hodie: id est, ipsa die magna & tremenda: in qua, (& non antea) secundùm ipsam communẽ & vniuersalem gloriæ aut pœnæ æternæ distributionem, in communi confessione ipsius esse potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ ipsius Dei: totaliter extra manifestatus erit, qua in ratione effectus totalis manifestationis extra, ipsi causæ & fundamento naturalis ipsius Dei communicationis, & generationi æternæ manifestationis intra, correspondentis, in ipsa die (& non in alio) particulariter extra, effecta: *Ego hodie genui te*. Quasi diceret: (Pater cum Filio loquendo) Secundùm ipsum impedimentum manifestationis extra, nostræ naturali communicationi contradicens, in æterna tua generatione, & reciproco amore Spiritu sancto testificatæ, perpetuò vsque ad diem hanc continuatum: dicere possum, quòd hodie genuit te. in qua die (& non in alia) vniuersalis regenerationis in gloria aut pœna æterna resuscitando, totaliter ipsum impedimentum remotum fuit: & consequenter nostra manifestatio extra, totaliter facta: & vniuersaliter completa. Et tunc, (& non antea) *Postula à me*, id est, inquantum homo: ipsum vniuersalis resurrectionis effectum, in gloria & pœna æterna, naturæ diuinæ attribuendo, *& dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ*. Hæreditas Domini, & Regnum vniuersale in ipsa die, & non in alia, vniuersaliter acquisitum, sicut alio in loco dicendo: *Surge Deus iudica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus*. conformiter ordini à principio dato; *Crescite & multiplicamini, & replete terram*: ipsi manifestationi in carne prouidendo. Vnde, cum generaliter, ipsa multiplicatio, in manifestationẽ creatoris non esset: imò, in cõtradictionẽ, secundùm ipsum peccati impedimentum: subiungit, dicendo: *Reges eos in virga ferrea: & tanquam vas figuli confringes eos*. etiam in ipso tremendo die iræ (et non antea) effectum. sicut in omni eo quod sequitur significat dicendo, & moraliter loquendo: *Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terrã. Seruite Domino in timore: & exultate ei cũ tremore. Appre-*

Ioan. 18.

Ps. 2.

Isa. 14.

Psal. 3.

Psal. 81.

Gen 1.

Ps 2.

dite disciplinã ne quãdo irascatur Dominus: & pereatis de via iusta (Ecce) *cũ exarserit in breui ira eius: beati omnes qui cõfidũt in eo.* Reges eos in virga ferrea: idest, ex præcepto: cum Filio, inquantũ homine, loquendo. Quia, sicut ipsa continuata offensa, & contradictæ manifestationis peccatum, naturæ diuinæ attribuitur: cum propriè communi sit: sic pœna & ipsius culpæ castigatio, humanæ: per medium ipsius virgæ elementalis sacri corporis sui, noua cum virtute & potentia ipsa torquentia elementa renouãdo, effectum: (*Ecce positus est hic in ruinam*, (vt scriptum est) *& in resurrectionem multorum*) omne præteritæ contradictionis impedimentum euacuando. Vnde, *Quare fremuerunt gẽtes*, (incipiendo) *& populi meditati sunt inania?* Ecce causam. Idest, ipsum maius mortis & pœnæ æternæ iugum, diuinando: stultè, per impœnitentẽ & sensualem viam, ab eis euitatum. Sicut dicunt, & inobedienter proponunt, *aduersus Dominum, & aduersus Christum eius*: ipsam manifestationem suam extra, per pœnitẽtiæ viam, continuatam, disturbantes: *Dirumpamus vincula eorum: & proijciamus à nobis iugum ipsorum.* Sed *Qui habitat in cœlis irridebit eos*: *& Dominus subsannabit eos.* Idest, contrariè ordinando *Reges eos in virga ferrea*, (vt dicit) *& tanquam vas figuli confringes eos.* proportionaliter, secundùm ipsam proportionalem offensam, correspondendo. quia *Deus superbis resistit*, (vt scriptum est) *humilibus autem dat gratiã.* Et alio in loco: *Et propter superbiam quasi leænam capies me, reuersusque mirabiliter me crucias. Instauras testes tuos contra me, & multiplicas iram tuam aduersum me, & pœnæ militant in me.* &c. *Et propter superbiam quasi leænam capies me*, Hoc: in primo iudicio, moriendo. *Reuersusq; mirabiliter me crucias*; Hoc, in secunda morte: ipso Christo, ad mundum iudicandum redeunte: cum tunc ipse peccator esset, cum duplicata pœna, mirabiliter, vt dicit, corporaliter, & spiritualiter patiendo, cruciatus. *Instauras testes tuos contra me.* Idest, inquantum ad ipsa torquentia elementa: in ipsa

2 Luc. 2.

1 Pet. 5. Iob. 10.

proprij corporis sui gehenna, diffusè & vniuersaliter consistentia: & in nouã intendij formam restaurata. Sicut significat subiungendo, *Et multiplicas iram tuã aduersum me, & pœnæ militant in me.* *Multiplicas iram tuam aduersum me*: inquantum ad ipsam duplicatam, corporis & animæ pœnam simul. *Et pœnæ militant in me*: (optimè) inquantum ad ipsam perpetuam tõrquentium elementorum assistentiam: eodem in humano corpore & gehenna propria & particulari cõdemnati consistentia: (sicut dicit, militant in me) ipsam veritatem comprobando: sicut declaratum est. Instauras testes tuos contra me. Quatuor Dei testes, ipsa quatuor elementa sunt, in manifestatione sua extra: nõ solùm in significatione, cũ in eis, ipsa quatuor ipsius Dei attributa significata sint: (vt dictum est, & per sanctam scripturam verificatur) sed efficienter: à principio, Deus ex ipsis elementis omnes res visibiles creãdo, in vnaquaque ipsarum virtualiter inclusa: quãsi quatuor literæ suum ineffabile nomen Tetragrãmaton, quod apud hebræos est Iehoua pronuntiantia: & simul in ipsis nouis punitionis & castigationis effectibus, secundùm suam rectam iustitiam, sicut in omnibus alijs, secundùm suam bonitatem & misericordiam, ipsum esse potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, testificantia. Ineffabile ipsius veri Dei nomen: efficienter omne aliud, superbæ exaltationis & cõtradictionis mundani principatus, in ipsa hora & puncto terminati, euacuans. Et hoc, multa cum ratione: sicut scriptum est: *Erubescant, & conturbentur in seculum seculi: & confundantur & pereant. Et cognoscant quia nomen tibi Dominus: tu solus altissimus in omni terra.* Finis principalis rerum omnium & fundamentum, (vt concludatur) pia manifestatio extra, creatoris: cum per peccatum impedita esset: et non ipsa castigatio & pœna, in ipsius culpæ punitionem. *Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum*: ab ipsis impœnitentibus & ob-

Psal. 82.

Sap. 1.

finatis peccatoribus, sua culpa acquisita. sicut primùm dicit: *Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum.* Ita quòd, secũdùm ipsum principalem finem & fundamentum vniuersalis manifestationis extra, ipsius Dei, sicut declaratum est: ipsa sententia & iudiciũ vniuersalis iudicis Christi, omni ratione, proportionaliter pia & rigida simul sunt: ipsas duas partes, iustorum, & iniustorum, cõprehendendo. Sicut à Spiritu
Ps. 18. sancto declaratur, dicente: *Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa.* Hoc inquãtum ad reprobatos. Sicut inquantum ad electos: *Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multũ: & dulciora super mel & fauum.*

CAP. CXXVII.

De torrente in via bibet; propterea exaltabit caput. Cùm hactenus propheta in hoc centesimo nono psalmo, de mirabili opere redẽptionis humanę, resurrectionis, & iudicij vniuersalis, tractasset, deq; tocali manifestatione extra creatoris sui Dei, finis principalis rerum omnium, per medium Verbi incarnati Filij sui, mortui & resuscitati, effecta: nunc ad vltimã conclusionem veniens: non minus breuem, quàm elegantem epilogum facit, dicens: *De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput:* essentiale ipsius humiliationis, & laboriosæ mortis suæ, in ipsius operis redemptionis consummatione, & consequente ipsius vniuersalis redemptoris exaltatione, comprehẽdens. Vnde, *Sciens Iesus* (vt scriptũ est) *quia omnia cõsummata sunt, vt consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum,* &c. *Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatũ est. Et inclinato capite tradidit spiritum.* &c. *Vt consummaretur Scriptura, dixit: Sitio.* Sitire, in scriptura idẽ est, quod magnoperè aliquid desiderare. *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum:* (dicit) *ita desiderat anima mea ad te Deus, Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum:* &cæt. & maius desiderium quod in terra Saluator mundi habebat, erat vniuersalis ipsius conuersio: in illo penultimo verbo, Sitio, significatum. angustia, super omnes alias, particularis, in instante morte suæ: in illa vltima hora consummationis sacrificij & redemptionis, moriendo, protestãter pronunciato: & humiliatio simul, super omnes alias, maior: & in maiori suæ exaltationis causa, secundùm ipsum maiorem effectum futuræ gentium conuersionis: (sicut concludit, propterea exaltabit caput) per medium suorum Apostolorum, & aliorum omnium prædicatorum apostolicorum, donec mundus stabit, effectum. Quia. Sicut ipse Christus, cùm sit fons indeficientis aquæ gratiæ, sicut ipse dicit, *Si quis sitit,* Ioan. 7.
veniat ad me, & bibat, in illo extremo, & extrema siti, vnicam tantummodò guttam, in illo solo latrone conuerso, bibit: & minori cum vtilitate: & maiore verecundia & dolore, de perennis aquæ torrente, in illo hebræo populo, illicò, fide deficiente, contra rebellato: Sicut paulò antè, in laudem, tanquam Saluatori acclamante, *Ho-* Mat. 21.
sanna Filio Dauid: sic coram Pilato, maioribus cum stridoribus, tanquam malefactori, succlamante, Crucifige, crucifige eum: sicut scriptum est: *At illi instabant vo-* Luc. 23.
cibus magnis postulantes vt crucifigeretur: non ad conuertendum, (ab illis) vt bonus & iustus: sed ad conuersum esse, vt malus, reus & dignus morte, testificatus. Sic, in tantæ humiliationis merito, ipsi Apostoli, & apostolici prædicatores, de abundantissimis ipsius perennis gratiæ aquis biberunt, in vniuersali gentium conuersione, in maiori Ecclesiæ corpore, & maiorem ipsius capitis Christi exaltationem: per hanc maioris fitis viam, & minoris potionis, ad maiorem fructum, & exaltationem suam humiliati. sicut dicit, *De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.* Psal. 109.
Bibit Dominus de illo torrente illius hebrai-

brij populi conuersionis, finevllo alicuius permanentiæ fructu in saluationem: imò, maiori cum perditione, iusto Dei iudicio, vt in perpetua eorum perditione videtur: eò quòd malitiosè simul abstulerint, ipsâ maiorem gloriam & honorem, inquantũ ad ipsos, (quod semper faciunt) tantæ redemptionis, in maiorem suam exaltationem, ipsi debitam: Vnde ipsa maior pœna & dolor fundatur, & maior humiliatio, (vt dictum est) super omnes alias, quàm ipse inquantum homo passus est: Deum simul esse nunquam desinendo. Sitis charitatis infinitæ, erga ipsum ingratum populum, eius perditionem videndo, piè & particulariter teneris lachrymis demonstrata est. Sicut scriptum est. *Et vt appropinquauit, videns ciuitatem flenit super illam.* &cætera. Et hoc, multa cum ratione: quia tempore collectionis fructus ipsius vineæ, pro tantis laboribus & ærumnis, ipsi debiti: *Et expectauit vt faceret vuas* (vt scriptum est) *& fecit labruscas.* omnibus fide deficientibus, & retrò abeuntibus, vsq; ad magis familiares & propinquos. Sicut scriptũ est: *Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro: & iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire?* & cæt. à quibus duodecim, cum vltimò etiam derelictus esset. Sicut scriptum est: *Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt.* ita quod & expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas. quo in mysterio, *Vas ergo positum erat aceto plenum*: inquantum ad ipsum vas & vineam populi Iudaici, sicut per sanctum Lucam, *Et stabat populus spectans, & deridebant eum principes cum eis*, &c. Et deridebant eum principes cum eis. Quid mirum? Vas ergò positum erat aceto plenum: quia multò antea, vinũ lætitiæ, quod de mirabilibus operibus suis habituri erant, in cordeeorum, (sicut inuidiosorum proprium est) in rodens tristitiæ & iræ acetũ conuersum erat. *Sciebat enim* (Spiritus sanctus de Pilato dicit) *quòd per inuidiam tradidissent eũ.* qua in ratione & mysterio, Vas ergo positum erat aceto plenum. & ipse Dominus: *Vt cõsummaretur scriptura, dixit*: Sitio. Idest: dixit, Sitio: nõ tantùm vt cõsummaretur scriptura: quantum in significatione, quòd ipsa scriptura iam in complemento suo, efficiẽter consummata erat. Quia, ipsa Scriptura dicendo: *Et dederunt in escam meã fel: et in siti mea potauerunt me aceto*: non inquantum ad acetũ, secundùm literalem sensum, ab ipso Christo in cruce, efficienter acceptum: in quo ipsius redemptionis effectus non consistebat: sed inquantum ad significationẽ suam, secundùm spirituale sensum, ipsius significati aceti odij & iræ illius ingrati populi, suam mortẽ causantis, in ipsius redẽptionis cõsummatione. Sicut ineo quod proximè dicit, significatur. *Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum.* Et inclinato capite. Idest, & humiliato capite: seipsum, humilis Ecclesiæ suæ caput, voluntariè, in superbiæ peccati redemptionẽ, humiliando, tradidit spiritum. Sicut dicendo: *De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput*: Non exaltabit caput, inquantum ad ipsam præcedẽtẽ aquarum potionem impermanẽtis torrẽtis ipsius cõuersi populi: sed in subsequẽte siti, ab eorũ impermanentia resultante, tam quam si non bibisset: cum ipsum lætitiæ vinum & charitatis diuinæ, in eorum cordibus, in odij & iræ acetum contra ipsum mansuetũ Agnum, conuersum esset: & ipsa gratiæ aqua in eis, sicut illa torrẽtis, in totalẽ eorũ ruinã, tã citò defecit, quã infrũctuosè recepta est: omnia metaphoricè intelligendo; De torrẽte in via bibet, reducẽdo. in via: cũ esset vt per transitum, in illo vltimo vitæ suæ tempore, ideſt, trium annorum aut circa, in quo mysteriosè (& non primùm) se mundo manifestare cœpit: res omnis effecta. Sicut scriptum est: *Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur, filius Ioseph*, &cætera. Triginta anni: inquantum ad tres plenitudines, legis innocẽtiæ, legis

Luc. 19. Isa. 15. Ioan. 6. Mar. 14. Ioan. 19. Luc. 23. Ioan. 19. Mat. 27. Ioan. 19. Psal. 68. Ioan. 19. Psal 109.

scriptæ, &

scriptæ & legis euãgelicæ, sicut dictũ est: & in quibus Dominus vt abscónditus est: respectu vltimi illius temporis, in quo, quando completæ erunt, secundum determinatum electorum numerum, mundũ iudicare veniendo, vniuersaliter manifestatus erit, & tunc, secundò, *De torrente in via bibet*: inquantum ad breuem & repentinum vniuersalem defectum ipsius aquę gratię & fidei in gentibus: ab eodem Domino testificatum dicente: *Et nisi breuiati fuissent dies illi, nõ foret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi.* & hoc, in maioris suæ exaltationis occasionem: sicut dicit, *Propterea exaltabit caput*: ipsum fidelium caput Christus, repente apparendo: & simul rebellatum inimicum, sanctissimum suum nomen cõtradicentem, deponendo: *Quem ipse Dominus Iesus* (vt scriptum est) *interficiet spiritu oris sui*: & tunc sit bundi electi sui, charitatis igne inflammati, in viua fide expectantes: præsentia sua satiati erunt: & noua & indeficiente gratiæ & gloriæ æternæ aqua, refrigerati. Ita quòd (vt cõcludatur) ad hoc præmium consequendum, Dei amorem & proximi sitire oportet, in diuinæ legis obseruatione, vniuersaliter loquendo. Et eo magis illi, qui hoc Apostolico prædicationis sancti euangelij officio, in animarum conuersionem funguntur. quia, hanc sitim Apostoli habuerunt, ipso igne charitatis Spiritu sancto semper igniti: in magno fructu quem fecerunt vniuersalis gentium cõuersionis, testificatum. & hãc veram sitim verus prædicator apostolicus habere debet, episcopus, & confessor secularis aut regularis, in alijs sacramentorũ administrationibus: & non aliam sitim terrenam & infernalem, secundùm mundi leges, bonorum temporalium, non ad alium finem, quàm in hoc mundo omnem commoditatem habẽdi: & quantum fieri potest sanctam Christi crucem fugere: à talibus verbo solùm prædicatam: & cum curiosè commoda vita, contradictam & blasphematam. (faciat Dominus Deus, vt nihil huius, in sua sancta Ecclesia fit) neque ipse extraordinarius prædicandi modus, pro peccatis nostris, qui à multo tempore vsui est, cum tanto verborum ornatu, quod multi consuescunt, & nouis populum delectandi modis, sine vllo profectu: imò cum multo ipsius gregis damno, & notabili Domini Dei offensa, sanctum suum verbum prophanantes: & non exaltationem eius, sed suam ipsorum, vanè & superbè procurantes. Sitim salutis animarum habere oportet: sicut Christus habuit: in ipso, secundùm ipsius gratiæ & fidei in hominibus impermanentiam, (vt dictum est) tàm infructuosam, hoc in mundo viuens, (sicut scriptum est, *In propria venit, & sui eum non receperunt*) quàm post mortẽ & resurrectionem suam, in tantæ humiliationis abyssо, & meriti sui infiniti, fructuosam. quæ sitis, in ipsis sitibundis prædicatoribus apostolicis: semper de abundantissimis ipsius gratiæ aquis bibentibus, in multarum nationum & gentium conuersione, sicut in præsenti fit, vsque ad Indos, permanenter, cum particulari exaltatione & laude ipsius redemptoris Christi Dei filij, expletur. sicut ab ipso Domino prædictum est, dicente: *Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat.* &c. in merito suo infinito, & ipsius prophetiæ complemento, sicut dicit: *De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.* Exaltabit caput: Ideſt, seipsum, ipsius sanctæ Ecclesiæ credentium caput: ipsum maiorem effectum maioris potionis abundantissimæ gratiæ aquę, in vniuersali gentium conuersione, & in maiorem exaltationem suam, per ministerium ipsorũ prędicatorum apostolicorum, donec mũdus stabit, effectum: ipsi maiori Christi siti, & minori potioni ipsius impermanentis gratiæ torrentis, sicut maiori humiliationi & merito suo infinito, attribuendo. Itaque, propheta, sumper à Spiritu sancto ductus, non poterat, secundùm humanam incapacitatem,

Psal. 109. Mat. 24. 2. Thes. 2. Iohan. 15. Psal. 109

ctatem, magnificentiùs significare (cõcludendo) præmium ipsius humiliationis & laboriosæ mortis Dei Filij Verbi incarnati, in ipsa stupendi redemptionis humanæ operis consummatione, & consequente ipsius vniuersalis redẽptoris exaltatione, quã dicendo, *De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.*

TRACTATVS
De pœnitentia.

CAP. I.

QVàm magnum, admirandum, & incomprehensibile fuerit humanæ redemptionis opus, per Saluatorem & Dominum nostrum Iesum Christum Dei filium, effectũ: in hoc manifestatur. Quòd, quia non erat post peccatum via homini vt se saluare posset, nisi illa pœnitentiæ: & hoc: quamuis Deus se hominem faceret: secundum suam rectam iustitiam: omissa sua omnipotentia: ipse excelsus Deus, tam se humiliare voluit, se hominem faciendo: quòd in nasci, viuere, & mori, homini omnis status & conditionis, amplum & vniuersale pœnitentiæ exemplum esset. Et quia huius fundamentum est, vt se homo peccatorem cognoscat (quòd in Christo locum habere non poterat, cùm naturâ iustus & impeccabilis esset: Deus & homo simul) fuit hoc necessariò, simul cum correspondentibus effectibus pœnitentialibus, (*secũdùm propriam virtutem*, vt dicit Dominus) omni alij puro homini reseruatum. Et quia vera cognitio, & vera pœnitentia esse non potest, quæ pœnalis non est: ad ipsam nouam gratiam disponens: & non ad nouam Dei iram, & maiorem confusionem, & pœnam, prouocans, nouiter ipsum offensum Deum contemnendo: hoc est, cum pœnitentiali afflictione spirituali, & pœna corporali simul, quando illa sufficiens non est, totus homo, sicut in peccati effectu, in effectu etiam pœnitentiæ ipsius culpæ, concurrendo: (res in mundo, secundùm rectum sanctæ Romanæ Ecclesiæ ordinem, à suis iustis & fidelibus, & multò ante aduentum suum, semper obseruata), voluit iustus & misericors Deus, tempore quo saluatorem missurus erat, de nouo hanc in mundo veritatem publicari: Quòd nemo, sine vera pœnitentia saluus esse potest. & hoc, opera & studio sancti Ioannis præcursoris sui: etiam vniuersaliter, à Saluatore vniuersali inquantum homine incipiendo, cum exemplari actu pœnitentiali, præcedenter baptizantis. Et quòd cum esset in approbatione, pro tali effectu testimonialis exempli vniuersalis huius veritatis & lucis, (*Vt omnes crederent per illum*: vt scriptum est) per gratiam particularem consummatam, primùm in materno ventre sanctificatus, & impeccabilis factus: vt nullus homo omnis status & conditionis excusabilis esset: parentibus natus nobilibus, & in teneris annis, in aspera veniret deserta, non solùm voce, sed opere asperæ & pœnitentis vitæ suæ, ad hoc obseruandum, & prædicandum: Quod nemo, absque vera pœnitentia saluus esse potest. qua ratione, sancta Romana Ecclesia, semper à Spiritu sancto ducta, pœnitentialia opera eleemosynarum, orationum, & ieiuniorum, ad supplementum applicat: vltra quadragesimale ieiunium vniuersale, quatuor tempora, & vigilias, & solitam carnis abstinentiam, in diebus sextæ feriæ, & sabbathi, totam ipsam, tam contrariam, quàm hæreticam Babylonem, condemnando. Et hoc notum est. Quia: sicut in ipso pœnitentiæ Sacramento, & vocali peccatorum confessione, ab ipso Saluatore, sicut omnia alia, instituta, in ipsum actum exteriorem, forma absolutionis peccati cadere non potest, vbi non

Ioann. 1.

Mat. 25.

confessionalis ipsius peccati materia: ita etiam, consequenter, neque ipsum passionis Christi meritum, in ipsius culpæ remissione, quod ei per dictam absolutionem applicatur, vbi ipsa conueniens dispositio interior, & exterior, ad pœnitentialis materiæ supplementum, non
Iacob. 2. concurrit. Quia dicit Dominus: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*: (de futuro, donec stabit mundus) *& quorum retinueritis, retenta sunt*. (de præsenti) Quibus verbis, pœnitentes, ab impœnitentibus distinguens, significat Dominus, quòd ipsa peccatorum retentio, non solum expressè, sed tacitè, sub ipsomet actu exteriori confessionis & absolutionis peccatorum, efficitur. Remittuntur ergo is, de futuro: inquantum ad pœnitentes. hoc est, semper quod venient cum debito supplemento naturalis pudoris & verecundiæ, ad vocalem culparum earum confessionem: cooperanter, parte exteriori, cum interiori concurrente: quia generaliter, non sufficit ipsa spiritualis peccatorum pœnitentia, vt dictum est, nisi postea, cùm naturali pudore exteriori, præsentialiter ad vocalem ipsarum culparum confessionem, & absolutionem veniatur. *Retenta sunt*, de præsenti: inquantum ad impudentes impœnitentes. quia, neque ipsa vocalis peccatorum confessio & absolutio, alicuius valoris est, quando simul, ipsa conueniens dispositio (vt dictum est) pœnitentialis materiæ, pudoris & verecundiæ, ad supplementum non concurrit, ab ipso Deo, qui omnia videt, (sicut dicit, *Retenta sunt*) præcedenter retentorum.

Itaque, veræ pœnitentiæ principium est, vt se homo peccatorem agnoscat: tàm iustus, quàm peccator. ille, vt peccabilis, in sua præseruatione: & hic, vt peccator. & efficienter peccans, vt pœnitentiæ principium in sua recuperatione. *Sidixerimus quoniam peccatum non habemus*: (per Sanctum Ioannem) *ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est*. &cætera. *Si dixerimus quoniam non peccauimus: mendacem facimus eum, & verbum eius non est in nobis*. Hoc, communiter loquendo: iustos, & peccatores simul comprehendendo. Itaque, non quia in luce ambulamus, (vt primùm dicit) mediante ipsa gratia, & mediantibus sacramentis, dicere possumus, Quoniam peccatum non habemus: quia ipsi nos seducimus, (id est, decipimus) & veritas in nobis non est, & consequenter, dicere non possumus, quoniam non peccauimus: quia mendacem facimus eum, (vt dicit) & verbum eius non est in nobis. Dicere non possumus, Quoniam peccatum non habemus: *Septies enim in die cadit iustus*. Quare Septies in die cadit iustus? Quia peccabiles sumus: & in originali peccato nati: & hac in ratione, dicere non possumus, Quoniam peccatum non habemus: quia ipsi nos seducimus. Quare ipsi nos seducimus? *Omnes enim peccauerunt*: (per Apostolum) *& egent gloria Dei*. & in hoc, Ipsi nos seducimus: hoc est, decipimus: quia, non est futuræ Dei gloriæ consecutio, quantumuis iustus homo sit, sine præcedenti communicatione crucis filij hominis Christi, per operantis pœnitentiæ viam communicata: vnici iusti & impeccabilis inter homines: non de humano semine, sed de Spiritu sancto concepti, & extrà communem originalis peccati iugum, sicut esse conueniebat pro tali effectu remotionis ipsius vniuersalis impedimenti, ad ipsius gloriæ Dei ingressum: inquantum homo patiendo, non solùm in ipsius vniuersalis culpæ redemptionem, sed in vniuersale operantis pœnitentiæ exemplum, vnicæ portæ ad ipsius gloriæ & vitæ ingressum. *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* (ipse dicit) &cæt.

Prou. 24.

Rom. 3.

Luc. 24.

&cætera. & dixit eis, *Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma.* &cæt. Incipientibus ab Ieroſolyma. Videlicet, incipientibus ab ipſis primis ſummis pontificibus, & ſanctificatis ſacerdotibus, & ſpiritualibus Leuitis, ſacri ſui templi & altaris miniſtris, cum tota tam pœnitenti, quàm perſecutionem paſſa, ſua fideli Eccleſia. Vnde Apoſtolorum Princeps: *In hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* &cæt. *Vt ſequamini veſtigia eius*: Quoniam ſcriptum eſt, (vt dicit) & *ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes*, &cætera. quæ pœnitentia, vt ſit ad remiſſionis peccatorum diſpoſitionem, & ad gloriæ æternæ fructum, vt dicit, ſuum principium habet, vt dictum eſt, vt ſe homo peccatorem agnoſcat. Huc facit illud, *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus: ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* quia ſi mortales ſumus, peccatum habemus, & peccabiles ſumus. Et illud: *Si dixerimus quoniam non peccauimus: mendacem facimus eum, & verbum eius non eſt in nobis.* Quid dixit mendacij author primis parentibus, circa arborem & fructum prohibitum, mulierе dicente: *Præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur? Ne quaquam morte moriemini.* quaſi Deus verum non diceret. Sicut per ſanctum Ioannem, *Mendacem facimus eum*: quaſi dicens ipſum Verbum & Patris veritas: *Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?* &cætera. *& prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes*: (quod aliter, ſecunda vice, *Morte morieminì in æternum*) verum non dicit. Vbi dæmonij mendacium fundatur, dicentis: *Nequaquam morte moriemini*: peccantes. Quia, ſi peccatores: mortales. & ſi mortales: (inquantùm ad ſuam generationem) peccabiles. & ſi peccabiles: & ſepties in die (vt dicit) cadet iuſtus: pœnitentes. cuius pœnitentiæ principium, vt dictum eſt, vt fructuoſa ſit, eſt vt ſe humiliter homo pro peccatore cognoſcat. & tam mortalis, quàm fragilis, & peccabilis. quia: *Si dixerimus quoniam non peccauimus: mendacem facimus eum*, (vt declaratum eſt) *& verbum eius non eſt in nobis.* Qua ratione, *Et verbum eius non eſt in nobis?* Ratione ipſius infructuoſitatis vniuerſalis lucis & gratiæ diuinæ: ab ipſa humana indiſpoſitione non veræ pœnitentiæ, cauſatæ. Sicut ſcriptum eſt: *Et quomodo deſcendet imber, & nix de cœlo, & illuc vltrà non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti: Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud.* Vnde, deficiente in nobis ipſo fructu vniuerſalis gratiæ diuinæ, & lucis euangelicæ, prædicatæ pœnitentiæ, vt dicit, (à ſuo præcurſore incipiendo) & remiſſionis peccatorũ in omnes gentes: iuſtos, & iniuſtos, vt dictum eſt, comprehendendo: hac in ratione, Et verbum eius non eſt in nobis: ab humana non veræ pœnitentiæ indiſpoſitione, cauſatum. Ab ipſa luce, ſignificatum, in ſeminatoris parabola, dicente: *Semen eſt verbum Dei. Qui autem ſecus viam: hi ſunt, qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes ſaluifiant. Nam qui ſupra petram: hi ſunt qui cùm audierint, cum gaudio ſuſcipiunt Verbum: & hi radices non habent: qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in ſpinas cecidit, hi ſunt qui audierunt, & à ſolicitudinibus & diuitijs, & voluptatibus vitæ, euntes, ſuffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram: hi ſunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent,*

tinent, & fructum afferunt in patientia. &cæt. varij infructuositatis effectus, in recipiendo semen ipsius verbi & veritatis diuinæ: à varia veræ pœnitentiæ humanæ, indispositione causati: mendaciter, & infructuosè, post peccatum operantis: non semper in spiritu veræ humilitatis & pœnitentiæ, fundatæ. Sicut significat Dominus per adducta impedimenta: post penultimum suffocantium solicitudinum, divitiarum, & voluptatum vitæ, dicendo: *quod autem in bonam terram*: (hoc est, per bona opera, & actus pœnitentiales benè cultam) *hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia:* Spirituales pœnitentes, & omnem occurrentem crucem, voluntariè amplectentes, (sicut dicit, in patientia) à sensualibus impœnitentibus, distinguendo.

CAP. II.

Luc. 5. DIcit Dominus: *Non egent qui sani sunt, medico: sed qui malè habent. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.* *1. Tim. 1.* &c. Et per Apostolum: *Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitimè vtatur. Scientes hoc quia lex iusto non est posita, sed iniustis, & non subditis, impijs & peccatoribus, sceleratis & contaminatis,* &cæt. Ergone, quia iusti, peccatorum mortalium infirmitatem non habent, quæ habent peccatores, non indigent pœnitentia: quamuis dicat Dominus, quod eos ad hoc vocare non venerit? Et similiter (quò ad secundum) quia lex iusto non est posita, sed iniustis, & peccatoribus, existimandum est, quòd iustus extra ipsam legem est, & ab ipsa lege non comprehensus? Absit. Iustus non esset, quò ad primum, si pœnitentiam non operaretur: neque saluus esse posset, quò ad secundum, si simul in obedientiali legis obseruatione, efficienter in ipsa charitatis lege comprehensus non fuisset. *Portio mea Domine:* (dicit iustus) *dixi custodire legem tuam.* Et hæc est causa & fundamentum harum duarum propositionum, *Non veni vocare iustos,* (quò ad primam) *Sed peccatores ad pœnitentiam:* quia iusti, à principio, vsque ad mundi finem, à seipsis, mediante diuina gratia, cum ad hoc exteriùs exhortati non sint, in pœnitentia operantur. & similiter, lex iusto non est posita: (quò ad secundam) quia à seipso, eam formaliter & exemplariter obseruat, vt in prima propositione significatur, *Non egent qui sani sunt medico:* id est, non egent ipsa medicinali exhortatione ad pœnitentiam, & medicina pœnitentiali, in iustorum præseruatione, vt peccabiles, & peccatorum salute necessaria: quia ipsi perpetuò ea in vniuersalo beneficium vtuntur. & similiter ab Apostolo significatum est, quò ad secundam propositionem, præcedenter dicente: *Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* &cæt. adiungendo: *Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitimè vtatur.* &c. Et quia bona est lex, vt dicit, & finis præcepti est charitas: nō timore, sed charitate & amore à iusto obseruata est. Sicut in ipsamet ratione fidei non ficta, & legis charitatis obseruatæ, ipsum opus medicinalis passionis in pœnitentia, à iusto, in commune beneficium proprium, & proximi sui, effectum est: ad gloriam & honorem ipsius Dei, & imitationem Christi filij sui, vniuersalis ducis, & Domini nostri, voluntariè in pœnitentia operante. Iustus Elias erat, & Eliseus, cum omnibus alijs prophetis: & vitam agebant pœnitentem: & maiores quæ rebant occasiones in altis montibus, & asperis & inhabitabilibus desertis, pœnitentiam operandi. Et hoc in ordine, *Fuit homo missus à Deo,* (vt scriptum est) *cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium: vt testimonium perhiberet de lumine, vt* *Psal. 118.* *Ioann. 1.*

Luc.1. *mine, vt omnes crederent per illum.* &c. Qua ratione, Hic venit in testimonium? *Erat enim magnus coram Domino.* Quomodo? *Quia vinum & siceram non bibet.* & hoc in ordine vniuersalis exempli pœnitentiæ, & pœnitentis vitæ, donec stabit mundus, *vinum & siceram non bibet: & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.* Qua ratione & mysterio. *Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ?* Quia *Hic venit in testimonium: vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum.* & hæc est lux à Ioanne testificata, & ratio & mysterium suæ sanctificationis, in materno vētre, antè quàm natus fuisset: Videlicet: Deum, pœnitentiæ exemplum mundo dare, puri hominis, sancti & impeccabilis: iustos, & peccatores comprehendendo: cùm esset nihilominus, vt cæteri homines, in peccato originali conceptus: & à seipso, humiliter, inter homines, quamuis sanctificatus, multò minus alijs reputatus esset: vt

Mat. 10. in Christum sequendo, sicut ipse dicit: *Qui non accipit crucem suam, & sequitur me: non est me dignus:* singulare exemplum suum, & vniuersalis lux Dei & hominis simul, in pati suo inquantum hominis, in hominis salua tionem, in nullo homine, quantumuis sanctus sit, aut peccator euacuatum fuisset: siue saluus, aut condemnatus sit. sicut dicit, *Vt omnes crederent per illum.* Id est, pœnitentiam operando: futuram suam sententiam vltima die, in bonorum præmium, & malorum castigationem, iustificando. Vnde

Luc.1. dicitur. *Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius, Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum, Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos Oriens ex alto, illuminare* &c. Et quia visitauit nos Oriens ex alto: non per seipsum Deum & hominem, solùm, cum disproportione: sed per conueniens medium puri hominis, voluit quòd ipsum testimonium mundo, sui ipsius, & scientia salutiferæ pœnitentiæ, in peccatorum remissionem, data fuisset. Non erat proportionale pœnitentiæ exẽplum, illa filij hominis, ante peccatum, & filij Dei Christi, de Spiritu sancto concepti, in suæ humilitatis abyssо fundata, (& nõ in non esse hominis, post peccatum, cum esset simul Deus, & filius hominis innocẽtis Adæ, ante peccatum) innocenter inquãtum homo patiẽdo, in ipsius culpæ redemptionem. *Qui cùm in forma Dei esset,* (vt scriptũ est) *non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod est super omne nomen* &c. Vnde quia donauit illi nomen, quod est super omne nomen: Hoc est, Iehoua: nomen potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, inquantum Deus: ex necessitate, Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Id est, Pius: pio Iesu inquantum homini, correspondendo. qui Ioannes, singulariter inter omnes homines fundatus, in cognitione proprij non esse puri hominis, (pœnitenter quamuis sanctus operãdo) in quod homo, per peccatum venit: vniuersale pœnitentiæ exemplum mundo esset, & simul perpetuus index, & testimonium cum omnibus alijs fidelibus pœnitentibus, innocentiæ filij hominis, Christi, ante peccatũ, innocenter in ipsius culpæ redemptionem patientis: ipsam disproportionem pœnitentialis exempli Dei & hominis simul, simul temperante. Quid est Pœnitentia? Hæc est pœnitentia post peccatum: & ante, & post ipsius culpæ redemptionem: sine qua, nemo saluus esse potest. Vt se homo pro mortali & fragili cognoscat, & in non esse in quod venit per peccatum: testificari ante cælum, terram, & infernum: cum actibus pœnitentialibus, in charitate fundatis, peccata sua, & innocentiam vniuersalis redemptoris ipsius culpæ. *Vt in nomine Iesu omne genu flectatur,* (vt dicit concludendo) *cælestium, terrestrium, & infernorum.*

Phil 2.

Phil 2.

& omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Quid est Baptismus? est Actus pœnitentialis, in peccatorũ confessione: in suijpsius cognitione fũdatus, vniuersali peccati originalis macula inquinati: inquantũ quòd ipsa aqua, vt dictum est, peccatum significat, & simul gratiam, & formales Christi passiones, in vniuersalem ipsius culpæ redemptionem: spiritualiter, & corporaliter pro peccatis patientis: in sanguine & aqua, de sacro suo latere exeuntibus, testificatum. Vnde Baptismus pœnitentiæ. et hoc in ordine, non solùm qui crediderit, vt dicit: sed simul, et baptizatus fuerit, saluus erit. à præcursore obseruatum, et ab ipsomet saluatore per medium discipulorum suorum. Sicut à Spiritu sancto testificatum est, de Ioanne dicente: *Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ prophetæ: vox clamãtis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.* &c. Et de Christo: *Post hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram: & illic demorabatur cum eis, & baptizabat.* etc. Itaque, Baptismus est actus pœnitentiæ, (sicut dicit, *Prædicans baptismum pœnitentiæ*) in vniuersalis peccati maculæ, et propriarum culparum confessione, adultis: in suijpsorum cognitione fundatus: vt dictum est. Et hac in ratione et mysterio, *Dicebat ergo ad turbas* (vt dicit) *quæ exibant vt baptizarentur ab ipso. Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.* etc. Id est, fructus in propria cognitione et propriorum peccatorum fundatos, pœnitenter operantes, in exteriori ipsarum culparũ confessione, et testimonio innocentiæ vniuersalis redẽptoris ipsorũ delictorum.

Luc 3. Mat. 16. Luc. 3. Isa. 40. Ioan. 3. Luc. 3.

Quia, index in Christo, et testimonium mundo suijpsius Dei et hominis simul, vlerà vitã suã pœnitentem, sunt signa et inaudita miracula, quæ ipse faciebat, quotidie secundũ sanctũ Euangeliũ lecta et prædicata: et similiter in merito et virtute suæ, ab Apostolis, et sanctis suis donec stabit mundus. et index in nobis fidelibus innocentiæ ipsius vniuersalis redemptoris, sunt exteriora pœnitentiæ opera: in suo præcursore, vt principali indice ipsius innocentis redẽptoris, pœnitenter operãte perpetuò et exẽplariter mundo testificatũ à Spiritu sancto significatũ, de præsenti dicẽte: Ioannes testimoniũ perhibet de ipso, et clamat dicẽs: *Hic erat quem dixi; Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat.* Id est: Quia prior me erat, Deus, ante me factus est, & ab æterno, post me venturus est, inquantũ homo. Et hoc in mysterio, permanentiæ testimonialis indicis Christi, in Ioanne, suo præcursore, et in fidelibus suis, secundum ipsum tam conueniens, quã vniuersale pœnitẽtiæ exemplũ, donec stabit mundus, indici in Christo sui ipsius, vt dictũ est, suorũ signorũ et miraculorum correspondentis: sanctum Euangelium dicit. *Ioannes autem cũ audisset in vinculis opera Christi: mittens duos de discipulis suis, ait illi, Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et respondens Iesus ait illis, Euntes renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis: cæci vidẽt, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.* &c. Concludit cum mysterio, dicens: *Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me*: condemnationem tã incredulorum, quàm scandalizatorum & impœnitentiũ Iudæorũ particulariter prædicendo. *Quoniam Iudæi signa petunt,* (per Apostolum) *& Græci sapientiam quærunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidẽ scandalum, Gentibus autẽ stultitiam.* &c. Qui Iudæi ipsa signa & miracula videntes, *Tentantes* (vt scriptũ est) *signum de cælo quærebant ab eo.* Tẽtãtes. quia, non in signis cœli, & irrationalis mundi maioris, secundum iustitiam diuinam, ab elementorum discordantia, cũ omnibus alijs plagis, infirmitatibus, & morte humana causatis, post peccatum, ipsius culpæ redemptor, Deus & homo, manifestandus erat: sed in signis rationalis mundi minoris

Mat. 11. 1. Cor. 1. Luc. 11.

noris humani, secundùm infinitam suã misericordiã, ipsas infirmitates corporales, & spirituales simul, à qua rationali causa, ipsa mortalis discordantia causata fuit, cũ ipsius mortis victoria, (moriendo, & resurgendo) laude & gloria ipsius vitæ Dei medicando. quod conformiter propheratum erat ab Isaia dicente: *Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saltet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum.* & celebrat hoc in ordine, & complemento conformiter, à cœcorum illuminatione incipiendo. *Euntes.* (ut dicit) *renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis: cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiũt, mortui resurgũt, pauperes evangelizantur.* Quomodo, pauperes euãgelizantur? Quia in ipsis pauperibus cæcis et infirmis, cũ alia paupere et pedestri turba ab Apostolis incipiẽdo, quæ cũ sequebatur, erat vera fides et vera pœnitentia: ab ipso miraculorũ suorũ indice, quæ audierant, et viderant, et in ipsis experti fuerant, causata: cum essent à Domino per medium ipsius dispositionis fidei, et pœnitentiæ, utrique illuminati: et particulariter à spiritualibus animæ infirmitatibus, & peccatorum lepra (sicut dicit, Leprosi mundantur) cum ipsarum culparum remissione, curati: propter quod ab eis pro vero Messia promisso, & redemptore agnitus erat. Quãdo Dominus illud notabile miraculum fecit, tam magnæ, quàm inopinatæ pisciũ capturæ: sanctum Euangelium dicit: *Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu dicens. Exi à me, quia homo peccator sum Domine. Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erãt, in captura piscium quam ceperant.* quod exemplaris pœnitentiæ actus fuit, in ipsius cognit. one fundatæ. (sicut dicit, Exi à me, quia homo peccator sum Domine, quasi infectus tam communi, quàm mortali originalis peccati infectione) ab ipso indice stupẽdorum saluatoris miraculorũ, particulariter, & vniuersaliter causatæ. sicut dicit: *Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cũ illo erãt in captura piscium quã ceperant.* Et hoc in mysterio cõsequẽtis pœnitentiæ fructus, *Euntes renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis: cæci vident, claudi ambulant, &c.* quia ab Andrea, Ioannis baptistæ discipulo, Petrus ad Christum ductus fuit: & ipsæ pœnitentiæ index, & testimonium esse & innocentiæ saluatoris, ab ipso præcursore incepit: & cum singularibus suæ pœnitentiæ & sanctitatis operibus, perpetuò pro tali habirus est. Vnde, *Illis autem abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne, Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? homine mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quam Prophetam. Hic est enim de quo scriptum est, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista.* Et veniens ad explicandã causam & fundamentũ pœnitentiæ Ioannis, quod est cognoscere seipsũ, & humiliter de seipso sentire: in quo maior exaltatio consistit, & non esse (vt dicit) arundinem vento agitatam, concludit mysteriosè dicendo: *Qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo.* Quomodo in regno cœlorum: Ioanne in terra habitante? Quia *Regnum meum* (dicit ipse) *non est de hoc mũdo*: suos seruos, in cœlo, et in terra habitantes, simul cõprehẽdendo. Et hac in ratione vitæ spiritualis angelicæ, plus quàm humanæ, præcursor, Angelus, (sicut de ipso scriptũ est, & à Christo allegatum, *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam*) & plus quã prepheta nominatur. Hoc est, ad differentiam: quia etiam Saul prophetabat: & non erat pœnitens, neque in regno cœlorum. quæ vita singularis pœnitentiæ Ioannis baptistæ, & humile de seipso iudicium, est perpetuus index, vt dictum est, et testimonium super oẽs prophetas, donec stabit mũdus, in nocẽtiæ redeptoris ipsi⁹, inquãtũ hominis & celsitudinis suæ, inquãtũ Dei. Et hoc in ordine perpetui iudicis Christi, & vniuersalis

exempli

Isa. 35.

Luc 5

Mat 11.

Mal 3.

1. Reg. 10.

exempli pœnitentiæ, præcursor miracula non fecit: quia ipla vniuersalis pœnitẽtia, nõ in proprijs et alienis miraculis: nisi (vt dictum est) inquantum quod in Christi merito et virtute facta sunt: sed solùm in ipsius Redemptoris miraculis, secundum sanctum Euangelium, & quotidianum sacrificium, perpetuò lectis, & prædicatis, fundata est: (sicut dicit, *Euntes renunciate Ioanni, quæ audistis et vidistis*) secundùm ipsum tam conueniens, quàm vniuersale pœnitentiæ exemplum puri hominis, omnes operum humanæ pœnitentiæ gradus, habitantium in desertis, & locis habitatis, comprehendens. vnusquisque pœnitentiam operando, & secundùm sanctæ Romanæ Ecclesiæ ordinem, & propriam obligationem, pro proprijs & alienis peccatis, (in ipsis curatis infirmitatibus significatis) & testimonio innocentiæ redemptoris ipsorum. Vera Christi doctrina, secundùm suum sanctum Euangelium, sicut dicit: *Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egerunt pœnitentiam. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio et cinere pœnitentiam egissent. Verumtamen dico vobis: Tyro & Sydoni remissiùs erit in die iudicij quàm vobis. Et tu Capharnaum, nunquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in infernum descendes quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te fortè mansissent vsque in hanc diem. Verumtamen dico vobis, quia Terræ Sodomorum remissiùs erit in die iudicij quàm tibi* &c. in quibus tribus exemplis, omnes impœnitentes, qui in die iudicij pro talibus iudicati erunt, cõprehenduntur. Itaque, virtutes & miracula Christi, verbi incarnati, sunt index & testimonium esse sui inquantum Dei: cum sint ab ipso facta in communem salutem, corporalem, et spiritualem, in peccatorum remissionem: cui corresponsurus est index noster, operum pœnitentiæ ipsarum culparum, (sicut dicit, *In cilicio, & cinere*) & testimonium innocentis mortis vniuersalis redemptoris ipsorum delictorum. Et hæc est euangelica veritas, & Christi doctrina, recipienda, & obseruanda, vt inuiolabilis lex, & præceptum suum vniuersale in salutionem. quod aliter: Væ tibi, væ tibi, duabus vicibus, vt dicit: id est, totum hominem, (vt dicit: In cilicio et cinere) anima & corpore consistentem, comprehendendo. quia, sicut in peccati effectu, comedendo: sic in ipsius culpæ pœnitentia totus homo, vt peccabilis, & quamuis iustus & sanctus sit, vt Baptista, secundùm ipsum vniuersale exemplum, simul concurrere debet, pœnitenter operando. Sicut dicit: *In cilicio & cinere pœnitentiam egissent*: vniuersaliter loquendo: & iustos, & peccatores comprehendendo.

Mat. 11.

CAP. III.

ET hoc in ordine necessariæ pœnitentiæ, spiritualiter et corporaliter pro peccatis patiendo: à principio, cum peccasset homo, dixit Deus ipsi naturæ humanæ, vniuersaliter loquendo: *Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas et tribulos germinabit tibi, et comedes herbas terræ.* &c. & vt in cilicio & cinere, vt dicit, pœnitentiam faceret: *Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & vxori eius* (vt scriptum est) *tunicas pelliceas, et induit eos. Et ait, Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum* &c. Quasi vnus ex nobis. Hoc est, in distinctione secundæ personæ Trinitatis: quæ se incarnatura erat, & homo futura, et moritura in hominis redemptionem. Et hac in ratione, homo, mortalis factus, & pœnitentiam operando, in illo instanti quod ei pati fuit propositum. et pelliceo pœnitentiæ habitu vestitus fuit: *Ecce Adam quasi vnus ex nobis, factus est, sciens bonum et malum. Quasi vnus.* Videlicet, secundùm terminatam capacitatem humanam, et possibilitatem pœnitentis pati pro peccato,

Gen. 3.

peccato, in dispositione futuræ gratiæ ipsius culpæ, ipsum vniuersale damnum boni perditi, & mali acquisiti exaggerando: sed nõ secundùm interminatam capacitatem & intelligentiam diuinam in Christo, inquantum Deo, & impossibilitatem pati sui in vita & in morte, inquantum homine, cũ integra exaggeratione ipsius boni perditi, vitæ Dei, & mali acquisiti consequentis mortis, peccandò: ad gloriam & vitam æternam ipsam culpam redimentis. res ad ipsum Deum & hominem redemptorem: pertines, mori, in peccati redemptionem, & ad ipsam peccantem naturam humanã in pœnitentia operari, in ipsius culpæ confessione, & testimonio innocentiæ ipsius patientis Agni saluatoris. Quia, quando ei voluntariæ obedientiæ legem donauit, de arbore scientiæ boni & mali non comedẽdo, res ipsi Deo reseruata, non ei dixit, *in quocunque enim die comederis ex eo maledictã erit terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.* &c. quod ei dictum fuit postquam peccauit, per bonitatem suam infinitam, in pœnitentiæ ipsius culpæ occasionem: sed ei tantùm dixit, *Morte morieris.* cui mortis pœnæ tantùm, secundùm iustitiæ diuinæ rectitudinem, fuit natura humana in Christo, post ipsam indissolubilem vnionem factam, hoc, non obstante, liberè, & voluntariè obligata. sicut scriptum est: *Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se, obmutescet, & non aperiet os suum. De angustia & de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit?* &c. Et quia Generationem eius quis enarrabit? De angustia, & de iudicio (vt dicit) sublatus est. De angustia: quia in illo puncto inquantum homo moriendo, et cum ipsa mortali peccati pœna, ipsam culpam redimendo, de angustia sublatus est: anima sua sanctissima relicta, cum integra gloriæ naturæ diuinæ communicatione, inquantum Deus. & consequenter, & de iudicio sublatus est. Quia cum esset per ipsum, cum sua morte tantùm, humanæ redemptionis opus completum & consummatum: ipsum iudicium, eodẽmet pacto moriendo, secundùm iustitiam diuinã, sublatus est: non obstante contrario iudicio executorum ipsius mortis, et triduanæ tarditatis suæ glorioſæ resurrectionis: cum esset ab illis non pro agno innocenti, vt ipse erat, sed pro oue errante, et peccatore reputatus. Sicut dicit, inquantum ad eorum iudicium, *sicut ouis ad occisionem ducetur.* (adiũgendò, inquantum ad innocentiam suam) *& quasi agnus coram tondente se, obmutescet*, omne aliud pati Christi inquantum hominis, est in exemplum homini, & in formam operũ humanæ pœnitentiæ: & non secundùm iustitiæ diuinæ rigorem, inquantum ad peccati satisfactionem: sed in necessariam consecutionis ipsius gratiæ dispositionẽ: quòd aliter ipsa forma euacuata esset: & ipsa gratia non consecuta: Vnde suus præcursor, vt vniuersalis & perpetuus suæ innocentiæ index, mundo, & exemplum necessarij operari in pœnitentia. *Ecce agnus Dei*, inquantũ homo: *ecce qui tollit peccata mundi*: inquantum Deus. Et hoc conformiter, in pœnitentis habitu, & peccatoris apparentia: primis peccatoribus correspondendo. sicut scriptum est: *Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem eius erat locustæ, & mel syluestre.* &c. Hoc est originalem pœnitentiæ ordinem, à principio, à Deo naturæ humanæ datum, & de nouo post peccatum introductum, prosequi, vt rem ad peccantem naturam humanam pertinentem. Quia, cùm pœnitentiæ principium sit (vt dictum est) vt se homo pro peccatore cognoscat: quòd in Christo esse non poterat, vt dictum est, cum esset per naturam iustus & impeccabilis: Deus & homo simul: hoc, necessariò, per effectum consecutionis ipsius gratiæ, simul cum ipsis correspondentibus effectibus pœnitentialibus, peccanti naturæ humanæ reseruatum fuit. in suo præcursore,

Gen. 2.

Psa. 33.

Matt. 3.

sicut à principio in primis peccatoribus, Adam, & Eua, similiter à Deo, in poenitentiæ occasionem, cũ alijs maledictionibus, animalium pellibus vestitis, exemplariter mundo testificatum.

Et hoc, vt non sit in tentationis occasionem afuturo dæmonio, & erroris nobis fidelibus: intelligendum est: Quod obligati sumus ad operandam in poenitentia, spiritualiter, & corporaliter, secundùm ipsum vniuersale præcursoris exemplum, & ordinem datum in hoc, à sancta Romana Ecclesia, nõ obstante quod pati Christi interius, & spiritualiter, in quantum hominis, (vltra exteriusvitæ suæ crucifera) in perpetua peccati ponderatione, & omnium peccatorum hominum, superat omnes gradus pœnæ corporalis martyriorum, & operum humanæ pœnitentiæ: quia non in necessari a ipsorum delictorum pœnitentia, quod ipsi Deo & homini innocenti, impossibile erat, sed in zelo honoris offensi Patris Dei, fundatum erat. Vnde necessariò, hoc nobis peccatoribus reseruatum fuit. Quas omnes offensas, ipse innocens præsentialiter videbat, ratione ipsius singularis vnionis Dei & hominis simul, non minori horrore & pœna, quàm intenso moriendi desiderio in ipsorum delictorum redemptionem, à quo perpetuo pati spirituali, donec vixit, in quantum homo, sicut de resultanti pati corporali, in multorum annorum apparentia plus quàm non habebat, demonstratum, & vltimò de ipsamet morte, nunquam, in quantum Deus liberatus fuit: neque esse poterat, secundum quod à perpetuo zelo, & indeficiente suæ diuinæ charitatis igne, quo semper ardebat, causatum erat. Vnde intensum suum moriendi desiderium, in vniuersalem redemptionem humanã, fundatum erat: vt remoto ipso infructuositatis et maledictionis peccati impedimẽto, in operari in locum eius, benedictio gratiæ & meriti sui infiniti, succederet: & ipse zelus & ignis charitatis suæ diuinæ, sequenti ecclesiæ suæ crucifixæ, in martyrio, & pœnitenter operanti, communicatus fuisset, sicut dicit: *Ignem veni mittere in terram:* (in quantum ad zelum, & charitatem suam diuinam) *& quid volo, nisi vt accendatur? Baptismo autem habeo baptizari:* (in quantum ad intensum moriendi desiderium) *et quomodo coarctor, vsque dum perficiatur?* &c. sed quia res omnis in zelo, *Quoniam zelus domus tuæ comedit me,* vt scriptum est, & non in necessaria peccatorum pœnitentia, fundata erat: vt res ipsi impossibilis, hoc nobis peccatoribus reseruatum est: spiritualiter, & corporaliter pro nostris & alienis peccatis patientibus. Vnde Apostolus: *Nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia,* &c. Quare, tota Christi vita, Dei & hominis, cũ sit in singulari cruce super omnem aliam, & in summa veræ pauperta tis perfectione fundata, ab humili sua nati uitate in diuersorio, in sœno, & loco animalium, vsque ad suam ignominiosam mortem in Caluariæ monte occisorum malefactorum loco, & nudus, cum similibus iniquis crucifixus, & pro tali (vt scriptum erat) reputatus: quando mediante diuina gratia, cum aliqua luce aby ssi tantæ humiliationis, confiderata est: singularis eremitica sui præcursoris, puri hominis, & particularis apostolica suorum discipulorum, postquam reliquerunt omnia, quæ habebant, est vmbra: & pro tali, cum proprijs pœnitẽtiæ operibus, in sua comparatione, ab omni fideli recepta esse debet. sed omni hoc non obstante, nostra pœnitens vita concursura est, si salui esse volumus. Vnde, ex necessitate, *Fuit homo missus à Deo,* vt scriptum est, *cui nomen erat Ioannes: ad dandam scientiam salutis plebi eius,* (per sanctum Lucã) secundùm capacitatem, & possibilitatem humanam, pro conuenienti exemplo puri hominis, (sicut dicit, *vt omnes crederent per illum*) pœnitenter operari, in saluationem: & non secundum aby ssum incomprehensibilitatis,

Luc. 12.

Psal. 68.

Col. 1.

Isaiæ.

Ioan. 1.

bilitatis, & impossibilitatis pati Christi Dei & hominis, in confusionem. quamuis pati Christi, in distinctione, vt hominis passibilis, & voluntarium pati inquantum hominis, sit vniuersale pœnitentiæ exẽplũ: sed non in vnione, & incomprehensibilitate, & impossibilitate sui pati, cùm esset Deus simul: & pro tali, à seipso, in vniuersalis pœnitentiæ occasionem, secundùm sua signa diuina, testificatus. Et hæc certissima veritas nobis ab ipsa luce significata est: secũdùm sanctum Euangelium. Vnde considerãdum est: quòd cum Dominus sui præcursoris pœnitentiam publicè laudauisset,

Mat. 11. in cõclusione dictum est: *Et si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus est.* (videlicet, inquantum ad permanentiam ipsius vniuersalis exempli pœnitentiæ, vsque ad secundum suum aduentum, & testimonium simul (cum omnibus alijs fidelibus martyribus, & pœnitentibus) innocentiæ suæ, inquantum homo, & esse sui diuini, inquãtum Deus: sicut concludit, dicendo)

Luc. 7. *Qui habet aures audiendi, audiat: Et omnis populus audiens, & publicani,* (per sanctum Lucam) *iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis. Pharisæi autem & legisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipsis non baptizati ab eo.* Tunc, ipsa Patris sapiẽtia:

Matt. 11. *Cui autem similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro: qui clamantes coæqualibus dicunt: Cecinimus vobis, & nõ saltastis: lamentauimus, & non planxistis. Venit enim Ioannes neque manducans neque bibens: & dicunt, Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens: & dicunt, Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filijs suis. Tunc cepit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: &c.* Cur, cũ de seipso dixisset, *Venit filius hominis manducans & bibens: &c. Tũc cepit exprobrare ciuitatibus, in quibus facte sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam?* Quia non secundùm abyssum incomprehensibilitatis, & impossibilitatis interioris passionis Christi Dei & hominis, (vt dictũ est) in confusionem: sed secundùm exteriorem passionem suam, & prædicata signa, mortem & resurrectionem, in peccatorum remissionem: & propositum vniuersalis pœnitentiæ exemplum, ipsarum culparũ, vnius puri hominis Ioannis, sui præcursoris, capacitati, & possibilitati humanæ conueniens, in saluationem, omnes homines iudicandi sunt. quod tam amplum, quàm conueniens exemplum operandi in pœnitentia, secundùm propriam virtutem, & talentum receptum, vt dicit Dominus, &

Mat. 25. sancta Romana Ecclesia sua vnica & fidelis sponsa instituit & ordinat, Apostoli, & eremitæ, humiliter secuti sunt, cum omnibus alijs sanctis, sacrarum religionum institutoribus, & imitante Ecclesia fideli: cum omni obedientia obseruantes sacras ordinationes solitorum ieiuniorum, vt dictum est, & abstinentiarum. Et hoc, non obstante quod Dominus de seipso dicat: *Venit filius hominis manducans & bibens:* & tam in-

Mat. 11. flati, quàm cæci Pharisæi, & legis periti, superbè & inuidiosè dicant: *Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus.* Quia, hic periculum est, quòd per malam intelligentiam, non sit in occasionem astuto dæmonio (vt dictum est) tentationis erroris hæresum nobis fidelibus, cõtra propositam pœnitentiam, cum falsa persuasione, quòd Christi vita communis erat, & sine vlla cruce. quod falsum est, quia, quamuis exteriori cilicio non vestitus, vt suus præcursor, quod nobis peccatoribus conuenit, in peccati confessionem: & mãducans & bibens, vt dicit, vt faciat differentiam eius quod primùm dicit de Baptista, *Non manducans neque bibens:* vita tamen eius superabat omnem aliam vitam pœnitentẽ. imò crux Baptistæ, & illa Apostolorũ suorũ discipulorum, erat vna vita, vt dictum est, in comparationem perpetuæ crucis Christi. (Intelligite Hæretici) Quia perpetuũ cilicium

naturæ humanæ in Christo, Deo, & homine, erat natura diuina: inquantũ quod causa erat, ratione ipsius vnionis, videndi in ipso diuino speculo, cum visibili intelligẽtia, & non absque veri Dei zelo, & simul veri hominis pœna, omnes offensas humanas. & consequenter, cilicium pretiosi corporis sui, erat afflicta anima sua sãctissima: secundùm ipsum rationalem zelum & pœnam offensarum Deo factarum, cum intẽso moriendi desiderio, in ipsius culpæ redemptionem, inferiori parti corporali naturaliter communicatam. Et hoc in mysterio, perpetuæ crucis Christi, sanctum Euan-
Luc. 9. gelium plurimis in locis dicit: *Dicebat autem ad omnes, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.* &c. Dicit, *Crucem suam quotidie*: & non crucem meam: quia ipsius, nullus purus homo capax est, quæ cruces variorum graduũ operum pœnitentiæ humanæ, ad particulam rem sui præcursoris, vt puri hominis, reducuntur: Et hoc in ordine, Dominus, sui præcursoris crucem, vt vniuersale & perpetuũ pœnitentiæ exemplum, proponendo, non tractat de incomparabili sua: sed de visibilibus signis & miraculis suis, inquantum Deus. sicut dicit, *Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis.* &c. Cecinimus vobis: inquantum ad suam doctrinam & miracula. & non saltastis: sed potius præ inuidia ea videre non potuistis. sicut scrip-
Luc. 13. tum est: *Et cum hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis quæ gloriosè fiebant ab eo.* Lamentauimus: quantum ad exteriorem passionem suam, cum suis Apostolis, in vita pœnitenti: & propositam sui præcursoris pœnitentiam: ab ipso Christo laudatam, & approbatam. & nõ planxistis: quia non solùm eum recipere
Mat. 11. noluerunt, sed dixerunt, *Dæmonium habet.* Sicut de ipso Dei filio, *Ecce homo vorax & potator vini.* Vnde ipsa lux, concludendo dicit: *Et iustificata est sapientia à filijs suis.* & per sanctum Lucam: ab omnibus filijs suis. quomodo, *Iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis*

Quia, *Et omnis populus audiens* (vt dicit) *& publicani iustificauerunt Deum,* (id est, Christum, consiliarium, & sapientiam Patris) *baptizati baptismo Ioannis. Pharisæi autem & legisperiti consiliũm Dei spreuerunt in semetipsis, non baptizati ab eo.* &c. Et quia consilium Dei spreuerunt in semetipsis, non baptizati ab eo: sapientia, hoc est, ipsum consilium propositæ pœnitentiæ, & scientiæ salutis sui præcursoris, (sicut de ipso conformiter prophetatũ est, dicens: *Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius, ad dandam scientiam salutis plebi eius,*
Luc. 1. *in remissionem peccatorum eorum*) iustificata est ab omnibus filijs suis: quia *Et omnis populus audiens, et publicani iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis.* Dicit, Ab omnibus filijs suis iustificata est sapientia. Videlicet, in bonũ, & in malum: credentes, & non credentes comprehendendo. Quia, tàm à credẽtibus, & in pœnitentiam operantibus, secundùm consequens salutionis præmium: quàm à non credentibus, & consilium & sapientiam Dei spernentibus in semetipsis, non baptizatis ab eo: secundùm consequentem damnationis et perpetuæ captiuitatis eastigationem, vt videtur. *Sapientia iustificata est ab omnibus filijs suis.*

CAP. IIII.

Venit enim Ioannes neque manducans neque Mat. 11. *bibens: & dicunt, Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens; & dicunt, Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filijs suis.* &c. Igitur, quia Dominus de ipso dicit. *Venit filius hominis manducans et bibens*: intelligendum est, quòd vita eius communis erat, commoda, & sine cruce? Absit. Et quia tam inflati, quàm cæci Pharisæi, & legisperiti, superbè & inuidiosè dicunt, Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus: intelligẽdũ est, quòd ipse libenter comedebat, & bibebat: & quod hoc ipse cogitabat? Absit. cõse-

quens

quês cõclusio declarat contrariũ dicẽdo, *Et iustificata est sapientia à filijs suis.* quia, ab ipsomet præcursore, in habitu & vita pœnitenti, dicente, *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi,* & ab ipsius Christi discipulis, vita eius testificata erat: & secundùm suam doctrinam, simul cum ipso, pœnitenter viuẽtibus: ipsa prædicata sapientia pœnitentis vitæ pro peccatis, in ipsarum culparum remissionem, iustificata erat. Ita quod, illud Christi, *Venit filius hominis manducans & bibẽs*: considerandum est, secundùm id quod primum dicit de suo præcursore, & exteriori pœnitentia, cum extremo dicendo, *Neque manducans neque bibẽs.* & similiter illud, quod de ipso dicebant, *Ecce homo vorax, & potator vini*: considerandum est, secundùm illud quod adiungit, dicendo, publicanorum & peccatorum amicus. quia, cum, eum tractãtem, & aliquandò cum ipsis comedentem vidissent: non secundùm finem, & fructum spiritualem, qui ex illarum animarum salute sequebatur, vt ipsi videbant, iudicabant: sed cum hac occasione, quamuis pia, inuidiosò, & malitiosè dicebant, *Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus.* & etiam, per indignationem hoc dicebant: quia vt gens obstinata & superba, non tractabat, neque libẽter cum ipsis ibat cibum sumere, quamuis de hoc rogatus fuisset, nisi cum simili fine & occasione fructus spiritualis in saluationem: & hoc in ordine, cum publicanis & peccatoribus libenter tractabat, & à semetipso, illicò & incogitatè voluit cum ipsis manducare. *Rogabat autem illum quidam de Phariseis* (sanctum Euangelium dicit) *vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate, peccatrix, vt cognouit quod Iesus accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti:* (Ecce finem) *& stans retrò secus pedes eius, lachrymis cæpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.* &c. Ecce fructum. & de hoc, *Pharisæus murmurabat, intra se dicens, Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est.* &c. & Dominus, è contrario, factum approbat, in conclusione dicendo, *Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* &c. Ecce finis: Ecce fructus ingressus Domini ad comedendum cum Pharisæo, publicę peccatricis conuersio, & peccatoribus singulare pœnitentiæ exemplum datum. & hoc, cum ab ipso Pharisæo inuitatus & rogatus esset. Sed non sic cum publicanis & peccatoribus, vt dictum est: quia, eodem fine, semetipsum sponte sua inuitabat. Vnde sanctum Euangelium dicit: *Et ingressus perambulabat Iericho, Et ecce vir nomine Zachæus: & hic princeps erat publicanorum & ipse diues. & quærebat videre Iesum quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt videret eum: quia inde erat transiturus.* (amoris, & cordialis desiderij signa) *Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum* (suspiciens, Hoc est, ascensum eius considerans, non in superbia, quia diues erat: sed in humilitate, & agnitione non esse sui, pœnitentiæ principio, quia statura pusillus erat, fundatum esse) *& dixit ad eum Zachæe, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere: Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabãt, dicentes quòd ad hominem peccatorem diuertisset.* Hoc turba dicebat, Sed Pharisæi, quid dicebãt? Dicat hoc ipsa sapientia æterna: cui nihil absconditum est. *Ecce homo vorax & potator vini publicanorum et peccatorum amicus.* Hoc Pharisæi adiungebant. Quomodo, ò Pharisæi, homo vorax & potator vini? Quia publicanorum & peccatorum erat amicus. Sicut de turba dicit: *Murmurabant dicẽtes quòd ad hominem peccatorem diuertisset*: & de ipso peccatore Zachæo: *Et hic princeps erat publicanorum.* Sed multum differens est ipsius amicitiæ finis: secundum consequentem effectum, consequenter, à sancto Euangelio narratum, dicente: *Stans autem Zachæus, dixit ad Iesum, Ecce dimidium bonorum meorum, Domine,*

Ioan. 1.

Luc. 7.

Luc. 19.

Luc. 19.

do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. (Ecce finis: ecce ipsius spiritualis amicitiæ fructus) *Ait Iesus ad eum, Quia hodie salus domui huic facta est: eò quòd & ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere & saluum facere quod perierat.* & cætera. Quod perierat. Hoc est, corpus & anima simul: spiritualiter, & corporaliter patiendo. *Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* &c. Duplex pœnitentiæ peccati effectus: & integrum testimonium totalis remissionis ipsius culpæ: totius hominis saluationē cōprehendens: ab ipsa sapientia significatum, dicente: *Quia hodie salus domui huic facta est: eò quòd & ipse filius sit Abrahæ.* Salus domui huic facta est. Domus nomine, elementalem partem domus corporalis, & spiritualem habitantis animæ, per gratiam, & per gloriā, resurgentē, comprehendit Filius Abrahæ: dicitur de spirituali semine in Christo, Abrahæ semine, regenerato. Sicut dicit: *Ecce dimidium bonorū meorum, Domine, do pauperibus*: inquantum ad spiritualem animę partem, cui, principaliter, vt rationali, effectus peccati, & pœnitētiæ ipsius culpæ, in charitate fundatæ, attribuitur: *Et si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum*: inquantum ad quaternam partem elementalem, & damnum ipsius fraudulentæ priuationis bonorū tēporaliū, ad partē corporalē pertinentiū. quia, quāuis defraudatū restituatur, contra septimū præceptū: nō propterea ipsum peccatū à Deo dimissum est: si nō est cū effectu simili præcedentis veræ pœnitētiæ, cōiunctū: & formaliter in charitate, secundùm diuinam legem, effectū: vtriq; parti, creatori, & creaturæ offensæ, satisfaciēdo. Sicut dicit, *Ecce dimidium bonorū meorum, Domine, do pauperibus*: inquantū ad offendētem partem spiritualem animæ, vt dictum est, & spiritus creatoris offensi: *Et si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum*: inquantū ad elementalē corporalē, peccati instrumentū: in totali ipsius peccatoris iustificatione. in quibus quatuor elementis, ex quibus ipse homo, & oblata bona constitūt, esse ipsius iustificātis Christi, (sicut dicit, quadruplum) veri hominis, & veri Deī, potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis in finitæ, significatum est. Vnde, in iudicio vtriusque partis, pœnitentis, & impœnitentis, ipsam diuinæ legis formā, & charitatis operā, efficiens suæ obseruationis testimonium, adducendo, & dicendo: *Mihi, vel non mihi feecisti:* vtramque naturam in seipso, cōplectitur: diuinam, & humanam simul. omnia, ad ipsū primū præceptū amoris Dei, & permanentis formæ omnium præceptorū, charitatis suæ æternæ, reducēdo. Præcepta æterna non sunt: præceptorū forma æterna est: in sua virtute & potentia, non solū peccatum: sed virtuale ipsius culpæ iugū euacuās. Vnde tá amanti, quā pœnitenti Magdalenæ: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Itaque, hic erat Domini finis diuertendi aliquandò ad similes personas: animarum saluatio: non autem quod de cibo, & vestitu corporali cogitaret. Imò, quā do Martha, honesta virgo, & Magdalenæ soror, Domino in castellū intrante, eum in domū suam recepit: ab ipso reprehēsa fuit, quia cū esset, vt rationi cōsentaneū erat, sollicita in parandis eis quæ ad victū pertinebāt, Magdalenam notabat, ad pedes Christi sedentē, & eius doctrinā audientē, (suæ cōuersionis principiū) de quo ipsa minus cogitabat: Ideò dominus ei dixit: *Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro vnū est necessarium. Maria optimā partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Et cōformiter nos docet Dominus alio in loco, dicens: *Ne sollicitiī fitis animæ vestræ quid māducetis, neq; corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quàm esca: & corpus plus quàm vestimentum? &c. Nolite ergo sollicitī esse, dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quid operiemur? hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis.*

Luc. 7.

Luc. 10.

Matt. 6.

indigetis. Quærite ergò primùm regnum Dei & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. sufficit diei malitia sua. &c. Quomodo, crastinus dies sollicitus erit sibi ipsi? Quia hæc omnia (vt dicit) gentes inquirũt. Ita quod, non inquantum ad diem: sed inquantum ad gentes: ab ipsis, cum superflua sollicitudine, & deceptione vt accidit, malè consumptum. & hac in ratione, concludendo, *Sufficit diei malitia sua.* Hæc doctrina, à Domino erat, & à suis discipulis obseruata. Optimè: & cum extrema, & volũtaria paupertate, exẽplariter ab ipsis prædicata. Nam de necessaria panis prouisione, nec memoriam, nec curam aliquam habebant. *Matt. 16.* Vnde, *Et cum venissent discipuli eius trans fretum,* (Sanctum Euangelium dicit) *oblitisunt panes accipere. Qui dixit illis, Intuemini & cauete à fermẽto Pharisæorum & Sadducæorum. At illi cogitabant inter se dicentes, Quia panes non accepimus. Sciens autem Iesus, dixit, Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes non habetis? Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum, in quinque millia hominum, & quot cophinos sumpsistis? neque septem panum, in quatuor millia hominum, & quot sportas sumpsistis? Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis, Cauete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum? Tunc intellexerunt quia non dixerit cauendum à fermento panum, sed à doctrina.* &c. Itaque, hæc solùm prouisio erat, quam aliquãdo faciebant: quia ad mensam paratam non ibant: & quocũq; perueniebãt, panem quando habebant manducabant: & quando non habebant, famem patiebantur. Et *Matt. 12.* conformiter, *In illo tempore* (sanctum Euangelium dicit) *abijt Iesus per sata, Sabbatho: discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere spicas & manducare. Pharisæi autem videntes, dixerunt ei, Ecce, discipuli tui faciunt quod non licet eis facere Sabbathis. At ille dixit eis, Non legistis quid fecerit Dauid quando esuriit, & qui cum eo erant: quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus?* &cætera. *Si autem scireti quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium: nunquam condemnassetis innocentes.* Vnde, quando Dominus virtuoso illi homini diuiti dixit: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me:* &cætera. *Tunc respondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?* &c Et hoc, aliqua cum ratione: quamuis nihil aliud quàm retia reliquissent. Quia, vacãres illi exercitio, per famem coacti non erant vellere spicas, vt dicit, & manducare: panis, & obsonium illis nõ deficiebant. Idest, de illis piscibus, quando eos accipiebãt: qui consuetus eorum cibus erat, quando eum habebant, simul cum Magistro suo, ducti ad scholam & discipulatum. quia, vt ex sancto Euãgelio colligitur: ordinariè carnem non comedebant: neque vinum bibebant. Vnde Apostolus, ad Timotheum, qui ad exemplum eius, vitam apostolicam agebat: *Noli adhuc aquam bibere: sed modico vino vtere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.* quòd Christus, & discipuli eius, carnem ordinariè manducarẽt, non colligitur: nisi pisces. Quando Dominus notabile illud miraculũ facere voluit, satiandi exigua alimonia quinque hominum millia: dixerunt Apostoli, *Non habemus hic nisi quinque panes & duos pisces.* & per sanctum Ioannem, *Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos et duos pisces.* Satiaturus quatuor hominum millia ex ipsis Dominus quæsiuit. *Quot habetis panes? At illi dixerunt, septem, & paucos piscículos.* Post gloriosam suam resurrectionem, ipsis apparens, dixit. *Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis.* Similiter ipsis apparuit: cum notabili signo magnæ piscium multitudinis, quam verbo & iussu eius acceperũt, se manifestando: *Vt ergò descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositũ & panẽ.* Videlicet, vltra alios pisces, quos ipsi acceperant.

1. Tim. 5.

Mat. 19.

Mat. 14.

Ioan. 6.

Mat. 15.

Ioan. 21.

Et

Et poterat Dominus aliqua cum ratione, cum esset in resurrectionis tempore, testimoniū & arrham vniuersalis resurrectionis carnis, facere, vt loco piscis, carnem inuenissent: Sed non voluit, consuetudinem suam mutare: contra pœnitentię exemplū, ipsis, in semetipso datum: sine quo, nemo saluus esse potest. & hoc in ordine, ipsis vltimò dixit, *Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.* &c. In nomine eius: & non sui præcursoris, & eorum Apostolorum, pœnitentiam, & remissionē peccatorum. Pœnitentiam, & remissionem peccatorum: vtrumque. Quia exemplum pœnitētiæ, & crucis eorum, erat vt dictum est, vmbra, respectu exempli pœnitētiæ & crucis Christi: in vita sua, interiùs, & exteriùs passæ, pro peccatis: à zelo honoris Patris causatæ, inquantum Dei: & non ab ipsarum culparum pœnitentia, inquantum hominis: ipsi, innocenti, & impeccabili per naturam, impossibile. quod, ad nos peccatores pertinet, vt dictum est: & quod ipsa pœnitentia sit, in vniuscuiusque, sui ipsius cognitione, fundata: ipsius naturæ humanę conseruationi, ante peccatum, & recuperationi sui, per pœnitentiæ viam, post peccatum, necessarium quod, proximè, gratia mediante, declarabitur. *Luc. 24.*

CAP. V.

CHristi imitatores solùm, sunt illi, qui sunt, & cum ipso erunt, & in ipso qui solus est, in æternum. *Si quis mihi ministrat, me sequatur:* (ipse dicit) *& vbi sum ego, ille, & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus.* &c. in verbis præcedentibus, fundatum, *Qui amat animam suam perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Quando Deus, in figura ipsius Verbi incarnati, & futuræ redemptionis, per ipsum operatæ, Moysen mittere voluit, vt populum suum electum de Aegyptiaca captiuitate liberaret, illam vniuersalem peccati significante, dixit Moyses ad Deum: *Ecce ego vadam ad filios Israel, & dicam eis: Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi, Quod est nomen eius? quid dicā eis? Dixit Dominus ad Moysen: EGO SUM QUI SUM. Ait. Sic dices filijs Israel: QUI EST, misit me ad vos.* Itaque, Christus Iesus redēptor, inquantum Deus, & inquantum homo, ratione ipsius vnionis, est ille qui solus est, in humanæ redemptionis effectu: & consequenter, imitatores & ministrantes ei, per pœnitentiæ viam, in ipsius gratiæ consecutione, in proprij non esse cognitione fundatæ, cum animæ suæ odio, vt dicit, pœnitenter pro peccatis operantes, sunt illi qui sunt, & cum ipso erunt, & in ipso qui solus est, in æternum. Quando homo, primus Adam creatus fuit, & ad Dei imaginem, & similitudinem factus, erat vt vmbra, quæ sui causam & creatorem sequebatur, tam iustè, secundùm voluntatem suam diuinam, quòd permanendo in ipsa diuina immobilitate, obediendo, & simul amando: tàm possibile erat, ipso esse perpetuitatis causa deficere, quam ipsa causans causa æternus Deus essentians: nisi si inter creatorem, causam quæ est, & creaturam, vmbram suam, ab ipsa causa causatam, quæ in se ipsa non est, (nisi quantum à superiore lumine diuino, in cognoscendo suum non esse proprium, & vnicū esse Dei, in ipsa vmbra humana, ipsemet creator, in sua conseruatione, se designat) opponendo impedimētum aliquod, contra ipsum qui solus est Deus æternus, euanescere. Sicut & angelo, & erranti homini, vsu venit. Sed quia homo natura fragilis erat, cum esset de limo terræ formatus, quod, occasio tentatori fuit, vt eum citiùs cadere faceret: tantò magis veniam inuenit apud offensum Deum, quātò magis aptum ad suipsius recuperationem, per operantis pœnitentiæ viam, Deo se hominem faciente, qui, cum esset iustus & impecca- *Ioan. 12.* *Exo. 3.*

peccabilis per naturam, & vltra innocentem mortem ſuam in peccati redemptionem, in vita pœnitenti viuẽdo, inquantum homo, fuit ſimul correſpõdens exemplum pœnitentiæ ipſius culpæ, homini, in ſuam ſaluationem, inquantum Deus. Videlicet, omnis homo, ſecundum ſtatus ſui gradum, & peccatorum commiſſorum grauitatem, pœnitenter operando: & per hanc ſalutiferam viam correſpondentis crucis, ſpiritualis & corporalis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ordinem, ſuæ dilectæ ſponſæ, ſolitarũ abſtinentiarũ, & quadrageſimalium ieiuniorum, vt dictum eſt, vigilias & orationes, obedienter obſeruando: & ſimul ducẽ ſuum Chriſtum, viua fidẽ ſequendo & imitando. *Dicebat autem ad omnes:* (per ſanctum Lucam) *Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me.* Per quam viam ſolùm, ipſa naturæ humanæ vmbra, per interpoſitum impedimentum ſuperbiæ & tenebrarum ignorantię peccati, euanida: (voleus homo eſſe, qui non eſt, ita, quòd Deus non fit, qui ſolus eſt, in eo quod pro humana ſalute ordinauit) & ad non eſſe ſuum reducta: in merito infinito huius alterius interpoſiti medij illuminantis exempli, & veræ lucis & eſſe Dei & hominis ſimul, denouo ſeipſam cognoſcendo, ipſum imitando, ad eſſe gratiæ reuocatur. Angelus, non habens ſimile impedimentum fragilitatis alicuius, in peccando, & Deum offendendo, niſi ſuam propriam inflationem & malitiam; tàm impœnitens, quàm immutabilis in ſua ſapientia manens: inuentus eſt tàm inexcuſabilis, quàm ineptus ad reſtaurationem ſuam. Vltra quòd, cùm eſſet creator, & creatura angelica, Spiritus: non poterat Verbum, vt ſpiritus, æternum, & impaſſibile, vt Pater, dare angelo, imitans operantis pœnitentię exemplum, in ſaluationem: niſi homini: ſe hominem paſſibilem faciendo, & patiendo pro hominis redemptione. cui, vt excuſabili & apto, (cum maiore fragilitate, & tenebris originalis ignorantiæ peccati, remanenti, & mediante ipſa luce & gratia, ad originalem ſuiipſius cognitionem redeunti, nouiter obedienti, & in pœnitentia operãti) in ſaluationem, angelo, vt inexcuſabili, vt dictum eſt, & inepto: in confuſionem. Quæ ſuiipſius cognitio, eſt in hominis conſeruationẽ, ante peccatum, vt dictum eſt: & in ſuam recuperationem, (ipſa mediante gratia) per operantis pœnitentiæ viam, poſt peccatum. Quando creator Deus, ædificatam coſtam ſuam in mulierem, Adæ portauit: cum illa luce, qua dixit, *Hoc nunc, os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt*: dixit etiam in ſuiipſius cognitione, hæc terra, de terra mea: quia hic homo, de terra, terrenus, quoniam de terra ſumptus eſt. Et quando, cum eum in eſſe ætatis perfectæ creaſſet, *poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur*, (vt dicit) *& cuſtodiret illum*: id eſt, cum pacto expreſſo tàm perpetuæ, quàm voluntariæ obedientiæ corporalis, & ſpiritualis ſimul: de arbore prohibita non comedendo: (ſicut dicit, *Præcepitque ei, dicens: Ex omni ligno paradiſi comede: De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris*) in quo conſiſtebat ipſa ſpiritualis cuſtodia, & corporale opus, in ſuam conſeruationem: in ipſomet ſui ipſius cognitionis fundamento, tanti beneficij & doni gratus, ſub tam iuſto debitæ obedientię pacto, ipſi donato, cum integra ſuiipſius reſignatione, tàm voluntariè votum & promiſſum Deo fecit de ipſo obſeruando, quàm de ſeipſo ſincerè amando; nullam repugnantiam habuit. ſub quo pacto, procul dubio intelligitur intraſſe in ipſam poſſeſſionem, & ab homine acceptatum eſſe. per quam perfectæ vnionis viam, ſeipſum, in vna voluntate, cum ipſo Deo ſacrificans: cum ipſius terreſtris paradiſi poſſeſſione, ipſum eſſe perpetuæ vitæ, in occaſionem acquiſitionis

Luc. 9.

Gen 3.

stitionis cœlestis, in gloria & vita æterna, ei communicatum erat. Vnde, mysteriosa creatoris verba fundantur, post pacti transgressionem, dicentis: *Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.* Genes. 3. *& emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram de, qua sumptus est.* & cætera. Qua ratione, post pacti obedientiæ trangressionem, de arbore prohibita comedendo, & etiam de ligno vitæ manducando, viuet in æternum? Ratione & virtute immutabilis promissi, & voti quod Deo fecit ipsum obseruandi, perpetuò: cum potestate diuina, in libero arbitrio homini data, in æterni sacerdotis imaginem, vt dictum est, sacrificanter seipsum: & donatorem Deum, ex toto corde & mente sua, offerenti: solemniter facti. Quia, quamuis cecidit, de arbore prohibita comedendo: ratione quòd vt fragilis, non se obligare poterat ad non cadendum: semper quòd per pœnitentiæ viam, ad suam debitam perpetuæ obedientiæ obseruationem reuertebatur, in virtute ipsius voti, & totalis suijpsius resignationis, correspondentem perpetuæ vitæ mercedem consequi poterat, quæ per medium alterius arboris vitalis ei cõmunicata erat. Et hoc, à sequentibus verbis colligitur, dicentibus: *Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.* & cætera. *Et sumat etiam de ligno vitæ.* Quia respectu illius fragilitatis humanæ, quamuis de mortifera arbore prohibita comedisset: respectu tamen immortalis Dei, cui se ex toto corde amando, perpetuò obligauerat, breuiter offensæ suæ pœnitens, ipsum etiam antidotum accipere poterat, (sicut dicit, *Et sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum*) in suam recuperationem. Sed quia huic, data ipsius immutabilis Dei sententia repugnabat: eum extra paradisum ejicientis, illi ablata fuit ipsa occasio, secundum iustitiam diuinam: in collocato Cherubim ante paradisum voluptatis, & flammeo gladio atque versatili ad custodiendam viam ligni vitæ, significatam: relinquentis ei consequentem sui remedij occasionem, per pœnitentiæ viam: à boni perditi, & mali acquisiti consideratione, causatæ. Hoc votum perpetuæ obedientiæ primi Adæ, & primi sacerdotis in terra, in cuius virtute, se ipsum, & res omnes, quibus, per hanc viam, ipse benè vsus erat, & cum vniuscuiusque proprietatis intelligentia, nominatas, suo creatori Deo offerebat, in secundo Adam Christo, inquantum homine, & æterno sacerdote, inquantum Deo, in baptismo renouatum fuit: & in merito & virtute sua, in suis fidelibus, per medium ipsius sancti baptismatis: in quo, cum hoc originali obedientiæ pacto, in diuinæ legis, & euangelicæ obseruatione, homini, verus paradisus vitæ & gloriæ æternæ, promittitur: à primo, per peccati inobedientiam, perditus, & ab ipso secundo Adam Christo, per eandemmet viam, & similiter in sancto suo baptismate, permanenter humiliato, & facto obediente vsque ad mortem, vt scriptum est, & efficienter moriente, nobis acquisitus. Vnde, ad diffidentiam primi sacerdotis in terra, & impermanentiæ suæ, sicut dicit, *Pœnituit eum quòd hominem fecisset in terra*, dicit de secundo sacerdote, & secundo Adam Christo, inquantum homine: *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Qua ratione, in æternum, inquantum homine? Ratione voti obedientiæ per ipsum facti, in æternum: ad differentiam perpetui voti peccabilis primi, puri hominis, impermanentiæ suæ: vt impeccabilis in æternum, cum esset simul Deus. Sicut dicit: *Humilia-* Phil. 2.

Phil. 2. Gen. 6. Psal. 109.

semetipsum, factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. & cæt. Semetipsum. Videlicet: Non per dominationem intra, inquantum Deus: quia non esset perfectum votum obedientiæ, & sacrificij: sed semetipsum, cum libera voluntate humana, seipsum ipsi morti, obedientialiter obligando, inquantum homo: sicut
Isa.53. scriptum est, *Oblatus est quia ipse voluit*: cum igne charitatis diuinæ, inquantum Deus, formaliter offerendo, in hominis redemptionem. Sicut dicit, Factus obediens. Hoc est, factus alius quàm prius erat. Videlicet: ratione voti: ex homine libero, obligatus homo factus. Sicut dicit, Factus obediens vsque ad mortem. Et hoc, non quando ipsum Verbum diuinum, in virginali ventre homo factum fuit: quia Spiritus sanctus, per sanctum Ioannem, non dicit, *Et homo obediens factus est*: Sed tantùm, Et homo factus est: ideſt, omni libertate humana adornatus: effectui ipsius voti, & resignationis sui ipsius, in voluntate diuina, necessaria. Nec solùm obediens factus fuit, quando in horto orando, in paterni honoris zelo, suorum opprobriorum calicē, & non desideratæ & professæ mortis, quod ei ablatum fuisset, postulando, dixit Patri, *Fiat voluntas tua*. Sed primùm & principaliter in baptismo obediens factus fuit, quādo ad ætatem virilem progressus, à suo præcursore est baptizatus: quod apertè
Luc.12. ab ipso significatum est, dicente: *Baptismo autem habeo baptizari: & quomodo coarctor, vsque dum perficiatur?* quia voti sui baptismalis perfectio, per aquam, erat consummatio per sanguinem ipsius professæ mortis obedientialis, (sicut dicit, Factus obediens vsque ad mortem) in peccati redemptionem: in ipsa aqua, simul cum ipsa mortalis ipsius culpæ pœna, & consequente gratia, ab ipso moriente Christo, per ipsam viam acquisita, significatum. conformiter per Dauid, prophetatum: in ipsius patientis saluatoris persona, dicentem: *Quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam*. Sicut declaratum est. in qua ætate perfecta, in qua fuit Christus secundus Adam baptizatus, primus à Deo creatus fuit: & similiter, cum omni libertate, à seipso ipsi propositæ legi & obedientiæ pacto, in illo statu, liber omni contraria repugnantia spirituali & corporali, vt dictum est, sincerè amando, fuit ex toto corde, & toraliter obligatus. In quo mysterio renouati voti obedientiæ, à Christo, secundo Adam, in baptismate, non fuit vsque tunc mundo manifestatus. Sicut subiungit dicendo: *Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta*: Luc.3. *vt putabatur, filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat*, &cætera. *qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei*. vtrumque Adam commemorando: & in specificata secundi, ætate, & baptismali obedientia professa, esse ætatis primi, & voti similis propositæ obedientiæ, significando. Et hoc in mysterio baptizanti Ioanni dixit, *qui prohibebat eum*: (vt scriptum) *dicens, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Sine modò. Sic enim*
Matth.3. *decet nos implere omnem iustitiam*. Videlicet, ratione ipsius renouationis voti originalis, in baptismate: tàm in ipso baptizato Christo, nouo Adam, & nouo sponso, quàm in baptizata Ecclesia sua fideli sponsa: in suam iustificationem, (sicut dicit, omnem iustitiam). & effectum sponsalitij per gratiam, simul cum ipso sponso, & iustificante Christo, facto obediente vsque ad mortem, in peccati redemptionem, similiter per medium pœnitentiæ ipsius vniuersalis culpæ, nouo fidelis obedientiæ voto & promisso, concurrente, quod aliter effectum nō esset: neque ipsum præmium cōsequi posset, quod nouiter per gratiam, ei in baptismo promittitur, noui ingressus & possessionis paradisi cœlestis, in gloria & vita æterna, resuscitanti: in qua.

occasione futuri præmij, paradisi cœlestis, respectu ad facile esse hominis, per innocentiam fuit à principio ipsa natura humana, à Deo, in terrestri paradiso posita cum ipso pacto & conditione tàm voluntariæ, quàm perpetuæ obedientiæ: quod sine repugnantia aliqua, facilè promisit, vt dictũ est, & toto corde amando & obediendo. Quia, res distinctæ sunt, promissum & votum sponsi obedientiæ, in diuinæ legis complementum, & mortis sententiam, naturæ humanæ per peccatum datam, ipsi mortali pœnæ, vt mortalis, se voluntariè obligando, in ipsius culpæ redemptionem: & promissum & votum sponsæ, nouæ obedientiæ, quod fideliter in baptismo promittit: per pœnitentiæ viam: (vnde Baptismus pœnitentiæ) res sponsi impossibilis, vt innocenti: & ipsi peccanti sponsæ conueniens. Vnde hoc in mysterio, Christus non baptizabat: sed Ioannes baptizabat; & suos discipulos baptizare faciebat: quia erat etiam ipse baptizandus, & cum sponsa, quæuis distincte, sub eodemmet iugo & obedientiæ voto concursurus erat.

Sicut scriptum est. *Vt ergo cognouit Iesus quia audierunt Pharisæi quod Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quàm Ioannes, (quanquam Iesus nõ baptizaret, sed discipuli eius) reliquit Iudæam.* &c. Ioann. 4.

Non baptizabat Dominus: quia ipse pœnitentiæ actus, qui ad sponsam pertinet, in peccati confessionem, in ipsa aqua, vt dictum est, significatus, liberè & sponte faciendus est: cum voluntaria obligatione & voto obedientiæ, vt dictum est, ad ipsius sponsalitij consummationem, per gratiam, in ipsius culpæ remissione necessariam, simul cum ipso obligato sponso, concurrendo. Et hac in ratione & mysterio, statim cum Dominus baptizatus fuit, non per extraordinarium auxilium, & potentiam diuinam, inquantum Deus, baptizando: sed ad hoc se humiliando, cum pœnitentialis exempli operibus, inquantum homo, ieiunando, & permittendo se variè à Diabolo tentari, & famem patiendo, cùm de inimico tentatore partam victoriam, in ipsa effectuum pœnitentiæ occasione, pro exemplo nostro consecuta, fuit ipsa pœnitentia, ab ipso vniuersaliter prædicata: & consequenter ipsa doctrina, cum lenitate Spiritus charitatis diuinæ, à quo in desertum ductus fuit, sacro eius ore, prædicata. Sicut post conclusionem; *Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei:* Statim adiungit dicendo: *Cum autem audisset Iesus quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam: & relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in Capharnaum maritima,* &cætera. *Exinde cepit Iesum prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum.* &c. Quare exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite? Quia audiuit (hoc est illud quod ipse iam sciebat) quod Ioannes (vt dicit) traditus esset, secessit in Galilæam: vt simul cum baptismo, sua prædicatio & pœnitentiæ exemplum, vt res maximi ponderis, perpetuò continuaretur. quod similiter fecit, ab ipso Ioanne baptizari volens, quando omnis populus ad ipsum veniebat, vt ab ipso baptizaretur. Sicut scriptum est: *Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & orante, apertum est cælum.* &cætera. & similiter, baptismo statim ieiunium adiungere voluit, & tentari, vt dictum est, pro exemplo nostro: vt sciat vnusquisque, quòd non quia in baptismo receperit vniuersalem peccatorum commissorum mundationẽ, cessandum sit, sed quod primùm peccabilis sit, & magis obligatus ad faciẽdũ similia opera pœnitẽtię nouorũ peccatorum commissorum: & pro sua cõseruatione: vt magis fragilis, quàm nõ erat primus tentatus Adam, & magis inimici tentationibus suppositus. quia nõ prætẽdit dæmonũ in præsẽti nobis perdere vitã perpe- Mat. 4.

perpetuã in terra,& paradisũ terrestrem:de quo omni modo,per peccatum eiecti sumus, ad mortalem ipsius delicti pœnam communiter obligati: sed vitam æternam in futuro,&paradisum cœlestem, & æternæ gloriæ regnum, quod per medium ipsius actus pœnitentiæ baptismalis,in nouũ sponsalitium per gratiam,& renouationẽ voti originalis obedientiæ, nobis promissum est.Sicut dicit:*Pœnitentiam agite:appropinquauit enim regnum cælorum.* in qua occasione futuri paradisi & regni cœlestis,Deus,hominem à principio posuit,in terrẽstri: & per eandemmet viam abstinentiæ corporalis adiunctæ,obedientem, & de arbore scientiæ boni & mali non comedentem, (ipsum Verbum incarnatum significãtem, cui ipse superbus inimicus tentator se æquiparare voluit)ipsa vita perpetua,in æternæ occasionẽ, ei cõmunicata erat:in altera arbore vitæ,testificata. & hanc vitam æternam,paradisum &regnum cæleste,nobis Christus in baptismo promittit, & Ecclesia sua apostolica,per ordinem suum,in nomine ipsius trini & vnius Dei,per pœnitentiæ viam : ab ipso proprio,cum operibus pœnitentialibus præcedentis ieiunij quadragesimalis, pro impedimento detẽtionis fut præcursoris,exemplariter& vniuersaliter prædicatæ.Cui vniuersali saluatori,secundo Adæ,cùm esset ipse figuratũ lignum scientiæ boni & mali, inquantum homo,malum pœnæ mortalis peccati innocenter patiendo, & simul, inquantum Deus ipsam offensam,& bonum perditum Deum,in totalem ipsius culpæ redemptionem,integrè exaggerando,ei via impedita non fuit inquantum homini, comedendi perpetuò de altera arbore vitæ, ipsam vitam Deum,& æternitatem suam,perpetuò homini communicatam,significante: cum sit quod & in vita & in morte, anima sua sanctissima, quamuis cum amarore afflictionum spiritualium,ipsam mortem, vt dictum est,in peccati redemptionem desiderando,(nisi cum aliquando,cum accidẽtali spiritus exultatione, vt scriptum est, interruptum erat) visione diuina priuata non fuit: quantum in corpore mortali possibili erat. imò,ratione ipsius indiuisibilis vnionis Dei & hominis simul, tertia die,cum ipsius mortis victoria, in sua propria virtute & potentia resurgendo,fuit per ipsũ aperta via suis credẽtibus, figurati paradisi cœlestis, & ligni vitæ & gloriæ æternæ Dei: & ipsa fidelis sponsa natura humana,in ipsa possessione, cum arrha futuri sponsalitij, per gloriam resurgẽdo,redintegrata.Hoc est,cum noua obedientia,& voti originalis renouatione, in baptismo,vt dictum est,simul cum suo spõso concurrendo.Qua in ratione,& certissima veritate, omnis fidelis scire debet, quòd respectu ipsius finis principalis futuri sponsalitij per gloriam,& perfectæ vnionis in carne vna cum suo sponso Christo resuscitando: Quotiescunque post baptismum,nouum peccati mortalis adulterium cõmittit,de ipso cælesti paradiso & possessione eiectus est,sicut primus homo, de terrestri,& de cælesti simul eiectus fuit:& ad correspondentem inferni & mortis pœnam,restat in æternum condemnatus. neque aliud habet remedium, quàm illud pœnitentiæ:nouiter ad obseruationem sui voti et promissi obedientiæ, in baptismo Deo facti,redeundo.Vnde intrat,*Qui crediderit & baptizatus fuerit,saluus erit:qui verò non crediderit,condemnabitur.* Qua ratione, Qui verò non crediderit,condemnabitur: cum baptizatus non sit, neque per nouum ipsius obedientiæ votum obligatus? Ratione voti originalis,quo, primus Adam seipsum & suam generationem obligauit:ipsa natura humana libera manente,ad volendum,aut non volendum ipsum obseruare : secundùm legem diuinam fideliter ,aut adulterè viuendo.Vnde Sapientia : *Filij autem adulterorum in consummatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur.* Id est, de ipsis pri- *Luc.10.* *Sap.3.*

mis adulteris & contaminato eorum semine humano, loquendo. *Quia omnes adulteri sunt:* (per Ieremiam) *& cœtus præuaricatorum.* Ezac. 13. Et per Ezechielem, de ipsa adulterante natura humana post peccatum: *Et dixi ei quæ attrita est in adulteriis.* &c. Et per sanctum Iacobum, de alijs adulteris post ipsius culpæ redemptionem, per nouam renouationem voti originalis obedientiæ, in baptismo simul cum ipso baptizato sponso concurrentibus, superbum Sathanam, huius mundi principem, & suas pompas abnegantibus: dicentem: *Adulteri, nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Dei? Quicunque ergo voluerit amicus esse seculi huius inimicus Dei constituitur.*

CAP. VI.

Gen. 3. *NVnc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis.* &c. Qua ratione & via post peccatum, de ligno vitæ comedendo, homo in æternum viuere poterat? Ratione præcedentis voti obedientiæ: & per pœnitentiæ viam. Alia non est ratio. Quia non supererat homini res vlla, quæ eũ nouiter obligare posset, cum totaliter esset spiritualiter & corporaliter obligatus: neque etiam res propria quæ eum ex ratione hac in parte impediret; (non potens vt fragilis, votum & promissum Deo facere non peccandi) cum prompto animo, pœnitenter, ad debitam obedientiam, redeuntem: nisi sententia data, *Morte morieris*, & præcedens expressum obedientiæ pactum, cum quo homo, ab ipso legislatore, & immutabili Deo, in paradiso terrestri positus fuit, & ab ipso homine, sub ipsa pœna, liberè & voluntariè acceptato. quæ sententia, non fundatur in tam præuisa, quàm fragili carnis transgressione, comedendo: vt irrationalis, secundum votum, non totaliter obligatæ: & consequenter, ad primam suam abstinentiam, redeuntis, per ipsam vitalis cibi viam, restauratæ: Vnde dicitur: *Nunc autem ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum:* &c. sed in spiritus malitia fundatur, superbè comedendo, volens esse vt Deus, secundùm falsam dæmonij propositionem, *Et eritis sicut dij*, sui peccati principium: seipsum non cognoscendo, & superbè ipsi verbo incarnato, cui obedire propositum fuit, se æquiparando. In præcedentibus Dei verbis significatum, non per inutilem derisionem, sed per medicinalem reprehensionem, ipsi primo peccatori in terra, & primo pœnitenti, dictis: *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum:* quod non homini, sed ipsi vero Deo & vero homini, in ipso ligno scientiæ boni & mali, significato, reseruatum erat. Et hac in ratione superbæ præsumptionis, *Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram de qua sumptus est.* &c. Quia, *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est,* (ecce causam) *scient bonum & malum.* Quasi vnus ex nobis factus est. Videlicet, Verbum, secunda persona, quæ se incarnaturam erat. quasi diceret cum superbo tentatore: *Ascendam super altitudinem nubium,* Isa. 14. *similis ero Altissimo.* Id est, Altissimo Verbo incarnato. Qua ratione, Vt operaretur terrã de qua sumptus est: in vniuersali, & non terram propriam, suiipsius in particulari, vt primùm dicit, eum ponendo in paradiso delitiarum, Vt operaretur, & custodiret illum? Quia homo vniuersaliter ipsi communi morti obligatus, nullã operationem corporalem, & custodiam spiritualẽ, pœnitenter operando, efficere poterat iustificationem suam ad vitam æternam, donec venit figurata & vera arbor scientiæ boni & mali Christus, per quẽ, vt dictum est, morientem, et resurgentem; in hominis redẽptionẽ, naturę humanę via aperta fuit, pœnitentiam operandi, ad vitam æternã: omnibusq; iustorũ operib⁹ et sacrificijs, ex innocẽte morte Christi valor datus est. Vnde cũ non haberet homo in seipso rẽ dignã oblatione, neque rẽ quę eum nouiter obligare posset: hostia et sacrificiũ rationale in terra cessauit: et in locum eius, in figu-

ra

ta, irrationalis hostia introducta fuit, ad agnum immaculatum reducta: ipsam iustificatam iustorum ecclesiam, & iustificantem agnum Christum in suo innocente sanguine, significans. in merito ipsius secundi
Gal. 4. Adæ, *Facti ex muliere,* (vt scriptum est) *facti sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret,* &c. per pœnitentiæ viam, vt dictum est, & originalis voti obedientiæ renouationem, in baptismo, (sicut dicit, *Vt eos qui sub lege erant redimeret. Sub lege.* hoc est, in ipsius voti originalis virtute) fideliter credendo & operando, effectum. Vnde sequuntur sua mysteriosa
Ioan. 10. verba, *Propterea diligit me Pater: quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam. Nemo tollit eã à me: sed ego pono eam à meipso. potestatem habeo ponendi eam: & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi à patre meo.* &c. Quare, Quia ego pono animam meam, vt iterũ sumam eam, propterea me diligit Pater? Quia potestatem habeo ponendi eam: Id est, inquantum homo: quod primus Adam non habebat, neque ipsa generatio humana, post peccatum: (sicut primùm habebat) ipsi morti, & ipsius culpæ pœnæ obligata. *Et potestatem habeo iterum sumendi eam:* inquantum Deus: resurgendo. Et in hoc me diligit Pater: quia nemo tollit eam à me: cum sim non de virili semine, in peccato originali, sed ex muliere factus: & de Spiritu sancto conceptus: & postea factus sub lege per baptismum, vt dictum est, & voti originalis obedientiæ renouationẽ: Id est, Factus obediens vsque ad mortem, & mortalis legis
Phil. 2. pœnæ: solutionem, sicut dicit: *Factus sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret.* Videlicet: Vt eos qui sub legis obseruationis voto erant, per quã viam operis & custodiæ perpetui paradisi & vitæ, obediendo, primus Adam, seipsum & generationem suam obligauit: per eandẽ viã & promissionẽ in baptismo, redimeret: nouiter obediendo, & pœniten
Gen. 3. ter operando. Huc facit illud, *Sub arbore malo suscitauite: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.* &c. Quomodo, sub arbore malo suscitauite? Quia factus sub lege, *In quocunque die comederis ex eo, morte morieris*: videlicet. Factus obediens vsque ad mortem, vt dictum est, & ad solutionem mortalis pœnæ transgressionis ipsius legis, voluntarie obligatus: vt eos qui sub lege erant redimeret: (vt dicit) efficienter moriendo, & tertia die gloriosè resurgendo. sicut dicit, suscitaui te: cum ipsa resuscitata natura humana, inquantum Deus & homo simul, loquendo. Quia potestatem habeo ponendi animam meam. id est, inquantum homo, non de virili semine, vt dictum est: sed ex muliere, de Spiritu sancto conceptus. & hac in ratione, potestatem habeo ponendi eam: quod homo non habebat, post peccatum, vt subiectus, & ipsi morti obligatus. Ideo dicitur, *Ibi corrupta est mater tua ibi violata est genitrix tua:* de ipsa matre viuentium prima Eua, & primis parentibus transgressoribus, loquendo. & potestatem habeo iterũ sumendi eã: Id est, inquantum quòd simul Deus erat: cui naturæ diuinæ, ipse resurrectionis effectus (sicut dicit, suscitaui te) attribuitur. *Pone me vt signaculum super cor tuum,*
Cant. 8. *vt signaculum super brachium tuum.* Hoc est, cum ipsa vniuersali sponsa humana loquendo: per trãsgressionis legis adulterium, mortua: & per eãdẽ met viã renouatæ obediẽtiæ in baptismo, pœnitenter cũ ipso sponso & redẽptore Christo concurrendo, per gratiã, ad gloriam & vitã æternã resuscitata sicut dicit, *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt sig*
Deu. 6. *naculũ super brachium tuum.* Id est, *Et mihi quæ verba hæc* (alio in loco) *quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo.* &c. *Et ligabis ea quasi signũ in manu tua.* id est, in omni operatione tua: de ipsa lege loquendo: nouiter in baptismo, & cũ nouo promisso & voto debitæ Deo obedientiæ, renouata. quia *fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio.* Videlicet, ipsius legis formam, in dilectione fundatam, & æmulantem causam superbæ suæ originalis trãsgressionis, (sicut dicit, *Et erunt sicut dij*) significando: per pœnitentiæ viam, & non aliter, & antidotum humilis cognitionis pro-

proprij non esse, in merito & virtute humiliati Christi Dei & hominis, qui solus est, nouiter obediendo, & ad vitæ æternæ fructum, pœnitenter operando, euacuatum.

CAP. VII.

Dan. 4. PEr Nabuchodonosor regis Babyloniæ exemplum, cum bestijs à Deo propter superbiam suam humiliati, hanc nobis Spiritus sanctus veritatem proponit: videlicet, Quantum nobis necessaria sit imitatio hominis Christi, Dei filij, saluatoris nostri per operantis pœnitentiæ viam, vt sit homini in saluationem in ipso qui solus est: & vt contrarium euitetur, non essendi, simul cum ipso, qui non est, superbo monstro Lucifero: cum bestijs connumerati. Sicut ipsi Babyloniæ regi euenit: ab ipso Spiritu sancto declaratum, secundùm sacram scripturam, postquam etiam superbè dicebat; *Nonne hæc est Babylon ciuitas magna quam ego ædificaui in domũ regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cumque sermo adhuc esset in ore regis, vox de cœlo ruit, Tibi dicitur Nabuchodonosor rex. Regnum tuum transibit à te, & ab hominibus ejicient te, & cum bestijs & feris erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te: donec scias quod dominetur excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit det illud. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, & ex hominibus abiectus est, & fœnum vt bos comedit, & rore cœli corpus eius infectum est: donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & vngues eius quasi auium.* &c. Et similiter, in ipso Nabuchodonosor Babyloniæ rege: & in Balthasare, filio & successore eius, nobis Spiritus sanctus duo varia exempla, & diuersos fines proponit, inquantum ad partem electam, & reprobatam: in vniuersali, pœnitentes, & impœnitentes, comprehendendo. Qui rex Nabuchodonosor, inquantum ad partem electam, cum ad extremum non esse, cum Lucifero, vt dictum est, peruenisset, per viam huius primi & maioris peccati superbiæ, contra ipsum qui solus est, excelsum Deum: solùm per contrariam viam suæ notabilis humiliationis, et occasionis simul correspondẽtis pœnitentiæ suæ culpæ, ab ipso misericorde Deo, grauis sui delicti veniam obtinuit. & hoc, spiritualiter, et corporaliter patiẽdo, vt de ipso scriptum est. quia vnum, sine alio non fit: quia cum spiritus afflictione, si ipsa vera afflictio est, passio eorporis semper concurrit. ideoque, ad necessarium supplementum ipsa caro castigatur, vt spiritus ad pœnitentiam excitetur: in integrum confessionale peccati testimonium, integrè patiendo: in quod, vtraque pars concurrit: originali obedientiæ spiritualis, et abstinentiæ corporalis, de arbore prohibita non comedens, correspondendo. Et hoc vult dicere, quòd ipsæ plagæ duraturæ erant, donec septem tempora mutentur super eum, id est, tam necessarium, quàm commune pati spirituale, et corporale, in totius hominis saluationem. in ipso hebdomadali numero significatum: inquantum ad tres animæ potentias, et quatuor corporis elementa, ex quibus ipse homo consistit: cum fit de nouo per gratiam regeneratus: Quia: Sicut in principio, fuit homo à Deo, inquantum ad tres personas diuinas, et quatuor ipsius Dei attributa, in ipsis tribus potentijs, vt dictum est, et quatuor elementis significatus, ad imaginem et similitudinem suam hebdomadaliter creatus: sic, per medium hebdomadalium sacramentorum, in Christo, tàm virtualium, quàm in ipso Deo et homine indiuisibilium, spiritualiter, et corporaliter in peccatorum remissionem patiente, per gratiam, sicut per gloriam ad vitam æternam resuscitando, regeneratus. Et hoc: *Donec scias quòd dominetur excelsus* (vt dicit) *super regnum hominum*, etc. id est, principaliter super ipsum regnum et mundum minorem hominis: et in bonum: et in malum. *Ecce positus est hic in ruinam, & in resurre-* Luc 2.

ditionem multorum. &c. *Donec scias quod dominetur excelsus.* &c. Id est, inquantum ad permanentiam ipsius pœnitentis passionis : in quo notabili ipsius humiliati regis, (sicut dicit, *Eijcient te ab hominibus, & cum bestijs feris erit habitatio tua, & fœnum vt bos comedes, & rore cœli infunderis*: & infrà: *donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & vngues eius quasi auium*) extraordinaria afflictio in pœnitentia sanctorum patrum eremi, & extremum anachoretarum. præfiguratum est: similiter longo temporis spatio seipsos herbis terræ pascentium, ad ipsum extremum nuditatis et monstrositatis redactorum, post aduentum ipsius vigilis & sancti, quod dicit, descendentis de cœlo, Verbi diuini, ad se incarnandum, & pro peccatis patiendum, punctualiter adimpletum. per quam viam necessariæ dispositionis spiritualis & corporalis pati in pœnitentia, magis, aut minus, secúdùm peccati grauedinem, (quæ in ratione ieiunia & abstinentiæ, vt dictum est, applicantur) sensualem & blasphemantem peccati imaginem euacuando, & simul pristinam spiritualem, cum benedictione & laude ipsius offensi Dei recuperando, ad totalem gratiæ ipsarum culparum consecutionem venitur. Sicut significat dicendo. *Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cœlum leuaui, & sensus meus reddit. us est mihi: & Altissimo benedixi, & viuentem in sempiternum laudaui, & glorificaui.* &c. *In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorem regni mei, decorem que peruenit: & figura mea reuersa est ad me.* &c. Et figura mea reuersa est ad me. Hoc est, inquātū ad ipsam pristinam Dei imaginem, ad quā homo creatus fuit: per ipsam pœnitentem viam & dispositionem, illam contrariam peccati, in quam homo peccando transformatus erat, euacuantem, per gratiam et mediantibus hebdomadalibus sacramentis, vt dictum est, recuperatam. Vnde cōsiderandum est: Quod non per voluntariam electionem, quæ non est apud Deum, sed per boniratem diuinā, et dispositionem humanam bonam, et nō malam, per quam viam, vniuscuiusque electio, (aut reprobatio, in illis qui per malā eorum naturam ad malum, et non ad bonum dispositi sunt) causatur: hic rex, quamuis superbus et elatus, cum pius esset, et cōsequenter per naturam docilis, hanc à Deo gratiam habuit, vt ab ipso exemplariter humiliatus esset, et saluus per viam pœnitentiæ. Et hoc à Danielis verbis Nabuchodonosor dictis colligitur, statim quod ei tam asperum et tremendum Dei iudicium pronunciauit, adiungendō; *Quamobrem rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscet delictis tuis.* quod et non dixisset, nisi eum naturâ pium, et ad pietatis opera inclinatum, nō cognouisset. sicut tale consilium, Balthasari regi, successori eius non dedit, (partem reprobatam, vt dictūm est, significanti) quando ei simile iudicium intimauit: qui, non in pœnitentiæ occasionem, ad quam, vt impius, & immisericors, nullam dispositionem habebat, sed in condemnationem fuit in ipso irremissibiliter executus. & similiter, quod è contrario pater pius fuisset, & ad pietatem, magis quàm ad crudelitatem inclinatus, ex verbis & religiosis ordinationibus colligitur; quando pueros in ardentem fornacem mitti iussisset, & eos ab igne innocuos & liberatos videns; non voluit aliud martyriorum genus adiungere, sicut multi reges & tyranni alijs martyribus fecerunt, vltimò, cum essent eorum ordine decollati: sed pœnitens eius quod fecerat, benignè eis vt egrediantur præcipit, & eos piè recipit & honorat: publicè verū Deum liberatorem confitendo, & laudando, sicut scriptum est, *Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit propere, & ait optimatibus suis, Nonne tres viros misimus in medium ignis compeditos? Qui respondentes regi, dixerunt verè* Dan. 3.

rex Respondit rex, & ait, Ecce video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est : & species quarti similis filio Dei. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait, Sidrach, Misach, & Abdenago servi Dei excelsi, egredimini, & venite. (naturalis pietatis actus) Statimque egressi sunt Sidrach, Misach, & Abdenago de medio ignis. Et congregati satrapæ & magistratus, & iudices, & potentes regis, contemplabantur viros illos quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillum capitis eorum non fuisset adustum, etiam saraballa eorum non fuissent immutata, & odor ignis non transisset per eos. Et erumpens Nabuchodonosor, ait, Benedictum Deum eorum, Sidrach, Misach, & Abdenago, qui misit angelum suum, & eruit servos suos, qui crediderunt in eum : & verbum regis immutauerunt, & tradiderunt corpora sua ne seruirent & adorarent omnem Deum, excepto Deo suo. A me ergo positum est hoc decretum (Religiosa ordinatio, in viua fide, & diuino zelo fundata) ut omnis populus, tribus, & lingua quæcunque locuta fuerint blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, dispereat, & domus eius vastetur : neque enim est alius Deus qui possit ita saluare. Tunc rex promouit Sidrach, Misach, & Abdenago in prouincia Babylonis, (gratitudo, ab ipsa naturali pietate, diuina mediante gratia, cum Dei & proximi sui dilectione, secundùm diuinam legem, ostensa) Nabuchodonosor, rex, omnibus populis gentibus, & linguis, qui habitant in vniuerso terra, pax vobis multiplicetur. Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelsus. Placuit ergo mihi prædicare signa eius, quia magna sunt : & mirabilia eius, quia fortia : & regnum eius regnum sempiternum, & potestas eius in generatione & generationem. Vnde, quia naturaliter religiosus & pius erat, consequenter hanc à Deo gratiam habuit, tam particularis admonitionis, per viam tam mysteriosæ visionis & signi: & quod ei à propheta & particulari seruo suo, interpretatum fuisset, cum medicinali consilio operum conformium pietatis, & misericordiæ, (quod, regi Balthazari filio, & successori suo, non fecit, vt dictum est : reprobatam partem significantis : quia ad hoc dispositionem nó habebat, neque erat per naturam, vt pater, ad istam pietatem inclinatus) & hoc, non vt eum ab ipsa iusta peccatorum suorum castigatione liberaret, secundùm suam iustitiam : sed vt ei, cùm tam repentina, quàm irremissibili ipsius flagelli executione, occasionem daret, secundùm suam misericordiam, confectionis veniæ ipsarum culparum, per pœnitentiæ viam : & simul particulare pœnitentiæ exemplum, mundo, & similibus magnis regibus, & imperatoribus mundanis : hanc veritatem testificando, Quòd nemo sine vera pœnitentia, spiritualiter & corporaliter pro peccatis patiendo, saluus esse potest. Hoc inquantum ad prædestinatos. quorum, secundùm narratum huius magni regis exemplum, hoc verum signum est : quando per naturam sunt, & diuina mediante gratia, ad ipsam pietatem & pœnitentiæ opera inclinati : & ab ipsis, similia Dei flagella, humiliter & patienter supportata. Sicut è contrario, eorum qui reprobati sunt : quando, cum liberi sint à similibus calamitatibus & laboribus vsque ad finem : & simul ipsam Christi crucem, & vniuersale pœnitentiæ exemplum nullo modo imitantes, imò per omnem viam, totaliter fugientes : minimum pœnitentiæ signum in eis non cognoscitur : in huius mundi delicijs & voluptatibus, vsque ad finem, sensualiter viuentibus : & simul in nihilo & non esse ipsorum, confusè remanentibus : cum procul dubio sine, vt dicit Dominus, ad ignem & pœnam æternam condemnati. Sicut huius regis filio, & successori eius, regi Balthazari, euenit : de quo nullus pietatis & religionis actus, quem faceret, legitur : sed tantùm illud magnum & prophanum conuiuium, quod fecit optimatibus suis mille : vt scriptum est : & vnus-

Mat. 25.

quisque

quisque secundùm suam habebat ætatem. et cætera. in quo, vt dictum est, impœnitens pars reprobata, significata est, quæ notabilis castigatio, procul dubio etiam euenit, alijs similibus superbis & impœnitentibus mundi: in circunstantibus inuitatis helluantibus, significatis: qui, non *in sanctificationem & honorem*, vt dicit Apostolus: *sed in passionem desiderij, sicut & Gentes quæ ignorant Deum*, similiter, templi Dei vasis malè vtuntur. Hoc est, vasis corporum eorum: in illis de templo Hierusalem asportatis, & abipso rege & principibus suis, prophanatis, significatis. *Præcipit ergo iam temulentus* (dicit scriptura) *vt afferrentur vasa aurea, & argentea quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo quod fuit in Hierusalem: vt biberent in eis rex & optimates eius, vxores eiusque & concubinæ. &c. bibebant vinum, & laudabant deos suos.* Idest, cum veri Dei iniuria, & blasphemia: & cõtra ipsam veram lucem Christum, templum & altare, & sanctificata vasa crucifer orum suorum electorum, in ipsis sanctificatis vasis significatorum, id quod pater eius non fecit, neque vti voluit recenti exemplo notabilis paternæ castigationis, propter suam superbiam, & consequenti ipsius culpæ pœnitentia, in suum remedium. Vnde, iusto Dei iudicio, *In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ.* &c. Videlicet, in exteriori superficie tam prophanæ, quàm sensualis vitæ eorum, ipsi candelabro & illuminanti luci christo crucifixo, (sicut dicit, contra candelabrum) semper contrariæ: vbi perpetuò minimum crucis signum non discernitur, aut compunctio aliqua pœnitentialis in saluatione: nisi mollitiei, & corruptionum fallacium delitiarum huius mundi, in condemnationem: in quibus resoluti: in eorum nihilo remanentes: manent in æternum confusi & condemnati. Et sic huic misero regi Balthasari euenit, qui secundùm suam nocturnam vitam, ipsam nocte occisus fuit: & ipsum iustum Dei iudicium, & sententia data, in præsentia suæ scripta, & à suo propheta lecta & intimata, eademmet nocte maiorum suarum felicitatum & magnitudinum, irremissibiliter executa. sicut dicit, interpretando, & intimando: *Appensus es in statera, & inuentus es minus habens.* adiungendo. *Eadem nocte interfectus est Balthasar rex Chaldæus.* Non sic pœnitenti patri Nabuchodonosor successit, asperè & exemplariter à Deo punito & castigato, vt scriptum est: non ad condemnationem, gratia mediante, sed ad correctionem: quia erat, vt dictum est, secundùm quod actus eius demonstrant, naturaliter religiosus & pius. Vnde, *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Quare? Quia charitas tendit ad pietatem, & pietas ad dilectionem: diuinæ legis formam & fundamentum: in hominis conseruationem factæ & ordinatæ: & ipsi tertiæ personæ & reciproco amori Spiritui sancto à Patre, & Filio procedenti attributæ. Igitur charitas pœnitentiam euacuat? Absit. Imò vbi est vera charitas, ibi vera est pœnitentia. Deus, est immensa bonitas: natura communicabilis. sed non intra communicabilis per viam charitatis, ad pietatem: sed per viam dilectionis & amoris ad vnionem. Et sic intelligitur illud quod ipse æternus amor per sanctum Ioannem dicit: *Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo.* in præcedenti capitulo significatum, incipiente: *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & simus.* in qua dictione, Pater, & hac alia, Deus, dicèdo, Deus charitas est, totã Trinitatẽ comprehendit. Charitas, extrà, ad pietatẽ & dilectionẽ, & verã pœnitẽtiam, cõmunicata. & hoc in ordine & ratione, *vt filij Dei nominemur & simus.* nõ filij Dei per naturam, intra, vt Christus, inquantum Deus: sed extrà, per adoptionem, & gratiam: per pœni-

Dan. 5.

1. Pet. 4.

1. Ioan. 4.

tentiæ viam ipsũ inquãtum hominem imitantes & sequentes: Quia Deus charitas est: non intra, sed extra: inquantum quod charitas, tendit ad pietatem: quæ intra esse nõ potest. Non potest esse charitas sine pietate: nec pietas sine dilectione. Vbi non est dilectio, non potest esse vera pœnitentia: quia deficit charitas, quæ tendit ad pietatem, & pietas ad dilectionem. in quo consistit differentia, quæ est inter charitatẽ, & amorem, vel dilectionem: quæ pietas, si vera est pietas: non potest esse sine pœna & dolore damni facti & offensæ, rei amatæ. Vnde: Vbi est charitas, ibi est pietas, & ibi est dilectio, & vera pœnitentia.

CAP. VIII.

DOminus noster Iesus Christus, de seipso in talentorum parabola loquẽdo, hanc nos veritatem docet. sic dicit. *Sicut enim homo peregrè proficiscẽs, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim. Abijt autem qui quinque talenta acceperat: & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque.* &c. Talenta sunt in generali, Domini talẽta, hominidata: tot sunt, vltra primum suæ creationis, quot sũt occasiones, quæ à principio, vsque ad mundi finem, ipsi homini datæ sunt, faciendi fructus gratos, correspondentes charitati, & amori, (in quo, legis & veræ pœnitentiæ forma & fundamẽtum consistit) ad laudem & gloriam ipsius creatoris Dei, à quo omnia procedunt. Quia, non omnia talenta æterna erunt: ipsorum talentorum fructus & fundamentum est, & in æternum erit. sic nos ipse æternus amor docet, per Apostolum dicendo: *Charitas nunquam excidit: sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur.* &c. ita quòd Dominus de his talentis non tractat dicens: *Tradidit illis bona sua.* Igitur, qualia sunt bona huius hominis Christi, Dei filij? Est humanæ redemptionis pretium, in suo sanguine: omnium talentorũ talentum, in ipsa æterna charitate fundatum, sunt in ipso Christo, in pœna, ipse patiendo: & simul in amore, amando: extra quam viam, nemo saluus esse potest. Et quia fundamentum, & æterna forma ipsius redemptionalis operis crucis Christi, & simul omnium nostrorum superlucrantium operum, est eius æternus amor: ipsius redemptionis lucrum, quod est ipsamet charitas, æternus Deus, sicut dicit: ecce alia quinque, & ecce alia duo: correspondens gloriæ præmium, virtuti amoris vniuscuiusque: cum tractasset per præcedentem de cem virginum parabolam, de ipsius charitatis effectibus, per oleum significatæ, in illis, quæ in hac forma præparatæ, cum sponso ad nuptias intrauerunt, in conclusionem dicendo, *Vigilate vt que: quia nescitis diem neque horam:* consequenter, in illud propositum, hãc aliam de talentis introducit: tractans de exercitio, quod cum omni vigilantia, fideles Dei serui facere debent, in ipsis operibus & fructibus, dignis pœnitentiæ: in ipsorum talentorum lucro, significatis: nescientes (sicut dicit) diem, neque horam. & consequenter, sicut in illa virginum, de fine, & particulari iudicio tractando: ita etiam, cum fine & vniuersali iudicio concludit, in ipsomet proposito dicendo: *cum autem veneris filius hominis in maiestate sua,* &c. tractans similiter, de ipsis operibus, & charitatis effectibus dicendo: *esurui, sitiui: infirmus fui, nudus, in carcere, & mihi ministrastis, venite possidete paratum vobis regnum:* sicut dixit similibus paratis virginibus, dicendo: *intrauerunt cum eo ad nuptias*: & fideli seruo fideliter operanti: intra in gaudium domini tui. Vnde, cum Domini talenta, in sua sancta cruce fundentur, extrà quam salutis viam, nemo saluus esse potest: & ipsorum lucrum, in operatione in ipsis consistendo, sicut dicit: operatus est in eis: id est,

Mat. 25.

Mat. 25.

Mat. 25.

1. Cor. 13.

ideſt, in compatimiſericordi ſuorum fidelium: aut in ſimilib. miſeriis & laboribus, à Domino allegatis: aut ſibi pati eligendo pro amore ſuo, & peccati odium in ſeipſo, (& in proximo ſuo) ſub aliqua cruce, in vita pœnitenti: tunc ille nullam excuſationẽ habebit, qui cum ſit extra ſimiles cruces à Domino allegatas, ex voluntate ſua aliquã mediocrem non accipit: neque per charitatem compunctus eſt, vt velit iuuare ad ferendam grauem & magnam crucem, quã ſuper proximum ſuum videt: quod illi pro Dei amore auxiliando: ſub ipſamet cruce, ſecundùm quod nos ipſa veritas docet, ambo ſalui erunt. quia, dicente Domino, mihi feciſtis: proximi crux, eſt crux Chriſti: & conſequenter intelligere debemus, quòd quando dicit Dominus: *Qui vult poſt me venire, tollat crucem ſuam, & ſequatur me*: & ex ea ratione charitatis, tàm mea eſt crux proximi mei, cum obligatus ſim vt ipſum ad eam ferendam iuuem (cùm ſub aliqua nõ ſim, & tali, quod me ad hoc impediat) quàm eſt Chriſti: qui, ſeipſum in afflicti perſona ponendo, ſic iudicat dicendo: *Mihi, aut non mihi feciſtis.*

Mat. 26.

Mat. 25.

CAP. IX.

ET ſecundùm hanc veritatem, error eſſet dicere, quòd ſingularitas eſt, omnẽ hominem magis velle facere, quàm eũ ſtatus ſuus obligat: ſicut periculoſum, omittere facere in generali, rem aliquam actus pœnitentiæ, illarum quas in particulari, religioſi, in ſacris religionibus profitentur, ſimilium ieiuniorum & abſtinentiarum, et ciliciorum ſuper carnem, vt pro ſingularibus iudicati non ſint. & de hoc multorum ſanctorum exemplum, habemus, à mundi principio, qui religioſi profeſſi nõ fuerũt, & ſub aliqua religione per propria vota ſimilia ligati, & Chriſti crucé, ante, & poſtquam in ipſa paſſus eſſet, amplexi ſunt: mediãte qua gratia & virtute, vt alij religionũ authores, & fũdatores, celebrati ſũt, qui in vniuerſali, ſub ſãcti Auguſtini ordine, & aliorũ ſanctorũ militãt: qui pro ſingularib. reputati eſſe parui penderunt: neque minus intellexerunt, propter hoc cauſam eſſe talium iudiciorum: cum ſit Domini doctrinæ, omnibus vniuerſaliter data. Sicut ſcriptum eſt: *Et conuocata turba cum diſcipulis ſuis, dixit eis, Si quis vult me ſequi, deneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuam, & ſequatur me* quæ vniuſcuiuſque crux intelligenda eſt; non ſolùm ſecundùm vniuſcuiuſque ſtatum, & peccata propria, in particulari: ſed ſecundùm peccata omnium in vniuerſali Quia, vt forma ipſorum operum pœnitentiæ ſit charitas: vt meritoria, & Deo acceptabilia ſint, in generali eſſe debent: meritum, in ſuæ diuinæ legis obſeruatione fundatum: quod eſt ipſemet Deus: propter quod, peccata, in hoc communia ſunt: & ſimiliter communia ipſa pœnitentiæ opera eſſe debent: Intercelſionis & meriti iuſtorum fundamentum. Et hoc eſt myſterium vltimi numeri decem iuſtorum, vltimò, ab Abraham, per gratiam à Deo poſtulari: & ab ipſo iuſto Deo conceſſi, dicentis: *Non delebo propter decẽ.* Ideſt, diuinæ legis obſeruatio: in ipſomet decem præceptorum numero, concenta: nõ ſolùm, in ſumendo crucem propriam, conſiſtens, ſecundùm peccati confeſſionem, peccator: ſed in propriæ iuſtitiæ negatione: iuſtus: per talem viam, ſuper ſe, in operum pœnitentiæ effectu, debitam proximi peccatoris crucem, vt propriam ſuam, accipiendo: legem amandi Deum ſuper omnia: & proximum, ſicut ſeipſum, adimplendo. Et hoc modo facientes, *chriſtum ſequimur*: qui, in hoc ſuam innocentiam negando: omnium hominum crucem, vt propriam accepit, in omnium peccatorum remiſſionẽ. Et hoc dicere vult, dicendo: *Si inuenero Sodomis quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos.* Quod ſicut cor homi-

Mat. 5.

in medio corporis constitutum, (sicut dicit, in medio ciuitatis) cũ virtute vitali reformatũ, alijs mẽbris corporalibus esse donat, per eorum, & totius corporis motũ: sic iustus, à virtute vitali ipsius gratiæ & charitatis diuinæ reformatus, per medium diuinæ legis obseruationis cõmunicatæ: pœnitenter operando, toti Regno. Sicut dicit: *Dimittam omni loco propter eos.* Et in hoc ordine
Gal. 6. Apostolus: *Alter alterius onera portate: & sic adimplebis legem Christi.*

De hoc debito iustitiæ actu, nõ solàm misericordiæ, in felici Simone Cyrenẽsi habemus exẽplũ: ab ipsa ratione & iustitia coacto, ad portãdum super humeros suos, grauẽ Christi crucem: quam, ipse debilis & percussus, in omni illo suæ mortis itinere, sine ipso auxilio, portare non poterat, ipso proximo misericordiæ actu, simul vtente: ipsum ducem nostrum sequente, & imitante: hoc ipse Deus, pro documento nostro permittens: ipsum mũdo exemplum in saluationẽ, reliquit. Et hac in ratione & my-
Luc. 23. sterio, *Et cum ducerent eum*, (vt scriptum est) *apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem venientem de villa: & imposuerunt illi, crucem portare post Iesum.* & conformiter, in eademmet ratione & mysterio, & propter exemplum nostrum, *sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum* (sicut dicit) *quæ plangebant & lamẽtabantur eum*: vnusquisq; ipsam salutiferam crucem, compatienter portando. & hic notabile documentum intrat, ipsiusmet omnis talẽti donatoris, in saluationem: vt sciamus, quomodo in hoc talento occasionis vniuersalis suæ passionis & crucis: & in particulari propriæ proximi nostri, similiter in charitatis lege, propriæ crucis nostræ, in ipsis operaturi sumus, vt ipsũmet lucrũ faciamus, gaudij & gloriæ ipsius Domini, nobis promissum. Sicut dicit, *Conuersus autem ad illas Iesus, dixit: Filiæ Ierusalẽ, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Quoniã ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres qui nõ genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt. Tunc incipiẽt dicere montibus: Cadite super nos: & collibus: Operite nos. Quia si in viridi ligno hæc faciunt: in arido quid fiet?* &c. Nolite flere super me: sed super vos ipsas flete. Ideſt: Quod taliter proximi nostri crucem plancturi sumus: quòd talis pœnæ iudicium, semper, ipsius crucis datori reseruatũ sit. & in tali exemplaris occasionis talẽto, culpas nostras, & filiorũ nostrorũ, propter malũ nostrũ exemplum, præsentes tenentes: & illas accusantes, maiori pœna dignas iudicãres: hac in parte, fletus sit super nos, & super filios nostros, pœnitentes: pro proximi misericordia patiẽtis. Et similiter, in talento occasionis vniuersalis passionis & crucis ipsius innocẽtis agni Christi: quẽ ante oculos semper habere debemus: & simul cum ipso, illud sequẽtis martyrũ exercitus: & multorum aliorum, qui cum essent in incunabulis, aut in eorum puerili simplicitate, nescientes adhuc quid esset peccare: eos longo temporis spatio, sub grauissimis crucibus pati videmus: hoc, Deo permittẽte: vt in ipsis cruciferis & impeccabilibus innocẽtibus, sicut in illa alia multitudine, à crudeli Herode, in eorũ natiuitate occisorũ: ipsius redemptoris innocẽtia, vsque in finẽ iustificata sit: & simul recta sua sententia, contra ipsos morbidos & pigros impœnitẽtes, iustificata. & hac in ratione, Nolite flere super me: sed super vos ipsas flete: considerantes nos, pœnitenter pẽccata nostra plãgentes, quanti mali peccatum causa fuerit. *Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* vt nobis illud non interueniat, quod Dominus simul, obstinatis impœnitentibus prophetauit, dicens. *Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos, & collibus: Operite nos:* cum certi sint æternæ suæ condemnationis: videntes quòd neque etiam ipsi cruciferi: saluos esse securi sint. Vnde suus præcursor, & vniuersalis publicator ipsius salutiferæ pœnitentiæ operantis: ipsis pigris impœnitentibus, minando: *Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à*
Mat. 3. *ventura*

ventarā Ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Et ne velitis dicere contra vos: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. &cætera. De lapidibus istis: Hoc est: non de ipsis lapidibus morbidis & sensualibus ipsorum pigrorum impœnitentium: sed de lapidibus istis: de seipso, & omnibus alijs similibus pœnitentibus loquendo: lapidibus asperis, & duris corporibus, in pœnitentia operā tibus: ex quibus cœlum ædificatur: sicut Spiritus sanctus, per sanctam & apostolicā Romanā Ecclesiam, in ipsius veri templi Dei dedicatione, in illo materiali significati, nos conformiter docet, dicēs: *Tunsionib. prælsuris Expoliti lapides Suis coaptantur locis, Per manus artificis, Disponuntur permansuri Sacris ædificijs.* qua in ratione, *Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Et ne velitis dicere contra vos: Patrem habemus Abraham* &c. Contra vos. Idest, cōtra vos hæreticos principaliter: ipsis pœnitentiæ operibus, ab ipso sancto præcursore ob seruatis & prædicatis, & ab ipso Christo approbatis, cōtradicētes: & simul ipsum innocentē saluatorē, & Ecclesiā suā Apostolicā blasphemantes. *Iam enim securis ad radicē arbo rū posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* &cætera. Iam enim securis ad radicem arborum posita est: Idest, quia tunc iam Verbū incarnatū erat. quo in pūcto, viuorum & mortuorū iudex cōstitutū: positū fuit, sicut in conseruationem, vt securis etiā, aut serra, ad ra dicem ipsarum infructuosarū arborū ipsorum sensualiū impœnitētiū. Sicut per Sanctum Lucam: *Act. 11. Luc. 3.* *Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel.*

CAP. X.

ITaque, in hac naturæ humanæ Arbore, in ipsius Verbi incarnati merito, fe incarnandi ante peccatum: & incarnati & passi inquantū hominis, post peccatū: talēta, & omnia ipsius Saluatoris bona constituunt: quæ ipse fidelibus suis seruis donat, (sicut dicit, *Traditi illis bona sua*) ad negotiādum & acquirendum ipsum redemptionis humanæ pretium. Quia, tām ante peccatū, quām post peccatū, pro ipsius remissione, & vniuersi cōseruatione in diuinæ legis ob seruatione, ipsum Deum amando, & ei obe diēdo: semper fuit instrumentū, & talentū simul, in Christi virtute, ipsamet natura sua rū creaturarum, angelica, & humana, & ideò, de humana tractando: in ipsa suæ salutionis negotiatione, aptatīn ipso Christo homine facto, ad suam recuperationē, per pœnitentiæ viam, sicut declaratum est: cōformiter de illo tractat, ex quo ipsa natura humana consistit: & simul de illo, in quo sua conseruatio, & saluatio consistit: dicendo, quinque talenta, duo, & vnum talentū. Videlicet: quinque talenta: inquantum ad totum hominē simul: corpore & anima cōfistentem. Idest, quatuor talēta: inquātū ad corpus: ex quatuor elementis compositum: in quibus, quatuor ipsius creatoris Dei attributa, significata sunt. vnum talētum: inquātum ad animam, & tres suas potentias, in quibus tres personæ diuinæ significatæ sūt. omnia in ipso numero octauo, (sicut dicit, quinque, duo, & vnum talētum) intellecta. de qua anima rationali, & vnione sua cum ipsa carne, quinque sensus corporales procedunt, et bonus ipsorum vsus, et omnis aliæ actionis, in lucrū ipsius saluationis hominis: qua in ratione, ipsa quinq. talenta donando, omnia donat: et totum hominē: et seipsum Deum: ipsi homini, in libero arbitrio donatum. Duo talenta: inquantum ad duo præcepta amoris Dei, et amoris proximi: in directa diuinæ legis obseruatione: *ex quibus*, (sicut ipse declarat) *vniuersa lex pendet, & prophetæ.* qua in ratione, ipsa duo talenta donando: omnia donat, et concedit. Vnum talentum: inquantum ad vnicum præceptum amoris Dei: et vnicam formam, in ipsius legis obseruatione: ad quod, omnia reducuntur: et similiter cū ipso, omnia donata sūt. Hoc est, ipsa gratia, *Mat. 22.*

et lux,

& lux, pœnitenter & subsequenter illuminando: & ipse homo voluntariè & obediẽter concurrendo. Ita quod, dicendo: *Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnũ, vnicuique secundùm propriam virtutem*: intelligitur, non in diuisione: sed in distinctione. quia, ipsa talenta, & ipsorum vsus, in ipsomet homine consistendo: (sicut declaratũ est) sunt indiuisibilia: sicut ipse homo viuens, indiuisibilis est. bona propria ipsius Christi, Dei filij: in humanitate sua sanctissima consistentia: & per medium ipsius instrumenti humanæ redemptionis, patiendo, nobis acquisita. Sicut à nobis similiter, per ipsum inter medium ipsius indiuisibilis corporis & animæ nostræ, in vita præsenti, extra omnem pigritiam, pœnitenter operantibus, negotiata: in fine postea, mediante ipsa gratia, ipsum lucrum & præmiũ gloriæ & vitæ æternæ reportantibus. Et hoc: vnicuique (sicut dicit) secũdum propriam virtutem. id est, ipsam charitatem: in ipso vno talento, significatam: & in duorũ præceptorum obseruatione, amoris Dei, & amoris proximi, (& totius legis simul) inquantum ad duo talenta, efficienter demõstratam: & totus homo simul, secundùm quinque talenta, in quibus etiam integrè significata est, pœnitenter, spiritualiter, & corporaliter patiendo: & omnia in homine, secundùm propriam virtutem, ad supplementum, distinctè & indiuisibiliter cõcurrentia. ad quod vnum charitatis talentum, vt vnicum: & hac in ratione, ad aliorũ præceptorum differẽtiam, vnicè datum, & omnibus, tacitè concessum: omnia reducũtur. in eius defectu, iustam suam sentẽtiam fundando: (sicut dicit: *Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores. illic erit fletus & stridor dentium*) vnicè & vniuersaliter datam. Sicut dicit: *Venite benedicti*. &, *Discedite à me maledicti*: vniuersaliter loquendo: ipsam iustam causam vsæ, aut denegatæ charitatis, particulariter allegando. Mysteriosè illi pigro dicit, qui ipsum vnicum charitatis talentũ, in terra absconderat: id est, in rebus terrestribus: ipsas, & seipsum, solùm amando. *Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta*. & per Sanctum Lucam. *Auferte ab illo mnam: & date illi qui decem mnas habet*. Quia, cum non tractasset vsque ad hoc iudiciale punctum: de decem talentis: nisi de quinque, duobus, & vno talento, quæ octo faciunt: hoc est mysterium. Quod integra diuinæ legis obseruatio principaliter consistendo, in fideli negotiatione & vlu vnius ipsius talenti charitatis diuinæ: (sicut omnis alia actio humana pietatis aut pœnitẽtiæ: secundum alia talenta, sicut dictũ est) ad quam vniuersalem formam, decem ipsius legis præcepta, reducuntur, in ipso decẽ talentorum numero, nouiter & mysteriosè adducto, significata. Omnem actionem nostram, ad hunc principalem scopum dirigendo: semper quòd in ipsa negotiatione, nostra opera, in ipso firmo fundamento, & vero fidelium operatorum præmiũ, fundata non sunt: nisi in amore proprio, & gloria vana: iusto Dei iudicio nobis dictũ talentum aufertur: Hoc est, ipsemet Deus, infinitum veri gaudij & gloriæ pretium, nobis, ipsius innocentis agni sanguine, acquisitum: & illi solùm datum, qui ipso fideliter negotiatus esset, ipsam diuinam legẽ, in omni actione, ipsa mediante gratia, formaliter obseruando: integrè decem habere videtur. Sicut dicit: *Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta*. Et tunc, in hoc tàm apparenti, quàm vniuersali iudicio: in qua iusta statera, vniuscuiusq; talentum & moneta, pro eo quod est, & valet, iudicabitur: ipsis hypocritis, sicut pigris, hæc gloria & honor auferetur: ab ipsis vsque ad punctum illud iniustè vsurpata: & à mundo cœco & fallaci in suis iudicijs, ipsis dissimulatis & fictis, cœciter attributa: & veris operatoribus, ipsa gratia, & charitatis diuinæ dono abundantibus, restituetur & donabitur. Sicut dicit: *Omni enim habenti, dabitur, & abundabit: ei autem, qui non habet, &*

Mat. 25.

Luc. 19.

quod

quod videtur habere, auferetur ab eo.

CAP. XI.

Et causam specificando (pro nostro documento) cõdemnationis multorum, rectum suum iudicium iustificãdo, notabiliter dicit: *Serue male & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam meam numularijs, & veniens ego recepissem vtique quod meum est cum vsura.* & per sanctum Lucam: *De ore tuo te iudico serue nequam: sciebas, &c. quare non dedisti pecuniam meam ad mensam?* &c. Omnes hominum fidelium status in Christo & vt in ipsis saluandi sint, secundùm quòd nos ipsa veritas docet: suaui sanctæ suæ crucis iugo subiecti sunt, sicut ipse dicit: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Idest, ipsum leue orationum & ieiuniorum pondus, & sacramentorum vsum, libenter portando, secundùm quod sancta Ecclesia Apostolica Romana consuescit & ordinat. Et hoc significat Dominus, discipulis suis dicens: *Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel:* quod secundùm vitam pœnitentem vniuscuiusque: aliquantum correspondentem, & non contradicentẽ crucifixæ ipsorum Apostolorum, impœnitenter viuendo: omnes homines, in ipsis duodecim tribubus comprehensi, iudicabuntur, regula vniuersalis omnibus hominibus, omnis status, & conditionis: Sicut alio in loco declarat, ipsis Apostolis dicendo: *Sicut homo, qui peregrè profectus reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & Ianitori præcepit vt vigilet:* &c. concludendo: *Quod autem vobis dico, omnibus dico: Vigilate.* Domus Domini, sancta Ecclesia est: ianitor, est Petrus: cui dedit ipsas claues domus & regni cœlorum: Quod vobis dico: omnibus dico. Petro, & omnibus ianitoribus summis Pontificibus, eius successoribus, Apostolis, & toti ipsi catholicæ & Apostolicæ ecclesiæ: spirituali, & sęculari, in omni statu & conditione, donec ad iudicandum veniat. Sicut declarat dicendo: Quod vobis dico: omnibus dico. Et si hoc in generali, omnes communiter obligat: quantò magis in particulari Leuiticam tribum hominum spiritualium, & religiosorum? *Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam?* dicit Dominus. & per Sanctum Matthæum. *Oportuit ergo te committere pecuniam meam numularijs.* &c. Quæ est mensa; & qui sunt numularij Domini, quibus ipsa moneta & dona sua reddi debent, quando per nostram pigritiam, & culpabilem ingratitudinem, vacuè à nobis possessa sunt? & in quo ipsa numulatio consistit? Varij sunt Domini numularij: sicut varia sunt ipsa talenta & dona. qui, semper mensam promptam habent, ad ipsam piam restitutionem & numulationem: quæ consistit in permutatione ipsorum operum pœnalium pœnitentiæ, in alia charitatis & misericordiæ opera, erga proximum indigẽtem. Quia: sicut omnia talenta, spiritualia, & corporalia, in ipso homine consistẽtia: in pœnitẽtiali ipsorũ negotiatione, pœnitẽter operante, ad ipsum vnicũ talentum, & superluerantem charitatis diuinæ formam, reducta sunt: sic ipsamet opera pœnitentialia abstinentiæ, & ieiunij, &c. quãdo pro nostra pigritia, & contraria inclinatione, nos ad hoc reducere non possumus: tunc, ad supplementum, in alia charitatis opera, permutanda sunt: (sicut in ipso pœnitentiæ sacramento, sancta Romana Ecclesia consueuit: qui confessores, in hoc particulari permutationis, Christi numularij sunt. *Quæcunque alligaueritis, erunt ligata: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo:* ipse dicit) omnia, ad ipsum vnicum talentum & amoris Dei formam reducendo. quoniam *eleemosyna à morte liberat,* (dicit Spiritus sanctus) *& ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam & vitam*

Mat. 25.
Luc. 19.
Mat. 16.
Mat. 19.
Mat. 13.
Matt. 18.
Tob. 12.

æterna. Et hoc cõsiliũ, vt dictũ est, sãctus Propheta Daniel, impœnitenti & superbo regi Nabuchodonosor dedit: cõsiderando difficultatem horum vitæ commodæ, & delicatæ, in reducendis ijs ad asperam & pœnitentem, quam ipse faciebat, & alij Dei serui, socij eius, in perpetua abstinentia: se aqua & leguminibus sustentantes: dicendo: *Quam obrem rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscat delictis tuis.* & hac in ratione: & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam? Idest: Iam quòd nihil in pœnitentia pati volebas: saltem, hanc permutationem ad supplementum facere debebas: in tot pietatis & misericordiæ opera, erga meos pauperes, quot obligatus eras facere erga te pœnitenter, rigoris & castigationis, pro tuis peccatis. Sicut per sanctum Matthæum in eodem sensu, dicentem: *Oportuit ergò te committere pecuniam meam numularijs, & veniens ego recepissem vtique quod meum est cum vsura.* & cætera. Quod meum est, Videlicet, ipsam charitatem & gratiam illuminantem: in ipso vnoquolibet significatam: & cum libero arbitrio omnibus vniuersaliter gratis datam: in omni operatione humana, præuenienter & subsequenter concurrentem. Itaque, sicut ipsa talenta exteriora varia sunt: ipsis naturalibus, & supernaturalibus, non in generali, sed in particulari adiuncta: & tales recipientes consequenter, ad reddendam de ipsorum negotiatione rationem, particulariter obligati: sic varij sunt numularij: per quos Dominus non vacuè recipit illud quod suum est, Videlicet, ipsum charitatis & gratiæ donum, in ipsiusmet recipientis negotiantis acquisitionem: ipsiusmet donum æternum, Deum æternum, ad gloriam & vitam æternam acquirentis. Numularij etiam sunt, ipsimet bonorum ipsorum possessores: quos, simul cùm donatione, Dominus, suos negotiatores & numularios facit. Sicut dicit: *Negotiamini dum venio.* Luc. 19. Sunt etiam pauperes: quibus Dominus, securitatem in propria sua persona fecit: & similiter schedulas ipsius certissimæ solutionis mercedis & præmij. Sicut dicit, inquantum ad securitatem: *Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Matt. 25. & inquantum ad solutionem, & lucrum: *centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Vnde tu homo, bonorum temporaliumdiues, cognosce, quòd propter tuas occupationes, aut propter malam tuam, ad auaritiam inclinationem, ipsis charitatis distributiuæ operibus nullo modo vacas, respectu receptionis tuæ à Deo, vt obligatus es: ratione volendi principale tuum Saluare: Hoc est, animam tuam, & corpus tuum simul: ipsum talentum, ad mensam dare debes, & ad vniuersales numularios suorum amatorum pauperum. eis quod habes donando: & simul ipsum tàm periculosum laqueum, quàm certam condemnationem tuam, de collo tuo auferendo. aut verè, respectu illius quod possides, particularibus suis negotiatoribus, qui ipsorum curam habent: eos suo alimento proprio non defraudando. qui, manifestè hoc officiũ faciunt: siue vno, siue alio modo: secundùm ipsarum necessitatum varietatem, à Domino allegatarum, dicente: *Esuriui enim: & dedistis mihi manducare*, & cætera. tu scis quot in Ecclesia gazophilacia sint, & vbique sunt homines honorabiles, qui ipsorum pauperum verecundorum, esurientium, & nudorum, curam habent. Infirmus eram: tu scis quot hospitalia sunt: & vbi non sunt: ipse Dominus pro hospitibus prouidet, qui pro te hoc officium facient, proprijs patribus & propinquis: qui eos, si possent, etiam proprio cum sanguine iuuare desiderant. In carcere eram: tu scis quot sanctissimæ & religio-

Dan. 4. Luc. 19. Mat. 25. Mat. 25.

ligiosæ personæ, pauperum carceratorum auxilio vacant: & singullis paschatis diebus, per medium eorum, carcerati liberantur, eorum debita soluentes: & tibi, cum omni satisfactione & claritate, de exitu recepti tui, rationem reddent.

quot etiam de honoratis in Christo confraternitatibus sunt, qui vt veri & fideles numularij, semper mensam paratam habent: & eorum librum similibus charitatis effectibus plenum: eorum sumptus, singulis annis adimplentes: & curantes infirmos: ad quod onus, multa sunt hospitalia: ad pauperes filias orphanas nuptui dandas: ad pauperes in vita vestiendos, & in morte sepeliendos: ad hospitio peregrinos recipiendos: et cum omni charitate cibandos, & pedes lauandos: omnia, eleemosynarum auxilio ipsorum bonorum & fidelium seruorum Domini, hac causa, ab ipso laudatorum: qui, in alijs eorum negotijs occupati, huic magis principali vacant, et maioris obligationis: sicut est, illud Domino reddere, quod proprium suum est: (sicut dicit, quod meum est) per medium ipsorum suorum negotiatorum: vnusquisque ad eorum mensam portãdo, respectu ad bona quæ possidet, de competentibus eleemosynis, in suorum amatorũ pauperum subuentionem. & per hanc regulam, omnia adæquare potes. Tu recepisti à Papa, imperatore, Rege, aut à quauis alia persona, dignitatem, Episcopatum, beneficium, animarum curam, comendam, gubernationem & onus reipublicæ: & tu pauper miserabilis sacrista, qui exigua mercede, loci custodiam habes, in quo sacra reponuntur: & ad obligationem tuam non supples: neq; vllo modo facis negotiationem ipsius talẽti, & monetæ charitatis receptæ, in proximi beneficium, vt obligatus es: nisi in beneficium tuum: & hic tuus finis est: & cum sis Arbor infructuosa, adhuc terram occupas: obligatus es ad restituendum talentum tuum & monetam, ad mẽsam & numularios, vbi eã recepisti: secundùm euãgelicum Domini præceptũ: vt ipsum onus & talentum alij donando, quãdo Dominus ad mundum iudicãdũ veniet, suũ, cũ vsura & lucro tuæ personæ recipiat, ad gloriam & laudẽ sanctissimi sui nominis. Res, inter fideles, omnis qualitatis & gradus, post prædicationem euangelicã fieri consueta: qui, Christi crucem, in religionis ingressu amplectẽtes: Regna reliquerũt, & omnia hæc, tàm ab hominibus mundanis desiderata, quàm pro eorum saluatione periculosa, se ipsos priuantes hac manu, & scandali occasione ipsius potentiæ & authoritatis trãsitoriæ in perditionem: volẽtes potius, debiles & humiles in vitam æternã intrare: quã cum tali impedimento mitti (vt dicit Dominus) in ignem æternum. Tu, religionem ingressus es: fundamentum simul magis securum & firmum faciendo, secundum pœnitentialem, ipsorum talentorum naturalium, & supernaturalium negotiationem, sicut dictum est. magis securum certè: & omni personarum generi, cũ oratione & ieiunio aliquandò pœnitenter operando: sicut per pœnitentem Danielem significatur, de illo altero charitatis distributiuæ talento, tractantem, & ad Nabuchodonosor dicentem: *Forsitan ignoscet delictis tuis.* Forsitan. Ideſt, Non sic, forsitan pœnitenti & Apostolicæ Magdalenæ propriarum lachrymarum amaritudine: & pretioso vnguento, suorum peccatorum remissionem impetranti: *Propter quòd* (sicut dicit) *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Pœnitentiæ lachrymas, & peccatorum dolorem, principaliter, & charitatis distributiuæ vnguẽtum, qui eã in beneficiũ pauperũ facere potest, habere oportet pro peccatorum remissione. in quibus lachrymis, ipse magnus amor principaliter testificatur. quia ipsum charitatis & eleemosynę vnguentum pauperibus, morbidè viuẽdo: essę posset, (sicut dicit, forsitan) te diuite: peccatore non aduertẽte, totaliter in amore proprio fundatum. omnia pro timore

Mat. 18.

Dan. 4.

Luc. 7.

Luc. 13.

& non pro Dei amore effecta. Tu religionem intrasti, vt dictum est, sciens quòd omnes religiones fundatæ sunt, in hac prima & magis secura, talentorum naturalium, & supernaturalium negotiatione, (sicut declaratum est) pœnitenter viuendo, & ipsam Christi crucem, cum effectibus, humiliter amplectendo: Vides quàm remotus es, secundùm tuam contrariam inclinationem, ab ipso pati pro suo amore: in quo, naturale lucrum meriti ipsarũ passionum & crucis Domini consistit: quòd per hanc viam, ipsa talenta omnibus hominibus donãdo: illi solùm ipsummet lucrum faciũt, qui pro suo amore, & peccati confessione, in hoc voluntario pati, quamuis exiguo, fideles sunt: visum per anni tuæ probationis experientiam, quod contrariam tuam naturam superare non potes, obligatus es talentum receptum reddere capitulari tui superioris & religiosorum mensæ (nõ obstante, quòd te ex eorum parte confirmare vellẽt) ne amplius otiosũ sit: aliũ te aptiorẽ in locũ tuũ surrogãdo. O quãti virtuosi, crucis amici, in religiones intrare vellẽt, et locum non inueniũt) & aliter ne facias propter mũdi honorẽ, aut religionis cõmoditatẽ, vt tibi illud nõ eueniat, quod te Dominus admonet, & prædicat dicẽs: *Verumtamen inimicos meos illos qui noluerũt me regnare super se, adducite huc: & interficite ante me.* Antea dicit. *Ciues autem eius oderant eum*: (res naturalis est illorum, qui nimis seipsos amant, & Christum, & crucem suã odio habere: sicut è cõtrario, illi qui seipsos odio habent, & Dominũ, & crucẽ suã amare) *& miserunt legationem post illum, dicentes. Nolumus hunc regnare super nos.* Seraphici sancti Francisci tempore, sic successit. Fuit ille Elias generalis (secũdũ quòd in sancta sua vita legitur) cũ multis alijs fratribus, qui contra ipsum surrexerunt, allegantes quòd regula eius multũ aspera, & importabilis erat: & sicut dicit Dominus, dicebant: *Nolumus hũc regnare super nos*, super hoc, legationem ad summum Põtificem mittendo. Sed Dominus, ad quem principaliter hoc negotiũ pertinebat, orãtes seruo suo fideli, voce clara, & angelica responsi, ita, vt omnes intellexerunt: Quòd omne illud quod hic gloriosus sanctus ordinauerat: à sua sancta voluntate procedebat. quia, omnes sacras religiones, quæ à suo Vicario in terra, sũmo Pontifice approbatæ sunt, Christ' approbat: & ipse est vindex contra illos, qui quouis modo, contra eas loqui audẽt: & sic, per suũ Vicariũ in terra: cuius authoritate, dictam religionẽ stabiliuerat, dictus generalis depositus & castigatus fuit: Hæc contigerunt, viuente sancto Frãcisco. Nũc, quot Eliæ similes, in sacris religionibus fuerũt, (Deo, propter peccata nostra, permittente) & legationes in absẽtia: missæ ab his pigris, inimicis crucis Christi, cõtra ipsum regem gloriæ, & gloriosos sanctos fundatores: cũ notabili dãno ipsius spiritualis & cruciferi gregis sui! & tamẽ, per gratiam suam, ad pristinã formam reductæ sunt. Vnde, frater in Domino, si religionem intrare desideras: fac vt primùm tibi regula ea exhibeatur: & vide, si ipsa in lo Monasterio obseruatur: & sic de teipso deliberationem sume: & aliter ne facias, si tibi tua salus cara est: & teipsum his diabolicis legationibus non misce: neque illis vtere: volẽs propter commodum tuum mutare, quod ordinatum & approbatum fuit: quia vsque ad mundi finẽ erunt, qui in bonum ædificant: & qui in malum destruunt, propter pigram & malam nostram naturam. Et si religionibus sacris, quæ pro fundamento, ipsummet Dei filium Christum, & sanctam suam crucem habent: inimicus suus, aliquando, propter peccata nostra, damnificandi potestatem habet: nolite mirari, filij fideles, si in illis, quæ falsè, religiones appellãtur, sic dominatur: quarum fundatores, sunt ipsimet dæmonij filij: tàm cruci Christi contrariæ, & salutifero pati pro amore suo: quàm nostræ pigræ sensualitati humanæ conformes: lógo tẽporis spa-

Luc. 19.

tio

dio suam cęcitatem & errorē contiuantes: ita vt tam inconuertibiles, quàm veritatis & lucis incapaces sint. Igitur, pro ipsis Dominum precemur: quia omni auxilio indigent: & eo magis, quòd omni auxilio se ipsas priuauerint. cum, ab ipsius sanctæ Ecclesiæ apostolicæ Romanæ gremio & vnione voluntariè separatæ sint. Quod principium hæ hæreses habuerunt? Hoc supradictum. Videlicet. Mittere legationes in absentia, hominibus & principibus mundanis, contra ipsum Christum & Vicarium suum in terra, dicentes: sicut prædixit Dominus, de ipsis particulariter loquendo:

Luc. 19. *Nolumus hunc regnare super nos.* &c. quia austerus & durus est, relinquentes ipsam angustam portam & strictam pœnitentiæ viam, quæ ducit ad vitam: (sicut nos docet Dominus, per quam omnes sancti ambulauerunt) & pauci sunt, qui inueniunt eam: & latam viam sumentes, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eā. Et ideò iustè, cum particulari iudicio, in ipsius tremendi iudicis præsentia, (sicut ipsi in absentia, ei terga vertentes in persona sui Vicarij in terra, & Ecclesiæ catholicæ) in ipsa secunda morte, resurgentes, ipsa vita & gloria æterna priuati erunt, suis fidelibus operatoribus solùm acquisita. sicut declarat dicendo. *Et factum est vt rediret accepto regno: & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam, vt sciret quantum quisque negotiatus esset.* &c. concludendo. Luc. 19. *Verumtamē inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc: & interficite ante me.*

CAP. XII.

O Fratres in Christo carissimi, qui ex tota voluntate, in mortifera pigritia, & otiosa vita vestra iacetis, in fallacibus huius mundi voluptatibus & abundātia consistentes: in quibus, aut facto, aut desiderio, omnem vestram felicitatem & finem fundastis: & omnem vestram industriam ponentes; in omne crucis genus, tam propriam, quàm proximi vestri, sugi- Matt. 23. endo, pro graui & duro hoc suaue Christi iugum condemnatis, fidelis dispensatoris Luc. 19. ipsius inter seruos suos fideles, secundùm Eph. 6. propriam vnius cuiusque virtutem, (sua gratia mediante) in saluationem: non aduertitis, quòd sic faciētes, talentum receptum, in sudario & tela ignea diabolica hæresis reponitis: & in terra amoris proprij inordinati, monetam, & monam redemptionis pretium abscondit is? bona ipsius saluatoris Dei & hominis, in suis passionibus & sanguine consistentia, pro suo amore nobis acquisita: & nobis data, vt in ipsis operemur? (Quia ipse iustus, nō indigebat) in hoc ipsum suauem saluatorem simul cum hæreticis, vt austerum & durum condemnantes? vos ipsos simul, ab apostolico & salutifero commercio, suæ dilectæ & vnicæ sponsæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ, tacitè separantes, quæ, in sanctissima virgine, matre sua significata, sola iuxta crucē, in fide permanens, & in vita pœnitentiæ operans, ipsum sequitur & imitatur? Cum Dominus à Iudæis interrogatus fuisset, quam ob causam, sancti Ioannis & Pharisæorum discipulis ieiunantibus, sui discipuli non ieiunabant, respondit. *Nunquid possunt filij nuptiarum, quamdiu sponsus cum illis est, ieiunare? Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt ieiunare. Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt in illis diebus.* Præsentia sponsi Verbi incarnati, Dei filij: Ioan. 6. vt panis viuus de cœlo descendens, vt ipse dicit, est in omnem satietatem & sustentationem æternæ vitæ, ipsi sponsæ naturæ humanæ: per medium particularium nuptiarum, & sacramentorum, se incarnando, moriendo, & resuscitando, & vniuersaliter, vltimò, in vniuersale sponsalitium, ad gloriam & vitam æternam resuscitando, communicatus. Vnde, hoc mysterium attingens, dixit: *Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt ieiunare.* Videlicet, propter

aliter viuendo,& pœnitenter operando se conseruat. *Si enim secundùm carnem vixeritis:* Rom.8. *moriemini. si autem spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis.* Ita quòd,tantum homo, in spiritu cum ipso Christo viuit , quantum in carne mortificatus,correspondet: non secundùm ipsius spiritus passiones,& afflictiones,& ipsius carnis pœnas,in homine:sed secundùm ipsarum causam,& finem,in ipso Christo.& non secundùm ipsum finem, inquantum ad particularem solùm ,ipsius hominis :nisi inquantum ad vniuersalem ipsius Dei,in millium mundorum auxilium & redemptionem.Quia,qui dixit, *Deus* Ioan. 4. *charitas est:& qui manet in charitate,in Deo manet,* Ioann. 3. *& Deus in eo:*dixit etiam primùm:*Filioli mei, non diligamus verbo,neque lingua :sed opere & veritate.*quæ opera, non secundùm exteriorẽ ipsorum effectuum magnitudinem , æstimantur:sed secundùm interiorem magnitudinem causæ voluntatis,qua fiunt , secundùm quod in charitate operata sunt: in quo ipsorum veritas & perfectio consistit:sicut dicit:*in opere & veritate.* Et secundùm hanc charitatis legem,in veritate fundatam:quæ omnes amplectitur,& neminem excludit:pius Tobias filium suum erudiebat,dicens:*Quomodo potueris, ita esto mi* Tob.4. *fericors.Si multum tibi fuerit , abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit , etiam exiguum libenter impertire stude.* Vnde , si exterior effectus, debitæ charitati interiori , competenter non correspondet: secundùm vniuscuiusque potentiam & substantiam, ipsis necessitatibus succurrendo : non est totaliter veritatis opus,in vera charitate fundatum. & similiter,quando opus, substantiam superasset,cum esset propter vanam gloriam & hypocrisim,effectum. Sicut in pœnalibus pœnitentiæ operibus,& diuersis,corporis & carnis propriæ castigationibus, pro peccatis patiendo: non secundùm ipsorum operum exteriorem magnitudinẽ, quantumuis admirabilia sint,à Deo iudicata sunt,neque in necessaria dispositione, pro ipsarum culparum venia:sed secundũ magnitudinẽ causæ interioris doloris(aut finem eum excitandi)propriarum,aut alienarum offensarum Deo factarũ,vnde procedunt,ad iustã suam iram placandam. nõ tam propter timorem propriæ particularis,aut vniuersalis pœnæ ipsorum delictorum,in amore proprio fundatum , quàm propter iniustum amorem offensi Dei, seipsum odio habendo,in pœnam exigui amoris iniusti,contra ipsam æternam charitatem habiti:fuæ diuinæ voluntati & sanctæ legi,contraueniendo.

Nolite mirari fratres , qui in hoc malè exercitati estis,vobis hæc difficilia & ad sciendum, et ad operandum existimantes: quia in tempore accepto sumus , et in die salutis ipsius vniuersalis saluatoris Christi crucifixi:in quo,de vera pœnitentia,et peccatorum remissione efficienter tractatur. et ipsa mundi luce mediante , et merito suo infinito plus scit deuota vetula,et simplex plebeius,in pœnitẽtia operans,quàm sapientiores magistri illius temporis figuratæ legis:quia tunc, in vmbra illius figuræ,et sacrificiorum animalium viuẽdo: sicut non ad iustitiam :neque etiam ad plenam et vniuersalem lucem, ipsa charitatis diuinæ forma concurrebat.Vnde: *Nunquid manducabo carnes taurorum?*(sicut dicit)*aut san-* Psal. 49. *guinem hircorum potabo?* quia non venerat tẽpus placitum et acceptabile ipsi Deo :in quo verũ sacrificiũ oblaturũ erat:ipsi Deo acceptum in peccatorum remissionem: *Ecce nunc tempus acceptabile,ecce nunc dies salutis.* 2.Cor. 6. de quo scriptum est:*Tunc acceptabis sacrificium* Psal. 50 *iustitiæ oblationes,& holocausta:tunc imponent super altare tuum vitulos.* etc. Sacrificium iustitiæ: inquantum ad primam hostiam iustificantem figurati agni Christi , Dei filii. Oblationes & holocausta:inquantũ ad vniuersale suorũ sanctorum martyrum,& nõ martyrum: ab ipsa sua sancta ecclesia, in quotidiano sanctæ missæ sacrificio, cũ ipsa principali corporis&sãguinis sui hostia,in

solùm:sed in testimonium, vnicum filium suum Isaac sacrificabat:vnigenitum Dei filium repræsentantem : et ipsum futurum effectum vnici sacrificij & redemptionis humanæ,testificantem.seipsum, inquantum ad recipientem naturam humanam, de quo semine,ipse Christus inquãtum homo procedebat,cum paterno dolore simul sacrificando, & dispositiuè concurrendo. Vnde ipse redemptor,ad incredulum & in- Ioan.8. fidelem populum Iudæum : *Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum:vidit, & gauisus est.* & conformiter huic,imposuit Abraham nomen loco illi; Dominus videt: de præsenti loquendo:quia in illo præsenti sacrificio ipse vidit, quod Deus videbat, per medium sacrificij hominis iusti Christi,miserias,& miserum hominis peccatoris statum,in ipsius remedium:ad differentiam aliorum sacrificiorum animalium, quæ,ipse ad iustitiam non videbat:vnde,in prouerbium & prophetiam,abijt illud, *In monte Dominus videbit.* id est,in monte Caluariæ, in quo ipse redemptor crucifixus fuit,Deus,ipsum sacrificium visurus erat, vnicum & acceptabile in peccatorum remissionem:in ipso vnigeniti Isaac, testificatum.& simul omnia alia sacrificia rationalia & irrationalia dispositiuæ pœnitentiæ,spiritualiter&corporaliter pro peccatis patiendo,in ipsorum remissionem : sicut ei primùm in figura oblata erant : & in testimonium tunc,ab ipso Abraham, seipsum rationalem,in paterno dolore,& arietem loco Isaac, & partis irrationalis corporalis,tunc ipsa morte saluæ,sacrificãte. Dicit ipsa lux Christus : *Me oportet operari opera eius,qui misit me,donec dies est: venit nox,quãdo nemo potest operari.* quia,quamuis ipsa dies sua & lux,inquantum ad præmium fideliũ operatorum permanentis lucis in gloria & vita æterna,est sine fine:inquantum ad ipsam præcedentem operationem,ad ipsius præmij æterni consecutionem, necessariã, breuis et terminata est. sicut concludit, propter exemplum nostrum dicendo: *Venit nox,quando nemo potest operari.* Itaque, tota vita sua,et opera quadragenarij ieiunij,vigiliæ & orationes, cum alijs incommodis continuæ peregrinationis nudis pedibus, persecutiones,iniuriæ , & paupertas sua extrema,in præsepio nascendo, vsque ad crucem moriendo,efficienter demonstrata:et ab ipso humillimo Iesu significata, dicente: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos:Filius autem hominis non habet vbi caput suũ reclinet:* omnia ,propter exemplum nostrũ facta fuerunt:in ipsa vniuersali conclusione,*Venit nox,quando nemo potest operari,* declaratum.Itaque dicens.*Me oportet operari opera eius,qui misit me,donec dies est*: vult etiam dicere, & vos oportet operari in pœnitentia: *quia venit nox,quando nemo potest operari.* Et quia hæc opera sunt medium, permanendi in luce ipsius diei sui, & pœnalium tenebrarum æternarum noctem, simul euadendo: secundum iustam suam sententiam ,cõtra seruos pigros non operantes, pronunciatam,dicentem: *Et inutilem seruum eijcite in te-* Mat. 25. *nebras exteriores* : &c. dicit etiam propter Ioan.9. nostrum documentum:*quamdiu sum in mundo, lux sum mundi.* Id est, inquantum ad ipsam terminatam operationem in pœnitentia,vitæ præsentis transitoriæ: ipsius mundi saluationi,necessariam.Et hoc, per ipsummet Euangelistam confirmatur , dicentem:*Fuit homo missus à Deo , cui nomen erat* Ioan. 1. *Ioannes. Hic venit in testimonium :vt testimonium perhiberet de lumine,vt omnes crederent per illum:* quia ipse præcursor,non solùm verbis:sed proprijs operibus insignibus veræ pœnitentiæ; quæ erant exclamans vox sua, quam ipse dicebat , de seipso loquendo, præditabat,& testificabatur de hac veritate,& operante luce Christo : & quod nemo in pœnitentia non operando , saluus esse potest.& ideò dicit : *Non erat ille lux:* quia non vt vera lux, in peccatorum remissionem,in suo operari , seipsum pro saluatore manifestando : sed vt efficax

vox & nouus index,(sicut concludit vt testimonium perhiberet de lumine) sufficienter ipsum Christum crucifixum vniuersalem redemptorem,& veram mundi lucē, demonstrabat, ipsas nouas vias suarum passionum & mortis in remissionem peccatorum,per medium operantis pœnitentiæ,præparando. Vnde ipsamet lux: *Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ: & non credidistis ei.* &c. In via iustitiæ.id est,in via pœnitentiæ: sicut alio in loco,de ipsa via loquēdo: *Arcta via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam.* Et per Zachariam ,conformiter: *Et tu puer propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius: ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.* &c. vias eius: inquantum ad statuum hominum varietatem,& varias Domini vocationes,secundùm varietatem tot crucium, quot sunt Christianismi religiones: & aliorum eleuatorum spirituum eremi: verorum etiam ipsius præcursoris imitatorum:& aliorum infinitorum , qui pœnitenter in sæculo viuunt: quæ viæ,omnes,in excellentia pœnitentis baptistæ,exemplariter præparatæ,&comprehensæ fuerunt. *Ad dandā scientiā salutis plebi eius.* Scientiam salutis: Hoc est, scientiam pœnitentiæ: quia vna sola est scientia,& salutis via, in peccatorum remissionem: quòd est illa pœnitentiæ: per multos modos & vias, secundùm vniuscuiusque virtutem , pœnitenter pro peccatis patiendo , demonstrata. *Fuit homo missus à Deo,* &c. *ad dandā scientiā salutis plebi eius.* & hoc, multa cū ratione: quia, sicut pro hominis redemptione , contra creatorem suum Deum peccantis, necessarium fuit medium conueniens vnius hominis talis, qui Deus simul fuisset: ipsi inconuenienti impossibilitatis extremorum,remedium dando: Ita etiam,cum non esset alia via homini,ād ipsam redēptionē consequendā,nobis ab ipso Christo Dei filio,per mediū suarū passionū, & mortis, inquantū homine patiente , acquisitam, quàm hæc, operandi cum ipso in pœnitentia:(& eò magis, post receptam ipsam gratiam in baptismo,nouiter in peccata recidendo)ipsam propriam culpam,& simul innocentiam suam confitendo : pro disproportione,quę in hoc etiam occurrebat, inter ipsum innocentem Christum, Deum & hominem , & peccatorem purum hominem: necessarium fuit etiam medio hominis talis, quòd cum similiter esset purus homo , & simul in bonitate & sanctitate, maior & melior omnium hominum,repararet etiam in talibus extremis, in effectu ipsius vniuersalis operationis pœnitentialis,cum hominis sancti & impeccabilis exemplo,pœnitenter viuentis: ipsam verā lucem et innocentiam ipsius Agni Christi vniuersalis redemptoris,testificantis: & simul hanc veritatem comprobantis: quòd nemo,in pœnitentia non operando,saluus esse potest. cui primo exemplo & testimonio,inter homines,adiunguntur omnia alia apostolorum,& hominum vitæ apostolicæ&pœnitentis,cum innumerabili martyrum numero,donec stabit mundus. ab ipsomet testificato Christo,per medium stupendorum miraculorum , quæ in virtute sua,per hanc viam pœnitentialem,semper operati sunt,comprobata. per quam viam pœnitentialem,in charitate fundatam, omnes animæ infirmitates, & spirituales & corporales,sanantur: omnia dæmonia eijciuntur:(sicut dicit , *Hoc genus in nullo potest exire,nisi in oratione, & ieiunio*) & ipsamet mors,in mortuorum resurrectione, victa & superata est. Quia virtuale ieiunium, mortis terribilitatem vincit:& eius dulcedo amaritudinem,mortalem ipsam facilitat separationem. Creditis vos fratres errantes, quòd hæc pœnalia pœnitentiæ opera,quæ vos, vt infructuosa reputantes, contemnitis , secundùm hos notabiles & fructuosos effectus , non sint particularia Dei dona? & per particularem gratiam suam concessa? Nonne angelicum orationis donum

Mat. 21.

Matt. 7.

Luc. 1.

Mar. 9.

donum esse existimatis? illo vigiliæ, sobrietatis, ei abstinentiæ, comitatum? quia vnum, sine alio esse non potest, omnia simul connexa sunt. Vnde, dicēdo Dominus:

Mat. 26. *Vigilate, & orate vt non intretis in tentationem:* vult dicere: ita sobrij estote & abstinentes, vt vigilare et orare possitis, tentationibus resistentes. in eo quod adiungit declaratū, dicendo: *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Sicut per Apostolorum principem:

1. Pet. 1. *Sobrij estote, & vigilate:* ipsi vigiliæ, necessariam sobrietatem & abstinentiam adiungendo. Quāti tenerarū lachrymarum donum esse existimatis, intimum cordialem peccatorum dolorem testificantium: & verum impetratæ misericordiæ signum, in ipsorū remissionem? *Remittuntur ei peccata multa,*

Luc. 7. (dixit Dominus lachrymosæ Magdalenæ) *quoniam dilexit multum.* Quid existimatis esse, in exterioribus cilicijs, percussionibus & disciplinis ordinarijs, in carnis & corporis malè pasti castigatione: in malè vestiendo, & duro in lecto dormiendo, perseuerantiā: cū sit simul maiori cōsolatione interiori comitata? Sicut in interpositis infirmitatibus, cum multis alijs extraordinarijs tribulationibus & persecutionibus additis, patientiam? Quid de angelico ieiunij dono, rectè facto, dicetis: quod, inter ipsa pœnalia pœnitentiæ opera, vt magis principale, omnia amplectitur? Per hanc arctam viam, redemptor transiuit: in exemplum (morte sua omissa) & legem omni credenti, in saluationem. Et si propter hāc rationem, quòd ea ipse operatus fuerit, dicitis quòd hoc sufficit: ad concludendum venitis, quòd neque etiam baptizari oportet: quia ipse etiam baptizatus fuit: contra

Mat. 16. ipsam veritatem, dicentem: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur?* Et si propter hanc rationē etiam: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: dicitis, quòd sufficit credere: secūdùm illud quod sequitur: *In nomine meo dæmonia eijcient:* certè dicere vultis, quod sibi ipsa veritas contradicat: cū primū dixisset? *Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio:* & non intelligitis. quia omnia hæc, *Dæmonia eijcient, Linguis loquentur nouis, Serpentes tollent, Et si mortiferum qui biberint, non eis nocebit: Et supra ægros manus imponent: & benè habebunt:* in ipsius Christi nomine & merito, fiunt: & in medicinalem præparationem ex nostra parte necessariam, operantis pœnitentiæ: sicut dicit: In oratione & ieiunio. Dicit: *qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.* & postea sequitur: *Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur.* & non dicit, signa autem eos qui baptizati fuerint, sed, qui crediderint. Igitur, omnes illi qui baptizantur, non credunt? Credunt: sed non omnes postea credunt operantes: quod est verum & integrū credere. cui credere, in pœnitentia operando, ipsa signa attribuuntur, in nomine & virtute ipsius saluatoris operantis, & in cruce mortui, effecta. Qui, in hoc ordine necessarij pati in pœnitentia, pro peccatis, non solùm in carne passibili se incarnare voluit, se in hoc communem, cum ipsa humana natura faciendo, post peccatum, obedientiæ legem, primo homini, ante peccatum datam, simul obseruando, ipsius culpæ pœnam obediendo patiendo, inquantum homo moriendo, in hominis redemptionem: ipsam improportionis humanæ impossibilitatem, inquantū Deus, euacuādo: sed voluit etiam pati propter hominis exemplum, in ipsis operibus pœnitentialibus: ipsam abstinentiam, vigilias, orationes, & ieiunium, punctualiter obseruando: ad dispositionem, vt possit proportionaliter ipsam gratiam recipere, per mediū suæ passionis & mortis acquisitā. & in ipsomet ordine, correspondenter circūcisus esse voluit, inquantū ad legē scriptā: & baptizatus, inquantum ad legem gratiæ: in qua omnes aliæ includuntur: sicut in ipsis trib⁹ farinæ mēsuris, ab ipso fermēto Matt. 13.

obedientiali legis innocentiæ, legis scriptæ, & legis gratiæ, (illa naturæ inclusa) fermentatis, omnes iusti, præteriti, præsentes, & futuri, donec mundus stabit, comprehenduntur, (vt dicit: *donec fermentatum est totum*) in pœnitentia operantes: ipsis operibus pœnitentialibus, in suo æterno merito valorem dando. Vnde, cum essent isti actus pœnitentiales iustorum, ante legem gratiæ, vt moneta absque vlla impressionis forma: in materia solùm consistens: quod quamuis fuisset valoris & pretij, secundùm pondus & stateram legis naturæ, & scriptæ: deficiente impressione & signo crucis & mortis Regis Messiæ Christi, vniuersalis redemptoris: non impedebatur in suo cælesti regno, ad vitam æternam: nisi in futurũ oblata erat: & donec ipso saluatore in mũdum veniente, in infinito suarum passionũ & crucis merito, correspondenter sigillata fuisset: & per ipsam met operantis pœnitentiæ viã, ab ipso Christo, vt dictum est, punctualiter obseruatam: correspondenter ad vitam æternam, in communem fidelium subuentionem, est oblata, & recepta. Et hac in ratione & mysterio, baptizatus fuit:

Mar. 1. *Et statim* (sicut dicit) *Spiritus expulit eum in desertum*: approbato per seipsum baptismate: omnia nostra opera pœnitentialia etiam approbando: in quadragenario ieiunio, per ipsum obseruato, comprehensa: in quo ipsum credere confitit: ipsam gratiæ legẽ, post receptum baptismum, fideliter obseruando, cum essent, tam pro proprijs culpis (sicut dictum est) quàm in communem peccatorum subuentionem, in charitate operata. per quam viam fidelis negotiationis

Mat. 25. talentorum, communiter ab ipso receptorum, & in communem vtilitatem, secundùm propriam vniuscuiusque possibilitatem & virtutem, negotiantes: correspondens præmium communicationis sui gaudij æterni, acquiritur: & ipse Dominus, ipsa honoris & gloriæ vsura, ipsi debita, non defraudatur: a multorum saluatione causa.

Et hi fideles operatores, illi sunt, qui verè credũt: quibus, Dominus signa dedit, dicens: *Signa eos, qui crediderint hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient*: &c. Et hoc, clarè videtis: si hæc signa generaliter fiunt ab omnibus credentibus baptizatis: nisi ab ipsis iustis, qui credunt, in pœnitentia operãtes, ante, & post Domini aduentum. Scitis prophetarum signa: & illa Apostolorum: vltra aliorum sanctorum multitudinem: simul etiam preriosarum gemmarum coronæ ipsius Regis gloriæ Christi saluatoris: quorum signa & stupenda miracula, in vita apostolica & crucifera facta, sunt in admirationem: & angelorum, et hominum simul: et horum, multi sunt in præsenti, quos vos non scitis: & erunt, vsque ad mundi finem. Quorum princeps, sanctus Petrus, pœnitens, corporis sui vmbra, transeũdo, infirmos sanabat: & scitis, quòd omnes ieiunabant, vt probatum est: & vitam pœnitentem faciebant. Concludite fratres: (quos, tantò magis in charitatis Dei lege, propinquè amo, quantò magis separatos vos video à vestra salute Christo, & luce sua apostolica, Sancta Romana Ecclesia, quæ, in pœnitentia, communiter operando, semper pro vobis orat: non obstante quòd vosipsos ab ipsa vera matre separastis) quòd omnia hæc signa: *In nomine meo dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt*: hæc eius præcedens conclusio, cõpleCtitur: *Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio*. in ipsa declaratione vnici remedij ipsius maioris difficultatis: omnes alias minores comprehendendo: & simul, omnia opera pœnitentialia, in ipso ieiunio comprehensa, approbando. Mar. 16.

TRA-

TRACTATVS,

IN QVO EXPONITVR TAM difficilis, quàm mysterioſa horum trium prophetarum viſio, Ezechielis, Eſaiæ, & Ioannis: & mediante Dei gratia, quomodo ſimul concordent, declaratur: à glorioſo Euangeliſta incipiendo.

CAP. I.

SIcut ab æterno vniuerſalis creatio determinata fuit: & ſimiliter vniuerſaliter, natura humana in quantum ad Deũ creatorem electa: ita etiam angelica eius cuſtodia, ante, & poſt peccatum vniuerſalis fuit. Et ſicut hic primus laudis liber, & templum Dei habitationis in terra, natura humana, ab homine peccando, vniuerſaliter clauſus fuit: ita etiam, ex parte immutabilis creatoris & redemptoris ſui Dei ab illo inſtante, in vniuerſalis ſuæ electionis teſtimonium, vniuerſaliter apertus fuit: eũ ad aptando, per mediũ ipſius vniuerſalis creationis, (ab homine incipiendo) ad ſuam recuperationem. Quia, à ſapientia, & prouidentia diuina, in vniuerſalis redemptoris Chriſti merito, Dei filij, & finis principalis manifeſtationis vniuerſalis ſuæ in carne, humanus liber apertus fuit, tam ante ſuæ incarnationis effectum, mortis, & reſurrectionis, quàm poſtquam vniuerſalis redemptio effecta fuit, inquantum ad præparationem, vt beneficium hoc habere poſſit, ad tempus ſuum, (mediante ipſa gratia) per pœnitentiæ viam: homini, ex puncto quo peccauit, propoſitam. Deo ei dicente:

Gen. 3. *Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. & comedes herbas terræ, &c. in ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Et tali modo, ab æterna ſapientia apertus fuit: quòd eadem maledictio, ſimul cum omnibus aliis miſerijs, calamitatibus & tribulationibus, quæ perpetuò in mundo ſunt, ab ipſa originali culpa cauſatis, in occaſionem & medium fuiſſent, per viam pœnitentiæ nouarum offenſarum, ad gratiam redeundi, cum maiore primi peccatoris Sathanæ cõfuſione, vniuerſalis omnis mali cauſæ.

Et hoc vult Spiritus ſanctus ſignificare, per Euangeliſtam & prophetam Ioannem, reuelationes eius narrantem, & dicentem:

Poſt hæc vidi: & ecce oſtium apertum in cælo, &c. *Apo. 4.*

Ideſt, ipſum oſtium vniuerſalis occaſionis pœnitentiæ: per particularem diuinam miſericordiam & prouidentiam, in vniuerſali, inquantum ad Deum electione, vniuerſaliter apertum. *Et ecce ſedes poſita erat in cælo, et ſupra ſedẽ ſedes. &c. Et de throno procedebãt fulgura, & voces, & tonitrua: & ſeptem lampades ardentes ante thronum, quæ ſunt ſeptem ſpiritus Dei. &c. Et in medio ſedis, & in circuitu ſedis, quatuor animalia plena oculis antè & retrò. Et animal primum ſimile leoni: & ſecundum animal, ſimile vitulo: & tertium animal, habens faciem quaſi hominis: & quartum animal, ſimile aquilæ volãti. Et quatuor animalia ſingula eorum habebant alas ſenas in circuitu: & intus plena ſunt oculis.* &c. Ideſt: Non quod hæc Dei ſedes, de qua nunc tractat thronus, de quo fulgura procedunt, (vt dicit) & voces, & tonitrua, in cœlo empyreo, in vita triumphante ſita ſit: quia ibi ſimiles res horribiles & conturbantes, fulgurum, tonitruum, & monſtruoſorum animalium, non ſunt: ſed ſumma tranquillitas & æterna pax, quæ de ſerenitate & inenarrabili creatoris pulchritudine procedit: ſed ſita eſt in hac viſibili elementali machina inferiorum cœlorum & terræ, cũ aliis elementis: & in eadem natura humana, in vita militante. Vnde, Dominus dicendo:

Mat. 5. *Non iurare omninò, neque per cælum, quia thronus Dei eſt, neque per terram: quia ſcabellum eſt pedum eius:* omnia comprehendit. Itaque, de

futura æterna triumphante non tractat: sed de præsente vita transitoria militante: vniuersalé rerum omnium contra hominem rebellionem per peccatum: & pœnitentię occasionem, (vt dictū est) per hāc viā vitæ humanæ instabilitatis, multis miseriis plenæ: per Dei misericordiam, sic ordinatam: repętinam sedēris & iudicātis iudicis apparitionem, cum maiorum tribulationū præcedētia, significās. *Erit enim tunc tribulatio magna* (ipse dicit) *qualis nō fuit ab initio mūdi vsque modò, neq; fiet.* Hæc tribulatio in tā monstruosis, quàm mysteriosis animalibus, quæ depingit, & procedētib. fulguribus, vocib., tonitruis, mysteriosè est demonstrata: & cōformiter per Salomonē prædicta, de ipso tremendo & irato iudice dicentem. *Et accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionē inimicorum.* (Armabit creaturam: idest, ipsa tam vnita, quàm ignita elementa: in ipsis quatuor monstruosis animalibus, significata) *Induet pro thorace iustitiam, & accipiet progalea iudicium certum. sumet scutum inexpugnabile æquitatem: aciet autem diram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.* (idest, contra impœnitentes) *Ibunt directè emissiones fulgurum, & tanquam à benè curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient. Et à petrosa ira plenæ mittentur grandines, excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Contra illas flabit spiritus virtutis, & tanquam turbo venti dissipet illos: & ad eremum perducet omnem terram iniquitatis illorum, & malignitas euertet sedes potentium.* Vbi, Spiritus. sanctus tractare volens, tam de ipsarū miseriarum causa, (idest, peccato) quàm de ipsius remedio, per pœnitentiæ viam: de eo loquitur, ex quo ipsa natura humana peccās cōsistit: & in quo eius remediū cōsistit, ipsa volente: & etiam (nolente) de suo iudicio & pœna, seipsam condemnāte, dicēdo: *Et in medio sedis & in circuitu sedis, quatuor animalia, &c.* quæ quatuor animalia, quatuor elementa significāt: idest, Aerē, Ignē, Terrā, & Aquā, ex quibus homo cōpositus est, & ætates eius, (vt proximè dicitur) & anni tēpora. Et hoc mysteriū indicatur, hac locutione impropria, secundū literalē sensum, dicēdo: Et in medio sedis & in circuitu sedis quatuor animalia. Idest, In medio sedis: interiùs & dominātер diffusa ipsa elemēta in corporali sede & animæ habitatione. & in circuitu sedis: quia pars animæ rationalis & totus homo, Dei sedes: perpetuò ab eis, ad gloriam aut pœnā æternā circundatus est. Et hoc, proximè in sexto capite declarat, dicendo: *Et vidi quod aperuisset agnus vnum de septem sigillis, & audiui vnum de quatuor animalibus, dicens, tanquam vocem tonitrui, Veni, & vide. Et vidi: & ecce equus albus:* idest, aer: *Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal, dicens, Veni, & vide. Et exiuit alius equus rufus:* idest, ignis. *Et cum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal, dicens, Veni, & vide. Et ecce equus niger:* idest, terra: & propterea illicò de principalibus ipsius fructibus tractat, dicendo. *Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres hordei denario vno,* (naturalis hominis pastus) *& vinum & oleum ne læseris.* & hoc per vocem, de medio ipsorum quatuor animaliū egressam: quia omnia ipsa quatuor elementa, in productione & conseruatione ipsorū fructuum concurrūt. quod etiā mysteriosè declaratur dicendo: *& qui sedebat super illum, habebat stateram in manu sua.* &cet. Super illum, idest, spiritus, ipsam carnem terrenam regens in rationali ipsorum fructuum vsu, in vita moderata & pœnitente. In manu sua: idest, secundùm liberum arbitrium. Sicut de primo equo albo dicit, aeris elementum, & ipsum liberum spiritum rationalem, significante: *Et qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. Exiuit vincens, vt vinceret:* idest, expuncto quo homo in animam viuentem creatus fuit, & in paradiso innocentiæ status positus: & da-

Mat. 24.

Sap. 5.

Apoc. 6.

ta lex, simul cum excelso liberi arbitrij dono, Sceptrum & corona dominans, ipsius met creatoris Dei: non alium ad finem homini datum, nisi, (sicut dicit) vt vinceret. Et similiter, de secundo equo, rufo, ignis elementum significante, dicendo: *Et qui sedebat super illum,* (ideſt, ipsa ratio) *datum est ei vt auferret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus.* Ideſt, quia amorem Dei, in ignis elemẽto significatũ, in peccati ab amore proprio causſati, remediũ habebat: & magnus est gladius, p mediũ legis & liberi arbitrij homini dat', per gratiã ipsius Agni Christi & sacramẽtorũ, in charitate fundatus, ad auferendam ipsam mortiferã pacẽ sensualẽ, propriã vitam posſponendo, in ipsius mũdi, dæmonij, & carnis abnegatione. quod nos Dominus docet & admonet dicẽdo. *Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram. non veni pacem mittere: sed gladium. veni separare hominem adversum patrem suum,* & cætera. & per sanctum Lucam. *Ignem veni mittere in terram: & quid volo nisi vt accendatur? Baptismo autem habeo baptizari: & quomodo coarctor, vsque dum perficiatur? Putatis quia pacem veni mittere in terram? non dico vobis: sed separationem.* & ideò dicit, & datus est ei gladius magnus: magnam occiſionem martyrum multitudinis denotãdo, & separationẽ factã ipsi' ineuitabilis gladij ignis amoris Dei, in ipso equo rufo & ignis elemento, significati. Sicut prædixit Dominus, dicẽs: *Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & consurgent filij in parentes, & morte afficient eos.* Et cum ad quartum sigillum veniſſet, & animal quartum, aquæ elemẽtum significans, dicit: *Et cum aperuisſet sigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis. Veni, & vide. Et ecce equus pallidus: & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum.* quia ipsum aquæ elementum, peccata significat: & ideo, Et ecce equus pallidus, in ipsorum confusionem. & qui ſedebat super eum nomen illi mors, sicut ſcriptura dicit: *Peccatum verò cum consummatum fuerit, generat mortem.* & sic concludit, dicendo. *& infernus sequebatur eum. & data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terræ.* quatuor res: ideſt, ipsa quatuor elementa, in ipsis quatuor animalibus significata: per peccatum, contra ipsum hominẽ, rebellantia, ex quibus cõpositus est Gladius: ignis elemẽtum, (vt dictũ est) deficiente supernaturali calore ipsius charitatis & amoris Dei in ipso homine: & omninò propter peccatũ cõsummatũ extincto. Fames: deficiente simul aëris elemento omnis actionis ſpiritualis, ad vitã æternã. Mors: aquæ gratiæ elemẽto deficiente, & in ipsius vicem, ipsorum peccatorum aquis subintrãtibus. Et bestijs terræ: deficiente elemento terræ in homine, per peccatũ ſterilis factæ: & proferẽtis pũgentes ſpinas variorũ peccatorũ consummatorũ, ab ipso primo peccato procedentium: quæ sunt ipsæ mõstruosæ bestiæ, quæ peccatoris conſciẽtiam pungunt: & simul inſtrumenta sunt, cum ipsa terra corporalis, sicut hominis, in peccati cõsummatione, ita etiã, iuſtitiæ Dei, pro ipsius delicti punitione sicut dicit: & bestijs terræ. Procedit dicẽdo, *Et cum aperuisſet sigillum quintũ: vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei* & cæt. ipsum sigillum quintum, totam ipsam corporalem partẽ significans, vsquè & distinctè, inquantum ad suos quinq; ſenſus: & plus non tractat, neque addit maiorem numerum animaliũ, & equorum: nisi quatuor suprædicta, pro correſpõdẽtia numeri & proprietatis ipsorũ quatuor elemẽtorũ, ex quib. homo cõpoſit' est, in ipsis quatuor animalib. & quatuor equis, significatorũ: quæ similiter significãt, & quatuor anni partes, & ipsius hominis ætates, ipsis partibus correſpondentes: ideſt, pueritiã, veris iuuẽtutem, ætati: virilem ætatem, autumno: ſenectutẽ, hyemi. Et sic, rectè ipsa quatuor animalia, cum omnibus prædictis corũ significationibus, quatuor Euangeliſtis applicãtur: qui quamuis omnes vnitẽ (sicut ipsa quatuor elementa, in Christo vnica & conformia sunt)

Matt. 10.

Luc. 12.

Matt. 10.

Iacob. 1.

sunt)de ipso Verbo incarnato, Deo, & homine, passo, & resuscitato, in generali tractant:tamen, magis particulariter ab vno quàm ab alio, res istæ tractãtur. Matthæus, & Lucas,de humanitate tractant: Matthæus quidem de generatione,inquantum homine:descendenter,ab Abrahamo incipiẽdo.& ideò ei hominis facies attribuitur: ipso animali terræ elementum, significãte: & simul,virilem ætatem,ipsi autumno correspondentem:in qua ipsa vua maturatura erat,in humanæ redemptionis effectu: in qua virili ætate,Christo seipsum sacrificantẽ, *terra dedit fructum suum.* Lucas verò à sacerdote Zacharia & incenso oblato,incipiendo:& à Ioseph (in capite tertio) vsque ad patrem Deum ascendendo, magis in particulari de effectu ipsius sacrificij tractat,nẽpè incarnatione,& morte: & propterea ei vituli facies attribuitur: ipsum animal,ignis elementum,significans:& simul ætatẽ iuuentutis,tempori æstatis,correspondentem: inquãtum ad effectuosum,& ignitum amorem,cum quo seipsum obtulit: formá, tam ipsius primi & principalis, quàm omnium aliorum sacrificiorum.Marcus,& Ioannes, magis in particulari,de spiritu, & ipsius saluatoris,diuinitate tractãt: *vt in ore* (sicut nos ipse docet) *duorum vel trium testiũ stet omne verbum.* & ideo, Marco, leo attribuitur: animal, aeris elementum significans:& simul pueritiæ ætatem,in qua communiter sanguis regnat,tempori veris correspondentem,inquantum ad ipsius Christi saluatoris innocẽtiam: in figurato agno etiam,significatam. Agnus mansuetus, & ferox Leo simul,ipsam mortem deuorãdo, à peccati malitia causatam:simul ipsum librũ laudis humanæ naturæ aperiendo:vsq; tunc propter ipsam vniuersalem culpam, vniuersaliter clausum. Vnde, *Ecce vicit Leo de tribu Iudæ radix Dauid, aperire librum & soluere septem signacula eius.*&c. Ioannes etiam,altius tractat in particulari de ipso spiritu,et Christi diuinitate. & ideò ei Aquila attribuitur:ipsum animal,aquæ elementum,significans:& simul senectutis ætatem, tempori hyemis,correspondentem. Aquila aquam significat:inquantumquòd ipsa,cum reliquo genere volatilium,quod ipsa, vt regina,repræsentat,creatoris ordine,ab ipso aquæ elemento,(quamuis cum omnibus alijs)principaliter producta fuit.Animã, & spiritum hominis significat:& etiam Diuinitatem in ipso Christo Deo & homine simul: inquantum ad excelsos & varios spirituales effectus,ab ipsa aqua gratiæ,& Diuinitatis suæ, productos: ipsa vera Aquila & sol iustitiæ Christus, inquantum homo, quamuis mortalis,diuinæ naturę solem(sicut Aquila ipsum igneum planetam) prospiciens:& totaliter inquantum Deus, cõprehendens Et etiam senectutis ætatem (vt dictum,est)significat:tempori hyemis,correspondentem:inquantum quod cũ sit ipsa senectus in carnis sterilitatis hyeme:magis apta inuenitur,(et minùs impedita)ad spiritus fertilitatem:in talibus effectibus, necessarium.Similiter ipsa aquila,sicut aquæ elementum,animam,et Diuinitatẽ, et gratiam creatoris significat: inquantum quod ex isto elemento,et ex illo terræ simul,lutũ fecit,de quo fecit hominem,in testimoniũ singularis vnionis animæ cum corpore, et diuinæ cum humana natura in Christo: et ipsius gratiæ cum anima:sine qua, vitã habere non potest.

Matt.1.

Ps.84.

Matt.28.

Apo.5.

CAP. II.

IN duas partes, secundùm quod horum temporum astrologi dicunt,antiqui mũdum diuidebant:vnam, immutabilem, cœlestem:alteram mutabilem, et variabilem,eò quòd in ipsa sint alterationes,generationes et rerum corruptiones:quę à concauo Lunæ orbe, vsque ad terræ centrum, continetur.duæ regiones:verbi gratia,vna cœlestis,et altera elementalis. dicta est elemẽtalis:quia (vltra alterationes dictas) in ipsa,

in ipsa, quatuor elemẽta sunt: ex quibus homo, & omnia creata, & in ipso homine inclusa, composita sunt. & hoc, in testimoniũ eius quod natura humana est: & de ipsa futurum est: quæ similiter duabus partibus consistit: ideſt, anima & corpore: parte cœlesti, spirituali: & parte terrestri, elementali. Duæ vitæ: vna immutabilis, quæ in futura resurrectione erit, in vita triumphante: altera mutabilis & variabilis: sicut est in præsente, militante. Testimoniũ, & exemplum saluatoris, duobus in montibus, nobis datum: in Tabor, se transfigurantis: & in monte Caluariæ, morientis. Sicut primùm, testimonium in Elia: suum ad iudicium aduentum (cum maiori zelo quàm Elias) repræsentante: per ignem, hoc seculum iudicantis: & per medium ipsorum quatuor elementorum iudicatos, integrè punientis & remunerantis: cum ipse Elias esset, ab amoris diuini igne, in quo ardebat, & angelico ministerio (sicut tunc de alijs iustis erit) in cœlum raptus: & forsitan, quamuis id scriptura non dicat, in ipsomet puncto, parte corporea elementali à descendente igne in cinerẽ resoluta, (sicut tũc tota ipsa humana generatio erit) ipse eleuato spiritu, ab ipso graui vinculo soluto, & liberato. in quo curru igneo, rotis, & equis, omnia quatuor ignita elementa intellecta sũt: sicut in quatuor animalibus, rotis, & equis supradictis, significata. facilis dissolutio: ipso zelo & igne amoris diuini, dominãte. Martyrij corona, in curru triũphãte: tali zelo & igni amoris diuini, conueniens. Cõforme etiam testimonium in Iosue ipsum saluatorem Iesum similiter repræsentante: ipsummet Iordanum flumen, (sicut Elias) ingrediente: vniuersale communis mortis flumen, à peccatorum aquis causatæ, & vniuersalem gratiæ aquam, in ipsius culpæ remissionem, significans. Qui figuratus Iosue, Elias & Iosue simul fuit, in effectu voluntariæ animæ & corporis sui separationis morieꝺo: Arcano ui testamenti, pallium & operimentum suum in quantum Deus, communis mortis flumen, & peccatorum aquas, in ipsarum culparum remissionem diuidendo: tertia die (sicut octaua & vltima vniuersalis suorum electorum resurrectionis, per ignem mundum iudicare veniendo) gloriosè resurgendo: & cum tota ipsa præda, in ipsomet curru igneo, & elementali humana sede, ipso æternę charitatis igne inflammata, cum gloria & victoria æterna, in cœlum triumphanter ascendendo. & ipse Henoch, qui in quantum homo, in præsente vita, indissolubiliter cum Deo (cum Deus simul esset) semper ambulans: vsque ad reditum suum ad mundum iudicandum non comparuit, *Quia nubes suscepit eum ab oculis eorum.* & hoc, ne videret mortem: quia *nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*: cum non esset, secundùm originalem ordinem & sententiam, vt ceteri homines, in cinerem & puluerem conuersus. Itaq; omnia ista rationalia & irrationalia cœlorũ, terræ, & quantum hoc ambitu cõtinetur, ex ipsis quatuor elementis formatum, temporum varietas, cũ omnibus alijs figuris: & prophetijs: totum reducitur ad hunc principalem finem manifestationis creatoris in carne, & ineffabilis nomini suæ potentiæ, sapientię, iustitię, & bonitatis infinitæ. Et cõformiter omnes isti prophetæ: Ioannes, Esaias, & Ezechiel: qui similes visiones viderunt, similiter de hoc mysterio tractant: & de eo quo ipsa natura humana consistit, eiusq; præsente, & futuro fine. Ideſt, anima & corpore: parte cœlesti, & parte elementali. Duæ vitæ: vna immutabilis, altera mutabilis, & variabilis: Ideſt, triumphans, & militans: & de ipsis quatuor elementis: materia pro creatione sua ante peccatũ: & instrumento pro iustificatione sua, (se Verbum incarnando) post peccatum: & pro integra sua glorificatione, & punitione etiam, post vniuersale iudicium.

Gen. 5.

Hebr. 11. Acto. 1. Ps. 15.

Ioſ. 3.

EZechiel sic dicit: *Similitudo autem vultus eorum, facies hominis, & facies Leonis à dextris ipsorum quatuor.* à dextris, inquantum ad Leonis significationem: ætatẽ veris innocentiæ, & aeris elementũ (sicut supra declaratum est) significãtis: & inquantum etiam ad hominis significationẽ, ætatem autumni virilitatis, & terræ elemẽtum, significantis: vtrumq; simul vnitũ per operãtis pœnitẽtiæ viã: propterq; à dextris: ideſt, à dextris misericordiæ effectibus, in peccatorum remissionem. Sicut è contrario: *facies autem bouis, à sinistris ipsorum quatuor:* inquantum ad ipsum bouem & vitulum, ætatem æstatis ignitæ iuuentutis, & ignis elementum (sicut supra declaratum est) significãtem. A sinistris: ideſt, à sinistris suæ iustitiæ effectibus, in eorũ punitionem, qui secundùm ipsam carnem viuunt. *Et facies aquilæ, desuper ipsorum quatuor.* desuper: inquantum ad animam & potentias suas: ipsum corpus gubernantem, & regentem: ipsa aquila, ætatem hyemis senectutis, & aquæ elementum, & aquam gratiæ, & diuinitatis ipsius creatoris & redẽptoris (vt dictum est) Dei & hominis, significans. *Et hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis.* ideſt, inquantum ad ipsorum quatuor elemẽto rũ in homine vnionẽ: & simul ipsorum variorum elementorum distinctionẽ. & ideò sequitur dicendo: *Et quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni:* quia in vnoquoque ipsorum, cætera simul in homine coniuncta sunt: sicut similiter dicit: *& quatuor pennæ vni:* pennæ, inquantum ad quatuor partes, in quas volabile tempus diuisum est, ipsis quatuor elementis correspondentes: quia vnitè, vnumquodque elementum in particulari, & omnia quatuor simul, cum contra ipsum hominem, propter peccatum rebellarẽt, eũ impermanentem faciunt: & ideo, inquantũ ad ipsam instabilitatem, & fugacem vitam humanam, alis assimilata sunt, donec in sua regeneratione sit ipsa vita fugax militans terminata, in triumphantem intrando: sicut postea tractat, dicendo: *Cumque starent, demittebantur pennæ eorum. Nam cum fieret vox super firmamentum quod erat super caput eorum, stabant, & submittebant alas suas.* hæc est repentina vox tremendi viuorũ & mortuorũ iudicis, quãdo ad iudicãdum veniet: qui est potẽs & virtuale firmamentum, dominans, (ficut dicit: quod erat imminẽs super capita eorũ) ad ipsã naturã humanã stabiliẽdã, in virtuali ipsius æterni creatoris immobilitate, in vita durabili et æterna. Et quia omnia ipsa quatuor elemẽta, ex quibus homo cõpositus est, & tẽpora & ætates, sunt in eorũ contra ipsum hominẽ rebellione, tanquã tot alæ, inquantũ ad temporis fugacitatem, pro vitæ suæ corporalis consummatione, dicit: *Et totum corpus eorum plenũ in circuitu ipsorum quatuor:* vt quòd ipsum fugax tempus sit, omnis interioris & exterioris actionis nostræ testimoniũ: tùm sit, & nulla res fieri potest, nec tãbreuiter cogitare, quod necessariò, ipsũ tẽpus non interueniat. Dicit: *Duæ pẽnæ eorum iungebãtur, & duæ tegebant corpora eorum.* Hoc, inquãtum ad variam ipsorum elementorũ naturam. Ideſt: duæ pennæ iungebantur: aer, & ignis: quæ duo elementa naturaliter coniuncta sunt. Et duæ tegebant corpora eorum: ideſt, terra & aqua, ex quibus ipsum palpabile corpus formatum fuit: & est in ipsius corporis operimentum, inquãtum ad alia duo impalpabilia, aerem & ignem: in ipso corpore, similiter, contenta, & vnita.

ESAIAS.

ET hæc est (gratia Dei) intelligentia visionis similis, quã Esaias propheta vidit: vbi dicit: de Seraphin alis tractãdo (sicut in hoc Ezechielis loco, de pennis) dicendo: *Duabus velabãt faciem eius, & duabus velabant pedes eius.* De Verbo incarnato tractat, in sede maiestatis suæ sedente, & iudicãte: sicut

Mat. 25. sicut dicit: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum.* per Sanctum Matthęum declaratum, dicentem: *Cum venerit*, &cæt. *tunc sedebit super sedem maiestatis suæ.* &cæt. *Duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius.* Faciem & pedes: hoc est, animam & corpus: diuinitatem, & humanitatem in Christo. duo operimenta, sicut dicit. *Seraphin stabant super illud.* Super illud: ideſt, hoc modo duorum operimentorum, vnum super aliud: quia: sicut corpus est animæ operimentum, inquantum ad visibiles corporis actiones, ab ipsa anima inuisibili procedentes: ita etiã actiones, ipsi animæ attributæ, pro homine solũ iudicato, erat ipsa anima (sicut corpus) in diuinitatis suæ operimento: & sic, Duabus velabãt faciẽ eius: (sicut per Ezechielẽ: Duæ pẽnæ eorũ iũgebantur. i., aer & ignis: pro sua subtilitatis conformitate, pro anima sũpta) Et duabus velabãt pedes eius. i. corpus. Sicut per Ezechielẽ: Et duæ tegebãt corpora eorũ. ideſt, terra & aqua: ex quibus ipsum palpabile corpus formatum fuit: & est in operimentum (vt dictũ est) inquantũ ad alia duo impalpabilia, aerem, & ignem: & simul animæ, ipsis duobus impalpabilibus, comparatæ.

Exod. 25. Et correspondẽter, intelligitur de duob. Cherubin aureis, qui super testamenti arcã erãt: sicut dicit: *Duos quoque Cherubin aureos, & productiles facies ex vtraque parte oraculi.* &cæt. *Vtrunque latus propitiatorij tegant expandẽtes alas, & operientes oraculum.* quod idem est, ac dicere: (sicut Esaias dicit) Duabus velabant faciem eius, & duabus velabãt pedes eius: & eãdem significationem habent, sicut dictũ est: quia propitiatorium, diuinam in Christo naturã significat: & propterea dicit: *Facies & propitiatoriũ de auro mãdissimo.* duo Cherubin, naturã humanã significant: corpore & anima consistentem: plum oraculum, & naturam diuinã operiẽtem. Ipsorũ Cherubin alæ, quatuor elemẽta significant, (sicut dictum est) ex quibus ipsa humana natura constitit: & omnia correspondenter sunt. Dicit: *Respiciantque se mutuò versis vultibus in propitiatorium:* Ideſt, in quantum ad inenarrabilẽ ipsius corporis & animæ vnionẽ: carnis, & spiritus, in ipsius propitiatorij Dei obodientia: in vigilante custodia (& zelo quòd custodita sit) testimonij & propositi suę voluntatis, & diuinæ legis, in ipsa arca contẽti: cui promptæ voluntati, verarũ Dei reuelationum oraculorum, secundum velle suũ, correspondet. Sicut dicit, *Inde præcipiam, & loquar ad te supra propitiatoriũ: ac de medio duorũ Cherubim.* Et hi duo Cherubim, illæ duæ aliæ alę sunt, quas Esaias dicit (corpus & animã significantes) *quæ volabant & clamabant alter ad alterum* (sicut quando dicit: Respiciantq; se mutuò) & dicebant. *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum.*

CAP. III.

ET correspõdenter, hoc est, Seraphin'm ysteriũ cũ sex alis, quẽ glorioſus sãctus Franciſcus in Aluernię mõte vidit, eo tempore quo mundi saluator Iesus Christus Dei filius, ei quinque sua stigmata cõmuni cauit, eiſdem in locis manuum & pedum & lateris, in quibus ea ipſe Christus habebat: singularis gratia: & mundo valdè nota. Seraphim, cũ sex alis, quæ septenariũ numerũ faciũt, erant septẽ angeli, qui in Dei cõspectu sunt: Verbi incarnationis ysteriũ repræsentãtes. sicut declaratũ est. inter quos, tres nominati sunt: Ideſt, Michael, Gabriel, Raphael: sanctiſſimæ Trinitatis ysterium significantes. Qui Michael, totius angelorũ exercitus Princeps, & vniuersalis sãctæ Ecclesiæ protector: per singularẽ gratiã etiã, à Deo, pro particulari protectore, ipsi glorioſo sãcto datus fuit: quẽ, hac ratione cum eis multũ deuotus esſet, singulis annis honorabat particulari quadraginta dierum ieiunio: à die ipsius Archangeli festiuitatis terminatorum, quæ est, vigesimo nono Septẽbris. per quam viam & medium, illi omnes particulares gratiæ quas hoc in mundo habuit, factæ fuêre: vt fuit hæc stigmatum, &c

religionis suæ regula,& aliæ:quod chronica sua declarat,dicēdo.Cum in excelso sorsū,qui mons Aluernæ dicitur,quadrage nariū ad honorē archāgeli Michaelis ieiuniū inchoasset,supernæ cōtēplationis dulcedine,&c.quodam mane circa festum Exaltationis sanctæ crucis, in latere montis orans,vidit quasi speciem vnius Seraphim sex alas tam fulgidas,quàm ignitas habentem de cœlorum sublimitate descendere: qui volatu celerrimo ad aeris locum viro Dei propinquum perueniens,non solū alatus,sed & crucifixus apparuit: manus quidem & pedes habens extensos & cruci affixos, alas verò sic miro modo hinc inde dispositas, vt duas supra caput erigeret, duas ad volādū exēderet, duabus verò reliquis totū corpus circumplectēdo velaret. Quod idipsum est, quod per Esaiā legitur, de ipsis Seraphim alis tractantem,(sicut etiam per Ezechielem, de pennis) dicentem: *Duabus velabant facies eius, & duabus velabant pedes eius* : Verbum incarnatum significātibus:ipse inuisibilis Deus velatus, sub ipsa visibili humanitate sua sanctissima,hebdomadali,potentiali, & elementali: vt declaratum est. Itaque primùm, inquantum ad repræsentationem, & prærogatiua ipsorū septē angelorum:vidit quasi speciem vnius Seraphim (vt dicit) sex alas habentem,de cœlorum sublimitate descēdere: & inquantum ad effectum: proximè dicit:qui volatu celerrimo ad aeris locum viro Dei propinquum perueniens (idest. descendit de cœlis) non solùm alatus, sed & crucifixus apparuit : manus quidem & pedes habens extensos & cruci affixos. Et in declaratione,quod non figuratus, & iam resuscitatus Christus,ad dexteram Patris,vsque ad secundum suum ad iudicium aduentum,sedens,& non appatens. per seipsum erat:sed per medium ipsius Principis Michaelis, simul cum alijs sex angelis, vbi virtualiter,in merito suo, ante & post ipsius redemptionis effectum, figuratus erat:ipsimet angeli de nouo,in prima figura demonstrati sunt:sicut subiungit dicendo. alas verò sic miro modo hinc inde dispositas, vt duas supra caput erigeret, duas ad volandum extenderet, duabus verò reliquis totum corpus circumplectendo velaret. Vbi,cum saluator Christus Deus & homo,glorioso sancto Francisco stigmata sua,& corporales & spirituales passiones, aliqua ex parte communicaturus esset, per medium protectoris eius sancti Michaelis Archāgeli,vnius ex ipsis septē angelis,in quibus vnitè & distinctè, humanitas sua sanctissima,ab initio,ante Deum repræsentata erat:conuenienter,non solùm ipse protector,sed omnes ipsi septem angeli in tali ministerio concurrituri erant:quia,sicut omnes vnitè pars erant,in indiuisibilis corporis Domini repræsentatione: ita etiam vnitè esse debebant, in ipsius communicationis ministerio. & vt. cum particularem hanc prærogatiuam Francisco inter alios sanctos daturus esset: similiter etiam ipsi septem angeli in sua, inter alios angelos conseruati fuissent. Et ideò,vidit quasi specie vnius Seraphim sex alas tam fulgidas quam ignitas habentem de cœlorum sublimitate descendere.Ideſt, de cœli empyrei sublimitate , vbi ipsi septem angeli in Dei præsentia assistunt . Septem candelabra,à sancto Ioanne visa:in medio quorū, erat,vt dicit,(sicut hic facies seraphim) similis filio hominis: in qua humana facie ipsius Seraphim,vnius solius humani corporis significatio, denotatur, in vnius solius Dei essentiæ vnione,in ipso Verbo incarnato,contentæ.Sicut dicit: vnius Seraphim. ideſt, ipse protector Sanctus Michael, personam Patri , trinitatem & vnitatem Dei, repræsentans : interpretatus, quis sicut Deus?Sex alæ coniunctæ, inquantum ad alios sex angelos: qui,simul cum ipso Michaele, ipsius saluatoris humanitatem repræsentant : ex quatuor elementis inquantum ad corpus,consistentium duabus alis desuper,& duabus subter, significatis.

Esa.6.

Apo.1.

Ideſt:

Id est duo desuper: aer & ignis: duo subter: terra & aqua. sicut dictum est Naturæ diuinæ operimentum in ipso Christo, (& etiam animæ) ex tribus personis (sicut ex tribus potentijs anima) & vna essentia, consistens Quæ distinctio & vnio trium personarum diuinarum: in Seraphim, id est, Michael: & in duabus alis, id est, Gabriele, & Raphaele, (sicut dicit: duas ad volandum extenderet) tribus angelis particulariter nominatis, testificara est. *Duabus verò reliquis totum corpus eius, & faciem velabant.* Duabus: id est, corpus & animam, totum illud corpus & subiectum Dei & hominis simul velantia: illis totaliter velatum, qui propter fidei defectum, eum pro homine solùm iudicabant.

CAP. IIII.

AD ipsorum prophetarum propositũ reducendo, circa has duas vitas, immutabilem & variabilem: triumphantem & militantem: & de ipsis quatuor elementis, ex quibus ipsa humana natura composita est, Spiritus sanctus per Apostolum, Euangelistam & prophetam, sanctum Ioannem, dicit: *Et ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens.* &c. Sedes (sicut supra dictum est) humana natura est: & ille qui sedet, est Verbum incarnatũ: dominans in quantum Deus: (vt via, veritas & vita æterna) ipsi humanæ naturæ, ipsi volubilitati, & vitæ tranſitoriæ propter peccatum subiectæ. cuius humanitas, ex tribus quatuor varijs elementis consistendo, iaspidi comparata est: variorum colorum lapidi: sicut iris, quæ, vt dicit, in circuitu erat: similiter ipsam humanitatem significans: sicut dicit: *Et iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinæ.* Arcus sederis, inter Deum & hominem: vt ipsius redemptionis instrumẽtũ: ex quatuor cõpositis coloribꝰ (sicut iaspis) id est, ipsis quatuor varijs elementis. In circuitu sedis. id est, in defensionem & vniuersalem protectionem ipsius sedis suæ, humanæ naturæ. *Et in circuitu sedis, sedilia viginti quatuor: & supra thronos, viginti quatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus suis corone aureæ.* & cætera. Et in circuitu sedis, sedilia viginti quatuor, & supra thronos, viginti quatuor seniores. &c. Hę viginti quatuor, sedes, & throni, sunt ipsamet humana natura: ad vnam sedem & thronum reductæ ipsius sedentis & iudicantis Christi Dei & hominis. Viginti quatuor seniores sedentes, sunt iusti iudicij & sententiæ executores, in hac præsente vita murabili & variabili: ab initio Gen. 2. datæ, dicendo: *quia pulueres es, & in pulueremtu reuerteris.* qui seniores, iudices & executores, tempus significant, quod complectitur totam hanc vitam militantem, mutabilẽ, & variabilem, donec mundus stabit. Vmbra & fuæ æternitatis imago, in quantum Deus: & simul instrumentum, cum eadem natura humana, ad ipsam temporis volubilitatem propter peccatum subiecta, in ipsius delicti punitionem. sunt viginti quatuor, inquantum ad viginti quatuor oppositiones, & coniunctiones lunæ, in duodecim anni mensibus. Id est, crescens & deficiens: in quo ipsi mortales effectus consistunt: mutabilitas & temporum varietas contra ipsam humanam naturam, impermanentem post peccatum factam, propter ipsorum quatuor elementorum discordiã, (ex quibus composita est) in ipsius delicti pœnam. In cuius discordiæ testimonium, subiungendo: *Et de throno procedebãt fulgura, & voces, & tonitrua: &c.* et hoc dicere vult: Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas: id est, ipsas viginti quatuor oppositiones, & coniunctiones lunæ, inquantum ad eorum significationem, quatuor temporum, (vt dictũ est) tres menies vnicuique, qui sex oppositiones & coniunctiones faciunt, sicut dicit: alas senas. Hoc, inquantum ad præsentem vitam militan-

Apo. 4.

Ioan. 5.

tem, mutabilem,& variabilem. Sicut inquantum ad triumphantem, immutabilem & æternam,postquam dixit de quatuor animalibus,dicendo: *Ala, & similitudo varia*, inquantum ad volubile tempus & elementa:vt dictum est: concludit dicendo: *Procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes. Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam & honorem & virtutem* (id est,attribuere, vt Deo, omnem virtualem effectum) *quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata sunt.* hoc, inquantum ad victoriam habitam, in hominis renouatione,per ipsum iudicem, in throno sedentem,facta: & ipsius mortis corporalis, in ipsa varietate & instabilitate temporis consistentis:& ipsius temporis, vsque tunc imperio coronati, super ipsam humanam naturam,in ipsis sedilibus, vbi ipsi sedebant,significatam,ipsi morti, propter peccatum subiectam. Victoria æterna: in præteritæ volubilitatis temporis destructione,consistens:cum omnium rerum renouatione:in renouata natura humana inclusarum: nouiter in victrice ipsius immobilis & immutabilis Dei æternitate,stabilita & æternata.

CAP. V.

CVm de eo tractatum sit,quod isti tres prophetæ Ioannes,Esaias & Ezechiel, circa hanc visionem animalium, rotarum,& alarum,scribunt: & non ordinatè, imò diffusè, secundùm quod ab eis magis aut minus diffusè scripta est.sicut,secũdùm ipsorum mysteriorum varietatem: nunc vnum,nunc aliud,cum sit aliquãdo vna eadẽ res,variè ab ipsis tractata:& simul, quamuis ipsa mysteria,cũ in seipsis distincta sint:mysteriosè aliquando mixta: fuit etiam,vt dictũ est,diffusè declaratum.Nũc (vt concludatur,) ad Ezechielẽ redeundo, sic dicit: *Cumque aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram iuxta animalia, habens quatuor facies.*&c. Hæc quinta rota quinta essentia est(aut, quintum elementum) cœlestis dicta,secũdùm quod astrologi dicunt: quæ immediatè est,super regionem elementalem:& est natura ab illa quatuor elementorum multum distincta: quia incorruptibilis,& perpetua est:sed illa est verè,vt dictum est,quamuis incorruptibilis, ab incorruptibilibus quatuor elementis. composita & creata: vnde ineffabile creatoris nomen,potentiæ,sapientiæ,iustitiæ,& bonitatis infinitæ manifestatum est: & hæc est anima:quæ similiter,natura incorrupti bilis et perpetua est. Vnde, homo, omnis creatæ rei epilogus est:cum anima & corpore compositus sit. Id est,ex omnibus creatis rebus corruptibilibus, inquantum ad corpus:& incorruptibilibus, inquantum ad animam.& ideò, ad eius celsitudinem denotandam mysteriosè dicit: *Apparuit rota vna super terram.* quia,corpore à creatore ex ipsis quatuor elementis formato: infusa anima: sicut dicit: *Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem: subitò, apparuit rota vna super terram:* &c. Super terram:id est,ipsa pars rationalis spiritualis, dominanter super terrenum corpus suum:in rationalibus actionibus et motu corporali singulariter, suum creatorem amando,manifestata. Dicit, Rota vna:suam distinctionem, & differẽtiam à corpore suo,denotando: quod ab ipsis quatuor elementis dependet, ex quibus formatum fuit:& ipsa anima, immediate, à Deo creatore suo. Et sicut vniuersalis creatio,in hominis imaginem fuit:et ipse homo ad Dei imaginem creatus:ita etiam ipsa materia vniuersalis perpetua, est ipsius hominis imago in animã viuẽtẽ.id est,terræ elementum,inquantum ad corpus: vt particularis materia sua corporalis: alia tria,id est,aqua,aer,& ignis,inquantum ad animam:ex tribus aliis potentijs consistentes.

Ezech. 1.

Gen. 2.

rem. Id est, voluntate, memoria, & intelle-
ctu. Aqua, inquantũ ad voluntatẽ, in volun
taria diuinę legis obseruatione, operando:
aquæ diuinæ gratiæ fructificanti, correſ-
pondens. Aer, inquantum ad memoriam:
naturali ſuo implemẽto, & æterni creato-
ris memoriæ, gratè & ad tempus, in ſuæ a-
ctionis effectibus, ipſa gratia mediãte, cor-
reſpondentem: qui, vt ſpiritus, eam omni
re, quæ extra ipsũ est, euacuando, ſe ipſo re-
plet: & ſimul hominem in ipſo æternæ me
moriæ libro ſcribendo, conſeruat. Ignis,
inquantũ ad intellectum: ipſius diuini ſpi-
ritus igni correſpondentem, omni ignо-
rantiæ rubigine: & peccati cæcitate purifi-
canti: ad viſionem & agnitionem ipſius cre
atoris Dei neceſſarium. Hoc erit (ſicut in
innocentiæ ſtatu fuit) in vita triumphan-
te, & incorrupta. Sed inquantum ad muta
bilem & variabilem, poſt peccatum, iam
de ipſa anima dicit: *Habens quatuor facies*: id-
eſt, ratione vnionis cum corpore ſuo, pec-
cati inſtrumento. Habens quatuor facies:
id eſt, inconſtantiam, & mutabilitatem ſu-
am, in ipſo homine errante, ſingulis horis
manifeſtatam: à dominante ipſorum qua-
tuor elementorum diſcordantia, hominẽ
incitantem, & eius non reſiſtentis culpa,
cauſatam: ſicut ipſe prophęta, in capite vi-
geſimo teſtificatur dicendo. *Et rotas iſtas vo-*
cauit volubiles audiente me. De qua inſtabilita-
te ſubiungit dicendo, *Et aſpectus rotarum, & o*
pus earum quaſi viſio maris. Hoc, inquantum ad
ipſorum quatuor elementorum diſcordã-
tiam in homine, in ipſis quatuor rotis ſig
nificatorum: quia lunæ mutationibus ſup-
poſita ſunt, in cuius concauo orbe ſunt ſi
ta: ipſa dominatio intellecta, dicendo: *Quaſi*
viſio maris: in quod mare, magis ipſa luna
dominatur, & ſe magis variabilem mon-
ſtrat. Sicut inquantum ad animam, ipſis
incitationibus, propter peccatum, ſubditã,
(non reſiſtẽtem) dicit: *Et vna*, (id eſt, anima)
ſimiliudo ipſarũ quatuor, & aſpectus earũ & opera.
ſicut in capite decimo: *Et aſpectus earum ſimili*
tudo vna quatuor: quaſi ſit rota in medio rotæ. id eſt,

ſimilis terræ, in maledictiõne ſua, infructuo-
ſæ: peccatorum ſpinas, cum turpibus eo-
rum effectibus producenti, voluntario cõ-
ſenſui ſuo attributis: in multis ſpurcis & ve
nenoſis animalculis, quæ ipſa terræ corrup
tio producit, ſignificatis. ſimilis aquæ ele-
mento inagitatæ & fœtidæ, homo in vita
pigra, acediosè viuẽdo. Similis aeris elemẽ
to, inconſtans factus: & omni inſpirationi
diuinæ, reſiſtens. ſimilis ignis elemento, cũ
eſſet omni indignationis & iræ incitatio-
ni, (ſicut carnis ſtimulo) ſubiectus: & ideò
cõcludit dicẽdo: *Quaſi ſit rota in medio rotæ.* id-
eſt, anima per peccatũ rota facta, propter
inſtabilitatẽ & repugnantiã, quæ inter eius
potentias eſt. In medio rotæ. id eſt, ipſis mi-
ſeriis circundata. ſicut ſcriptura dicit: *Quoniã Heb. 5.*
am & ipſe circundatus eſt infirmitate. Circũdata,
& carcerata. ſicut alio in loco: *Nunquid mare lob. 7.*
ego ſum, aut cetus quia circundediſti me carcere? Per
quatuor partes earum eunies ibant, & non reuerte-
bantur cum ambularent. quod cõforme eſt illi
quod in pſalmo ſeptuageſimo ſeptimo legi
tur: *Spiritus vadẽs & nõ rediens* & hoc: ab ipſius *pſ. 77.*
ſpiritus & animæ ingreſſu in corpus ſuum
donec egreditur: per indeficientẽ ipſius cõ
trarietatis dictæ continuationem: ab eo in-
ſtanti, quo corpus in ventre formã recipit,
vſq; ad ipſius vinculi diſſolutionẽ, & elemẽ
torum exhalationem, moriendo, continu-
atæ. vnde per Iob: *Attamen caro eius dum viuet,* *Iob 4.*
dolebit, & anima illius ſuper ſemetipſo lugebit. Per-
git Ezechiel: *Statura quoque erat rotis & aliitu-*
do, & horribilis aſpectus: & c. Statura, inquantũ
ad ipſius ſpiritus cum corpore vnionem, v-
nionis Verbi teſtimonium, cum humana
natura, ſe humiliãtis: ipſe ſpiritus & ani-
ma, impaſſibiliter ſe, ad ſtaturam & menſu
rã corporis dilatãdo, & reſtringẽdo: eſſe ſu-
um, vitã, & altitudinis nobilitatem, com-
municando, (ſicut dicit: Et altitudo) quodã
fonte vitæ Deo creatore, qui ſolus eſt, re ci-
pit. Et horribilis aſpectus. Hæc muta-
tio homini, propter peccatum euenit,
cuius radix eſt ſuperbia: quia antea, in in-

nocentiæ statu, hæ elementorum rotæ, ex quibus compositus est, extra omnem difficultatem, in ipso homine erant, quæ in ipsis naturaliter inueniuntur: sicut ipsa elementa, antè quàm homo peccasset, in mirabili concordantia, ipsi fauorabilia erant: sed post peccatum, non est tanta inter ea differentia, extra hominem, quanta est eorum in homine controuersia, vbi se ipsa consummant, & destruunt: & ideò, Et horribilis aspectus. & hoc, quia non est animal magis turpe, horribile, et odiosum, quàm homo, Dei & creaturarum suarum oculis: quando se ab ipsis passionibus vinci patiens, ratione non vtitur, per quam homo est, et à ceteris animalibus irrationalibus differt. Est horribilis factus: quia Leonis feritas homini naturalis non est. nisi Agni modestia et mansuetudo. Hanc habet signi ficationem, hoc in loco, verbum hoc, Horribilis. *Et totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor.* Isti oculi, (sicut supra dictũ est) id tempus pertinent: in quo, hæ mutationes sunt, et præsentis vitæ varietates quia nihil fieri potest, nec tam breuiter cogitari, quod ipsum tempus non interueniat. et hoc integrè, in æternitatis circulo: quod est (sicut dicit) in circuitu oculis plenum: ita, quòd non solùm in circuitu (sicut dicit) ipsarum quatuor: qui est donec hæc visibilis mundi machina durabit, ex ipsis quatuor elementis compositæ: (vbi nihil accidit, quod Deus non videat) sed in æternum, antequam ipsa fuisset. *Cumque ambularent animalia: ambulabant pariter & rotæ iuxta ea.* Animalia: id est, animæ rationales in particulari: et sensitiuæ, in vniuersali, aliorum animalium irrationalium: partem pro toto accipiendo. Et hoc, in eo quod sequitur declarat, dicendo: *Quocunque ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur*, sequentes eum. sicut in capite decimo *Ad locum ad quem ire declinabat quæ prima erat: sequebantur. & cæteræ.* Hoc in volatilibus accidit: in quibus, terra & aqua, naturaliter graues, cum alijs duobus, aere et igne, eleuatæ sũt et hoc, ipsa anima sensitiua operante: sicut concludit dicendo: *Spiritus enim vitæ erat in rotis.* Hic vnum est mysterium, et veritas vna intelligenda. Spiritus vitæ: id est, non solùm hominis anima, et omnis alia anima sensitiua, omnis animalis irrationalis, sicut dictum est: sed principaliter Spiritus Domini, creatoris: qui (sicut scriptura dicit) *repleuit orbem terrarum*: omnia, et corpus et animam simul viuificans. Vita: siue sit temporalis, siue æterna, est communicatio et participatio, quam creator Deus generaliter facit, æternitatis suæ, cum suis creaturis, tam corpori, quàm animæ: quæ vt spiritus, immediatè viuere ab ipso Spiritu Deo creatore recipiendo, ad esse medium in hoc venit, in ipsius viuere communicatione cum corpore suo, quod à Deo recepit. Et hoc nos scriptura docet dicendo: *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est.* (id est, sensualis) ita, quod non anima, nisi ipse Spiritus creator, est prima et principalis ipsius humanæ vitæ causa) eruntque dies illius centum viginti annorum. Et consormiter Apostolus: *Cum ipse det omnibus vitam & inspirationem & omnia.* Act. 17. *Viuit Deus*, etc. (alio in loco) Quia *donec superest halitus in me, & Spiritus Dei in naribus meis*, etc. *non loquentur labia mea iniquitatem*, etc. Et spiritus Dei in naribus meis: essentiale ipsius viuere, solùm in ipso Spiritu Deo creatore, restringendo. Animali irrationali, non imagini: temporaliter: cuius, et corporis vita et ipsa vitalis inspiratio, simul finit. Rationali, imagini Dei: perpetuò: cuius, propter peccatum imagine transformata: illo in puncto quo mortaliter peccat, ipsi luci et vitæ æternæ Deo terga vertendo: ipse se, ipsa priuat. Quæ priuatio vitæ, et tenebræ, tantum durant, quantum homo in ipso statu durat: et hoc, ad ipsius deficientis lucis & vitæ Dei mensuram:

Sap. 15. Gen. 6. Iob. 27.

lux-

lux & vitæ æterna: (prompta & communis omnibus) tenebræ & mors æterna. Et hoc recta Dei iustitia operatur: quia inquantũ ad creatorem, vt rationalem, eum lucis & vitæ æternæ capacẽ et participem fecit: & in eodem fundamento, peccando, (adhuc liberam potentiam, cum ratione habẽdo, ab ipso Deo datam, & peccandi, & non peccandi:) ipsemet, in eadem mensura capacitatis lucis & vitæ æternæ, ratione legis seruatæ, lucis & auxilij, communiter & indifferenter datæ communicatæ, non peccãdo: se tenebrarum & mortis æternæ, peccando, capacem facit: Et in carnis resurrectione, etiam in cœlo, erit ipsa lux & gloria, secundùm vniuscuiusque capacitatem, sicut ipsa lux & auxilium in terra, inquantum ad Deum & iustitiæ solem Christum, indifferenter communicata. et similiter ipse spiritus humanus, non erit sustentationis sui corporis causa, vitæ et agilitatis ipsius: nisi diuinus Spiritus: et vtriusque: ipse resuscitans Christus: sicut dicit: *Ego sum resurrectio & vita.* Et dicendo: *Spiritus enim vitæ erat in rotis*: in omnibus quinque rotis intelligitur: id est, quatuor elementorum, inquantum ad corpus: et etiam quinta et vnica rota, inquantum ad animam. Et ideò mysteriosè, in hac correspondentia Saluator rerum omnium Christus Iesus Dei filius, Verbum incarnatum, in morte sua & humanæ redemptionis opere, quinque vulnera habuit, pro integra saluatione hominis, corpore et anima consistentis. Id est, quatuor, in pedibus et manibus, inquãtum ad corpus, ratione quatuor elementorum, ex quibus compositum est: et illud lateris et cordis: inquantum ad animam. Quasi sit rota in medio rotæ. hoc modo applicatæ, pro humanæ naturę renouatione: corporis et elementorum, in forma penetrabili: gloriæ, et pœnæ capaci: Id est: in duobus suorũ sacratorum pedum, inquantum ad duo elementa, terram, et aquam: Et in alijs duobus sacratarum manuum suarum vulneribus: inquantum ad alia duo, aerem, et ignem. sicut dicit: *Duabus velabãt faciem eius, & duabus velabant pedes eius.* A liud quintum la teris vulnus: inquantum ad quintam animæ rotam: quæ in medio iacet, sicut dicit: *Quasi fit rota in medio rotæ.* et per sanctum Ioannem: *Et continuò exiuit sanguis & aqua.* In quo sanguine, ipsa anima significata est: vt pote cuius principale medium sanguis, in commnnicatione vitę cum corpore suo. In aqua, res magna significata est: hoc est, ipsius animæ afflictiones et angustiæ: sicut scriptura narrat. dicendo. *Quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.* Particularis calicis sui amaritudo, ipsi soli vero homini, et vero Deo, reseruata: in honoris paterni sæculo fundata: Et profunda mysteria, quæ hic abscondita sunt, (gratia dei) in sacramentorũ materia, hoc in libro dicentur. *Cum eunti-bus ibant,* (pergit Ezechiel) *& cum stantibus stabant: & cum eleuatis à terra, pariter eleuabãtur: & rotæ sequentes ea: quia spiritus vitæ erat in rotis.* Cum euntibus. id est, omnis spiritus & vitalis forma in generali: rationalis, & irrationalis: cui corporalis motus attribuitur: cum palpabilia ipsorum impalpabilium spirituum corpora, & formæ vitales, in ipsis rotis significatæ, in communi, ex ipsis quatuor elementis formata sunt. Vbi inquãtum ad volatilia: & ad rationales electos, in ipsis volatilibus, resurgẽtes, & in cœlũ ascẽdentes, significatos: (Anima nostra sicut passer: scriptum est) dicit: et cum eleuatis à terra pariter eleuabantur. quia, (sicut dictum est) terra et aqua, naturaliter graues: resuscitatus, et resuscitans Christus saluator apparendo, in virtute Spiritus sui, animæ et corporis sui sacratissimi ipsas quatuor rotas, quatuor elementorum, in ipsorum resuscitatorum corporibus renouando: tunc pariter simul cum anima eleuabũtur: nõn ab ipsius animæ hominis virtute: nisi à virtute ipsius spiritus vitæ Christi, Dei & hominis: vtrique communicati. sicut dicit: *Spiritus enim vitæ erat in rotis.* Itaque illud

Esa. 6.

Ezech. 1.

Ioan. 19.

Ps. 68.

Ioan. 11.

Psal. 123.

illud verbum, *Euntibus*: in generali, omnem spiritum & formam vitalem complecti tur, quæ in corpore viuit, ex ipsis quatuor elementis formata: rationalem, & irratio nalem. *Et similitudo super capita animalium firmamenti*, &c. Hoc firmamentum est super ex lestem regionem: de qua nouiter tra ctare necesse est, & magis in particulari, pro ipsius scripturæ declaratione.

Hæc cœlestis regio, quæ immediatè super elementalem est: septem cœlis cõstat: in quibus septem planetæ sunt. & sicut cũ naturæ incorruptæ & perpetuæ sit, animã significat: (vt dictum est) quæ similiter, naturæ incorruptæ & perpetuę est: tum etiam, quòd septem cœlis constat, est in homi nis imaginẽ & creatoris sui simul: & esse sui hebdomadalis, (vt dictum est) ex tribus personis diuinis, & quatuor attributis ipsius trini & vnius Dei, consistentis: in tribus animæ potentijs, (vt dictum est) & quatuor corporis elementis, significatam. Vbi, ipsa humana natura ex animæ & corporis vnione consistens: in quo homine, vt singulari Dei imagine, omnis res creata, inclusa est: verè (vt dictum est) ipsa cœlestis regio, superiorem animæ partem significat: & supposita elementalis, inferiorem corpo ris partem: quòd, sicut dominatiuè, secundùm rationem, ab anima gubernatum est: ita etiam, regio elementalis, ipsum corpus significans, inquantum ad ipsa quatuor elementa, ex quibus formatum est, à supraposita cœlesti regione gubernatur: ipsam animam significante, propter ipsorum septem planetarum influentiam: sed inquantum ad mysteriosum numerum septimum ipsius hebdomadæ cœlestis septem cœlorum & planetarum includentis octauum, (vt dictum est, inquantum ad tres potẽtias animæ, & quinq ue sensus corporis) incrementi & diminutionis incapacem, propter quod soli Deo attribuitur: verè, ipsa regio cœlestis, integrè etiam ipsam humanam naturam significat: & euidenti cum ratione, quia vltra numeri complementũ, ipsi quinque corporales sensus ab anima veniunt, vt prima eorum effectuum causæ: vbi integrè in se ipsum numerum octauũ Deo attributum, continet, (in ipsis tribus potentijs & quinque sensibus contentum) propter quod etiam ad imaginem eius facta est. Quæ imago, non solùm in tribus animæ potentijs consistit, esse trinum in personis significantis: sed etiam inquantum ad quinque corporales sensus, simul vnitos, qui octonarium numerum faciunt: testimoniũ, per ipsum manifestũ numerũ, vnitatis essentiæ, & vnius solius æterni Dei: (sicut dicit & profitetur sãcta Romana Ecclesia, catholica & Apostolica, in symbolo Athanasij dicẽdo: *Et tamẽ nõ tres æterni: sed vnus æternus.* cũ mysteriosè ipse numer⁹ octauus, septimo inclusus esset. Et mysteriosè septimo inclusus: cũ primus grad⁹ ipsius numeri septimi, dictus resurgens, est primus & octauus in ipsa hebdomada: vt in consonantia musicali experientia notum est: & non artificiosè inuentum, per humani ingenij inuentionem: sed naturaliter, per diuinam reuelationem, Domini gratia, propriè homini factam, in testimonium mysterij Verbi incarnationis, veri hominis, & veri Dei: cum sit naturaliter in homine (inquantum ad tres potentias, & quinque sensus) ipse hebdomadalis numerus contẽtus: septimus & octauus simul, cum sit octauus gradus (ab ipso primo gradu resurgẽs) cũ primo, vnus tonus, vnus sonus, (non obstãte quod distincti sint) vnum esse & indiscrepabilis substãtia, in quo cõsistit incremẽti & diminutionis incapacẽ esse, propter q̃ Deo attribuitur: & homini, (ipsum numerum in seipso continenti) ad imaginem suam factum esse. Vbi in huius testimonium: tempus reductum & epilogatum fuit, & Dei æternitas in temporali septem dierum hebdomada, similiter octauum con-

tinen-

tinentæ, quia continet in quantum ad significatum verbum incarnatum, verum Deum, & verum hominem, totum ipsius æterni creatoris opus, in ipsa suij ipsius manifestatione, operatum: & adoperandum in æterno donec Deus erit: non solùm à principio, vsque ad præsentis seculi finem: sed antea, & post, in æternum omnia per ipsum Christum factâ: & in ipso, vero Deo & vero homine, (sicut salua) comprehensa. Ipsius Dei saluatoris æternitas, (sicut humanitas) in temporali septem dierum hebdomada, epilogata: cũ primus gradus ipsius septimi numeri (id est, Dominica) resurgens dictus, correspondenter secundum quod nos naturalis consonantia musicalis docet, in octauo gradu resurgens, ipsemet est. Et non est alterius hebdomadæ principium, quia dicere esset, quod duæ æternitates sunt: cum vna sit hebdomada, sicut vna æternitas est: & consequenter, vnus Deus, trinus in personis, & vnus in essentia. Et quando scriptura dicit: *Ego sum Alpha, & Omega principium & finis*: inquàtum ad creaturam intelligitur, (& non inquantum ad creatorem) vt principium & finem ipsius: vtrunque, (sicut vna Dominica) vna eadem res. Quia in ipso æterno Deo, nec principium, nec finis est, sicut in ipsa hebdomada: in qua, cum primus & vltimus gradus vna eadem res sit, id est, vna Dominica: neuter est, nisi circulus vnus & æternitas, absque principio & fine, in ipso Deo. Et inquantum ad ipsum saluatorem: principium & finem ipsius creaturæ, in ipso Deo incarnato, mortuo & resurgente, in ipso primo ipsius Dominicæ resurgentis gradu, significatum: qui, inquantum ad Deum & hominem simul, dicit: *Ego sum Alpha & Omega, principium & finis.* Vbi non inquantum ad circulum, qui naturæ diuinæ attribuitur, sed inquantum ad numerum, natura humana in ipsa hebdomada significata est, in ipsum Christum resurgentem assumpta: ex tribus potentijs & quinque sensibus, quæ ipsum octauum numerum faciunt, cõsistentes. Neque numerus (id est, octauus) sine circulo stare potest: sicut septimus, sine octano, in ipso septimo mysteriosè incluso: sicut in Christo natura humana, sine diuina simul. Et ideò mysteriosè ipsa cœlestis regio, vbi ipsa Verbi incarnatio integrè significata est, septem cœlis constat, in quibus septem planetæ sunt: inter quos, Sol, ipsum iustitiæ Solem Christum repræsentans: cum sit vt rex in medio eorum: est vt primus, & octauus gradus resurgens, in ipsa hebdomada cœlesti: per influentiam suam generare, & omnia nasci faciens, ex ipsis quatuor elementis composita. Ab astrologis fons lucis dictus, (sicut ipse Saluator de seipso dicit: *Ego sum lux mundi*) quia omnes eam ab ipso recipiunt. Et ipse in ceteris omnibus operatur, & nullus in eo (sicut primus hebdomadæ gradus, & dies creationis, diuinitatem significans, in octauo resurgens, ipsam resurrectionem & plenitudinem operatur) & inter homines, super Reges dominatur. (& hic titulus secundâ scripturâ, ipsi Regi gloriæ Christo donatur. sicut dicit: *Rex regum & dominus dominantium*) Et inter corporalia membra, in corde: quod Dei sedes in homine fideli est. Quod correspondenter vitalem virtutem ceteris membris ministrat. Et sic figuratus et verus Sol Christus, salus, vita, et resurrectio nostra, conformiter dicit: *Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat.* Quia, vt principium, homini per gratiam in vita præsente ministrat, à principio creationis suæ in carne. Et vt finis suus, inquantum Deus, ei integrè etiam per gloriam ministrat, à præsentis seculi fine, in æternum: in ipso, suam resurrectionem & plenitudinem ministrando et operando. Et hoc, in medio stando: id est, sicut medium inquantum homo, inter Deum & hominem. Et etiam

Apo 2

Ioan 10.

Apo 19.

Luc. 22.

inquantum Deus in carne passibili incarnatus:(sed impeccabilis)nascendo, moriendo,& resurgendo, in hominis redemptionem:vt principium,medium,&finis ipsius.In quo vero Deo& homine,hac ratione omnia inclusa sunt:&in merito eius,similiter conseruata. De quo,in vniuersali etiã testimonium est:quandoquidem omnis hæc cælorum & terræ machina, & id quod in ipsa continetur, hebdomadaliter etiam ordinata est : tam in incarnationis Verbi testimonium,quàm in ipsius conseruationem,in merito suo.Et hoc,tam in vniuersali,quod idipsum tempus, quod nobis creatoris bonitate donatur, nos æternitatis suæ participes faciente:etiam per particularem diuinam prouidẽtiam,nobis hebdomadaliter distribuitur:in testimoniũ, &meritum ipsius incarnati Verbi:vnicum medium inquantum homo:& vnà cum Patre causa,inquantum Deus,tot beneficiorum,quot per medium ipsius creationis & redẽptionis, per ipsum facta,nobis acquisiuit. Solius amoris effectus, Spiritus sanctus,à conformitate Patris & Filij, procedens. Vbi,cum humana natura hebdomadaliter creata esset, propter quod Dei imago est,(sicut dictum est) & mysterij incarnationis Verbi testimonium:in animæ & corporis vnione(sicut in numero)consentium:sicut sancta,Catholica & Apostolica Romana Ecclesia dicit: *Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo,ita Deus & homo vnus est Christus:*in ipsius Verbi Dei filij merito,inquantum ad animam auxilium habet,vt spiritus, per medium angelicorum spirituum, hebdomadaliter distributum: cum tota ipsa natura angelica,hebdomadaliter etiam,in septem angelis, in Dei conspectu astantibus epilogata est : in quibus ab initio ipsum incarnationis Verbi mysterium significatum est,pro humanæ naturæ conseruatione Quo in mysterio,& vniuersali eorum vnione,pro nobis intercedunt, & contra inimicos nos defendunt. Et similiter,inquantũ ad corpus,auxilium habet cum ex quatuor elementis compositũ sit per medium ipsius cælestis regionis, hebdomadaliter creatæ & compositæ ab ipso creatore,etiam in suæ incarnationis testimonium:ex septem cœlis consistentis, vbi septem planetæ sunt,qui per eorum influẽtiam, suppositam,elementalem regionem regunt & gubernant , & id quod ex ipsis quatuor elementis compositum est :propter quod,(ad præsuppositum redeũdo)ipsi septem planetæ,per ipsum prophetam Ezechielem, ipsorum quatuor elementorum capita nominati sunt,in ipsis quatuor animalibus significatorum,sicut dicit : *Et similitudo super capita animalium firmamenti.* Nunc(diuina fauente gratia)de hoc firmamento,& octauo cœlo;& de eius significatione dicendum est.

Eyn. Ath.

CAP. VI.

ET *similitudo super capita animalium firmamenti,quasi aspectus crystalli horribilis,& extenti super capita eorũ desuper.* Hoc firmamẽrũ,octauum cœlũ stellatum est :in quo stellæ fixæ sitæ sunt:ex quo firmamentum nominatum est.Græci , ipsum Aplanem, vocant:id est,non errantem : quia stellæ quæ in ipso sunt,semper intra se vnam eandem distantiam obseruant, & firmiter inhærentes motum proprium non habent,sicut planetæ:In hoc firmamento & octauo cœlo tot & tam variæ stellæ sunt,vt eas vsque ad hodiernum diem nullus homo numerare poterit.Vnde hoc Firmamentum, Ecclesiam triumphantem significat, duabus naturis consistentẽ,angelica & humana,in ipsis stellis significatis.Quod vtraque natura in stellis significata sit :ex Scriptũra colligitur.Inquantum ad angelicam,dicit: *Sacramentum septem stellarum,quas vidisti in dextera mea,&c:septem stellæ : septem angeli sunt,septem ecclesiarum.* Vbi,inquantum ad septenarium numerũ,octauũ includentem, (sicut Apo.1

dictum

dictum est)etiam naturam humanam signi
ficant,& ecclesiam militantem, vniuersa
liter ipsi hebdomadali numero inclusam.
Sicut dicit: *Angeli sunt septem ecclesiarum.* et ip
semet saluator, per sanctum Ioannem di-
Apo. 22. cit: inquantum homo: *Ego sum radix & genus
Dauid, stella splendida & matutina. Stella splendi
da*: inquantũ ad particularem visibilis san
ctissimæ suæ humanitatis splendorem, in
vniuersalis iudicij die apparentis. *Matutina*:
inquantum ad ipsum resurrectionis diem.
Sicut alio in loco: *Exurgam diluculo.* Cuius
Psa. 56. resurrectionis carnis, testimonium & figu
ra est in duodecim signis, quæ in ipso firma
mento & cœlo stellato sunt, in duas partes
distincta, Idest, partem agentem, & partem
patientem: sicut ipsa natura humana simi
liter in duas partes distincta est: idest, parte
agentem, inquantum ad animam: & parte
patientem, inquantum ad corpus. Et corre
spondenter, & cum mysterio, hæc duode
cim signa, inter quatuor elementa partita
sunt, hoc in ordine: idest, sex signa agenti:
cum duobus impalpabilibus elementis, aë
re, & igne, inquantum ad animam: & alia
sex patientia: cum aliis duobus palpabilib.
elementis, terra, & aqua: inquãtum ad cor
pus. Quòd hic duodecimus numerus, car
nis resurrectionẽ significat: iã (gratia Dei)
hoc in libro, lapius declaratum est. Octa
uum hoc cœlum, firmamentum nomina
tum est: quia in ipso stellæ fixæ sunt: (ad a
liarum inferiorum regionum diff. rẽtiam:
inquantum ad fatigatam Ecclesiam mili
tãtem) & hoc cœlestis Hierusalem priui
legium nomen est: in ipso firmamento signi
ficata: vbi resplendentes stellæ beatorũ, qui
semper fatigati, & in militante persecu
tionem passi fuerunt, cursum sequentes
stellæ maturæ crucifixi, & resuscitati
Christi: manu suæ fixæ & firmatæ in no
uo æternæ gloriæ & pacis ædificio, resur
gentes. Vnde spiritus sanctus, per sanctam
Romanam Ecclesiam, in eorum laudem &
testimonium cantat, dicendo: *In sanctis*

*præfulsit: Expulsi lapides suos conplantat locos Per
manus artificis. Disponuntur permansuri Sactis ædi
fitijs.* Et consimiliter per Dauidem: *Verbo* Psal. 32
*Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis
virtus eorum.* &c. Verbo Domini: Idest, ipso
Verbo Patris, incarnato: electorum suorũ
cœlos, & naturam humanam, in ipsis volu
bilibus cœlis (vt dictum est) significatam,
in se immutabili Deo, à præterita noxia
instabilitate liberante. *Et spiritu oris eius omnis
virtus eorum*, idest, ipsum vitalem virtutis &
firmitatis æternæ effectum, in gloria resu
scitando: vitali, & reciproco amori Spiri
tui sancto, à paterno, & filiali ore, & labijs
procedenti, attribuendo: diuinæ legis for
mæ: ipsius gloriæ bonorum, & pœnæ ma
lorum, fundamento. Sicut per Sanctum Io
annem: admirabiliter: *Et vidi cœlum nouum,* Apo. 21.
& terram nouam. (idest animam & corpus)
*Primum enim cœlum, & prima terra abijt, & mare
iam non est.* Idest, euacuatam spiritualis cœli
instabilitatem, & terræ corporalis corru
ptionem, & remotionem causæ vniuersa
lis maris variarum aquarum peccatorum
significando. Ipsum Firmamentum, Apla
nes nominatum est: idest, non errans: quia
stellæ, quæ in ipso firmamento sunt, eũdem
semper inter sese distantiam obseruant:
ad planetarum differentiam. Et hoc optimè in figurato suprapositio firmamẽto cœ
lestis Hierusalem & Empyrei cœli obser
uatur: vbi in æternum sitæ sunt viuæ & ra
tionales stellæ angelicæ & humanæ, maio
re cũ luce & splẽdore, vero iustitiæ solo
Christo illuminatæ: & ordinatæ, per Hye
rarchias, & choros angelicos, & secũdum
vniuscuiusque merita humanæ, in lucidis
& resplendentibus thronis glorificatorum
corporum eorum, collocatæ sunt: ad glo
riam & vitam æternam resurgentes. Vnde,
ipse vniuersalis redemptor: *In domo Patris Ioan. 14.
mei mansiones multæ sunt.* &c. Innumerabiles
sunt stellæ, quæ in ipso firmamento sunt:
Ita etiam in ipsi angeli, & beati in ipsis stellis
figurati, innumerabiles sunt, teste sacra

Dan. 7. scriptura, quæ dicit: *Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei.* & cætera. vtranque naturam comprehendendo. (Hoc, gratia Domini, sufficienter in huius libri fine, per particularem tractatum declaratur: vbi demõstratur, quod vtraq; natura, angelica, & humana, in vltimo die, in æquali angelorũ, & electorum numero, cõcurret) Vbi, inquantum ad magnum splendorẽ ipsius figurati firmamenti & cœli stellati Hierusalẽ cœlestis: ab æterna agni Christi Luce & Lucerna illuminatæ: *Qui lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest*: multa cum ratione & mysterio eam propter suam iucunditatem & pulchritudinem crystallo comparando, verbum hoc adiungit, Horribilis: multum primo cõtrarium: quia, vt scriptum est: *Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet.* & hac in ratione: quamuis in visione: horribilis. Sicut dicit: *Quasi aspectus crystalli horribilis*: ipsam horribilitatem, nobis mortalibus, cum naturali crystalli iucũditate, & lucidarum stellarum immortalium electorũ, tẽperando. quæ renouatæ aquilæ, resurgentes, & simul videtes, & Deo fruẽtes: Quasi aspectus crystalli, (vt dicit) in varijs lucis & gloriæ gradibus, apparebũt: secundùm quod per charitatem, ipsi æternæ luci appropinquabũt. Sicut crystallus: tanto pellucidior videtur, quanto plus lucis participat & luci propinqua est. Vnde, conformiter, per sanctum Ioannem: *Et sustulit me in Spiritu in montem magnum, & altum: & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem, descendentem de cœlo à Deo, habentem claritatem Dei, & lumen eius simile lapidi precioso tanquam lapidi iaspidis, sicut crystallum.* Dicit, lapidi iaspidis: sicut hic in Ezechiel: *Velut aspectum arcus*: inquantum ad varia elementa, ex quibus ipsa humana natura composita est: & vera ipsorum existentia, in ipsa resurrectione: in ipsis varijs coloribus ipsius lapidis, & arcus, significats. Sicut inquantum ad ipsorum elementorum dominationem, & septem planetarum capitum, & gubernationem eorum in homine, vt iam tali iugo libero, in ipsa resurrectione, concludit dicendo: *Et extenti super capita eorum desuper.* Dominatio perpetua: ipsi circulari ipsius firmamenti extensioni, comparata. Hoc, inquantum ad vitam triumphantem & æternam. Sicut inquantum ad militantem transitoriam, procedit dicendo: *Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum.* & cætera. Sub ipso firmamento & cœlo stellato, cœlestẽ Hierusalem in vita triumphante, significante, (vt dictum est) regio cœlestis est: & immediatè sub ipsa, elementalis, quæ ab ipsa cœlesti regitur: in quibus duabus regionibus natura humana in vita militanti & trãsitoria significata est: anima & corpore consistens: in cœlesti inquantum ad animam: & in elementali inquantũ ad corpus: ex quibus elementis formatum fuit. Dicit: *Sub firmamento autem pennæ eorum* (ideſt elemẽtorũ pennę: in ipsis animalibus significatorũ) *rectæ alterius ad alterum.* ideſt rectæ alterius ad alterum: in communi eorũ discordãtia & contrarietate sub firmamento & octauo cœlo stellato: secundùm cõtrarias influentias planetarum & cælorũ hebdomadaliũ, suppositorum: ambas regiones cõprehẽdẽdo: sub ipso firmamẽto sitas: humanam vitam, velatè consummantium: ab interiore peccati malitia, causatum. per quam, innocentia perdita, creatori non obediẽdo: res omnis contra hominẽ, vniuersalem in terra dominatorẽ, rebellata fuit: morti cõdẽnatum, & vita sua præsens, multis miserijs subdita, terminata: ab ipsis alis & temporis velocitate, natis & nutritis ab interiore & exteriore ipsorum elementorum & planetarum discordantia, consummata. Sicut significat dicendo: *Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum. vnumquod-*

Apo. 21. & 1. Tim. 6.

Exod. 33.

Apo. 21.

Ezech. 1.

que duabus alis velabæ corpus suum, & alter similiter velabatur. &c. Alterius ad alterum: Idest, inquantum ad velatam repugnãtiam communis discordãtiæ & rebellionis ipsorum elementorum, contra hominem. Rectæ: inquantum ad procedẽtem causam, & rectũ Dei iudicium ipsius miseriæ & mortis, per peccatum causatæ. Vnumquodque duabus alis velabat corpus suum, & alterum similiter velabatur. Vnumquodque: idest, vnumquodque ipsorum quatuor elementorum, in ipsis quatuor animalibus, significatorum: in omni corpore, tã animaliũ irrationalium, quàm rationaliũ, cum his duabus alis carne & spiritu, velatum: vnum cum alio, inuisibile factum & velatum ab ipsis duabus alis impermanẽtis vnionis & vitæ transitoriæ: à communi eorũ discordãtia, causatum. Vnde, duę alæ: quia ambo, caro & Spiritus, in præsente vita transitoria, in se inuicem dissoluendo, & ad talem effectum mortis corporalis veniendo, sunt etiam pro eorum discordante instabilitate ab ipsa mortalis sensualitatis vnione causata: velut duæ alæ, quæ breuiter hominẽ ad sepulturam conducunt. Sicut nos scriptura docet dicendo: *Iob. 14.* *Fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Et alterum similiter velabatur.* Et alterum: hoc Spiritus est, in particulari, & animal rationale hominis: in ipso spiritu rationali intellectus: qui, quasi animal irrationale factus, ratione ipsius sensualis vnionis, similiter velabatur: cum in se ipso sit (Quasi rota in medio rotæ, vt dictum est) ipsi volubilitati subiectus: ambo inter se, caro & spiritus, (sicut elementa) perpetuò aduersantes. Vnde, inquantum ad ipsarum duarum alarum contrarietatem carnis, & spiritus, ab interiore elementali (post peccatum) & contrarietate, frigidi, humidi, sicci, & calidi, ab ipsis contrarijs elementis, terra, aqua, aere & igne, emanantium, causatam: ipsam mortem & mortales passiones & humanas concupiscentias producentem: adiungit, dicendo: *Et audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis vt sonus castrorum.* &cætera. Quasi sonum aquarum inultarum: inquantum ad multitudinem diabolicarum tentationum peccatorum, in ipsa aquarum multitudine, secundùm iplorum delictorum varietatem, significatorum: ipse miser homo & militans fidelis Ecclesia, à toto infernali exercitu, donec mundus stabit, interiùs & exteriùs oppugnata: *Quoniam non est* *Eph. 6.* *nobis* (inquit Apostolus) *colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harũ, contra spiritualia nequitiæ, in cœlestibus.* &c. Quasi sonum sublimis Dei cum ambularent, &cæt. Hoc: inquantum ad victoriam contra eos habitam, ab ipso oppugnato peccatore, & ecclesia militante, resilliente: (quia, *Aquæ multæ* (idest, ipsæ tentationes & peccata) *non potuerunt extinguere charitatem*) in via fide (operando) & charitate fundatam, ipsam susceptionẽ & præsens iter, mediãte diuina gratia, continuando. Vnde illud verbum, Cum ambularent, cum mysterio hoc in loco opponitur verbo, Detineo: inquantum ad peccata in mente consensa: arma necessaria & reparamen contra ipsa mortalia vulnera spiritualia, simul cum scuto fideidepromptа. *In quo possitis* (vt dicit) *omnia* *Eph. 6.* *tela nequissimi ignea extinguere.* & hac in ratione: Quasi sonum sublimis Dei cum ambularent, ipsam victoriam in terra, ipsi sublimi Deo in cœlo & auxilio sanctorum suorum angelorum exercitus, à principio, cõtra hunc alium infernalem, militantem, attribuẽdo. Quasi sonus erat multitudinis vt sonus castrorũ. Idest, sicut per Iob: *Militia* *Iob. 7.* *est vita hominis super terram.* Sicut concludit: Vt sonus castrorum. Hoc: inquantũ ad hãc præsentem vitam militantem: mutabilẽ & variabilem. Sicut inquantum ad futurã, immutabilem & æternam: procedit dicendo: *Cumque starent, demittebantur pennæ eorum:* &c.

Cumque

Cumque starent: Ideſt in vltima die, fine præſentis,& futuri ſeculi principio,reſurgendo. *Etenim firmauit orbem terræ*,(inquit Da-
Pſal. 92. uid)*qui non commouebitur*. Sicut dicit: Cumq; ſtarent (addendo) demittebantur pennæ eorum.Ideſt,vexillum & inſignia demittere totum ipſum dominium & volubilis tẽporis imperium,& triũphantis mortis Regi gloriæ Chriſto,repentè apparenti: vſq; tunc, cum perpetuo prælio contrarietatis planetarum & elementorum, ſenſuum & potentiarum(in ipſis ſtupẽdis animalibus, alis,pennis,& rotis ſignificatum) ipſam humanam generationem deſtruente:& eodem in puncto omnia terminata:& hoc:audita ipſius tremendi iudicis voce: ſuper ſedem & maieſtatis ſuę firmamentum ſedentis,& iudicantis: ex ipſis lucentibus ſtellis vtriuſq; naturæ conſiſtentem: vna miniſtrante,(vt dictum eſt)altera aſſiſtente: de vniuerſalis mortis ſomno, ad gloriam & vitam æternam excitata. *Nam cum fieret vox ſuper firmamentum*(vt dicit)*quod erat ſuper capita eorum,ſtabant,& ſubmittebãt alas ſuas*. &cæt. Submittebant alas ſuas. ideſt, duas alas dictas,ſpiritum & carnem: alas poſt peccatũ facti pro eorum aduerſantia, in conſummationem & ipſius humanæ vitæ abbreuiationem. Vbi cum eſſet(In momento, in ictu oculi, (vt ſcriptum eſt)in nouiſſima tuba)à repentina tremendi iudicis voce terminata,Stabant,(vt dicit) & ſubmittebant alas ſuas.quia in ipſa renouatione,ipſa carnis & ſpiritus lucta ceſſabit,in ipſis duabus alis ſignificatorum.etiam in damnatis: in quibus,quamuis affectus in ſpiritu, & diſtorta deſideria præteritorum vitiorum:& peccatorum reſtabunt: potentia & actitudo in carne non erit,pro ipſorum delictorum effectibus. Et hoc, ad maiorem pœnã & æternam confuſionem:vt permanens abſolutæ eorum malitiæ teſtimonium, quia non ſemper per carnis fragilitatẽ: ſed per liberam conſuetudinem, impudentiam & ſpiritus malitiam,ſuccedit:Spiritui ſancto (vſque ad finem)& legi charitatis Dei,omnes indifferenter illuminantis,irremiſſibiliter reſiſtendo.Et ſuper firmamentũ(procedit dicendo) quod erat imminens capiti eorum,quaſi aſpectus lapidis ſaphiri: ſimilitudo throni,& ſuper ſimilitudinem throni,ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper. &c. Et ſuper firmamentum quod erat imminens capiti eorum, quaſi aſpectus lapidis ſaphiri,ſimilitudo throni: &c. Hic thronus tremendi iudicis, quem nunc proponit,Eccleſia triumphans eſt: in ſtellato cœlo(vt dictum eſt)ſignificata: Eminens capiti eorum,vt dicit,inquantum quod ſuppoſita cœleſtis regio ipſorum elementorũ & elementalis regionis,caput eſt: cum ſit (vt dictum eſt) à ſupraſtantibus cœlis & planetis gubernata . quæ Eccleſia triumphans, quam nunc proponit: inquantum quod Dei thronus & ſedes eſt, vt dictũ eſt, & in ipſo firmamento & ſtellato cœlo ſignificata: per comparationem, dicit eſſe Quaſi aſpectus lapidis ſaphiri, ſimilitudo throni:quia hic lapis ſaphirus,cum coloris cœleſtis ſit,naturaliter omni parte, aureis granis plenus eſt:quę,ſimul cum lapide reſplendent & comparent, quemadmodum ipſum ſtellatum cœlum, & firmamẽtum. Sicut in ipſius figuræ effectu:ſignificatę ſtellæ duarum naturarum,angelicæ, & humanæ,vt verus thronus,et Dei ſedes , incomparabiliter maioris pulcritudinis,lucis, & ſplendoris erunt. Thronus Dei, vtraque natura:in ipſo firmamento ſignificata. Ideſt,vtręque,Throni Dei ſunt, in eſſentiæ vnitate:ſed,in perſonarum diſtinctione, ſe Verbum incarnando : natura humana in Chriſto,particulariter: et vniuerſaliter in electis ſuis reſuſcitãdo, proprius thronus, et ipſius filij Dei ſedes eſt: de qua Spiritus ſanctus hac in figura tractat. Nunquam e- *Hebr.2.*
nim angelos apprehẽdit:(per Apoſtolũ)ſed ſemẽ Abrahæ apprehẽdit. Vnde,per annũtiantem angelum Gabrielem, concipienti virgini: Et dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius.etc. Quare ſedem Dauid: *Lu. 1.*

et non

& non ſedem Abrahæ, primi patriarchę, & originis generationis ſuæ, inquantum homo? Quia non ſecundum carnem: ſed ſecundum ſpiritum ipſa ſedes, & Chriſti regnum futurum erat. Sicut neque ipſum ſemen Abrahæ in Chriſto ſecundum carnem tantũ futurum erat, in benedictione, ſe incarnante, & naſcente: (ſicut ſcriptum eſt: Gen. 26. Benedicẽtur in ſemine tuo omnes gẽtes terræ) ſed ſecũdum ſpiritum: Chriſtus moriẽdo, & reſuſcitãdo: & ſicut æternus pater, filio: & in figura, & exemplo fidelis Abraham ſuonon parcendo: ita ipſe figuratus in Iſaac, Chriſtus: ſeipsũ liberè & obediẽtaliter offerẽdo, in benedictionẽ, & omniũ gẽtiũ redẽptionẽ (vt dicit) carnẽ ſuã, & ſangui- Luc. 24. nem ſacrificando. (*Nõne hæc oportuit pati Chriſtũ*, (ipſe dicit) *& ita intrare in gloriã ſuam?*) & per hãc viã ipſe nouus Dauid, ſuperbo Goliath dæmonio, ſolitis ſuis armis caput amputando: ei ſedes Dauid data fuit, ſecũdum ſpiritũ: ipſa caro, tertia die glorioſè reſurgens & ſimiliter in fidelibus ſuis per gratiã, ad futurã gloriam: ſedes tũc factis (etiã ſecundùm ſpiritum) thronus & regnũ ſuũ æternum: ad gloriam, & vitam æternam re- Ibi. 2. ſurgentibus, ſicut adiungit dicendo: *Et regnabit in domo Iacob in æternum*: ipſum ſpirituale m effectũ reſurrectionis & regni per gratiam, & gloriam, ipſi tertiæ perſonæ Spiritui ſancto, attribuendo: in ipſo Iacob patriarcha ſignificato.

Qua in ratione glorioſæ ſedis & throni vniuerſalis humani: & ſedentis, & ſuprà ſtantis Chriſti: inquantum hominis, ſimul cum ipſis Apoſtolis electis, & parte rationali animæ, ſuper glorioſam ſedem & eorum corporũ reſuſcitatorum thronos, de nouo, ſimiliter ſedẽtibus, & iudicantib., addit concludendo: Et *ſuper ſimilitudinem* Ezech. 1. *throni, ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper.* Ideſt, ipſa interior anima: rationaliter ſuperſtans. Sicut inquãtum ad diſtinctam ſuã cũ corpore ſuo vnionẽ, procedit dicendo: *Et vidi quaſi ſpeciem electri, velut aſpectũ ignis in-*

trinſecus per circuitũ eius, à lumbis eius, & deſuper. &c. Quaſi ſpeciem electri. Electrũ, ſecundũ quoddã vocabularium Eccleſiaſticum: eſt quædam pretioſa lacryma, quæ in quibuſdã Oceani ſeptẽtrionalis inſulis, ex aliquibus arboribus profluit: quæ vt in terram cadit, congelatur: & tranſparens eſt. Sic, per comparationem, anima, quæ immediatè à Arbore vitæ Deo creatore profluit: vt in terram cadit, ideſt, in terram corporis ſui, cui vnitur: congelatur. ideſt: ratione ipſius vnionis: quaſi ſimul cum ipſa carne, ſuæ ſenſualitati ſubiecta deueniendo. Vbi liberationem eius ſignificando, ſimul cũ corpore ſuo, ab ipſis paſſionibus, & humana corruptione, in hominis renouatione per gloriam, conſecutam: adiungit dicendo: *Velut aſpectum ignis intrinſecus per circuitum eius. à lumbis eius, & deſuper: & à lumbis eius vſque deorſum, vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu.* &cætera. Ideſt. A lumbis eius, & deſuper: (cum præcedente) inquantum ad ingenerantem animam: & à lumbis eius vſque deorſum: (cum ſequente) inquantum ad generãs corpus: (ſicut ſcriptum eſt: *Fortitudo eius in lumbis eius*) ſpiritum, à carne diſtinguendo, vterque ſimul, in agilitate, & diſpoſitione, vt aſcendere poſſit (ſicut comparatiuus ignis, naturaliter ad ſuam ſublimem Spharam) *obuiam Chriſto in aera*: vt ſcriptum Iob. 40. Theſ. 4. eſt: & ad ſuum principium, & finem Deum creatorem peruenire. in ſubſequente ſignificatum, dicendo: Vidi quaſi ſpeciem ignis ſplẽdẽtis in circuitu. Et inquantum ad materiam, & elemẽtorum diſtinctionem corporis ſupraſtantis Chriſti, omnia includẽtis, particulariter loquendo: concludit dicens: *Velut aſpectum arcus cum fuerit in nube in die* Gen. 9. *pluuiæ, hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum. Hoc eſt ſignum fœderis*, (alio in loco) *quod do inter me & vos.* &cætera. *Arcum meum* (Ideſt, Filium meum) *ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram.* &c. & hoc in myſterio: Velut aſpectũ arcus (vt dicit) cum fue-

rit in nube: Ideſt, Verbum ſe incarnando: ambas naturas, diuinã & humanã, in Chriſto vnitas, ſimul cum altera electorũ parte, chrono & ſede ſua vniuerſali, (vt dictũ eſt) comprehendendo. Quia, inquantum ad arcum: in circulari forma, & ſplendore, natura diuina, & æternitas ſua: & in varijs coloribus, humana, noſtræ redemptionis inſtrumẽtũ, ſignificata eſt: ex quibus quatuor elementis, ipſam colorum varietatem cauſantibus: pretioſiſſimũ corpus eius formatum fuit. & inquantum ad ſuppoſitã & circunſtantem nubem: vniuerſalis ſanctorũ ſuorum vnio, & ſedes ſua glorioſa (vt dictũ eſt) reſurgẽdo, intellecta eſt. *Quoniam quis in nubibus* (Cum diſtinctione) *æquabitur Domino, ſimilis erit Deo* (applicãdo) *in filijs Dei?* Et Dominus: conformiter, in diſtinctione: *Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cũ virtute multa & maieſtate.* & cæt. & in vnione: (per eundem) cum hoc alio propheta conformando: *Cum autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ.* & cæt. Sicut per Ezechielem: *Et ſuper ſimilitudinem throni, ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper.* & cætera: inquantum ad vniuerſalem ſedem & thronum (vt dictum eſt) electorum ſuorum. Quaſi aſpectus hominis deſuper. Ideſt, rationalem animæ partem, & rationaliter ſedentem, & ſuper thronum & ſedem corporis ſui dominantem, reſuſcitando, ab ipſa irrationali corporali diſtinguendo. Velut aſpectus arcus (concludendo) cum fuerit in nube. Ideſt, inquantum ad particularem & vniuerſalem ſedem ipſius filij hominis, & filij Dei, Chriſti: in arcu, & nube, (vt dictum eſt) intellectam. In nubibus cœli: in diſtinctione: (vt dictum eſt) & in ſede maieſtatis ſuæ, arcus, & nubes: in vnione. Et hoc, in die pluuiæ. Ideſt, præcedente terribili pluuia vniuerſalis iuſtorum perſecutionis. *Erit tunc tribulatio magna* (vt dictum eſt) *qualis non fuit ab initio mundi, neque fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro; ſed propter electos breuiabuntur dies illi.* &cætera. *Et tunc parebit ſignum filij hominis in cælo.* Ideſt, proximum ſignum arcus crucis Chriſti, tam particularem reſurrectionem, & eius in cœlũ aſcenſionẽ, quã vniuerſalem omnium aliorũ iuſtorũ, præcedẽs: (*Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?*) in ipſa præcedente cruce vniuerſalis pluuiæ magnæ tribulationis, teſtificatum. Sicut ſignificat addendo: *Et tunc plangent omnes tribus terræ: & videbũt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maieſtate.* Ideſt, Velut aſpectum arcus (per Ezechielem) cum fuerit in nube in die pluuiæ: cum repentina ſua apparitione, & ſplendore, continuatam calamitatẽ & humanarũ miſeriarũ pluuiã, nebulam & caliginem peccatorum cæcitatis terminãdo: & ſimul iudicãter, tenebras, à luce diſcernendo. Sicut concludit dicendo: *Hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum.* particularis ſuæ reſurrectionis teſtimoniũ, & vniuerſalis omniũ hominũ, & iudicij: ab ipſo ſaluatore, & iudice vniuerſali, cũ in mundũ venit, non per angelicũ miniſterium, & lucem elemẽtalẽ, vt Ezechieli: ſed per ſeipſum, & lucem propriã, & ſplendorẽ diuinum, teſtificatũ: circunſtãtibus teſtimonijs apoſtolicis declaratũ, dicẽdo: *Nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis à mortuis reſurgat.* Ideſt, Tunc: & non antea dicetis. Sicut, poſt effectum, dictum, & ſcriptum eſt: *Et reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.* Ideſt, Velut aſpectũ arcus (per Ezechielem) cum fuerit in nube. & conformiter per ſanctum Matthæum: *Ecce nubes lucida obumbrauit eos.* ambæ nubes, obumbrantem & lucidiſſimã humanitatis Chriſti nubem, ſignificantes: permediũ cuius, ipſa apoſtolica fidelis Eccleſia, thron⁹, & Dei ſedes, & firmamẽtũ, ab ipſo iuſtitiæ ſole Chriſto illuminata erit: & ſua lux & gloria, ſecundũ vniuſcuiusq, beatorũ ſtellæ capacitatẽ, (ſicut dicit, *Obũbrauit eos*) communicata. Et hac in ratione vniuerſalis Eccleſiæ,

Mat. 24.
Mat. 25.
Ezec. 1.
Mat. 24.
Luc. 24.
Mat. 24.
Ezech. 1.
Mat. 17.
Ezec. 1.
Matt. 17.
Mat. 13.

cleſię, ſecundũm ternarium ſuum incremẽ
tũ ſermẽti legis innocẽtiæ, (in illa naturæ,
incluſa) ſcriptæ, & Euangelicæ, in tribus ob
umbrantibus apoſtolis, Petro, (ipſius capi-
te) Iacobo, & Ioanne, intellectæ: *Et ecce duo*
Luc 9. *viri loquebantur cum illo.* (per ſanctum Lucam)
Erant autem Moyſes, & Elias, viſi in maieſtate:
(ideſt, inquantum ad ipſam propoſitam le-
gem: per ipſos duos viros, cum maieſtate,
& ſplendore diuino, datã, & zelatam) &
dicebant exceſſum eius, quem completurum erat in
Hieruſalem. & c. Ideſt, quia *Non veni ſoluere le-*
Mat. 5. *gem:* (per ſanctũ Matthæum) *Sed adimplere:* &
maiore cum zelo, & charitatis exceſſu, ob-
Mat. 17: ſeruare. & conformiter: *Et ecce vox de nube,*
dicens, Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene
complacuit: ipſum audite. Ideſt, Non ampliùs ip-
ſos duos viros in maieſtate: ſed ipſum au-
dite: (in ipſius legis complementum & fi-
gurã, cũ zeli, & charitatis æternæ exceſſu,
iguominioſè morientẽ) in humilitate. *Do-*
Eſa. 42. *minus ſicut fortis egredietur,* (per Eſaiam) *ſicut vir*
pręliator ſuſcitabit zelũ. Torcular calcauí ſolus, (per
Eſa. 63. eundem) & *de Gentibus non eſt vir mecum.* &
hoc in myſterio: *Leuantes autem oculos ſuos, ne-*
minem viderunt, niſi ſolum Ieſum. & cõformiter
Ezc. 1. per Ezechielẽ, inquantum ad primam cir-
cundantis lucis, & ſplẽdoris apparitionẽ,
concludẽtẽ: *Velut aſpectum arcus cum fuerit in*
nube, in die pluuiæ, hic erat aſpectus ſplendoris per
gyrum. ipſum effectum illuminationis, &
ſplẽdoris per gratiam, & gloriam, ipſi vni-
cæ, & vniuerſali luci Chriſto, Deo, & homi
ni, principij centro, & fini rerum omnium,
attribuendo.

MEDITATIO, SECVNDVM PRAECEDEN-
tia: ſuper hanc dictionem, Verbum: Ineffabile Dei No
men. vbi Euangelij ſancti Ioannis exordium. In prin-
cipio erat Verbum, vſque ad concluſionem,
Et verbum caro factum eſt:
inſeritur, & decla-
ratur.

CAP. VII.

CVm hic punctus plenitudinis per glo-
riam peruenit reſuſcitando: ab omnis gra-
tiæ auctore Chriſto Deo & homine cõmu-
nicatã: & à fidelib. ſuis, ipsũ per præcedẽ-
tẽ crucis diſpoſitionem, imitantibus, *Donec po-*
nã inimicos tuos, (ipſi dictũ) pœnitẽter operã-
tibus, confectã: tũc, excelsũ & ineffabile i-
pſius Dei nomẽ Tetragrãmatõ integrè exal-
tatũ erit: quod apud Hebręos eſt, Iehoua. Id
eſt, Quatuor literarum Nomẽ, ex quo hæc
dictio Verbũ conſiſtit: quæ ſunt quatuor at-
tributa diuina, & quatuor creata elemen-
ta, in quibus ipſa increata attributa, vt
dictum eſt, propriè ſignificata ſunt: vtrun-
que in ipſo Verbo incarnato, in vnius
verbi vnione, diuini, & humani, di-
ſtinctè & vnitè cõcurrens. Sicut ſublimitas
eius & altitudo, profunditas et abyſſus in
intelligentia ſua, vt ineffabile ipſius incõ-
prehenſibilis Dei nomen: ab ipſa difficili-
ori viſione tam ſtupendorum, quàm my-
ſterioſorum animaliũ, in quibus ipſa qua-
tuor elementa, et attributa diuina ſignifi-
cata ſunt, demonſtratum eſt. inquibus qua-
tuor animalibus, et tam vario, quàm myſte-
rioſo aſpectu et motibus: hæc vniuerſalis
cœlorum et terræ machina, ex ipſis quatuor
elemẽtis formata, et incõprehenſibilis
myſteria ipſius vniuerſalis creationis, redẽ
ptionis, reſurrectionis et iudicij, in totali
manifeſtatione extra ipſius creatoris, teſti-
ficata sũt: quaſi quatuor literę, hãc dictionẽ
Verbũ, et ineffabile ipſius Dei nomẽ, pro-
ferentes: per quod omnia facta ſunt. Vnde,
cum eſſet finis principalis rerũ omniũ, ma
niſeſtatio extra ipſius incomprehenſibilis
Dei: multa cũ ratione ipſa profunda myſte
ria, à Spiritu sãcto, mediãte opera horũ triũ
prophetarũ, Ezechielis, Iſaiæ, et Ioãnis, pro
fundè et myſterioſè ſcripta ſunt: tribus
diuinis in cœlo et in terra teſtificantibus,
correſpondentium. Et huic aliud myſteriũ
adiungitur: non ab omnibus, ſicut ipſa figu
ra, communiter intellectum, et penetratũ.
Ideſt: Quæ cauſa eſt, inquantum ad natu-
rã diuinam, origo et fundamentum, in-

quantum ad humanam, quod omnes nationes & vniuersi mũdi linguæ, per peccatum cõfusæ, creatorẽ Deũ, cum quatuor literarum nomine vocãt. quod verũ est: & iã per tẽporis lõginquitatem scitũ & expertum. Hęc causa est: inquantum ad naturam diuinam: Deum velle, vt suum ineffabile nomẽ ab omni creatura, in cœlo, & in terra, super omne nomen, particulariter, & vniuersaliter exaltetur. *Ego Dominus* (ipse dicit) *hoc est nomen meum: gloriam meam alteri non dabo.* Et hoc in ordine: *Quando filij Adam, in peccati ignorantia nati, & nutriti, dixerunt: Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum: & celebremus nomen nostrum antequam diuidamur in vniuersas terras.* et cætera. *Erat autem terra labij vnius*, primùm dicit) *& sermonum eorundem*; Tunc Spiritus sanctus sic eorum linguam confudit, vt non eorum nomen, sed ineffabile nomen ipsius Dei, ab eis, sine mysterij intelligentia, perpetuò celebratum fuisset. Sicut videtur, quod omnes nationes, quæ nõ obstante quòd in varias linguas, et varias leges nouorũ errorũ et ignorãtiæ, in mundũ perpetuò introductorũ, diuisæ sunt: in hoc omnes vniuersaliter concordant, creatorẽ suũ Deũ cum quatuor literarum nomine vocantes: quatuor attributis diuinis correspondendo: ex quibus hæc dictio, Verbum, et ineffabile ipsius Dei nomen cõsistit. et hoc origo et fundamentum est, inquantum ad naturam humanam: à quo prima causa colligitur, inquantum ad naturam diuinam, et æternam suam prouidentiam: per quam, et non causaliter obseruatum est. *Erat autem terra labij vnius, & sermonum eorundem.* et hoc in noui mundi principio, et nouæ humanæ generationis, post vniuersale diluuium: in testimonium eius quod futurum erat in præsente per gratiã regeneratione, et principio nouæ lucis apostolicæ, et prædicationis euãgelicę, in destructionẽ ipsius originalis ædificij et turris superbię humanę cõtra Deũ, in nouã sui sanctissimis nomi-

Gen. 11.

nis exaltationẽ. Vnde, Spiritus sãctus supra ipsã apostolicã ecclesiam veniẽdo, in nouis linguis ignis charitatis & zeli honoris Dei apparẽdo, & simul omnẽ in eis originalem confusionem euacuãdo: cum vnica & vera scripturarum & linguarum intelligẽtia loquendo & interpretando: Erat terra labij vnius (vt dicit) & sermonum eorundem: vnicum & ineffabile ipsius Dei nomen exaltando. Et sicut in principio: sic in mundi fine & noua per gloriam regeneratione, Erit terra labij vnius: in vniuersali ipsius Dei laude, & maiore cum luce & intelligentia, testificatus Deus & ineff. bile nomen suum potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, vniuersaliter exaltatum. Omnes generationes & linguæ, diuino ordine & prouidẽtia, vt dictũ est, Deũ quatuor literarum nomine vocãt: & si hoc, non ternariò & formaliter: secundum originalem ignorantiam, et linguarum cõfusionẽ, mysteriũ ratiõaliter nõ intelligẽtes, saltem materialiter, quasi cũ reb. irrationalib. cõputatæ, in peccati testimoniũ, quaternæ scriptioni vniuersali in omnib. creatis reb. correspõdẽtes: in quib. & in vnaquaq; ipsarũ, quãuis minima sit, ratione virtualis cõsistẽtiæ ipsorũ quatuor elementorũ, ipsa dictio Verbũ, et ineffabile creatoris nomẽ scriptum est: etiam materialiter, quatuor pronunciãtibus literis intra, et efficiẽtibus extra, quatuor attributis diuinis correspõdẽdo. Vnde, considerandũ est: Quòd Deus in principio manifestationis suæ extra quatuor elementorum materiam creando, ex qua omnia creauit, fuit vt prima imago et exemplum sui incomprehensibilis esse et magnitudinis: quasi quatuor literæ maiusculæ, vt dictũ est, in ampla et immobili terra, potentiã: in abundãte aqua, cælos, terrã, et abyssos penetrãte, sapientiã: in viuificãte aere, omne vacuum implente, misericordiam: in purificante igne, iustitiam, significando: et simul res omnes ex ipsis quatuor elementis creando, in quibus, vt dictum

est, vir-

est,virtualiter inclusa restant, hanc dictionem Verbum, & ineffabile nomen suum vniuersaliter scribendo. Vnde in ipso effectu vniuersalis creationis rei omnis visibilis,& inuisibilis,angeli & hominis, rationalis& irrationalis, per medium ipsorum quatuor elementorum,& quatuor attributorum diuinorum effectum : vtrunque est materia apud Deum:attributa,& elementa:in effectu vnius solius verbi, simul concurrentia: esse ipsius incomprehensibilis Dei manifestantis. Sed in manifestatione intra:ipsa quatuor attributa diuina:inquãtum literæ & verbum pronuntians : in æternum,in substantia comprehẽsibilitatis, & paternæ intelligentiæ æternæ, generatum:non sunt materia:sed distinctum esse æternitatis Dei: & non per potentiam,& c. quasi materia:sed per naturalem paternam communicationem, ipsius esse potentiæ, sapientiæ,iustitiæ,& bonitatis infinitæ :in vnigenito filio & pronunciante verbo, communicati:& consequenter,cum distincta comprehensibilitate paterna, & reciproco amore,Spiritui sancto,in tertia persona & testimonio, à Patre & Filio procedente,testificati. Filius,inter tres personas diuinas, particulariter Verbum nominatur,ratione vnicę suæ æternæ generationis, in manifestatione intra,& distincta incarnatione extrà: pronuntianter intra,& efficienter extra,esse ipsius trini & vnius Dei manifestando. Et eadem ratione, Verbum: id est Christus,Deus,& homo factus : *Per quem omnia facta sunt. Quem constituit hæredem vniuersorum,*(per Apostolum) *per quem fecit & sæcula.* Quia : si hæ quatuor literæ quatuor attributorum ,sunt communis materia & instrumentum omnibus tribus personis diuinis,in ipsius vniuersalis creationis effectu:Quomodo ipsi Verbo Dei filio, ipsum effectum particulariter attribuendo,dicit: *Per quẽ omnia facta sũt?* Hoc in ordine&ratione distinctæ personæ,& Verbi pronuncians intra,& substantiæ paternæ comprehensibilitatis,in æterna sua generatione:(sicut dicit,& præponit,*Genitum, non factum, consubstantialem Patri*)& distincta incarnatione extra,vt dictum est.sicut addit dicendo : Per quem omnia facta sunt.huius rei rationem declarans,concludendo:*Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine. Et homo factus est* .Qui,cùm per liberam voluntatem suam particularem esset:vt particulare effectus vniuersalis creationis fundamentum,sine quo effecta non esset: hac in ratione,vt Christus,Deus,& homo, dicit : Per quem omnia facta sunt.& per sanctum Ioannem : *Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil.* &c. Factum est nihil. Id est: Eadem in ratione,eo quod stans tam distincta,quàm voluntaria acceptatio suæ incarnationis & mortis effectus , inquantum homo,ab æterno distinctè, & inquãtũ Deus,& inquantũ homo,liberè&voluntariè acceptata:sine quo nihil factũ esset,dicit,Sine ipso factum est nihil: omnia ad nihil,& nõ esse quod prius erat,reducẽdo. Et hac in ratione: Quẽ constituit hæredem vniuersorum,per quem fecit & sæcula. Id est, ipsum volũtariæ acceptationis & æternæ obedientiæ fundamentũ,& inquantum Deus,& inquantum homo,anteponẽdo:in ipsam vniuersalẽ primi Adami hæreditatem,& consequentem obligationẽ solutionis pœnæ suæ inobedientiæ subintrãdo. Quia,distincta res sunt,esse Dei æternitatis,& ternariæ vnionis æternæ trium personarum distinctarum:& quatuor attributa ipsius Dei:litteræ, & ineffabile nomen eius:vt dictum est.& sicut esse omnium creatarum rerum,ab ipsarum nomine.nõ procedit: immò bonum aut malum ipsarum nomen, secundùm varios earum effectus, ab esse & ipsarum rerum natura procedit: sic esse creatoris Dei,à nomine suo(quamuis magno)non procedit , & litteris attributalibus potentiæ,sapiẽtiæ,&c.immò ipsum nomen,& attributa potentiæ, sapien-

Rom. 1

entiæ,(etc.) Dei æternitatem nõ includũt: sed æternitas,attributa in se includit quia, non esset potentia, & sapientia,& bonitas Dei infinita,si æterna non fuisset.ita,quòd essentiale esse Dei , in æterno esse consistit:omnia,potentiam , sapientiam,iustitiam,& bonitatem infinitam,continens.suæ immutabilitatis fundamentum: quia aliter,Deus non esset.quæ immutabilitas,nõ potentiæ, neque sapientiæ,&c.sed æternitati, & esse suo æterno,omnia includenti, attribuitur. Qua in ratione & ordine : per hebdomadales dies,imaginem,& testimonium æternitatis creatoris Dei, vt circulus æternus numeri septimi, octauum continentis,& omnia, vt declaratum est: manifestatio sua extra,& esse suum æternũ, creantis, & redimentis,octauo die, vno cum primo, manifestatus Deus in carne, (sicut vniuersaliter in vltimo erit) gloriosè resuscitando , immutabiliter effectæ. per hanc viam imaginis circularis æternitatis temporis, quatuor elementorum materiam creando, & reliquũ omne ab ipsa materia formatum,vbi attributa sua significata sunt,æternum suum esse primùm & principaliter manifestando. Esse æternitatis Dei à Patre,sine tempore generante , cum ceteris omnibus attributis,Filio, communicatum:& à generato Verbo,sine tempore intra, et in tempore extra , manifestatum.*Deus charitas est* : (per sanctum Ioannem)*& qui manet in charitate,in Deo manet, & Deus in eo.*etc. Deus charitas est.Id est,ipsum esse æternitatis, et vitæ æternæ Dei,antepo nendo:in effectibus manifestationis suæ extra, charitati Spiritui sancto, vt dictum est,attributis , particulariter demonstratæ.Vnde,conformiter : (cum multum ad propositum sit) de quodam homine dicunt,cui , in suis contemplationibus hoc Trinitatis Dei mysterium sæpius occurrebat:cum in magna tribulatione esset:post longam orationem soparatus : se excitauit, hæc verba pronunciando:Excelsitas, Diuinitas, Aeternitas. et per hanc viam consolatus fuit:intelligens , quòd omnia, à Dei voluntate procedebant:et pro maiore gloria et laude sua,à suo trino concilio, sic permissum et ordinatum .primum verbum Excelsitas, personæ Patris applicando:et secundum Diuinitas, secundę personæ filij: (Diuinitas:id est,respectu huius verbi Humanitas,ratione suæ distinctæ incarnationis)& tertium verbum Aeternitas,tertiæ personæ Spiritui sancto:vnitiuo amori & vitæ æternæ ipsius trini & vnius Dei.Ita ,quòd ipsa quatuor attributa diuina,potentia,sapientia,iustitia ,& bonitas infinita,literæ attributales, ex quibus hæc dictio verbum , & ineffabile Dei nomen consistit:sicut apud hominem,eum creãdo, cum reliquo omni rationalis,&irrationalis,est forma efficiens, &essentians in manifestatione extra:sic apud creatorẽ est materia&instrumẽtũ,simul cũ elemẽtali,quo vtitur pro tali effectu manifestationis suæ extra.Vnde,*Et Verbum caro factum est*:elementale,carnem factum,simul cum attributali comprehendendo.verbum&ineffabile ipsius creatoris Dei nomen, omnibus tribus personis diuinis cõmune:generatũ, se distinctè incarnando. Et similiter hoc nomẽ Pater,eodem in ordine,totam simul trinitatẽ complectitur&continet.Ita,quod Dominus dicendo:*Sic ergo vos orabitis, Pater noster qui es in cælis sanctificetur nomen tuum.*&c.in essentiæ vnitate intelligitur.paternitas, & commune toti trinitati nomen , in vnius essentiæ vnione.*Vnum Deum*, (vt nos sua docet ecclesia) *Patrem omnipotẽtem factorem cæli, & terræ, visibilium omnium & inuisibilium*.&c. Sed in manifestatione intra ,per generationis viam,procedente:distincta est persona Patris,prima persona , inquantum generans:& distincta est persona Filij, secunda persona, inquantum quod à Patre generatus est:& distincta est persona Spiritus sancti:tertia persona , inquantum ad resultantem & vnitiuum amorem distinctè,vt

1.Ioan.4.

dictum

dictum est, à Patre & Filio procedentem. Filius Dei, Verbum nominatus est: id est vnius solius conceptus: proferēs, & integrè, esse ipsius Dei testificans: tam in æterna sua generatione, quàm in sua incarnatione: sed distinctè, & differenter: id est, Verbum, in æterna sua generatione sine tempore: & Verbum, in sua incarnatione in tempore: sicut dicit, *Et Verbum caro factum est*: esse Dei proferens: ab ipso inquantum Deo, integrè cognitum: & cui vult, vt ipse dicit, inquantum homo simul reuelatum. Quia, ipsum Verbum Dei filius, inquantum ad æternam suam generationem sine tempore, carnem factum esse non poterat, & ad aliud quàm quod erat deuenire: sed carnem factum esse dicitur, inquantum ad suam incarnationem in tempore, ratione & testimonio inenarrabilis vnionis diuinæ, cum humana natura: significatum verbum elementale, in virginali vtero consistens, de quo sacratissimum eius corpus formatum fuit, per medium infusæ animæ, eodem in puncto, in vnione vnius solius verbi & suppositi Dei & hominis Christi cum significato attributali, simul concurrens. A principio, in primo homine Adamo testificatum, (sicut dicit, *In principio erat Verbum*) & primo in terra testimonio: testificanter eum creando, ipsum elementale verbum caro factū. sicut dicit: *Et factus est homo in animam viuentem.* & de figurato Verbo diuino, *Et homo factus est.* & per sanctum Ioannem, *Et Verbum caro factum est.* Id est, ratione ipsius indissolubilis vnionis, vt dictum est: mysterium primi testimonij in Adamo, in principio in terra dati, cōmemorādo. sicut incipit dicēdo: *In principio erat Verbū*: & concludit, *Et Verbū caro factum est*: figurā & figuratum, comprehendendo. Quia: sicut in testimonium, primus, ad vitam perpetuam, sine humano semine, Factus est homo in animam viuentem: (per peccatū, ipsa perpetua vita euacuata) sic testificatum Verbum, factum est caro, in carne moriens. et quasi caro, ipsam mortalitatem & mortem nō euacuando, ipsam humanam naturam per gratiam, et ad gloriam & vitam æternam regenerando. Quæ distinctio, quòd filius Dei Verbum nominatus sit, inquantum ad æternam suam generationem sine tempore: et Verbum etiam, caro factum, in quantum ad suam incarnationem in tempore: ex sacrati Euangelij sancti Ioannis progressu colligitur. quod, ipsa gratia mediante, consequenter declarabitur.

1. Ioan. Matt. 1.

CAP. VIII.

IN principio erat Verbum: Id est, in principio manifestationis Dei extra, erat Verbum in creando: per medium increati verbi sui attributalis significati, significans creatum elementale, in Adamo caro factum, esse suum potentię, sapiētiæ, iustitiæ, et bonitatis infinitæ proferenter manifestans. *Et verbum erat apud Deum*: Id est, ipsum increatum verbum attributale: omnibus tribus personis diuinis commune, et vnus creator Deus, in essentiæ vnitate: (sicut dicit, Apud Deum) in ipsa vltima dictione Deum, distinctè & vnitè intellectis. *Et Deus erat Verbum.* Id est, non de creato verbo elementali, quod erat apud hominem caro factum: significante: neque de increato attributali, in ipsis quatuor elementis significato, quod erat apud Deum: communis materia cum elementali, & omnibus tribus personis diuinis instrumētum, vt dictum est: sed de generato verbo, Dei filio, & esse communicato à generāte Patre, distinctè & particulariter loquendo. cui generato Filio, ratione secundæ personæ, & vnicæ pronuntiationis Patris, in manifestatione intra, cōmunicanter generātis, & distinctæ incarnationis suæ, in manifestatione extra, passiōe & morte, ab ipso, vt dictū est, ab æterno, et inquātū Deo, & in quātū homine, volūtariè acceptatū: hoc nomē Verbū, (sicut vniuersalis creatio) ipsi particulariter attribuitur. & hoc distinctè: Id est,

Verbum,

Verbum sine tempore, in æterna Patris cõprehensibilitate, ab æterno, & pronuntiãter generatũ: sicut dicit, Et Deus erat Verbum: et Verbum, in tempore incarnatum. sicut concludit: *Et Verbum caro factum est. Et Deus erat Verbum: Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius* (per Apostolum, de Verbo incarnato loquentem) *portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit.* &c. Id est, ipsum nomen Verbum, ratione ipsius voluntariæ humiliationis, ab æterno, ab ipso æterno sacerdote acceptatę, ipsi Dei filio particulariter attribuendo. Portansque omnia verbo virtutis suæ. sicut per Salomonem: *Deus patrum meorum, & Domine misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo.* Dei Patris nostri instrumentum, in essentię vnitate, in operando, verbum suum est. sicut sapientia dicit: *Qui fecisti omnia verbo tuo.* Et Filij Dei instrumentum, in personarum distinctione, etiam verbum suum est. sicut Apostolus dicit: *Portansque omnia verbo virtutis suæ.* Igitur, verbum ipsius Dei filius, est Patris instrumentum in operando? Absit. Quia omnes tres personæ, in vnius essentię vnione, simul ad cooperandum veniũt in omni diuina operatione, in manifestatione extra, esse vnius solius Dei manifestantes. Id est, esse sapientiæ, potentię, iustitiæ, & bonitatis infinitę: ex quibus quatuor attributalibus literis, vt dictum est, ipsum verbum, & ineffabile ipsius Dei nomen cõsistit: commune omnibus tribus personis diuinis instrumentum, distinctè et vnitè concurrẽtibus. Vbi, cum esset ipsa creatio, in manifestatione extra, ipsius esse Dei: testificati et prolati ab ipso verbo attributali, (elementali materiali simul concurrente) tam in ipso vniuersali creando, quàm in particulari et voluntario effectu incarnationis suę, mortis et resurrectionis, redimendo: et res omnis, in tam distincta, quã voluntaria acceptatione sua, fundata: sine qua, (ipsius vniuersalis creationis caussa) redemptio, et hominis iustificatio, effecta non esset: hac in ratione, et ordine sapientia dicit: *Qui fecisti omnia verbo tuo*: vtrunque verbum, generatum, et attributale, comprehendendo: et particulariter omnia, ad generatum verbum reducendo. et cum ipso trino et vno Deo, distinctè et vnitè loquendo. sicut dicit: *Deus patrum meorum: in quibus patribus Abraham, Isaac, & Iacob*, tres personæ diuinæ, (vt declaratum est) significatæ sunt. *Qui fecisti omnia verbo tuo*, (id est inquantum ad generatum Verbum) *& sapientia tua constituisti hominem*, etc. Id est, inquantum ad attributale diuinum, et elementale humanum in Christo, creando, et redimendo, in vnione vnius solius verbi, concurrentia: intra, et extra, vt æternus sacerdos, ipsam distinctam humiliationem, et voluntariam obedientiam ab æterno offerẽs, et sacrificans. Vnde: *Portansque omnia verbo virtutis suæ*: per Apostolum. Verbo virtutis suæ. Id est, ipsum verbum caro factum, inquantum ad quatuor literas elementales: (sicut dictũ est) per quas ipsa quatuor Dei attributa manifestata sunt, in effectu incarnationis creationis, et vniuersalis redemptionis: per medium ipsius elementalis verbi humanitatis suæ sanctissimæ instrumenti (sicut dicit, Verbo virtutis suæ) æternæ virtutis et esse Dei, effectum: cum esset cum diuina natura, in vnius subiecti et verbi vnione, indissolubiliter vnitum. sicut in distinctione et laude ipsius elemẽtalis verbi caro facti, adiungit dicendo: *Purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit.* Et per Dauidem. *Misit verbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum.* etc. Misit verbum suum. Id est, ipsum verbum Dei filium, sine tempore generatum: missum ad suæ incarnationis effectum. Et sanauit eos. Id est, verbo virtutis suæ: (vt per Apostolum) humanitas sua sanctissima: redemptionis

Heb. 1.
Sap. 9.
Heb. 4.
Psa. 106.
Heb. 1.

ptionis instrumentum: verbum sicut medium virtutis suæ, inquantum Deus, ad omnes nostras infirmitates, spirituales & corporales sanandum. sicut dicit, inquantum ad corporales: *Et sanauit eos.* Et conformiter per sanctum Lucam: *Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.* Et inquantũ ad spirituales: per Dauidem concludendo: *Et eripuit eos de interitionibus eorum.* Id est, de periculosis peccatorum nostrorum interitibus. conformiter alio in loco, de ipso verbo incarnato, exemplo & mundi luce in pati suo inquãtum homine, dicendo: *Lucerna pedibus meis verbũ tuum, et lumen semitis meis.* Et hoc, quia, *Et Deus erat verbum.* Id est, vtrunque verbum, vt dictum est, diuinum & humanum, attributale, & elementale, ad vnum solum suppositum in Christo Verbo incarnato, Dei & hominis simul, reducendo. addendo: *Hoc erat in principio apud Deum.* Id est, increatum attributale, quod erat in principio apud Deum, omnia creando, vt commune trium personarum diuinarum instrumentum, in omni effectu simul concurrentium, à creato elementali, vbi significatum est, distinguendo. *Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil.* &c. Omnia per ipsum facta sunt: inquantum ad ipsam hominis creationem, omnia continẽtis, ante peccatum: *Et sine ipso factum est nihil:* inquantum ad ipsius hominis statũ & rerum omnium, post peccatum. Qui homo: vt creatura perpetua, & esse perpetui, ad imaginẽ esse creatoris sui, qui solus est, creata: se in hoc statu conseruando, perpetuò suppleturus erat, ipsi non esse aliarum rerum creatarũ tranſitoriarum, & fictionis earum hac in parte, esse et veritati creatoris sui Dei contradicẽs: vt imago ipsius essentialis æterni Dei, & seipsum, & omnes alias res creatas, vniuersaliter offerendo: non esse earum simul euacuando: propter quẽ finẽ ipsi subiectæ: et in ipso inclusæ, et perpetuatæ fuerunt: (ficut scriptum est: *Et dedit virtutem contra omnia.*) Cadendo: factũ est nihil: & ipse homo, & reliquum omne, ipsi subiectum, & in ipso inclusum. Quo modo? Iam id dicit: *Sine ipso.* Quia in sua inobedientia, ipsi vitæ Deo terga vertendo, mortalis factus, et dono iustitiæ originalis priuatus est. Veritatis & lucis testimonium, iusto Dei iudicio, in peccatorum tenebris manifestatæ, & in puncto illo offendenti, in pœnam & confusionem ipsius peccatoris diffidentis. sicut dicit: *Et lux in tenebris lucet.* Et conformiter, vt peccatum consummatum fuit: *Et aperti sunt oculi amborum.* Et creator: *Quis enim indicauit tibi, quod nudus esses, nisi quòd ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? Sed tenebræ eam non comprehenderunt:* sicut fraudulenter, eis dæmonium promisit, dicendo: *Eritis sicut dij, scientes bonum & malum*: quod è contrario successit. Scientes bonum: Perdentes bonum, & acquirentes malũ: Peccatori oculos aperiri: & ipsi lumẽ lucis superioris, in peccati tenebris lucêre: est ipsummet animaduertere iustũ Dei iudicium, confusè, in illo puncto quo eum offendit, ipsũ bonum perditum: & malum acquisitum. sicut vulgò prouerbio dicitur: Bonum, nisi cum perditur, non agnoscitur. Vbi, ipsius peccati tenebræ, ipsam lucem non comprehenderunt: imò ipsæ tenebræ ab ipsa æterni patris luce, filio suo, comprehensæ fuerunt: qui, cum lux esset, de ipsa luce & propria patris cognitione, generata: solus ipse integrè ipsas peccati tenebras, & offensam Deo factam, comprehendere poterat: & per seipsum, in iusta ipsius ponderatione, satisfacere. Et consequenter: *Et tenebræ eam non comprehenderunt:* cum homo huius rei capax non esset, ante & post peccatum: nisi ad se in suo perdurabilis vitę statu conseruandum, mediante ipsa luce: quæ, per medium obseruationis præcepti obediendo, illi cõmunicata erat: quod illud est, quod Spiritus sanctus hac in clausula vult dicere, incipiendo: *Quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum.* *Quod factum est, in ipso vita*

Psal. 106.

Psal. 118.

Sap. 10.

Gen. 3.

est, res omnis in Christo, vita erat: tam rerum vsus, generaliter ipsi homini ante peccatum concessarum: quàm ipse vetitus fructus scientiæ boni, et mali, ante et post peccatum: in ipso Vita erat. Ante peccatum: quia ipsæ res, et ipse fructus, in humilis obedientiæ occasionē vetitus: in ipso vita erat homini: Id est, in merito suo, obedienti. Post peccatum: omnia restaurante, et ipsum fructum vetitum, cum ipsius exemplaris ponderationis effectu, in Arbore crucis comedente: In ipso vita erat. In ipso: id est, et lethalis fructus, ipsi soli reseruatus, integrè ipsi mortali culpæ satisfacienti: et ipsius crucis exemplum, ex parte nostra possibile nostrum facientes: ipse nostram impossibilitatem supplēdo: *In ipso vita erat.* Sequitur dicens: *Et vita erat lux hominum.* Id est, clarè hac in consequentia dicendo. Quod factum est. Id est, Hoc quod in Adamo peccatore factum est, & tota generatione humana, in ipso peccante, mortem patiendi, pro eo quòd fructum vetitum comederit: In ipso vita erat. Id est, ipse iustus, ipsius stirpis Adami inquantum homo mortem patiendo: vita erat homini. Et consequenter: Quod factū est, (id est, in Christo) ipsam vitam è contrario resultandi, fructum vetitū comedente, se cū homine communicante, mortalem facientē, et moriente: hæc vita, nō solùm est vita, hominem de morte æterna liberans: sed est simul lux vniuersalis omnibus hominibus, (sicut dicit: Et vita erat lux hominum) vt per hanc crucis viam, & vnusquisque secundùm suas vires, pro peccatis patiendo, ipsa luce & exemplo vtendo, ipsam vitam cū Christo consequeretur: quia ipse vita & lux simul est. Res distinctę sunt, Vita, & lux, quòd spiritus sanctus nobis in Christo proponit: vtraque nobis necessaria, vt ipsā vitam, & æternam redemptionem consequi possimus, quæ vita in Christo moriendo, sibiipsi non dat vitam: cum sit per naturam inquantum Deus ipsamet vita. Et consequenter, ipsa lux & pœnitentiæ exemplum in Christo: sibiipsi non dat lucem, cum sit per naturam inquantum homo, conceptus de spiritu sancto, ipsamet innocentia: Dat vniuersalis exempli lucem hominibus peccatoribus in Adamo, per hanc patiendi viam ad vitam ambulandi: in pœnitentia operantibus: & hac in veritate permanentibus: liberos esse de abscondito mortali laqueo mendacij dæmonij: ac ipso primo homini tenso dum dixit: *Nequaquam morte moriemini:* in quem diffidenter incidit, magis ipsi mendacio, quàm eidem veritati Deo creatori credendo: quæ, hoc in mysterio dicit: *Ego sum via, & veritas & vita.* de qua via antea dicit: *Et quò ego vado scitis: & viam scitis.* Viam scitis: per exemplum & præcursoris sui prædicationem. *Hic venit in testimonium:* (dicit Spiritus sanctus) *vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Hic venit in testimonium: non vt lux, quia non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine.* Quo modo? In pœnitentia operando. & cum iustus esset, hanc veritatem affirmando: Quod nullus extra hanc viam saluus esse poteſt. Et ideò concludendo dicit: *Vt omnes crederent per illum.* Igitur: per Christum credendum non est: quòd ipse sic pro peccatis satisfecit, quòd nihil ex nostra parte facere oporteat? Minimè: hic enim error notus est. Quia hoc modo per Christum credere: est in Christum non credere: quasi ipse & præcursor suus eodem in gradu sint: vniuersale pœnitentiæ exemplum in Ioanne, vt homine puro, & necessariū pati pro peccatis, euacuando. Hic venit in testimonium: non Christus hac in parte: esse Deū simul euacuando: quod est in Christum non credere: qui, vt Deus & homo simul *Operatus est salutem in medio terræ:* aliud antea testimonium purum hominem mittendo, & conueniens homini pœnitentiæ exemplum, *Ad dandam scientiam salutis plebi eius,* (vt dicit) *vt omnes crederent per illum.* Quo modo? In pœnitentia operando: *in remissionem peccatorum eorum.* De quo præcur-

Gen. 3.

Ioan. 14.

Psal. 73.

Luc. 3.

Isa 40. fore, & prædicatione eius scriptum erat: *Vox clamantis in deserto: Parate Viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri.* viam: inquantum ad Christum: quæ sola est ad nos veniendi: id est, ipsa operans pœnitentia ex parte nostra. Semitas: varias vias arctas, ipsius operantis pœnitentiæ, quòd vnusquisque fibi, secundùm posse suum eligere potest: sicut dicit: *Secundùm propriam virtutem:*
Mat. 25. & non ipsi luci & veritati Christo contradicens, qui cum in generali dixisset: *Omnia*
Matt. 7. *ergo quæcunque vultis, vt faciant vobis homines: ita & vos facite illis. Hæc est lex & prophetæ*: ad particulare ipsius operantis pœnitentiæ veniendo, consecutiuè dicit. *Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta & arcta via est quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eam.* Vbi ipse præcursor conformiter, Christum indice monstrat, & dicit: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Igitur, si hic Agnus Christus, quem tu hominibus demonstras, tollit in vniuersali omnia peccata mundi: quid profunt pœnitentiæ opera quæ facis: & similia patiendi documenta, quæ nobis in vniuersali donas? verè Agnus Christus Dei filius tollit peccata mundi: sed eo modo, quo à me prædicatus & demonstratus est. Quo modo? In operantis pœnitentiæ vita: sicut digitus Dei Spiritus sanctus, signanter, nobis pro nostro documento de-
Matt. 3. monstrat & depingit, dicendo. *Ipse Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem eius erat, locusta & mel syluestre. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine: Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Et conforme huic, alio in loco:
Eccl. 1. *Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, & ingressus*
Mat. 5. *illius mandata æterna.* Erat lux vera. Igitur, Apostoli, quibus dicit Dominus, Vos estis lux mundi: non sunt lux vera? Verè Apostoli, inquantum ad eorum prædicationem, cum (vt est) euangelica esset: & inquantum ad eorum vitam, cum sicut illa præcursoris, exemplaris pœnitentiæ esset, vera lux mundi sunt: qua in ratione, à Domino lux mundi nominatur: sed inquantum quòd ipsa lux ab ipsismet non est originata, nisi a Christo: propter quod ad ipsum solum hoc lucis mundi nomen pertinet: (*Ego sum lux*
Ioan. 8. *mundi: ipse dicit*) vera lux non sunt: id est, originalis lux: qui hoc in ordine sub ipsamet regula comprehendendi sunt, quam nobis Spiritus sanctus de præcursore donat, dicendo: *Non erat ille lux*: quia, *Fons sapientiæ verbū Dei in excelsis.* Et sic, conformiter huic, cum de Christo dixisset: *Erat lux vera*: concludit dicendo: *Quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Quod ipsius
Eccl. 1. Dei proprium est. Sicut per Salomonem: *Et effudit illam super omnia opera sua, & super*
Ioan. 1. *omnem carnem secundùm datum suum, & præbuit illam diligentibus se. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Venientem: inquantum ad animam: partem pro toto accipiendo. Quæ illuminat. Id est, tam ante, quàm post suam incarnationem. Sicut inquantum ad primum dicit: *Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis.* & inquantum ad secundum: *Et ingressus illius mandata æterna. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.* In mundo erat. Hoc dicit, inquantum homo, post suam incarnationem: quia inquantum Deus: vbique est. Et mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Id est, humanam ingratitudinem, erga tantum redemptorem Deum & hominem denotando. sicut dicit, Per ipsum. Id est, distinctè, & inquantum Deus, & inquantum homo, ab æterno, ab ipso generato Verbo & æterno sacerdote, effectum manifestationis in carne, se incarnando, hominem faciendo, & in hominis redemptione moriendo, liberè & voluntariè acceptans, & offerès, vt sibi effectus esset. & hac in ratione, Et mundus per ipsum factus est: sine quo nihil effectum esset. A Spiritu sancto declaratum

dicente: *Decebat enim eum propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum , per passiones consummare.* &c. Eum propter quem omnia Id est, vtrunque verbum, diuinum, & humanum in Christo est, vt dictum est, comprehendendo. *In propria venit : & sui eum non receperunt.* &c. In propria venit. In eo enim quod omnia ei subiecit: (per Apostolum) nihil dimisit non subiectum ei. Et sui eum non receperunt: Id est, sicut si per maiorem exaggerationem diceret: Non solùm mùdus eum non recepit, qui (vt dicit) eum nó cognouit: sed illi populi sui electi, qui maiore cum ratione eum cognoscere, & recipere debebant: eũ non receperunt. Et quia ipse Populus, figuratiuè electus erat, pro eo quòd, tam ipsius, quàm populi gentilis salutandi erant: quod ipse Deus ab aterno scie bat, quòd in ipso Verbo & suæ voluntariæ obedientiæ merito, voluntariè obediendo, ipsam salutem recepturus erat: subiungit dicendo: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri , his qui credunt in nomine eius.* &c. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quomodo ? Eum recipientes. Quia, cum verum sit, quòd in liberi arbitrij dono se creator suus Deus homini donauit: benè ipso libero arbitrio vtenti in eum recipiendo, simul ipsa potestate vtitur, secum ipso filium Dei faciendo: quæ potestas cum propria Dei sit, euidenter apparet, Deum se in libero arbitrio homini donasse, Spiritu sancto dicente: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.* His qui credunt in nomine eius. Et hoc, in maiore huius veritatis declaratione: quia, non credendo, benè ipso libero arbitrio non vtitur: & consequenter per talem causam ipsa potestate & gratia Dei non vtitur, in ipso libero arbitrio vniuersaliter homini donato, vt se filium suum facere possit. quia hoc pactum est & conditio: Credere, sicut dicit: His qui credunt in nomine eius. Et ipsa lex: *Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit.* Vbi, per diffidentiam, primus homo Adam: ex filio Dei, inquantum ad ipsum creatorem, sicut creatus, electus: filius iræ, cum tota sua humana generatione factus est. Diaboli primogenitus: cum primus filius suus esset, à primo suo tentationis conceptu, partus: efficienter in ipsa humana natura consummatæ. sicut primum adulterium, ab ipsa Dei sponsa commissum: propter quod, talem ob causam, in ipsius prærogatiuæ effectu, tam impedita, quàm ab ipso iusto Deo vniuersaliter reprobata fuit: donec ipse saluator in mundum venit. qui, incarnatus, & passus: de nouo inquantum ad ipsum Deum, vniuersaliter electa fuit. & nouiter, peccati impedimento ablato, Dedit eis potestatem filios Dei fieri, (id-est, cum eodem primo pacto ipse verus paradisus, obediendo, & operando. sicut dicit: *Vt operaretur, & custodiret illum*) his qui credunt in nomine eius. *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* et cætera. Id est, non ex hac Adami generatione in generali: neque ex vniuscuiusque particulari: secundùm carnem: Sed ex Deo nati sunt. Id est, secundùm spiritum, & spiritualem in ipso Christo regenerationem. Sicut Spiritus sanctus nos per Apostolum docet dicendo: *Cum autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per Iesum Christum saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius: heredes simus secundùm spem, vitæ æternæ.* Si operibus iustitiæ: vt dicit: quare non ex operibus iustitiæ? Quia, si operibus iustitiæ, inquantũ ad immutabilẽ Deum, & suij ipsius in libero arbitrio donationem: inquantum ad mutabilem hominem, & mortis spiritualis peccati impedimentum: non ad vitam præteritam opera

Heb. 2.

Heb. 2.

Mar. 16.

Tit. 3.

operata fuerunt. Vnde, per misericordiam & gratiam. Sed remoto peccati impedimento: (hæretici intelligire) per gratiam & iustitiam simul (sicut dicit, Dedit eis potestatem filios Dei fieri) præteritis & futuris operibus ad vitæ æternæ fructum valorem dando. *Et verbum caro factum est: & habitauit in nobis.* (*Et vidimus gloriã eius, gloriam quasi vnigeniti, à patre*) *plenum gratiæ & veritatis.* Et verbũ caro factum est. Sed sine humano semine. Semen est verbum Dei. Idest, à principio in Adamo non solùm inquantum ad creatũ elementale, sed principaliter inquantum ad increatum attributale, Semẽ est verbum Dei: per communicatam potentiam, sapiẽtiam, &c. rectè operando, ipsum ineffabile nomen, & esse ipsius creatoris pronunciãter manifestando. Res distinctæ sunt, verbum, & ipsius verbi pronunciatio & intelligentia. In principio manifestationis extra, Deus elementale verbum creando, ex qua materia, res omnis visibilis & palpabilis formata fuit: & in vnaquaq; ipsarũ, ratione ipsarũ quatuor literarũ elemẽtalũ, & significationis elemẽtorũ, virtualiter in cluforũ, suũ ineffabile nomen, vt dictũ est: vniuersaliter scriptum: erat verbum: sed non ipsius verbi pronunciatio & intelligẽtia. Quia, si in principio erat verbum, inquantum ad attributale verbum, creando: verbum erat apud Deum, idest, ipsum increatum attributale, & Deus erat verbum, idest, generatum, Dei filius, in pronunciatione & totali intelligentia ipsius verbi intra, & non extra: & similiter mundus, ex ipso elementali verbo formatus, in intelligentia sua mutus erat: donec homo sexto die, in esse rationali, & ætate perfecta, ex ipsis quatuor elementis formatus fuit: vnde, in illo puncto quo ipsum verbum fuit rationabiliter caro factum, mundus in Adamo locutus est: cum ipsius verbi intelligentia, & mysteriorum, in rebus creatis absconditorum, esse creatoris potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, in ipsis quatuor elementis & verbo significatum, manifestando. & hoc, quia Semen est verbum Dei. Idest, ipsum esse & semen æternitatis Dei, homini per participationẽ communicatum: omnia, (sicut dicit, *Et dedit illi virtutem continendi omnia*) potentiam, *Sap. 10.* sapientiam, iustitiam, & bonitatem infinitam, continens. quia, æternitas non est Dei semen & origo: sed Deus semen & origo æternitatis est: & ipsius potentiæ, sapiẽtiæ, &cætera. ipsi Deo, & non æternitati, attributæ: quæ, & sapientiam, & ignorantiam simul complectitur: & in Deo, ignorantia esse non potest. Quare in Deo ignorantia esse non potest? Quia esse Dei, non ab ipsa æternitate, quasi semen, sed ipsa æternitas, ab ipso Deo, origine & vniuersali rerum omnium semine, originata est. Vnde dicendo: Et dedit illi virtutem continendi omnia: in ipsius esse æternitatis communicatione, intelligitur, non in proprio esse æterno, & æternitatis semine, filio, generanter communicato: sed in vitæ humanæ perpetuitate consistente: per quam virtualem viam, quasi originale semen in homine, in ipsius creatoris obedientia permanente, ipsa potentia, sapientia, &c. simul cum ipsa vita, ei communicata erat: vnde, non permanendo, & ignorantia subintrando, ipsa vitæ perpetuitas, simul cum ipsis donis potentiæ & sapiẽtiæ, euacuata fuit. & hoc, quia Semen est verbum Dei: à principio, non secus viam, vitæ transitoriæ, sed perpetuæ: neque super cordis duritiei petram, & concupiscentiarum humanarum spinas, simul multa malitia comitatas: sed in terram bonam, vt dicit, & tenerum pectus & innocẽtem spiritum, ab ipso Deo in manifestatione sua extra seminatum: & ab ipso homine, per superbiam & diffidentiam, non permanenter receptũ: ideoq; ille morti, & ignorãtiæ & malitiæ tenebris, sua culpa subiectus fuit: & consequenter, ad omnem dignam laudem & sacrificium, perpetuò mutus: donec figuratum semen, diuinum verbum

Luc. 8.

se ad incarnandum venit. & hoc cum plenitudinis temporis interuallo: æternum suum esse communicatum testificans. non in terram impermanentem, peccabilem, vt in Adamo: sed in terram virginalem tam permanētem, quàm impeccabilem in Maria virgine matre ipsius Christi: cum sine originali peccato concepta esset: & in gratia confirmata. & consequenter, non ab humano semine: vt dictum est: quia Semen est verbum Dei. Ita, quòd in ipso vnico incarnationis effectu, Semen est verbum Dei. Idest, significans elementale, in virginali vtero, virtualiter consistens (vt dictum & declaratum est) simul cum significato diuino verbo, in æterno esse & paternali æternitatis semine generato, in vnius subiecti, & verbi vnione, Christi Dei & hominis, à Spiritu sancto concepti. A Spiritu sancto concepti. Idest, ad differentiam primi & testificantis effectus in Adamo. qui, non per proprij esse communicationem (vt dictum est) & æternitatis seminis, ipsi vnitiuo & reciproco amori Spiritu sancto, vitę ipsius Dei attributi: (Vnde, Qui conceptus est de Spiritu sancto) & generato filio, naturaliter, siue principio & fine cōmunicati: sed p accidentalē ipsius potētię, sapiētię cōmunicationē: in incarnati diuini verbi imaginē, formatus fuit. vnde in instāte quo figuratum semen diuinū verbū fuit caro factum: & in sexto die, quo figurās in Adamo: in locum suum subintrando: cum, figuranti elementali indissolubiliter vnitū esset: mūdus in Christo locutus est: sicut dicit: Et verbum caro factum est: vtrunque verbum, diuinum & humanū, cum omnibus creatis rebus, ab ipso verbo & elemētis formatis, in vnius sq. lius verbi christi, Dei & hominis vnione, cōprehendendo. & tūc pronūciatio extra, & totalis ipsius verbi intelligētia, esse & in effabile ipsius incōprehēsibilis Dei nomē, in totali sua in carne manifestatione: cum rationali humana pronunciatione, & totali diuina intelligentia, manifestatū fuit: vnde, per Apostolū. Manifestat'est in carne, Idest, supplendo natura diuina, in eo quod defecit natura humana. Et verbū caro factum est. Idest, in præsente suæ incarnationis, futurum resurrectionis vniuersalis includēdo, Verbum caro factum est. quod est vltima adimpletio per gloriam in vita æterna, quā ipse saluator nobis acquisiuit & fidelib. suis promisit, eos in merito suo, filios Dei faciendo: (idest, His qui credunt in nomine eius) & regni sui æterni in gloria cohæredes. quæ potestas, quā, iustis in ipsa spirituali regeneratione promisit, vt sc filios Dei facere possint: & spiritualis regeneratio, dicēdo, sed ex Deo nati sunt: in hoc, perfectè cōpleta esse non potest, nisi in futuro. sæculo: Vbi, faciēdo in hoc suo exordio euāgelista, epilogum totius operis manifestationis Dei in carne, creantis, redimentis, & glorificātis: omnia, per mediū Verbi incarnationis, & tā distinctæ, quàm voluntariæ humiliationis suæ, (vnde intrat, Omnia per ipsum facta sunt) effecta: quasi circulus, omnia in Dei æternitate; & esse suo æterno, cōtinens: vbi incipit, ibi finit. Sicut dicit: In principio erat Verbum, incipiēdo: Et verbum caro factum est: terminando. & hoc non sine mysterio: cum esset, quod in principio, & primo Adamo, creando: & in ipsius figuræ & testimonij complemento in secundo, ipsum Verbū se incarnādo: & postremò in fine, ipsa natura humana, in virtute sua æterna vniuersaliter resuscitando: inquantum ad creatum elemētale, vnum solum verbum caro factum est: sicut dicit: Et verbum caro factum est: increatum diuinum attributale (& ipsum generatum verbum Dei filius, in particulari fuæ incarnationis effectu) simul cōcurrens: & vnitiuus & viuificans amor Spiritus sanctus efficiēs. Sicut dicit: In principio erat verbum, incipiendo: Et verbum caro factum est, terminando: omnia hæc mysteria simul cōprehēdēdo. *Et habitauit in nobis.* Et hoc etiā omnia cōplectēs, *Ecce tabernaculū*

1. Tim.

Dei.

Apoc. 21. *Dei cum hominibus*: (per eundem) *& habitabit cum eis*. Primam in Adamo habitationem per innocentiam, & præsentem in Christo per gratiam, (sicut dicit, Tabernaculum Dei, de particulari corporali ipsius Dei & hominis loquēdo) & futurā per gloriam, cōprehēdēdo. Sicut significat dicēdo: *Et abstèrget Deus omnē lacrymam ab oculis eorum: & mors vltra non erit*. & cæt. & hac in ratione, Et habitauit in nobis, *Plenum gratia & veritatis*. Plenum gratiæ & veritatis. Idest: Plenum gratiæ: respectu ipsius humanæ naturæ resuscitatæ: vsque tunc ipsius plenitudinis incapaci, in ipsa vnione cū ipsoverbo Dei filio, ipsi communicatæ. Et consequēter: Et veritatis. Quia vsque tunc *Omnis* Psal. 115. *homo mendax*. Et sicut ipsum verbum, per peccati discordiam, ipsa gratia & vita euacuatum, ipsum ineffabile nomen non proferens: tunc, per perfectam concordiā in ipso verbo, vita & veritate Dei filio, in ipsam gratiæ & gloriæ plenitudinē, secundùm suam capacitatē, restitutæ: proferens. Et simul cum ipso verbo & æterno sacerdote, in perfectæ obedientiæ regno, sacrificans. Res, tanto Deo sapientiæ, potentiæ, iustitiæ, & misericordiæ infinitę, conueniens. *Et videbimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti, à patre*. Quasi dicat: De hoc, iam multo antea testimonium in ipso Christo videmus: tam in stupendis eius miraculis, quàm in gloriosa eius resurrectione, apparente, & sæpe nobiscum tractante, per quadraginta dierum spatium: hanc vniuersalem resurrectionem & ascensionem nostrā cum ipso in cœlo in vita triūphāte, significantium, post quadraginta dies præsentis huius seculi peregrinationis in vita militāte: in laboriosa quadraginta annorū per desertū, populi sui electi, vsque ad desideratæ terræ promissionis ingressum, figuratæ, per quā pœnitentialem viam solū, in veram & desiderabilem cœlestem intrandum est, ad gloriam & vitam æternam resurgendo, Et tunc (vt dictum est) integrè exaltatum erit excelsum & ineffabile nomē ipsius filij Dei, & filij hominis, Tetragrammaton, quod apud Hebræos est, Iehoua. Nomen quod quatuor literis constat, quæ sunt ipsa quatuor elementa, ex quibus ipsa humana natura, in Deum assumpta, compositā est. de quibus profundis mysterijs, hi tres prophetæ: Ezechiel, Esaias, & Ioannes, tractantes: multa, vt dictum est, profundè & mysteriosè scripserunt.

TRACTATVS,

IN QVO EX SACRA SCRIptura latè ostenditur, admodum probabile esse, quòd natura humana ad suæ regenerationis in gloria terminum euectæ parem cum angelica habebit electorum numerum.

CVm aliqua ex parte, Aeterne & excelse Deus noster, de redemptionis humanæ opere, & incōprehensibili. b. mysterijs eius tractatum sit, quæ quidem in Psalmo centesimo nono, per Dauidem & alios prophetas prædicta sunt, effecta verò per æternum filium tuum Iesum Christum, Dominum & saluatorem nostrum, & completa in ipso, homine facto, moriente, & post mortem resurgente: sicut & in nobis vltimo die vniuersalis resurrectionis & regenerationis in gloria, per meritum ipsius credimus & expectamus, totaliter complēda fore: Iustum & conueniens est, Pater, & excelse Deus noster, vt pro tanti redemptoris Dei gloria & honore, & tam copiosæ redemptionis claritate, in conclusione & fine huius libelli tuę sanctissimæ lucis in illa parte, quæ de tua diuina manu sacrā scripturā gratiosè ministrata fuit, declaretur id quic ipsis, profundis mysteriis, fūdè & mysteriosè in sacræ scripturæ libris, inclusū est, nimirū Quod natura humana, ad suæ

ciens: sufficienter pro homine supplẽdo, vt integra cognitio, in integra propria Patris cõprehensibilitate generata, & omnibus tribus personis cõmunis, defectui integræ exaggerationis culpæ suæ, & defectus operandi (quãuis necessarij) in pœnitentia: vnum esse potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, manifestãdo: vnum solum Deum viuum & verum. De quo cœlesti & æterno sacerdote, ad terrestris differentiã, & defectus sui breuiter peccantis, propter quod creator dicit: *Pœnitet me feciſſe hominẽ.* Spiritus sanctus dicit: *Iuravit Dominus, & non pœnitebit eũ, tu es sacerdos in æternum:* quia iam, secundùm iustitiam diuinam iuratum & determinatum erat: & similiter æternum à cœlesti & æterno sacerdote, terrestris lapsu præuiso, acceptatũ: simul particularis creationis suæ impedimẽtũ, & vniuersalerũ omniũ, in ipso homine inclusarũ, remouẽte. Secundũ suã misericordiã, & veri Patris viscera dicit: *Pœnitet me feciſſe hominẽ:* quasi diceret: Nollem te feciſſe, vt te non castigarem: De qua manifestatione extra, Apostolus magna cũ exaggeratione tractãdo, sic dicit: *Et manifeſtè magnum eſt pietatis ſacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in Spiritu, apparuit angelis, prædicatum eſt gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria.* Quæ manifestatio Filij Dei in carne, per necessitatem testimonij ipsius esse Dei, non fuit, quia, à generantis Patris comprehensibilitate, & generati Filij comprehensione, naturaliter tertia persona & ipsius esse Dei testimonium, etiam procedit: quòd est tàm distincta comprehensibilitas paterna & filialis, quàm potentissimus amor Spiritus sancti, cũ personarum distinctione & esse potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, à Patre, & à Filio: vitaliter & vnitiuè procedens. Ita, quòd Spiritus sanctus, æterna Dei charitas, non est effectus, potentiæ, sapientiæ, &cætera. Sed distincta & potentissima causa omnium effectuum diuinorum potentiæ, sapientiæ, &cætera. in manifestatione extra: ipsi æterno amori, tertiæ personæ & testimonio ipsius esse Dei distinctè & particulariter attributorũ. Vnde Verbũ incarnatum: *Si ego teſtimonium perhibeo de me, teſtimonium meum non eſt verum. Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me: & ſcio quia verum eſt teſtimonium eius quod perhibet de me. Si ego teſtimonium perhibeo de me, teſtimonium meum non eſt verum.* Hoc, inquantum homo, & incapacitas humana in Christo, naturæ diuinæ. Sicut è contrario, inquantum Deus, alio in loco dicit: *Et ſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, verum eſt teſtimonium meum:* (& dat rationem) *quia ſcio vnde veni, & quò vado.* Dicit: ad primum locum redeundo: *Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me: & ſcio quia verum eſt teſtimonium eius, quod perhibet de me.* &cætera. Alius est. Hic est Spiritus sanctus. Alius: inquantum ad personarum distinctionem. Antea dicit: *Et qui miſit me Pater, ipſe teſtimonium perhibuit de me, neque vocem eius vnquam audiſtis, neque ſpeciem eius vidiſtis: & verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem miſit ille, huic vos non creditis.* &cætera. Vocem eius: idest, Spiritum sanctum. Speciem eius: idest, Patrem: suæ propriæ substantiæ imaginem & figuram: in generato Filio, realiter apparẽtẽ: & per ipsum, in seipso visã, & totaliter cõprehensam. *Et Verbum eius nõ habetis in vobis manens:* hoc ipsemet Filius est, in cuius declaratione cõcludit dicẽdo: *quia quẽ miſit ille, huic vos nõ creditis.* Ita, quòd Spiritus sanctus vox est, quæ in particulari, & generali omnibus creatis in rebus nos affirmatiuè docet quid sit Deus: & quomodo trinus in personis, & vnus in essentia sit. Quãdo Dominus baptizatus fuit: *Et ecce aperti ſunt ei cæli: & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper eum. Et ecce vox de cælis dicens: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui.* &cætera. Spiritum Dei sicut columbam: testificater, Spiritus sanctus, per naturalem co-

Genes. 16.

Ioan. 5.

Ioan. 8.

Mat. 3.

lumbræ simplicitatem, in illa forma apparendo, baptizati & testificati Christi innocẽtiã, significando. Quãdo, præsentibus, Petro, Iacobo, & Ioanne, le trãsfigurauit: *Ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi benè complacui: ipsum audite.* quæ vox & declaratio de cœlo lapsa, vt nos quod ille Dei filius erat edoceret, & vt eum audiremus, Spiritus sanctus est: cui tertiæ personæ, per rationes allegatas, omnes diuinæ reuelationes, & omnes diuinorum operum effectus, per filium facti attribuuntur. Vnde Apostolus: quo ad effectus: *Si enim sanguis hircorum, &cætera. quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo. &cætera.* Per Spiritum sanctum. Idest, per Spiritus sancti effectum: & sic intelligendum est dicendo: *Qui conceptus est de Spiritu sancto.* Idest, per Spiritus sancti virtutẽ. & similiter omnes ipsius gratiæ & redemptionis effectus, in omni pia & fideli humana operatione, vsque ad mortem voluntariè in martyrio patiẽdam, in testimonialem ipsius veræ vitę Dei, cõfessionem, Spiritui sancto attributi sunt: & per ipsum testificanter effecti. Sicut per eundem: *Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.* Idest, vt reciprocus amor, testificanter intra, & efficienter extra, à Patre, & à Filio procedens. Quod attinet ad diuinas reuelationes, Apostolorum princeps dicit, à prophetis incipiendo: *De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod vel quale tempus significaret ineis Spiritus Christi: prænuncians eas quæ in Christo sunt passiones & posteriores glorias: quibus reuelatum est, quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea quæ nunc nunciata sunt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis, Spiritu sancto misso de cœlo, in quem desiderant angeli prospicere.* Idest, Non per angelorum dispositionem: imò per illum Spiritum sanctum, à quo angeli suarum petitionum & mysteriorum, ipsis sæpè absconditorum, responsa habere desiderant. *In quem desiderãt angeli prospicere.* Idest, multum à longè, secundùm Dei sublimitatem & altitudinem, cognoscere & intelligere, quæ in illis rebus diuina sua voluntas sit, vt eam efficiant.

Ad effectus redeundo: dicit Dominus: *Si in digito Dei eijcio dæmonia: profectò peruenit in vos regnum Dei:* Hæc propositio, cum prima, sub eodem sensu est. Prima dicit: *Omne regnum in se diuisum desolabitur.* Vbi est diuisio? Vbi non est charitas. *Charitatem habete,* (ipsa charitas dicit) *quod est vinculum perfectionis. Quis nos separabit à charitate Christi?* (alio in loco) *Tribulatio? an angustia? an fames?* &cæt. Et sic admirabiliter Dominus, in primæ propositionis consequentia, concludit dicendo: *Porrò si in digito Dei eijcio dæmonia: profectò peruenit in vos regnum Dei. In digito Dei:* Idest, in potentissimo amore & efficiente virtute charitatis Dei Spiritus sancti: à Patre, & à Filio procedentis. qui, in talibus charitatis effectibus, ipsi attributis, quasi indicans digitus, quod Deus est docet: potentia, super omnem potentiam. Vnde adiungit dicendo: *Cum fortis armatus.* &cætera. & secundùm hunc effectum, omnes alij visibiles & inuisibiles Dei effectus, Spiritui sancto (vt dictum est) attributi, considerari possunt. Quando natura angelica creata fuit, & ei propositum, quòd si creatorem suum videre volobat: necessarium erat, quòd se humiliando, prius acceptaret & pro grato haberet, & alij inferiori naturæ seruire, & eã adorare: sed à creatore assumptam, & sublimatam: quia talis Dei voluntas erat: superbus verò angelus draco, cum alijs angelis suis sequacibus non obediens, eodem in puncto ab altera humili parte, & principe Michaele. (Idest, Quis vt Deus?) in terram est præcipitatus:

Mat. 17.

Hebr. 9.

Rom. 5.

1. Pet. 1.

Luc. 11.

Col. 3.

Rom. 8.

pfiatus: cum humilitatis & obedientiæ effectibus, in Christi persona contra prælia-
te & respondente. & hoc, in digito, virtute, & Spiritus sancti potentia, per quem ipsum propositum incarnationis Verbi mysterium, efficiendum erat: ipse Christus, si
Mat. 17. cut in terra hominibus, humana voce, *Hic est filius meus dilectus*: sic humilibus angelis in cœlo, per diuinam reuelationem testificā
Luc. 11. do: tunc, *Erat Iesus eijciens dæmonium: & illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ*. Quia in ipso liberæ propositionis puncto, & cogitatæ deliberationis, cœlum mutum factum fuit, vniuersaliter debita creatoris laude cessante: & tanto magis in non obediente parte: quæ victa, & eiecta: locutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ. Locutum est cœlum, ad consuetam suam laudem redeundo, cum vniuersali angelicarum turbarum admiratione, electarum, & reprobatarum: in hoc primo Dei iudicio, pars in æternum electa: & pars punita & castigata fuit. Quando Deus mundum, & omnia creauit: cœlos, & terram, & omne quod hoc ambitu continetur; in vnaquaque re euidentem elementorum contrarietatem euacuando, ex qua materia, res omnis formata fuit: & hoc in incarnationis Verbi testimonium, & meritum: tunc, *Erat Iesus eijciens dæmonium: & illud erat mutum*. Quia, hominem ad imaginem & similitudinem suam formando, in quo minore mundo omnia contenta erāt: ratione irrationalis partis corporalis, & dum rationali spirituali vnita non fuit, omnem ipsam elementorū contrarietatem, carnis, & spiritus simul euacuando: & illud erat mutum: sed animæ vnitus, sicut dicit: *Et insufflauit in fa-*
Gen. 2. *ciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem: locutus est mutus*: mundus in homine locutus est, cum vniuersali intelligentia sua: & ipse primus sacerdos in terra, & verbum caro factum, & correspondens æterni sacerdotis in cœlo, testimonium, & mysterij suæ incarnationis, cum cœlestium, & infernalium turbarum admiratione, sacrificanter esse ipsius Dei potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ pronunciando. etiam à Spiritu sancto effectum: & testificatum, dicente: *Et insufflauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem*. Vnde conformiter: *Et in Spiritum sanctum Dominum & viuificantem*, (canit Ecclesia) *qui ex Patre Filioque procedit*. Et hoc in ordine, reliquum omne redemptionis humanæ operis, considerari potest. Quia cùm homo in breui dæmonis opera peccando, verè cœcus & mutus in digna creatoris laude redditus esset: sine dubio quando creator suus in mundum venit ad eum illuminandum & per gratiam redimendum: *Erat Iesus eijciens dæmonium: & illud erat mutum*. Quando ad eum per gloriam regenerandum veniet: similiter, & maiori cum perfectione quàm prius non erat ipsū Dei templum rexdificando: & simul ipsum dæmonium, ab vniuersali suæ fidelis Ecclesiæ corpore totaliter expellendo: *Erat Iesus eijciens dæmonium: & illud erat mutum*. &c. Ideſt, ab vniuersali silentio interruptæ vitæ præsentis & laudis tēporalis moriēdo: ad æternam laudem in gloria & vita æterna resuscitando. Beneficium & vltima victoria, in vltimo crucis suæ & mortis prælio, ab ipso exactè acquisita, tertia die resuscitante. Principalis hominis finis: & tēporis finalis plenitudo: ad saluatoris inmūdū aduentū iam completi: ab ipso æternitatis Deo, pro seminis humani multiplicatione, determinati: & nouiter propter multiplicationis electorūdefectū, à peccato impeditæ: vsq; ad alterū hūc secūdi sui aduentus terminū, accidētaliter prolongati. ab ipso saluatore significatum; cùm morti suę propinquus esset, & dicendo: *Nunc iudicium est*
Ioan. 12. *mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra*, (ideſt, in-

quantum ad præsentem & causantem suæ mortis effectum) *omnia traham ad meipsum.* Hoc, inquantum ad causatum futuræ vniuersalis resurrectionis effectum. *Omnia trahã.* Idest, bonos, & malos: quia inquantum ad ipsum, pro omnibus venit: & pro omnibus eius redemptio sufficiens fuit: in ipsa vniuersali bonorum & malorum resurrectione, testificatum: inquantum ad ipsam bonitatem infinitam, sicut vniuersaliter redẽpti, in illo dicere, Omnia trahã, declaratum: vniuersaliter electi. Effectus ipsius reciproci amoris & æternæ charitatis Spiritus sancti, ipsa vniuersalis creatio, redemptio, & resurrectio: in omni re esse ipsius Dei, testificanter manifestantis. Quoniam *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum:* (vt scriptum est) *& hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis.* De quo, ipsa gratia mediante, aliquid sequenti capitulo dicetur.

Sap. 1.

CAP. II.

Spiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. &cætera. Duo distincti effectus, temporalis, & spiritualis, in hoc mysterioso dicto considerandi sunt: à Spiritu sancto, in hominis beneficiũ, duab' distinctis rebus, corpore, & anima consistẽtis, effecti. Idest: Spiritus Domini repleuit orbẽ terrarum: quo ad temporale: Et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis: quo ad spirituale beneficium. Quia, (inquantum ad corporale) hominem de limo terræ & ex alijs elementis creando, quo ad corpus: & ei esse & rationalis vitæ spiritũ donando: fuit similiter dando esse & vitam omnibus alijs rebus, in sustentationis suæ corporalis beneficiũ, ex eadem materia creatis: & in ipso mũdo minore humano, secũdùm ipsum rationalem vsum, essentialiter contentis. *Et hoc quod continet omnia,* (inquantum ad spirituale) *scientiam habet vocis,* Idest: Sicut totus hic cœlorum & terræ globus, continẽs omnia, in ipsa dictione, Hoc, intellectus, secundùm vniuscuiusque rei naturam, effectiuam virtutem habet, inquantũ ad partem corporalem: sic, secundùm suam particularẽ significationẽ, & vniuersalem rerũ omnium, & intelligẽtiam suam, primo homini, pro sua conseruatione datã, Scientiã habet vocis: inquantum ad partem rationalem spiritualem. sicut scriptum est; *Et dedit illi virtutem continendi omnia*: vtrunque beneficium comprehendendo. Scientia & diuina vox: sed distincta. Sicut hæc cœlorum & terræ machina, duabus distinctis rebus consistit: in quibus, vt dictum est, anima, & humanum corpus significatum est. pars rationalis cœlestis, inquantum ad rationalem naturam angelicam inclusam: ab irrationali terrestri, quamuis exemplari, distinctam. *Et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis.* Idest, Vox concilij in cœlo: & vox exempli in terra. Vox concilij in cœlo, secundum diuinas determinationes: à Spiritu sancto, immediatè homini, secundùm humanam dispositionem, & per medium sanctorum angelorum ministrata. Sicut per medium septem assistentium angelorum, quasi septem accensæ lampades, incarnationis Verbi mysterium, repræsentãtium, ipsi naturæ angelicæ reuelata. Vox exẽpli in terra: ab hebdomadalib. vniuersalis creationis diebus incipiẽdo: ipsum primũ manifesti creatoris in carne, mysterium significãtibus: omnia alia mysteria & exempla cõtinẽtib. Vnde propheta: *Cogitaui dies antiquos, & annos aeternos in mente habui.* Idest, à spirituali confiderationis voce excitatus, illorũ antiquorũ & primorũ hebdomadaliũ vniuersalis creationis dierũ: mihi æterni anni, & esse æternitatis creatoris Dei, in mentem venerant. in ipso hebdomadali circulo, (sicut declaratum est) septimo, & octauo simul testificatum. *Et annos aeternos in mente habui.* Habui: ad differentiam, Cogitaui, vt primùm

Psa. 76.

primùm dicit: cùm viua & permanente fide æternum retinendo: in illo perpetuo & delicioso per peccatum perdito, testificatum: cui primæ voci & particulari exemplo, (sicut ipse primus peccator Adam dicit: *Vocem tuam Domine audiui in paradiso: & timui*) vniuersalis exemplaris omnium aliarum castigationum, & particularium Dei iudiciorum, adiungitur: ab ipsa prima culpa originatarum: & vsque ad mundi finem continuatarum. Sed non omnes Spiritus sancti voci respondent: per medium similium exemplorum & iudiciorum, vniuersaliter ministratæ. Vnde per Dauidem de obstinato peccatore: *Auferuntur iudicia tua à facie eius, omnium inimicorum suorum dominabitur.* cum primùm dixisset: *Exacerbauit Dominum peccator, secundùm multitudinem iræ suæ non quæret. Non est Deus in conspectu eius: inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.* Et è contrario, alio in loco, in audientis iusti persona: *Quoniã omnia iudicia eius in conspectu meo: & iustitias eius non repuli à me.* Ita quòd peccator in sua obstinatione, & in peccato perfistentia est vt cæcus & sine pedibus in via, ad vocem surdus, & in Domini laude mutus. quod omne per suam culpam & malitiam est: quia inquantum ad creatorem suum, à suæ particularis creationis principio, & vniuersalis rerum omnium, vsque ad suæ in gloria regenerationis finem, quod omne est in particularem manifestationem, & Dei cum humana natura communicationem, se hominẽ, in hominis beneficium facientis, quòd cum Angelo non fecit: in omne ei subuenit, & cum his spiritualibus suæ gratiæ auxilijs, semper subuenit: Vox consilij in cœlo, & vox exempli in terra. Quoniam *Spiritus Domini replenit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis.*

Gen. 3.

Psal. 9.

Psal. 17.

Igitur, cùm Deus per naturam communicabilis esset: ab incomprehensibili mysterio manifestationis suæ intra, (vt dictũ est) Pater generando, & mysteriosa manifestatione extra, per medium generati Filij, Verbi incarnati, creãdo, & redimẽdo, & Spiritus sanctus, cum reimplente voce Ecclesij particularis in cœlo, & exempli vniuersalis in terra efficiendo, testificatum: & omnis, non obstante præuiso peccati impedimento, ab ipso i mutabili Deo, immutabiliter effecta: ab hac certissima veritate & Dei testimonio, colligitur: quòd non propter peccati causam, apud ipsam diuinam maiestatem, in effectu suæ manifestationis in carne, res aliqua innouata fuit: imò ipsa natura humana, sicut ab æterno determinata erat, cùm nouiter per medium ipsius vniuersalis redemptionis, ad primum vniuersalis electionis gradum, restituta esset, & cum noua per gratiam occasione vt peruenire possit ad eundem finem nouæ per gloriam regenerationis ad vitam æternam, in totalem sui creatoris Dei manifestationem: procul dubio in eandem numeri electorum plenitudinem, quæ, homo non peccandi futura erat, multiplicata erit. ab ipso creatore confirmatũ, promissum, & iuratum ad Abraham dicentem: *Per memetipsum iurauj, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam quæ est in littore maris.* Id est, de ipso multiplicato semine per gratiam, & gloriam, in figura to Christo, particulariter loquendo. sicut concludit dicendo: *Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ quia obedisti voci meæ.* Vnde conformiter Dominus: ipsas multiplicatas per gratiam & gloriam generationes, in ipsis arenis & stellis significatas, cõprehendendo: *Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc donec omnia fiant. cælum & terra transibũt: verba autem mea non præteribunt.* Quia si se homo mutauit: non propter hoc immutabilis Deus mutatus fuit. vnde, ipsa impedimenti peccati causa, Deo non est impedimentum: per Christum ipsa culpa superabundanter redempta fuit. homini impedimentum & tarditas ipsa malitia est,

Gen. 22.

Mat. 24.

in totali ipsius gratiæ effectu,& plenitudine electorum numeri determinati : qui quamuis in numero non completi, tamen ab ipso saluatore mundi totaliter redempti. *At vbi venit plenitudo temporis*,(per Apostolum) *misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.* &c. Plenitudo temporis. Id est, constituti temporis plenitudo, per innocentiam: consequenti plenitudini per gloriam, conueniens. Ita, q̃ò & non plenitudo inquantum ad tempus solùm: sed inquantum ad plenam conseruatæ innocentiæ dispositionem, principaliter: homo, secundùm legem, & Dei ordinem: *crescite, & multiplicamini, & replete terram*, vsque ad finem innocenter obediendo, & multiplicando: consequenti plenitudini per gloriam & vitam æternam, quam per hanc receperurus erat, in plena & vniuersali Dei in carne manifestatione, conueniens. Vbi, huius plenitudinis temporis, homini constitutę, puncto aduenięte, in quo saluator in mundum venit: simul innocentiæ plenitudo peruenit : per hominem interrupta peccantem, & simul plenitudo gratiæ ipsius culpę: per ipsum vniuersalem redemptorem plenè & totaliter redemptæ. Sicut dicit: *At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere*, (Hoc, inquantum ad innocentiæ plenitudinem, & temporis constituti, homo non peccando) *factum sub lege*. hoc, inquantum ad gratiæ plenitudinem: vt innocens ipsam culpam redimendo. sicut concludit dicendo: *Vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.* Quia, secundùm iustitiæ diuinæ rectitudinem non sufficiebat, solùm se incarnare veniendo, si in carne passibile non erat morte sua, legis pœnæ satisfaciendo. (vnde intrat, Factum sub lege) & simul sua innocentia culpam euacuando: & postremò per hanc viam totaliter mortem victoriosè destruendo. *Vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.*

Gal 4.

Qui, & quanti isti sunt, quos saluator mundi ad redimendum venit ? Iam id Spiritus sanctus, per hæc verba, dicit & docet: *Vt eos qui sub lege erant redimeret*. Id est, omnes, q̃ui sub lege comprehensi erant. Ipse Christus dicit: *Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas. non veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant.* &c. Quæ lex est hæc ? Est forsitan obedientiæ lex, primùm homini data : aut aliæ, naturæ, scriptæ, & gratiæ ? Omnes in ipsa prima, & ab ipsa incipiendo, contentæ sunt. Quia, vt obseruatio & omnium earum complementum ad hanc liberæ obedientiæ formam, in charitate fundatæ, reducitur: Sicut forma æterna, æternè amando, & simul, in conformitate cum Patre ipsam Dei in carne manifestationem, liberè & voluntariè acceptando: sic hoc modo, in illo puncto, formaliter per opus & effectum amoris Spiritus sancti se incarnãdo, & simul efficienter obediendo, legem obedientialem primo homini datam, & omnes alias leges, in illa prima contentas, perfectè compleuit: cum esset sub eadem charitatis æternæ forma, & liberæ obedientiæ in Christo, constitutæ: manifestatione Dei extra conuenientis. quia aliter, originali formæ intra liberę obedientię, non correspondendo: cum effectu æternæ charitatis Spiritus sancti, à Verbo Dei filio, liberè & æternò acceptatæ: extra, effecta esse non poterat. vnde, consequenter in illo puncto venit plenitudo temporis, (vt dicit) & gratiæ simul: ab ipsa perfecta plenitudine legis complementi, cum effectu simul perfectè amante & obediente, & ipsam culpã redimente, procedens. A Spiritu sancto testificatum, per præcursorem suum dicente: *Ecce de plenitudine eius nos omnes accepimus. & gratiam pro gratia.* Sicut etiam in effectu omnes iusti recipiunt, quæ ipsam plenitudinem ætatis mundi complectitur: in ipsa prima lege, & plenitudine temporis comprehen-

Mat. 5.

Ioan. 1.

si: pro

ſi: pro ipſius legis obſeruatione, vt dictum eſt, & ſeminis humani multiplicatione, conſtituti: & in eodem numero, quot homines in quinque millibus & centum & nonaginta nouem annis nati fuerunt, multiplicati, quòd ipſa plenitudo temporis continet, à mundi principio, donec ſe vniuerſalis ſuus ſaluator incarnandum venit. ſicut dicit: *Vt eos qui ſub lege erãt redimeret:* omnes in ipsa prima lege, & vniuerſali forma, vt dictum eſt, omnium aliarum legum in charitate fundatarum, voluntariè obediendo, particulariter includẽdo.

CAP. III.

Matt. 13. *Simile eſt regnum cælorum fermento*, (Dicit Dominus) *quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum.* &c. Satis tribus. Id eſt, tres æquales menſuræ in vna comprehenſæ. quia tertius numerus, ſecundùm tam naturalem, quàm certiſſimam muſicalem experientiam, in ſua perfectione, tam trinus, quàm vnus eſt: tam diſtinctus, quàm indiuiſibilis: quia aliter, eſſe perfectæ vnionis, & conſonantiæ, euacuatum eſſet: in ipsa numeri & conſonantiæ perfectione, omnes alios numeros, & conſonantias, in infinitum multiplicatas continens. Prima menſura, in qua omnes aliæ incluſæ ſunt, eſt ab Adamo, vsque ad Chriſti aduentum: & tũc, cũ ſe homo in ſua innocentia & obedientia cõſeruaſſet, mundus terminandus erat: & ipsa natura humana, inconueniente numero, & innocẽtiæ plenitudine concurrẽdo, in illo puncto cũ ipso Chriſto, in noua gloriæ & vitæ æternæ plenitudine, in totali Dei in carne manifeſtatione regeneranda erat. Quain ratione manifeſtationis in carne, ab æterno determinatę, & à Verbo Dei filio liberè & voluntariè acceptatæ, cũ ipſe trinus & vnus Deus per naturã cõmunicabilis eſſet: non obſtante quod humana impermanentia ipſi diuinæ maieſtati præſens fuiſſet: tamen ad eandem menſuram, plenitudinis temporis & ſeminis multiplicationis, æternò admiſſa fuit: in tot in[illegible] vt dictum eſt, quot homines à primo, vſque ad ſecundum Adam multiplicati fuerunt: à quo redemptore, ne vno quidem deficiente, efficienter redempti fuerunt. Et hoc, multa cum ratione ab immutabili Deo, ratione liberi arbitrij ſic ordinatum: in quo homini, ſeipſum donatorem, immutabiliter donauit: & omnes ſalui eſſe poterant. In qua prima menſura fermenti innocentiæ & plenitudinis temporis, per eandem rationem diuinæ immutabilitatis, & doni liberi arbitrij, naturæ humanæ nouiter poſt peccatum conceſſi, ſecunda menſura fermenti legis naturæ & legis ſcriptæ intellecta & inclusa eſt, donec tertia fermenti legis gratiæ, peruenit, ſaluator in mundum veniendo. qui, velut forma & vniuerſalis omnium legum finis, obedientialiter moriendo, & gloriosè reſurgendo: in ſua plenitudine & perfectione, omnes tres menſuras, innocentiæ, ſcriptæ, & gratiæ, complexus eſt: illa naturæ incluſa. Vnde aduertendum eſt, quod in hac vnica redemptoris menſura, omnes tres menſuras continente, omne tempus inclusum eſt, quo insuper mundus duraturus eſt: quamuis ſint quinque millia, & quinque decies centena millia annorum. Quia: Sicut non homines propter tempus, ſed tempus propter homines et ſeminis humani multiplicationem conceſſum fuit: ſic etiam, ipsum tempus, & maior plenitudo quinque decies centenorum millium annorum, per quinque millia, quando ſic fuiſſet, non propter malorum multiplicationem, ſicut primùm, ſed bonorum, nouiter conceſſum & prolongatum fuit, in ipſius infinitæ bonitatis creatoris Dei manifeſtatione. *Non enim neceſſarij ſunt ei homines impij.* &c. (per Salomonem) *Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi. non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium & inutilium.* qua in ratione, Eccl. 15.

ipſe

ipse iustorum numerus, non excedendo, propter quod complementum, ipsum tempus quinque millium annorum constitutum fuit: non solùm quinque millia, cum propter peccati impedimentum, completum non esset: sed quinque decies centena millia annorum, vt dictum est, concedit Dominus, & in eodem limitato tempore inclusa sunt. quia non homines propter tempus, sed tempus propter hominũ multiplicationem, id est, bonorum, concessum fuit: & similiter prolongatum: numero nõ excesso. Et hanc ob causam: Christo resurgente, & secum in cœlum adducente iustos omnes, qui à mundi principio, vsque tunc, inuenti fuerunt; non fuit præsens seculum terminatum: quia iustorum numerus completus non erat: qui in eadem numeri & mensuræ plenitudine esse debebat, tot hominum bonõrum & malorum, quot in ipsa temporis plenitudine multiplicati fuerunt. Et hæc certissima veritas, est per Dominum comprobata, in zizaniorum parabola: iustorum frumentum, à malorum zizanio distinguentem: iudicium & ipsius delicti castigationem, & tempus simul, propter ipsius damni reparationem, prolongantem: non obstante, quòd ad suum in mundum aduentum, iam plenè completum erat. Vnde, hac in ratione, ab angelico iustitiæ diuinæ ministerio propositus fuit finis & naturæ humanæ extirpatio dicente: *Vis imus & colligimus ea?* Matt. 13. & ab vniuersali iudice, per allegatas rationes, determinatum & responsum; *Non, ne forte colligentes zizania, eradicetis simul & triticũ.* (Hoc est, quia sic in fine erit: verumque, per mortem vniuersalem, eradicatum) *Sinite vtraque crescere vsque ad messem.* Vbi, cum creator Deus, seminasset verbi sui & doctrinæ suæ semen, in noua innocentis naturæ humanæ terra: & inuidiosus inimicus, mortiferum semen zizaniorũ & malitiæ peccati superseminasset: (sicut dicit, *Venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abijt*) hoc, non fuit incertum: quia, secundum finem, & principium simul manifestationis suæ extra, sciebat ab æterno ipse immensus creator, quòd omni modo, messis, correspondenter magna, & abundans futura erat: propter quod, similiter fuit in magno & spatioso & campo & termino quinque millium & centum & nonaginta nouem annorum dilatata: mensum, & exactè terminatum ab ipsomet seminatore Deo. & semine Verbo diuino, tẽpore quo missum fuit. sicut dicit: *At vbi venit plenitudo temporis misit Deus Filium suum.* &c. propter quod, non fuit tarditas: neque continuatis humanis abominationibus locum dare: quia *Nemini* (vt scriptum est) *dedit spatium peccandi*: sicut dilatio non est, tardare ad veniendum ad castigandas, puniendas, & terminandas: ipsum tempus prolongando: non inquantum ad tempus, sed inquantum ad electos, propter quos ipsum tempus constitutum fuit: tempore quo ipse saluator in mundum venit, vt dictum est, exactè completum. Vnde ipsa lux: *Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras.* Hoc est, respectu, iustorum tritici: & non malorum zizanij, propter quos bonos mundus factus est, & ipse constituti temporis terminus: & ipse electorum numerus non completus: sed in multiplicato humano semine in ipso tempore, intellectorum. Quomodo, *Nunc princeps huius mundi* (Hoc est, extra mundum) *eijcietur foras?* Quia in morte sua, cui propinquus erat, quando hanc veritatem dixit, omnis ipse electorum numerus, ex quibus, mundus cõsistit, & propter quos mundus factus fuit, & ipsa plenitudo temporis, ordinata, omnes, ne vno quidem deficiente, redempti fuerunt: tam iustorum numerus, quàm iustorum & iniustorum numerus simul, in ipso mundo, et constituto tempore, multiplicatus fuit, à principio, donec in mundum venit. Vnde, ratione propinqui effectus saluationis vniuersalis iustorum: in

Gal 4.

Eccl. 8.

Ioan. 12.

ipso

ipso mundo, & constituto tempore, multiplicatus fuit, à principio, donec in mundum venit. Vnde, ratione propinqui effectus salutionis vniuersalis iustorum : in ipso vniuersali iustorum & iniustorum numero, comprehensorum : ipsum mundum & plenitudinem temporis, propter iustos constituti, reimplente : *Nunc princeps huius mundi ejicietur foras.* Quòd autem numerus & mensura tritici iustorum, illa est, quæ ipsum mundum, & tempus constitutum reimplet: à principio seminationis suæ per innocentiam incepta: & in tempore, & puncto messis suæ, quando salvator & seminatum verbum in mundum venit, terminatum: ex ipsismet ipsius Christi verbis colligitur, metaphoricè loquentis, & dicentis: *Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo?* (Agro tuo: Hoc est, ipsa plenitudo temporis, pro seminis humani multiplicatione constituti: proprius ager ipsius vnici grani frumenti, & seminis Verbi diuini, ratione suæ distinctæ incarnationis: & virtualis multiplicationis per suam mortem: in suis fidelibus credentibus et confitentibus, manifestata) *Vnde ergo habet zizania?* Hoc est, metaphoricè. quia, sicut accidentaliter interuenit, tantum, tempore messis deficit bonum semen tritici seminati, quantum, ab incremento mali seminis zizaniæ impeditum fuit: quia aliter, vtrunque, totum triticum esset, secundùm quod à principio fuit ab agri domino seminatum. Vnde, *Mat. 13.* serui dicentes, *Vis ergo imus, & colligimus ea?* Et ait, *Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum.* Hoc clarum est : quia, si hac in ratione superseminati zizanij peccati, hoc non obstante, mundus terminatus esset in ipso puncto plenitudinis temporis determinati, quando salvator et vniuersalis iudex in mundum venit: tanto deficiebat numerus et mensura fermenti seminati bonorum, quanto à multiplicatione et cremento zizanij malorum impeditum erat: quod aliter, omnes, vtrique, boni futuri erant, et plena mensura et numerus, ipsum tempus et mundum, propter quos creatus fuit, reimplens: et in plenitudine gloriæ, cum ipso regenerante Christo, concurrentes, esse ipsius creatoris Dei manifestantes. Vnde, *Sinite vtraque crescere vsque ad messem.* Hoc est, vsque ad vniuersalem extirpationem seminis humani in terra : in noua generatione, ad gloriam, aut ad pœnam æternam resuscitando. sicut dicit concludendo. *Et in tempore messis dicam messoribus,* *Matt. 13.* *Colligite primum zizania, (sic erit in consummatione seculi, postea dicit, declarando, exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum) & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum.* Illud, declaratum est. solùm, in huius capituli conclusionem, dicetur. Quòd cum sit campus, & triticum simul hæreditatis & regni Christi, natura humana, in ipso spatio quinque millium & centum & nonaginta nouem annorum, multiplicatum : & amplum cœlum, horreum, vt dicit Dominus, vbi congregandum est : piè credi debet, quòd pro tam magno horreo, & horreo Dei, magna tritici quantitas futura est, in Christo, grano tritici, mortuo, & resuscitato, multiplicati. sicut dicit, de seipso loquendo : *Nisi granum frumenti cadens in* *Ioan. 12* *terram, mortuum fuerit: ipsum solum manet. si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.*

CAP IV.

PLenitudo gloriæ temporalis per innocentiam, naturæ humanæ obedienti communicata, perfecta plenitudo nõ erat, nisi vmbra & figura eius quam recepturа erat permanendo, cum Verbum se ad incarnandum veniret: non in mortali carne, vt venit, legis & inobedientiæ suæ pœnam soluens, obedientialiter moriendo: sed in carne & corpore immortali, vt de-

monstrauit resurgendo. Et tunc efficienter consecuta fuit in Christo secundo Adamo resurgente, plenitudo gloriæ æternæ, quæ illi primo parata erat, & omni generationi humanæ vsque tunc multiplicatæ, per seueranti. propter quem finem totalis manifestationis sui creatoris extra, quamuis nõ peccauerat, Verbũ se incarnauit, & eam particulariter maioribus donis dignã fecit, & in maiori gradu, quã angelicæ nõ fecit. In qua Christi resurrectione, vniuersalis vltimi diei præsentis sæculi cõprehẽditur. Vltimò accidẽtaliter inquãtũ ad numeri electorum supplemẽtũ, & non inquantum ad tempus conueniens, determinatum, vt dictum est: in ipso vltimo die naturaliter, in quo Christus mortuus est, iam completum. In cuius testimonium, in puncto quo Dominus exspirauit, *Monumẽta aperta sunt:* (vt scriptum est) *& multa corpora sanctorũ, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem: & apparuerunt multis.* &c. quia in ipso vltimo die sex dierum creationis, in quo primus Adam factus fuit, incarnatus, & mortuus secundus, totam mundi vitã, (homo nõ peccãdo) continentiũ, tota ipsa natura humana, vsque ad ipsum vltimum terminum multiplicanda erat, simul cum incarnante Verbo, in corpore glorioso, per gloriam regeneranda, & ad cœlestem paradisum transportanda. Vnde, cum in eodem die, in locum ipsius nouæ vitæ & gloriæ, homine statim peccante, ipsa noua & accidentalis mors & mortalitas in mundum subintraret: aduenientе temporis plenitudine, in ipsis sex diebus, vt dictum est, creationis intellecti, ipsomet vltimo die Verbum se ad incarnandum venit, quo hominẽ creauit, in corpore mortali, & in ipsius culpæ redemptionem mortuus est. Et cum mysterio tertia die resurrexit: in testimoniũ accidẽtalis peccati impedimẽti, & noui termini concessi, per gratiã, pro numeri iustorũ cõplemẽto: (i d est inquantum ad ipsum immutabilem deum, ab æterno eligentem: *Non enim concupiscit* (dicit Spiritus sanctus) *multitudinem filiorum infidelium & inutilium*) donec tertius dies vniuersalis resurrectionis perueniat in ipsa Domini resurrectione, testificatæ: secundùm ternarium cremẽtum (iam sæpius dictum & declaratum) fermenti legis innocentiæ, legis scriptæ, & gratiæ, (illi naturæ inclusa) ternariè dispositum & ordinatum. Vnde, in testimonium, quòd particularis Christi resurrectio, in arrham & possessionem vniuersalis quam speramus, tertio, & octauo creationis die effecta, sexto die futura erat, loco mortis suæ, homine non peccante, gloriosum corpus accipientis, vt dictum est, & totam ipsam multiplicatam naturam humanam per gloriam regenerantis: ablato peccati impedimẽto, in puncto illo morientis, *Monumenta aperta sunt:* (vt dicit) *& multa corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt.* & in testimonium effectus vniuersalis resurrectionis futuræ, & noui ingressus figurati paradisi, & sanctæ ciuitatis Hierusalem cœlestis, addit dicendo: *Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem: & apparuerunt multis.* Dicit, post resurrectionem eius. quia in illo puncto finali, vt solus innocens, solus resurrecturus erat: & sic cum innocentiæ plenitudine in seipso principio & fine rerum omnium, statutum tempus terminando, vniuersalem pro omnibus hominibus possessionem accipiendo, in numero & plenitudine illorum omnium, qui per innocentiam vsque tunc multiplicandi erant. in multiplicatis per peccatum originale, comprehensi. Vbi, non concurrendo in puncto illo inter homines, propter peccati impedimentũ, innocẽtiç plenitudo, nisi in Christo, Deo & homine manifestationi in carne ipsius creatoris conueniens: secundùm

Matt. 26.

Eccl. 42.

hanc

hanc rationem, nemo præter ipsum resurrexit, neque inter mortuos ad vitam æternam resuscitabit, donec ipsa conueniens plenitudo præcedendo, per viam gratiæ & meriti innocentis Christi recuperata, & in hoc prolongato termino completa, consequatur secundam per gloriam, spiritualem, & corporalem simul resurgendo: in Christo, principio & fine rerum omnium, vt ipse dicit, in illo puncto plenitudinis temporis determinati, incarnato, & ipsomet die moriente, & accidentaliter, vt dictum est, tertio, & octauo creationis gloriosè resurgente, in omnium iustorum nomine acquisita, & possessa. Et hoc Dominus significat, Apostolis suis, & omnibus iustis
Ioan. 14. in ipso duodecimo numero comprehensis dicendo: *In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minùs dixissem vobis, Quia vado parare vobis locum. Et si abiero, & præparauero vobis locum: iterum venio & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis, &c.* Iterũ venio. Hoc,
Gal. 4. accidentaliter, (quia *Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum*) inquantum ad supplementum plenitudinis ex parte naturæ humanæ, per peccatũ diminutæ: quia inquantum ad Christum, in puncto quo inter mortuos resurrexit, plena fuit: & similiter in morte sua accidentali, omnibus alijs iustis accidentaliter præparata: qui eam vltimo die vniuersalis resurrectionis, per medium ignis, & consummationis accidentalis, recepturi sunt: in qua, omnes homines vniuersaliter à principio, vsque tunc comprehẽsi sunt: cum eam naturaliter cũ Christo recepturi erant in puncto suæ incarnationis, in corpore glorioso & impassibili, vt demonstrauit resurgendo, & in illa plenitudine numeri hominum, qui vsque tunc multiplicati fuerunt: accidentaliter primum homo mortalis factus, & pro peccato moriendo. Mors non est naturalis homini, cum naturaliter cum ipso Christo resurrecturus est; quia natura humana non per peccatum mutata, sed victa fuit. & sic vltimo die accidentaliter abigne totaliter victa & consumpta erit. Quoniam *Deus* (dicit scriptura) *creauit hominem* Sapi. 2. *inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum.* Qui vltimus dies, hoc est, vltimus accidentaliter, in hoc plenitudinis Christi inclusus est, in carne & corpore immortali resurgentis: sicut scriptura dicit: *Donec occurramus omnes in vni* Eph. 4. *tatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Hoc est, in mensuram plenam ætatis Christi, quando se ad incarnandum venit. sicut per ipsummet: *At vbi venit plenitudo temporis misit Deus Filium suum.* &c. Quia, Plenitudo temporis, & mensura ætatis plenitudinis Christi, sub eodem sensu sunt: Plenitudo temporis, inquantum ad tempus conueniens, pro creatoris manifestatione constitutum. *In mensuram ætatis plenitudinis Christi*: Hoc est, in illam mensuram in Christo completam, plenitudinis, quæ naturæ humanæ parata erat, in complemento illius ætatis innocentiæ in Christo (vsque ad illum punctum etiam, continuata) nouæ plenitudinis gloriæ & vitæ æternæ. In mensuram ætatis plenitudinis Christi. vna est ætas, mensura & plenitudo Christi, & regni sui æterni: (omnes alias ætates, & varietates temporum, regnorum & imperiorum, à peccati vacuitate procedẽtes, euacuans) per innocentiam in præsenti sæculo: homo non peccans: & per gloriam in alio, vt dictum est: ipsum Verbum æternum, in corpore glorioso se incarnando: & simul ipsam multiplicatã naturã humanã, in regno immutabili & æterno, ad gloriam et vitam æternam regenerando. Et hoc in ordine primis patribus dictum
Gen. 1. fuit: *Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Hoc est, In mensuram ætatis plenitudinis Christi tempore quo in mundum venit, completæ: sicut dicit, *In mensuram ætatis.* &

se incarnando, moriendo, & resuscitando, plenæ: sicut dicit, *Plenitudinis Christi*. Et hoc, quamuis homo peccauisset: & talem ob causam ipsa plenitudo innocentiæ, à principio, donec innocens Christus in mundum venit, euacuata fuisset: quia, quâuis nõ peccando, natura humana per innocentiam, in plenitudine numeri determinati multiplicata fuisset: cum naturæ diuinæ vnita non esset, Verbum se incarnando, non erat proportionalis plenitudo illi quam per gloriam consecutura erat, ita quòd creator totaliter in carne manifestatus fuisset. Sicut est in Christo, (& vniuersaliter in electis suis, per gratiam, & gloriam) ratione ipsius indissolubilis vnionis Dei & hominis in vno subiecto: natura diuina particulariter, & vniuersaliter, in eo quod natura humana deficit supplente: Vnde, Plenitudinis Christi: *Et de plenitudine eius* (per sanctum Ioannem) *nos omnes accepimus*. Hoc est, in omnium iustorum nomine, vt præsentium, loquendo: cum esset ab ipso vniuersali saluatore, tam in numero & mensura ætatis innocentiæ, homo non peccando, tempore quo in mundum venit completa, quàm in plenitudine gratiæ & gloriæ: cum esset iam ab ipso, & in ipso Christo, sicut redempta, plena. ita quo, in puncto quod de Spiritu sancto incarnatus fuit, nascendo, & moriendo, & resuscitando, *Abscisus est lapis de monte sine manibus*: (per Danielem) Hoc est, de vnico monte innocentiæ in terra concipientis, & parturientis matris, sine manibus violentiæ: in virginei floris integritate, intactæ permanentis: *Et percussit statuam in pedibus eius*. et cætera. *tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum & aurum, & redacta quasi in fauillam*, &c. Hoc est, percussit statuam tremendæ mortis, & mortalitatis humanæ, cum tota ipsa ætatum, & regnorum varietate: in ipsa metallorum varietate significata. *Lapis autem* (id est Christus) *qui percusserat statuam, factus est mons magnus, & implevit vniversam terram*. Hoc est, originali ordini correspondendo, *Crescite & multiplicamini, & replete terram*. Hoc est. *In mensuram ætatis plenitudinis Christi*: (sicut tunc in vniuersali resurrectione completum erit) omnia ad vnam ætatem plenitudinis & regni Christi in gloria & vita æterna, reducendo. sicut Daniel interpretatur & prophetizat dicens: *In diebus autem regnorum illorum* (hoc est, quando Verbum se ad incarnã dum venit) *suscitabit Deus cæli regnum quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur, comminuet autem, & consumet vniuersa regna hæc: & ipsum stabit in æternum*.

Ioan. 1.

Dan. 2.

Gen. 1. Ephes. 4.

Dan. 2.

CAP. V.

CVM Dominus effectui redemptionis, & plenitudini vniuersali ipsius gratiæ propinquus esset, moriendo, et resurgendo, sic dicit: *Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras*. Igitur, defecit in mundo post effectum ipsius plenitudinis et redemptionis, neque vsque ad finem deficient damnosa malorum zizania, et hæresum et sectarum inter gentes multitudo, imperio principis ipsius tenebrosi mundi subiecta? Non certè. quomodo igitur, *Nunc iudicium est mundi*: &, *nunc princeps huius mundi eijcietur foras*? Duo distincta iudicia, distinctè ad duas trium personarum diuinarum pertinẽt. (Hoc est, ad Patrem et Filiũ) in hoc ordine et ratione manifestationis creatoris Dei: vnũ proprii et naturalis: et aliud impropriũ, & accidẽtale. Propriũ, & naturale, quãuis omnib' tribus personis, commune sit: peculiariter tamen Patri attribuitur: vt principio manifestationis, & generanti. quę manifestatio, cum à Filio continuata esset, non obstante peccati impedimento, se natura humanæ vniente, vt determinatum erat, & hoc accidentaliter in carne passibili, & in satisfactionẽ pœnæ ipsius culpæ moriente: hac ratio-

Ioan. 12.

ratione, ad Filium, secundum iudicium pertinet, inquantum hominem mortalem, sicut dicit: *Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.* Quod iudicium, cum naturaliter proprium filij sit, inquantum ad naturam humanam: improprium & accidentale est, inquantum ad naturam diuinam: in æternum gloriosam & impassibilem. Et etiam impropriùm inquantum ad naturam humanam: secundùm suam propriam conditionem & esse immortalitatis, in quo creata fuit, & in quod restituenda est. Sicut dicit: *Quis enim indicauit tibi, quòd nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti?* Itaque sunt Duo iudicia: & similiter duo mundi, super quos ipsa duo iudicia cadunt: vnus lucidus, & alius tenebrosus: Duo regna: vnum iustorũ, lucidum & vnitum in Christo rege gloriæ & æternæ Patris luce, in manifestatione ipsius esse Dei: & aliud iniustorum, tenebrosum: Beelzebub tenebrarum principi vnitum: ab initio, & perpetuò ipsam manifestationem Dei in carne impedienti. Vnde Dominus dicens: *Ego sum lux mundi:* & alio in loco: *Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum:* de mundo lucido iustorum tractat. Et quando è contrario dicit: *Non pro mundo rogo:* de mundo tenebroso malorum tractat: consequenter mundum lucidum iustorum distinguens, dicendo: *Sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt.* Et non solùm pro duodecim Apostolis: sed pro multitudine aliorum iustorum, in ipso duodeno numero comprehensorũ. Sicut dicit: *Non pro eis autem rogo tantùm, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me.* In qua magnitudine numeri gentium est mundus lucidus iustorum, pro quibus solùm Dominus rogat? ipse significat dicens: *Et mea omnia, tua sunt.* Omnia, & mundus, sub eodem sensu sunt. Et hoc Omnia, & mundus, quod dicit, in hoc cœlorum & terræ globo intellectum est? Etiam. Sed non inquantum ad ambitum: nisi inquantum ad illud quod intra ipsum cœlorum & terræ ambitum, hebdomadaliter compositum, continetur & significatur. In quibus cœlis, mundus lucidus iustorum, & multiplicatio in spiritu seminis bonorum, sicut Abrahę promissum fuit, repręsentatur. quod significat per hæc verba, concludendo: *Et tua, mea sunt, & clarificatus sum in eis.* Non est clarificatum Verbum incarnatum, neque ipsum esse Dei manifestatum, in hoc Omnia cœlorum, planetarum, & stellarum, omne cum mysterio ad hominis imaginem hebdomadaliter creatum & ordinatum, & ratione & testimonio quòd Deus se hominem facturus erat: sed in ipsomet homine, creatoris Dei imagine: in quo, singulariter ipsa imago, numeraliter aliis in rebus, significata, cum effectu, & fideliter vnitè & rationaliter apparet. & in innumerabili stellarum numero, iustorum multiplicatio significata est. Sicut distinctè declarat, cum dixisset, *Et tua mea sunt:* concludendo, *Et clarificatus sum in eis.* In eis. Idest, in omnibus iustis: in ipso Omnia cœlorum, & terræ, planetarum, & multitudinis stellarum, significatis. Quæ multitudo, in qua Filius per gratiam, magnificatus est, in duodenario Apostolorum numero comprehenditur: carnis resurrectionem significante. Sicut declaratum est. correspondenter, & cum mysterio, in duodecim signis, quæ in cœlo stellato sunt præfiguratam: ad quæ, in testimonialem significationem, sicut tota ipsa iustorum Ecclesia, ad duodecim apostolos, totus ipse stellarum numerus reducitur. vnde cùm esset vniuersalis gloriosa iustorum resurrectio: et per Christi meritum, et per medium humanitatis suæ sanctissimæ, effecta: similiter Pater à Filio, clarificatus erit. Id est, manifestatus. sicut dicit: *Vt Filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: vt omne quod dedisti ei, det eis vi-*

Ioan. 5.

Ioan. 3.

Ioan. 8.

Ioan. 3.

Ioan. 17.

tã æternã Vt omnes quos dedisti ei. (omne, omnia, & mundus, sub eodẽ sensu sunt) Hoc est, ipsa multitudo, & magnus iustorũ numerus, in Christo vnitus: tanti Dei manifestationi cõueniẽs. v nde, in quantum advnionẽ tam magnæ multitudinis, dicit: *Vt omne quod dedisti ei.* (sicut, Omnia, & mundus) & inquãtũ ad distinctionem: *Det eis vitã æternam.* Quia: sicut inquantum ad donatorem & communicatorem suæ gloriæ Deum, se ipsi naturæ humanæ vnientem, in gloriosa vniuersali iustorum resurrectione, intellectum est ipsum Omne, mundus, & omnia: sicut alio in loco, *Dixes in omnes qui inuocant illum*: sic similiter & distinctè inquantum ad recipientem, intellectum est ipsum, Eis: sicut concludit dicendo: *Det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* Vnde, cum esset humanæ redemptionis effectus, Christus moriendo, & resurgendo, in pondere plenitudinis gloriæ, & numeri iustorum effectæ: idest, secundùm iustorum, & iniustorũ numerum, vt dictum est, qui vsque tũc multiplicati fuerũt: qui omnes, secundum liberum arbitrium, & mediante ipso communi tẽpore, redemptione & gratia, omnibus cõmuniter cõcessa, omnes iusti, & iustificati esse potuerunt: multa cum ratione, *Nunc iudicium est mũdi.* Quod iudicium, quamuis toti trino consilio, in essẽtiæ vnitate: Patri particulariter attribuitur, in personarũ distinctione: vt generãti principio manifestationis intra, distinctè, per medium generati Filij, extra continuatæ, propter quod, quouis modo non est iudicium in malo, sed in bono. non mundi tenebrosi malorũ: sed mũdi lucidi bonorũ. Quia, mundus tenebrosus siue zizania malorum, pro cõseruatione, & multiplicatione frumenti iustorũ accidentaliter permissa sunt: Sicut dicit: *Sinite vtraque crescere vsque ad messem.* Hoc est, donec ipsa malorum permissio durabit: pro seminis humani cõseruatione, respectu ad cõplementũ numeri bonorũ permissa. Et tũc, bonorum numero completo, vniuersale malorum iudiciũ ad Filium pertinebit. Idest, bonorũ, in bono, & malorum, in malo. Quod nos docet, de seipso particulariter loquens: *Dicam messoribus, colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. triticum autem congregate in horreum meum.*

Rom. 10.

Ioan. 12.

Matt. 13.

Tunc vniuersale malorum iudicium, in malo erit: & hoc accidentaliter & impropriè: propter quod eò magis rigidum & tremendum erit. quia Deus, hunc amplum campum mundi pro peccatorum zizanijs non creauit, neque hunc vniuersalem paradisum (vltra particularem) in mali occasionem, & malorum castigationem: quod opera ipsius inimici dæmonij fuit: sed pro iustorum frumento: & in occasionem maioris præmij bonorum. Vnde, *In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli.* Opera diaboli. Hoc est, ipsum malum semen, siue zizania peccati, sicut declarat, præcedenter dicens: *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit*: (mortaliter intelligitur) *quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli.* Idest, mundus lucidus bonorum, & mundus tenebrosus malorũ. Et quia à mundi principio, donec ipsius salvator venit, peccatorum solutio non fuit: ideò, cum non esset hac in parte, distinctio iustorum, & iniustorum: draco cõfusè dominabatur, & generaliter mundi princeps erat. Vnde cũ venisset salvator, & proprius mundi dominus Christus Dei filius, quamuis, *In propria venit, & sui eum non receperunt*: voluntariè, morte sua culpæ & pœnæ peccati satisfaciendo: & in ipso puncto plenitudinis tẽporis & finis mundi moriẽdo, & resuscitãdo in iudicialem distinctionẽ mũdi lucidi iustorum, in ipsa plenitudine & numero hominum vsque tunc multiplicatorũ, intellectorũ, pro quib' iustis (& non pro malis) mũdus creatus, & tẽpus cõcessum fuit, dicit: *Nunc iudicium est mundi.* In quo

1. Ioan. 3.

Ioan. 1.

quo iudicio & malorum distinctione, consequenter, *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras.* Nunc iudicium est mundi: distinctè, inquantum ad mundum lucidum iustorũ: acceptãs Patet, cui particulariter ipsum iudiciũ attribuitur, plenitudinẽ gloriæ, & meritũ Filij, in ipsa ratione (vt dictum est) plenitudinis iustorum, & iniustorũ multiplicatorum, intellectum: tanti Dei manifestationi, conuenientẽ. Possessio à Christo accepta in illo præsẽti particularis suæ resurrectionis, in omnium eorum nomine, pro futura vniuersalis, quando numerus completus fit: & pro tali effectu, terminus prolongatus: sicut dicit, *Sinite vtraque crescere vsque ad messem. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras:* inquantum ad mundum confusè bonorũ & malorum simul: in ipsa acceptatione iustorum eodem in numero multiplicationis iustorũ, & iniustorũ, qui vsq; tũc multiplicati fuerũt, distinctũ. Itaq;, iudiciũ mundi, distinctè: Huius mundi, confusè. Sed, quomodo cõfusè bonorũ & malorũ, *Nũc princeps huius mũdi eijcietur foras*, cum sit malorũ multitudo proprium regnũ & dominiũ suum, & incõparabiliter in maiori numero, quã bonorum? Quianon inquantũ admultitudinẽ malorum, magis quã bonorum: sed inquãtum ad numerum verorum: que, solùm concessum bonis, in ipso puncto, sicut acceptatis, redemptis, *Eijcietur foras.* pro quibus bonis, & iustorum multiplicatione, vt dictum est, & non malorum, mundus creatus fuit, tempus datum, & de nouo prolongatum.

Et in hoc dicere, *Plenitudo temporũ*, ipse princeps, & mundus tenebrosus malorum, intellectus non est, cum omni gratia, & misericordia vacuus sit: nisi & ex gloriæ Christus, & simul cũ ipso, ipsa plenitudo tot iustorũ, quot fuerunt homines in ipsa plenitudine temporis, & finis mũdi multiplicati, & omnes ab ipso Christo, moriente, & resurgente, redempti: & à suo æterno Patre, ab æterno acceptati: in quibus ipse creator, trinus et vnus Deus, communicatè manifestãdus erat: propter quem effectum tanti boni missus fuit. *Non enim misit Deus Filium suum in mundum vt iudicet mundum,* (per eũ dem) *sed vt saluetur mundus per ipsum.* quia in ipso mundo lucido iustorum, creator ipsius communicatus & manifestatus est: propter quem finem manifestationis creatus fuit. Et antea dicendo: *Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternã:* totũ hoc refertur ad remanẽs extra, amoris principalis intra, ipsã hominis creationẽ, et rerũ omniũ, quod illud est q̃ mundus nominatur, efficiens: in profectione extra æternæ manifestationis intra, ipsius esse Dei, effectum. Quæ hominis creatio, & rerum omniũ in ipso contentarum, Verbo attribuitur, propterea quòd illud voluntariè, et distinctè se incarnandũ, et hominem factũrũ erat. Et similiter, ipse amor quẽ dicit, quo mundũ amauit: non mundũ neque hominem, in quo mundus significatiuè intellectus est: præter Christum, Deum et hominẽ, ratione vtriusq; hoc est, significati Dei, et hominis, continẽtis omnia, et omnia redimẽtis, et in seipso restaurãtis. Qui effectus remanentis et superabundantis amoris diuini in omnibus rebus visibilib., et inuisibilibus, per medium Verbi creatis, et ipsi, ratione quod se incarnaturum erat, attributis, sunt tanquam frondes et germina arborum: in quibus arboris virtus totaliter non est: nisi quod subuenit ma nifestè vnicuique in eo quod sufficit pro conseruatione sua. hoc modo arbor Verbi diuini, naturæ humanæ frondibus vestita., Idest, *In similitudinem carnis peccati* (sicut primus Adam frondibus ficus cum peccasset) nuditatem pœnarum, et mortem corporalem ipsius culpæ super se accipiendo: quamuis hoc ornamentum & vestis exterior corporalis, tam completa et renouata sit in vniuersali iustorum resurrectione, in tanta germinum et frondium multitudine, quanta tali

Ioan. 3.

Rom. 8.

tali trunco conuenit, moriendo, & in suæ diuinæ virtutis manifestationem resurgendo: Quasi diceret; Tot germina, rami, & frondes, quot fuerunt homines à principio, vsque ad ipsum mundi finem, & adueturum suum ad se incarnandum, vt declaratum est tantæ consideretionis, & admirationis non sunt, quanta est arboris virtus manifestata, quæ eas producit, & in æternũ sustentat. Et hac in ratione & clara veritate, non videtur expediri, publicè literalem sensum huius scripturæ dicere, *Sic enim Deus dilexit mundum*, &c. quia facilè causat, & causare posset elationem aliquam in homunculo & miserabili creatura humana, se aliquid magni esse credente, in contemptum eius qui solus creator Deus est: cum nihil aliud sit quàm stipula & sicca frons, omni virtute priuata. *Contra folium quod vento rapitur.* (Ecce) *ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris.* Iob. 13.

CAP. VI.

Est in Deo, cum sit trinus in personis, & vnus in essentia, Manifestatio esse sui intra, & extra. Manifestatio intra, quãpuis omnibus tribus personis generaliter, Patri particulariter attribuitur: à quo æterno cum integra comprehensibilitate, & reciproco amore Spiritu sancto, & communicatio esse Filium generante, integrè intra manifestatus est. Manifestatio extra, quamuis similiter omnibus tribus personis generaliter: Filio particulariter attribuitur, ratione quod se incarnaturus erat. Et hæc manifestatio extra, Verbum se incarnando, & in hominis redemptionem mori endo & resurgendo, non integrè generaliter, respectu ad finitum esse redemptæ naturæ humanæ, ipsius esse infiniti manifestati Dei, incapacis. Ideò particulariter in Christo, & indiuisibili vnione Dei & hominis simul in vno suppósito: integrè. & in merito & virtute sua, ipsa vnio & integra manifestatio, ab ipso capite & vniuersali sponso deriuata ipsi vniuersali corpori redemptæ sponsæ suæ, fidelis Ecclesiæ, secundùm vniuscuiusque membri dispositionem, communicata est, Hoc est, infinitũ naturæ diuinæ, finitum naturæ humanæ suppleuit. Vnde hac in ratione Spiritus sãctus per Apostolum: *Et manifestè magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.* Dicit, Pietatis: quia cum esset natura humana in capacitate, multò angelica inferior, magnus pietatis actus fuit, in ipsa vnione Dei & hominis simul, ei secretum manifestare, qui vni soli trino Deo reseruatus est. Quo modo? suppleuit infinitum Spiritus Dei immortalis, finitum carni, in homine mortali, cum quo se vnum fecit. *Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo* (dicit in Symbolo suo Athanasius) *ita Deus & homo vnus est Christus.* Et conformiter: *Quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu.* Hoc est. Suppleuit infinitum spiritus Dei immortalis, (vt dictum est) finitum carnis in homine mortali. Vnde, hac in ratione differentis manifestationis cum homine, quàm cum angelo, exaggerando dicit inquantum ad angelum: *Apparuit angelis:* sed inquantum ad hominem: *Manifestatus est in carne.* Et integrè cum homine manifestatus est? Integrè: infinitum supplendo, &c. Sicut dicit: *Iustificatum est in spiritu.* Et cõformiter alio in loco: *Nusquam angelos apprehendit: sed semen Abrahæ apprehendit.* 1. Tim. 3. Hebr. 4.

CAP. VII.

Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt (dicit Scriptura) *super populum tuum & super vrbem sanctam tuam, vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio* Dan. 9.

visio & prophetia: & vngatur sanctum sanctorum. & cætera. Omne hoc completum & effectũ fuit Verbo se incarnante, & ipso Christo, nascente, moriente, & resurgente. Dicit: *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum & super vrbem sanctam tuam, vt cõsummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum.* &c. à mundi principio numerando, in quo peccatum principiũ habuit, donec verbũ se ad incarnandũ venit, in quo redemptus fuit. *Septuaginta hebdomades.* Omnis cœlorũ & terræ creatio, & quantum hoc in globo visibilis & invisibilis includitur, hunc tolum finem habuit particularis manifestationis creatoris Dei cum natura humana, Verbo se incarnante. Et tali modo res omnis ab æterna sapiẽtia disposita & ordinata, hominẽ creante, & omnia in ipso inclusa, hebdomadaliter, in principio & fine ipsius creationis: quod in toto vnum Deum esse manifestatur sine principio & fine, immẽsũ & infinitum. cum sit, quòd hic numerus septimus, (vt dictum est) in se numerum octauum continet, augmẽti, & diminutionis incapacem: propter quod Deo attribuitur. Et similiter omnes numeros continet & complectitur. Quia, volẽs super numerum septimum multiplicare, secundũ quod nos musicalis docet experientia, naturaliter ad incipiendum à primo reditur: inquantum quod octauus gradus à primo fundatur & originatur. imò est cum ipso eiusdem esse & substantiæ indiscrepabilis. Et totum realiter ad numerum tertium & ternariã consonãriam reducitur, omnes consonantias (sicut numerus septimus, omnes numeros) & species musicales cõtinẽtẽ, in euidens testimonium vnionis ipsius Dei cum natura humana, & manifestationis suæ in carne: consistendo ipse numerus septimus hebdomadalis, vna tertia, cũ quinta vnita. Hoc est, tertia, inquantum ad spiritum, & ternariam naturam diuinam, & quinta, inquantum ad carnem, & quinque sensus naturæ humanæ. Vnde ratione vnionis vnius fundamenti, esse & substantiæ indiscrepabilis, vt manifestatur in æquali correspondentia primi cũ octauo gradu in circulari vnione, & imagine ipsius æterni Dei, ipsum principium & finem euacuante, est septimus, & octauus simul, inquantum ad distinctionẽ duarum distinctarum rerum, super quas ipsa vnio cadit, vt est, tertia, & quinta: anima, & corpus: Deus, & homo. Sicut dicit: *Sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus.* : inquantum homo, ex tribus potentijs, & quinque sensibus, consistens. Itaque totum ordinatum est in manifestationem vnius solius, trini & æterni Dei, cum natura humana: propter quod homo hebdomadaliter creatus fuit. & similiter reliquum omne, incipiendo ab hebdomadalibus diebus vniuersalis creationis & requiei ipsius operis, (requies mysteriosè septimo die sabbathi ordinata, in locum primi, in octauo gradu resurgẽte, in testimonium consequentis resurrectionis plenæ gloriæ, & vitæ æternæ, quã natura humana receptura erat, veniẽte ipsa plenitudine numeri multiplicati, & plenitudine temporis finalis simul, quando Christus in mundum venit) hebdomadaliter dispositũ & ordinatum. Hoc est, in hebdomadam dierum, hebdomadam angelorum, hebdomadam cœlorum & planetarum. *Athan. in symb.*

Vnde, Omnia in mensura & numero & pondere disposuisti. Tria, in vnum reducta. Quia sicut septimus, & hebdomadalis numerus, omnes in se numeros continet, & similiter omnia, in suo principio in ipso ordine hebdomadalis numeri ordinata & distributa fuerunt, in testimonium incarnationis Verbi, Christi Dei & hominis simul, æterni et infiniti: similiter omnia ad numerũ tertium reducuntur, in testimonium manifestati esse creatoris, trini et vnius Dei, principij et finis rerum omnium. Sicut *Sap 9.*

dicit: *Omnia in mensura & numero & pondere disposuisti. In mẽsura.* Hoc est, inquãtũ ad ternariam distinctionem æqualitatis personarũ. Sicut per Athanasium: *Æqualis gloria, coæterna maiestas.* In numero: *Alia est enim persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti. In pondere: Et tamen non tres æterni: sed vnus æternus.* Itaque, æquale pondus, æqualem mensuram consequens, sicut dicit: *Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus. Et tamen non tres æterni: sed vnus æternus.* Et similiter vnus numerus, tam trinus, inquantum numerus trium distinctarum rerum: quantum vnus indiuisibilis in sua vnica essentia & concordante æqualitate: sicut dicit, *Æqualis gloria, coæterna maiestas.* (Hoc in infinitum vadit) ita quòd totum ad tertium numerum reducitur. Et hac in ratione & ordine, hebdomada angelica septem angelorum, qui stant in maiestatis Dei præsentia, sacrificã cer incarnationis Verbi mysterium repræsentantes, ad eos nominatos angelos reducũtur, qui sunt, Michael, Gabriel, Raphael: in testimoniũ ipsius essetrini & vnius Dei, in carne manifestati. In qua angelorũ hebdomada, naturam humanam, in Verbum assumptam repræsentante, tota natura angelica inclusa est. Et hoc in ordine sanctæ Romanæ Ecclesiæ, semper à Spiritu sancto illuminata, sic dicit: *Sancte Michael, ora. Sancte Gabriel, ora. Sancte Raphael, ora pro nobis. Omnes sancti angeli, & archangeli, orate. Omnes sancti beatorum spirituum ordines, orate pro nobis.* Hoc est, nouem chori, in tres hierarchias, in vnionem trium nominatorum angelorum, correspondenter distributi. & similiter inquantum ad suam circularem multiplicationem hebdomadalem, ratione vnionis ternariæ partis superioris animæ, cum quinaria inferiore corporis in homine, & diuinæ cum humana natura in Christo, in ipsa singulari animæ & corporis vnione pacificatæ: hebdomadaliter, in vnione septem angelorum astantium, per dies temporalis hebdomadæ, voluntate diuina semper seruata, in custodiam hominum, qui distinctè vnoquoque die in mundum veniunt, distributi sunt. Et considerandum est 1 quod quia res omnes fuerunt à Deo in earum creatione ad hominis imaginem hebdomadaliter ordinatæ, & solus homo vltimò ab ipso Deo ad imaginem suam creatus fuit: in cestimonium quod Verbum se incarnaturum erat: vnio hebdomadalis, & ternaria, tam in angelica, quàm in omnibus alijs hebdomadibus iam dictis, in numero consistit: sed in homine, in essentia consistit. In homine consistit in essentia, efficienter: inquantum quòd vnio ternariæ & rationalis partis spiritualis, quæ immediatè à Deo venit: cum quinaria sensuali, à singulari vnione hebdomadali ternariæ partis spiritualis, & quaternæ elementalis procedente: & ipsam octauam efficienter formante: est tam singularis, in imagine creatoris sui, trini & vnius Dei, & esse sui hebdomadalis personarum diuinarum, & attributorum, in ipsis tribus potentijs, & elementis significatum, quòd nulla trium potentiarum vel potest, secundùm rationem, & legem obseruatam, quin omnes tres simul concurrant: & similiter sensus, in corporalibus effectibus: quin anima simul videat, audiat, gustet, odoretur, & tangat. & res omnis, sicut hebdomadales cœli, & planetæ, cum alijs signis, & innumerabilibus stellis ad magnum planetam & illuminantem solem, & omnes angeli, in hebdomadali vnione cum septem, ad tres nominatos: ad hominem, & ternariam animam rationalem, omnes ipsas numeratas imagines, essentialiter & efficienter continentem, reducitur. Itaque cùm omnia, in creatoris sui manife-

nifestationem hebdomadaliter creata sint: omnia illa quæ in numero consistunt, in hominis imaginem fuerunt, eò quod per usum hominem factorus erat: illa hominis, quia in essentia consistit, vt declaratum est, singulariter homo ad Dei imaginem facta esse dicitur. Sicut cũ Deus omnia creasset, singulariter dixit: *Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã.* Vnde cũ esset homo visibilis & singularis Dei imago, in qua aliæ omnes hebdomades, visibiles & inuisibiles includũtur: & simul particulare in earnationis Verbi testimoniũ: cũ effectu nio di- cũ humana natura, in singulari animæ & corporis testificatea: quæ, in primo peccãte deficiẽs, & in secũdo Adamo Christo in ipsius culpæ redemptionẽ moriente, & resuscitante, cũ incõparabiliter restaurataesset: (*Qui est imago Dei inuisibilis,* (vt scriptũ est) *quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cœlis et in terra, visibilia, & inuisibilia,* &c. hac ratione completi effectus redẽptionis, Spiritus sanctus per Danielem dicit: *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt.* &c. *vt consummetur prauaricatio, & finem accipiat peccatũ, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum.* &c. Quod prophetici oraculũ completũ fuit, (vt dictũ est) Christo nascẽte, moriẽte, & resurgẽte. in qua resurrectione ipsa vnctio ipsius sancti sãctorũ in regno sẽpiterno, intellecta est. sicut dicit: *Et adducatur iustitia sempiterna.* & conformiter per Sanctum Ioannem: *Et ego si exaltatus fuero à terra omnia trahã ad meipsum.* quia, Adduco, & Traho, cõcordant: quod est ad se attrahere: sicut in vniuersali iustorũ resurrectione erit, Christo regi gloriæ apparente. Vnde, dicẽdo: *Vt cõsummetur prauaricatio, & finẽ accipiat peccatũ, & deleatur iniquitas:* Christus moriens intelligitur. Et consecutiuè dicendo: *Et adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum:* Christus resurgens intelligitur. quia, donec ipsa vniuersalis iustorum resurrectio veniat, in iustorum iusto Christo, vt arrha, possessiuè incepta, iustitiam sempiternam in natura humana habere non potest: cum homo, tam peccabilis, quàm mortalis sit. Vnde ipsa lux: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Et ad maiorem declarationem: *Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtiq; decertarẽt vt nõ traderer Iudæis. Nunc autem regnum meum non est hinc.* hi angeli sunt: in ipsa vniuersali resurrectione, & Christi regno, ministrantes. *Exibunt angeli,* (ipse dicit) *& separabunt malos de medio iustorum.* in quibus iustis, & natura humana solùm, regnum Christi, Dei & hominis intelligitur. quod declarat, iustis manus dexteræ dicendo: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Quare. A constitutione mũdi. Quia in ipso iustorum numero, quot homines iusti & iniusti fuerunt, à principio, donec Verbum se ad incarnandũ venit multiplicati, Christi regnum intellectũ est: & plenitudinis temporis cõplementũ: prout ali effectu constituti. Et in ipsa constitutione mundi, ipsa Plenitudo temporis intellecta est. Et in ipsa Plenitudine tẽporis, ipsa plenitudo electorũ numeri intellecta est. quia, (vt dictum est) non electi propter tẽpus, sed tẽpus propter electos constitutũ fuit, in regni Christi multiplicationem & dilatationem. Acreatore declaratũ, primis iustis, & primis naturæ humanæ patribus, (& patribus ipsiusmet Regis gloriæ Christi, inquantum hominis) dicente: *Crescite & multiplicamini, & replete terram.* Cui Replete terram, Plenitudo temporis correspondet: quia Repleo, & Impleo eundem significatũ habẽt. vnde, ipsa plenitudo hebdomadalis tẽporis, propter terræ reimplemẽtũ, in iustorũ multiplicatione cõcessa fuit. Et quia in ipso puncto plenitudinis temporis & abbreuiationis ipsarũ septuaginta hebdomadarũ, quãdo saluator venit in vna cõprehẽsarũ, (quod proximè declarabitur) nõ concurrebat propter peccati impedimẽtũ, ipsa plenitudo & implenitudo numeri iustorũ

Gen. 1.

Philip. 1.

Dan. 9.

Ioan. 12.

Dan. 9.

Mat. 25.

Gen. 1.

propterquam ipsa hebdomadalis plenitudo temporis, vt dictum est, constituta fuit: tacitè iustorum plenitudo intellecta, & eorum redemptio, ne vno quidem deficiente, Spiritus sanctus per Apostolum, solùm de temporis plenitudine tractat, dicens: *At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege*: ipsam iustorum plenitudinem significans, in eo quod addit dicendo: *Vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus*. Et per Danielem: *Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt*, & cætera. *vt consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia, & ungatur sanctus sanctorum*. Quia, quamuis ipsa numeri iustorum plenitudo non concurrebat, in ipso plenitudinis temporis puncto, quâdo Christus venit non idcircò desinit cõcurre plenitudo omniũ ipsorũ beneficiorũ & copiosę redẽptionis, q̃ nod Spiritus sanctus p Danielẽ dicit, Verbũ se incarnãdo, & ipse Christus nascẽdo, moriendo, & resuscitando, eodẽ in numero redẽptorũ, quod fuerunt iusti & iniusti in ipsa hebdomadali tẽporis plenitudine, nati & multiplicati. qui vsq; tũc multiplicati, sub lege erant: & omnes, secundùm liberum arbitriũ, & gratia mediante, ne vno quidem deficiente, salui esse potuerunt. Vt eos qui sub lege erant redimeret: in illo numero & termino intelligitur, vt dictum est, pro tali effectu constituto, multiplicati: quibus lex data fuit, in occasionem ipsius maioris gratiæ nouæ regenerationis in gloria & vita æterna. Vnde cõpletus numerus: mundus finitus. Sed quia ipse saluator in ipso pũcto finis mundi in terram veniens, & quamuis iustorum numerus non concurreret, propter quod terminus prolõgatus fuit, tamẽ eorum redemptionis effectus dilatatus nõ fuit, & in ipsomet hominũ numero, vt dictũ est, qui à principio vsq; tũc fuerũt, qui per innocentiæ legẽ multiplicandi erant, dicit, *Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt*. Hoc est, hebdomadalis multiplicatio, secũdũ hebdomadales dies vniuersalis creationis, & legem innocentiæ, & vnicum obedientiæ præceptum, ante peccatum, ad decimalem post peccatum reducendo. Vnde, *Septuaginta hebdomades*. Videlicet, in ipsius de cimalis legis obseruationẽ, totus homo, & tota lex in hominem, secundùm hebdomadalẽ distinctionẽ spiritualẽ & corporalem potentiarum, & elementorũ, in vionẽ hebdomadalẽ & decimalẽ simul cõcurrẽs. Vnde *Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt*: Ideſt, in Christo, Deo, & homine, hominis redemptionem efficiente. vt vnica hebdomada, diuina & humana simul, (inquantum ad significatas personas diuinas, & attributa inquantum Deus, & significantes potentias, & elementa, inquantum homo) & vnicus innocens inter homines, & vnicus filius hominis Adami innocẽtis, ante peccatũ & ipsi legi innocẽtiæ, & pœnæ, volũtariè obligatus, in ipsius culpæ redemptionẽ. ad quã figuratam hebdomadã in Christo, diuinã & humanã, æternitatis domino, causa omnis causæ inquantũ Deo, & effectu omnis figuratiui effectus inquãtũ homine & Deo simul res omnis reducitur.

Gal 4.

Dan. 9.

CAP. VIII.

ET hoc in ordine vniuersalis creatio facta fuit in principio manifestatiõis extra p hebdomadalium dierum viã (in qua tẽporali hebdomada, tẽpus vitæ mundi, & salutionis includitur) inquantũ ad primam causã & esse hebdomadale æternũ creatoris: & hebdomadalib. cœlis creatis, cũ angelico ordine rationali incluſo multitudinis angelorum, hebdomadali tervnitorũ, vt dictũ est, inquãtũ ad effectũ ipsius superioris causæ primæ, & secũdas causas (sicut primi effectus) omnium aliorum effectuũ, per quas Deus mundum gubernat: & hebdomadalem mundum minorem humanum,

vt tam

vt tam singularem creatoris Dei imaginem, quàm vnicam vnionem rationalem hebdomadalem materiæ, & formæ, inter res omnes creatas visibiles & palpabiles, ab ipsa elementali materia formatas, omnia includentem: & vltimò ab ipso Christo saluatore Deo & homine, vt causa omnis causæ, effectu & complemento omnis figuratiui effectus, in singulari vniuersalis redemptionis similiter obseruatum. videlicet, secundùm hebdomadales dies vniuersalis creationis, sex operæ, & vnum requiei, sexto die quo hominem creauit, se incarnãdo, & in ipsi⁹ redẽptione moriẽdo, cũ septimo requiei quẽ in sepultura habuit, æternam futuram requiem significante, similiter per præcedentem mortem, opera & laborem pœnitentialem consecutam: vt causa omnis causæ inquantum Deus, hebdomadaliter effectum: & vt effectus & complementum omnis figuratiui effectus inquantum homo & Deus simul, sequenti & octauo die (in primo hebdomadalium intellecto, cùm esset vnius esse & substantiæ indiscrepabilis, vt declaratum est) gloriosè resurgendo, etiam hebdomadaliter completum. Itaque non secundùm hebdomadalem numerum, siue sit per viam hebdomadalium dierum, mensium & annorum, &c. quòd secundum significatam æternitatem & esse hebdomadale incomprehensibilis Dei manifestati, tam in incertũ, quàm in infinitum protedit: sed secundùm suam significationem, & mysteriosos effectus conformes manifestationi in carne ipsius incomprehensibilis Dei, considerandum est. & non secundùm effectus, solùm: sed secundùm vnicam efficientem causam vnde procedunt, & esse hebdomadale ipsius æterni, trini & vnius Dei potentiæ, sapientiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ. Vnde ipsa Patris Sapientia: *Non est vestrũ nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem*, &c. Id est, tam ipsum vltimum, quàm omnes alios præcedentes effectus humanæ redemptionis & manifestationis particularis & vniuersalis ipsius Dei in carne, per hebdomadalem viam effectos, ad primam causã & esse hebdomadale ipsius manifestati Dei reducendo. Quia dicendo: *Quæ Pater posuit in sua potestate*, est inquantũ ad essentiæ vnitatem: ita quod illa dictio, *Pater*, omnes tres personas diuinas comprehendit. & in eo quod addit, dicens, *Posuit in sua potestate*: quatuor attributa intellecta sunt: à potentia (sicut dicit, Potestate) incipiendo: quæ, simul cum tribus personis diuinis, distinctè & vnitè efficientia, in omnibus ipsis admirandis effectibus manifestationis extra, per hebdomadalem viam effectis, hebdomadaliter manifestata sunt. *Non est vestrum nosse tempora vel momenta*: inquantum ad figuratiuam distributionem hebdomadalem temporis hebdomadalium dierum creationis, hebdomadam hebdomadarum in infinitum. *Quæ Pater posuit in sua potestate*: Id est, totam ipsam figuram, & figuratiuos hebdomadales effectus, ad ipsam vnicam paternam causam & supremam figurati Dei potestatem, et hebdomadale esse æternum reducendo. et hoc in ordine, effectus quem proponit missionis Spiritus sancti, per interpositum hebdomadale tẽpus effectus fuit. Id est, quinquagesimo die: à die gloriosæ suæ resurrectionis, qui fuit octauus post septimum, numerato. quod est eodem in ordine, primus dominicalis creationis dies, super septẽ hebdomadas, in octauo, qui est vnus cum primo, resurgens: vniuersalem resurrectionem significans Septem hebdomadæ. Hoc est, vna hebdomada, in septem hebdomadas dilatata, ratione nouæ vnionis & concordantiæ spiritualis & corporalis potentiarum & elementorum: sicut erat in statu & lege innocentiæ, perfectè amando & obediendo: tota hebdomada in vnam quamque partem potentialem et elementalem, in omni

Act. 1.

concordantiæ, distinctè & vnitè concurrens. Vnde septem hebdomadæ, secũdùm statum et legem innocentiæ, in quem pristinum gradum vltimo die natura humana in virtute et meritò resurgentis Christi restituenda est : conuenienter ipsum vltimum gradum gloriæ & vitæ æternæ, qui per hanc viam se conseruanti paratus erat, præcedẽtem, & hoc in ordine, septem hebdomadæ, secundùm statum & legem innocentiæ: ad quas, in vna sola hebdomada in Christo intellectas, septuaginta hebdomades abbreuiatæ quas Daniel dicit, hoc est, secundùm legem & statum malitiæ peccati, reductæ sunt: et hac in ratione ipsa lex decimaliter ordinata. Vnde, septuaginta hebdomades. Videlicet, in ipsius decimalis legis obseruationem, totus homo, vt dictum est, & tota lex in homine in suam iustificationem, secundùm hebdomadalem distinctionem spiritualem & corporalem potentiarum & elementorum, (vbi iustificans suprema personarum diuinarum et attributorum significata est) in vnionem hebdomadalem et decimalem simul concurrens. et totum ad vnam solam, vt dictum est, et vnicam in Christo hebdomadam reducitur, cum significante hebdomadalium dierum vniuersalis creationis et requiei ipsius operæ regulatam: in qua, ratione suę significationis mysterij incarnationis Verbi, tota mundi vita comprehenditur. et hoc, propter duas rationes. vna est, hoc in mysterio esse vitam et tempus quo mundus duraturus est, per diuinam dispositionem tam hebdomadaliter distributum, quàm in ipso circulari ordine contentum. vno ipsoque principio et fine, vtrunque euacuante, cum sit septimus et octauus simul, augmenti, et diminutionis incapax: vbi manifestati Dei æternitas significata est. altera ratio est effectus ipsius mysterij, et communicationis vitę, per hebdomadalem viam diuinam et humanam simul, hoc in sęculo per gratiam, & mediantibus hebdomadalibus sacramentis, & in altero per gloriam, communicatæ. *Panis enim Dei est* (per sanctum Ioannem) *qui de cælo descendit, & dat vitã mundo.* vnicus panis, & vnica hebdomada diuina & humana: tam distinctè Verbo se incarnante, quàm in æternum vtraque vnione & esse veri Dei, & veri hominis, semper seruato. & in ipsamet ratione hebdomadalis circuli, creatoris æternitatem significantis, & simul æternam gloriam, aut æternam pœnam, ab ipso contento mundo & creaturæ angelicæ, & humanæ paratam, repræsentantis, sed per diuinam bonitatem, (cum præcedentibus auxilijs) & correspondentem humanam dispositionem, consecutam: ad finem perueniendo, omnia ad suum principium reducuntur. *Ioan. 6.*

Deus instauras quod abijs: scriptura dicit. vnus status & lex innocentiæ: quæ, omnes alias leges complectitur, & sub qua, iustorum numerus, ab ipso innocente Christo redemptorum, (sicut dicit, *Vt eos qui sub lege erant redimeret*) secundùm homines qui à principio, donec in mundum venit multiplicati fuerunt, comprehenditur. & hoc est Christi regnum. Regnum sine lege esse non potest: neque lex sine pœna. & hoc in ordine, in principio constitutionis mundi, & regni Christi, homo in esse innocentiæ creatus, & in paradiso positus, non vt dominus, sed vt imago & testimonium veri Regis Verbi incarnati, donec missus fuisset: sicut dicit: *Vt operaretur, & custodiret illum: præcepitque ei, dicens: Ex omni ligno paradisi comede: De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas.* Hæc est lex. *In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Hæc est pœna. *At vbi venit plenitudo temporis*, (per Apostolum) *misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege*: intelligitur, non sub-lege scripta: quæ, non pro hominibus innocentibus sed pro hominibus peccatoribus data fuit. Et Christus, cum iustus esset, innocens et impec- *Eccli. 3.* *Gal. 4.* *Gen. 2.* *Gal. 4.*

impeccabilis,sub ipsa lege non erat : nisi sub lege obedientiæ, in principio homini data:& non vt peccatori , cum innocens esset:in qua,tacitè Christus inclusus erat, ratione quòd se incarnaturus erat, & per ipsam nouæ obedientiæ viam per innocentiam, pœnæ legis & inobedientiæ peccati satisfacturus.qua in ratione ipse filius hominis nominatur:videlicet, hominis innocentis ante peccatum, & vt talis ipsi legi obedientiæ, communicet subiectus.

Isa.53. quod inquantum ad pœnam peccati, vt innocens *oblatus est quia ipse voluit*, in ipsius culpæ redemptionem.Et dicendo: *Factum ex muliere factum sub lege* : vnum aliud declarat. videlicet : Factum ex muliere: non ex humano semine, vt cæteri homines,ex ipso paterno semine, & in ipso originali peccato concepti:quibus, vt peccatoribus decimalis lex scripta data fuit, post peccatum: sub qua Christus non erat,cùm esset iustus,Deus & homo simul: nisi sub lege obedientiæ , ante peccatum data.& hoc, vt obediens , & vt mortalis. Vt obediens : se legi, & obseruationi suæ obligans,obediendo.Vt mortalis : etiam voluntariè pœnæ mortali legis , & pœnæ peccati se obligando , efficienter in ipsius culpæ redemptionem ,moriendo. Vbi,per ipsummet Apostolum : sicut hoc in loco dicit,*Factum sub lege*: correspondenter in alio dicit:*Factus obediens vsque ad mortem:mortem autem crucis.* Et Dominus dicens:

Phil.2.

Mat. 5. *Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas,non veni soluere : sed adimplere* : tractat de prima lege obedientiæ primo homini data, & ab ipso primùm rupta:& in ipso ipsa mortalis pœna primùm executa. sicut per Christum,morientem, & resurgentem,

Gal.4. *Vt eos* (vt dicit) *qui sub lege erant redimeret*,plenè completa. Quia, non solùm lex data fuit in conseruationem regni & paradisi terrestris,vt dictum est,sed in occasionem maioris gratiæ regni æterni & paradisi gloriæ cœlestis.quia regi Deo æterno,æternum regnum conuenit. & hac in ratione,ipse rex Messias in mundum non venit , donec venit ipsa plenitudo numeri hominum sub lege multiplicatorum,tali plenitudini gloriæ & regni cœlestis conueniens.Sub lege:duobus modis: hoc est,à parte ante,&à parte post.A parte ante:inquantum ad legis pœnam , *Morte morieris*.A parte post : inquantum ad numerum & finem principalem,vt dictum est,propter quem lex data fuit,in occasionem maioris gratiæ regni & paradisi cœlestis.Itaque dicendo:*Factum sub lege*: intelligitur à parte ante , inquantum ad legis pœnam, moriendo. & dicendo, *Vt eos qui sub lege erant redimeret* : intelligitur à parte post, inquantum ad numeri plenitudinem,iam completi.& per gratiam redemptitertio die, in arrha & principio plenitudinis quam per gloriam in vltimo habebunt.gloriosè resurgentes. Et hac ratione complementi operis hebdomadalis manifestationis Dei in carne , creantis,redimentis,et per gratiam, ad futuram per gloriam,regenerantis.*Septuaginta hebdomades*(vt dicit)*abbreuiatæ sunt*. Id est,omnes ipsæ hebdomadæ, secundùm decimalem legem scriptam,post peccatum , ad vnam solam hebdomadam in innocente Christo redemptore(vt dictum est) et ratione legis innocentis,abbreuiatæ : in qua ipse filius hominis innocentis. Adæ ante peccatum , & totus ipse redemptorum numerus,secundùm ipsius seminis humani multiplicationem (vt dictum est) post peccatum,vsque tunc multiplicati,inclusi sunt.

CAP IX.

Gen. 2.

Scito ergo & animaduerte: procedit dicens: *ab exitu sermonis vt iterum ædificetur Ierusalem,vsque ad Christum ducem , hebdomades septem & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia tempo-*

Dan.9.

temporum. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & non erit eius populus qui eum negaturus est. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmauit autem pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: & erit in templo abominatio desolationis: & vsque ad consummationem & finem perseverabit desolatio vbi hoc capitulum nonum terminatur. Scito ergo & animaduerte: ab exitu sermonis vt iterum ædificetur Ierusalem, vsque ad Christum ducem, hebdomades septem & hebdomades sexaginta duæ erunt: &c. Diuinæ scripturæ differentia, ab aliis scripturis humanis, & excellentia sua, in hoc consistit: quòd aliæ de rebus tam visibilibus q̃ temporalibus solùm tractant: et ipsa sola de rebus inuisibilibus & æternis tractat: per res visibiles temporales testificaris. & hoc in ordine, & certissima veritate. hæc prophetia non solùm secundũ literalem sensum consideranda est, & de effectus visibiles, qui per propheram Danielem tractati sunt, de destructionis, & reædificationis temporalis Ierusalem terrestris, templi, & altaris, sed secundùm spirituale sensum & significationem reædificationis æternæ, visibilis, & inuisibilis, per gratiam, & gloriam, figuratæ Ierusalem naturæ humanæ, à principio in Adam incipiendo, sanctæ Ecclesiæ apostolicæ Romanæ, visibiliter donec mundus stabit militantis, per gratiam, & mediantibus hebdomadalibus sacramentis, vt dictum est, Christo mortuo, et inuisibiliter per gloriam, in Christo resuscitante, reædificatæ: sicut dicit: *Vt iterum ædificetur Ierusalem, vsque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt*: &c. Ierusalem dupliciter interpretatur: hoc est, Visio pacis, et visio perfecta. prima interpretatio correspondet primæ ædificationi figuratæ Ierusalem naturæ humanæ in Adam, per innocentiam, & visibili paradiso terrestri in vita perpetua; in testimonium secundæ reædificationis. (perseuerando) in vita et paradiso æterno. cœlesti: in omni pace et vitali concordantia spirituali et corporali ædificatæ. vnde intrat secunda interpretatio. Visio perfecta, inquantum ad figuratum et testificatum effectum secundæ reædificationis in, uisibilis, in inuisibilis. creatoris visione, in gloria perfecta, et consummata, consistentis. in Adam peccante destructa fuit: et in Christo duce, (vt dicit) per gratiam, et gloriam, vt dictum est, a oriente, et resurgente, reædificata. Cum mysterio dicit, *Vt iterum ædificetur Ierusalem, vsque ad Christum ducem, hebdomades septem*. etc. inquantum ad reædificationem, vniuersalem per viam seminis humani multiplicationis, particularem in Adam destructionem consequentem: et ab ipso incipiendo. Vsque ad Christũ ducem (vt dicit) continuatam cum præuisa particulari destructione in primo peccante, simul vniuersalis reædificatio in secundo Adam Christo, moriente, et resuscitante, determinata erat, et hoc, in ipsomet determinato numero, à principio per illos qui nati fuerunt, vsque ad aduentum suum, completo: et ab ipso saluatore, et duce, vt dictum est, integrè redemptos. sicut dicit: *Vt eos qui sub lege erant redimeret*, Hoc est, sub prima lege innocentiæ. euidenter per Danielem significatum, in simplici septem hebdomadarum numero, quem proponit, vnico, et simplici obedientiæ præcepto correspondendo. Hoc est, secundùm ipsam reædificationem pacis et concordantiam hebdomadalem potentiarum et elementorum, in ipsius legis et præcepti obseruatione, de fructu veritonon comedendo, toto homine, hebdomadali natura humana, in septem hebdomadas in vna inclusas, tam simpliciter, quam distinctè et vnitè concurrente. addit cum mysterio, sexaginta duas hebdomadas, sicut dicit, *Et hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum ædificabitur platea, & murus in angustia temporum*. etc. Intelligit iusto.

Gal 4.

rum iustificationem, secundùm legem decimalem, Christo moriente, à multiplicatione numeri & plenitudinis eorum, secundùm legem innocentiæ, vt dictum est, Christo resuscitante; distinguendo. sexaginta hebdomades, inquantum ad laboriosum numerum iustificationis naturæ humanæ, sex diebus hebdomadalibus vniuersalis creationis correspondendo: à sexto die quo in principio hominem creauit, vsque ad ipsummet sextum diem, in fine, quo Verbum incarnatum fuit, & ipse Christus pro eius redemptione mortuus est, intellectæ: (semper septimo requiei die incluso) addendo duas alias hebdomadas, in quantum ad redemptam & iustificatam naturam humanam, & distinctum concursum hebdomadalem carnis, et spiritus in ipsius decimalis legis obseruatione, in vnã reductas: quę, secundùm continuatam multiplicationem suam, in numerum legis innocentiæ, vt dictum est, ante peccatum, et iustificationem simul, secundùm decimalem legem, scriptam, et gratiæ, (illa naturę inclusa) post peccatum, omnes ipsos mysteriosos hebdomadales numeros, et plenitudinem constituti temporis, continet. numerus senarius laboriosus in reædificatione figuratæ Ierusalem naturæ humanæ: in Adam destructę: et ab illo principio, (sicut dicit: *Vt iterum ædificetur Ierusalem, vsque ad ducem venturum*) vsque ad finem determinati temporis, quo ipse dux Christus venit, et finem prolongati, quo ad iudicandum venit, mediantibus multis calamitatibus, In angustia temporum, vt dicit, et effusione sanguinis multorum iustorum reædificatæ. qui omnes, à iusto Abel incipiendo, ipsum vniuersalem ducem & figuratum Abel Christum secuti sunt. quæ destructio originalis humanæ Ierusalem in Adam, et reædificatio eius per gratiam, Christo moriente, non in illa perfectione quæ erat in principio per innocentiam, et quæ fuit in Christo, (sicut in fine erit, per gloriam) tertio die gloriosè resurgente in destructione & reædificatione ipsius figuratæ Ierusalem, templi & altaris, significatæ sunt. *Et factum est hoc ad irrisionem sanctificationis*, (hoc in mysterio dicit) *& in diabolum malum in Israel*: *& effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis, & contaminauerunt sanctificationem.* et cætera. (hoc est, in testimonium originalis contaminationis templi humani, & sanctificationis suæ in Adam, per innocentiam) *& intrauit in sanctificationem cum superbia*; (ecce radicem originalem omnium peccatorum, & humanæ destructionis) *& accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuersa vasa eius*; &c. *& comminuit omnia.* &c. *Altare, candelabrum, & vasa.* hoc est, & ipsum primum altare & lumen, cum omnibus vasis ipsius generationis humanæ. *Et comminuet omnia.* videlicet inquantum ad consequentem pœnam mortalem ipsius culpæ: vt scriptum est. *Quia pulvis es, & in pulverem reuerteris.* Et conformiter per Dauidem, inquantum ad consequentem sanguineam reædificationem: *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus cæli: carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Ierusalem*: *& non erat qui sepeliret.* quia, non consistebat in reædificatione figurati templi & altaris materialis, (sicut dicit, *Et acceperunt lapides integros secundùm legem, & ædificauerunt altare nouum.* &c.) in figura humani & diuini templi Verbi incarnati, à Salomone, sapientiã diuinam figurificãte, ædificati, figurata reædificatio spiritualis figurati templi humani: nisi in proprij altaris corporalis destructione, ipsorum strenuorum Machabæorum & sanguinis sparsi, in ipsomet zelo legis & legislatoris Dei, ad reædificationem gloriæ & vitæ æternæ, voluntariè morientium.

1. Mac. 1.

Gen. 3.

Psal. 78.

1. Mac. 4.

Sicut in vniuersali cœlorum & terræ ædificatione, cum omnibus alijs rebus creatis, non consistebat manifestatio creatoris extra, nisi tandem sexto die, hominem creasset, & ad imaginem suam, propterea quòd se hominem facturus erat. & similiter, Deo homine facto: non consistebat in ædificatione particulari templi sacri corporis sui in ventre virginali (in ipsius figuræ complementum notabilis templi Salomonis) quamuis singulari & inexplicabili, per opus Spiritus sancti (vniuersalis ipsius humani templi ædificatio, in Adam per peccatum destructi: sed in mortali destructione sua, ipsomet sexto die, quo hominē creauit, voluntariè moriendo, in ipsius cultu redemptionem. Vnde, *Soluite templum hoc*, (de seipso dicit) *& in tribus diebus excitabo illud.* & per Danielem conformiter: *Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & non erit eius populus qui eum negaturus est.* &c. numerus senarius sexaginta hebdomadarum sex diebus creationis, in ipsius figuræ complementum, correspondendo: (*Quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cœlis, & in terra.* &c.) ratione legis obseruatæ, decimaliter ordinando: per quam viam ipsa redemptio & gratia communicata est. & duæ hebdomades aliæ additæ, inquantum ad naturam humanam, animā & corpore consistentem, in Christo, in diuinam assumptam: vt redemptionis instrumentum, in ipso opere & laboriosa passione, cum hebdomadali distinctione potentiarum & elementorum, spiritualiter & corporaliter concurrēte. *Et non erit populus qui eū negaturus est.* Hoc, in testimoniū, quòd non omnes populi sui eum negarunt, neque in morte sua consentientes fuerunt. qui Apostoli, patriarchæ, & prophetæ, cum omnibus alijs credentibus figurantis populi hebræi, simul cum reliquo omnium aliorum populorum, & generationum, & multitudinis martyrū qui eum confessi fuerunt, & vsque ad mundi finem confitebuntur sunt verus populus Dei, & verum semen figurati Abrahæ, Patris excelsi & vniuersalis creatoris. & consequenter semen non secundùm carnem, sed secundùm spiritum multiplicatum. ad cuius differentiam dicit: *Et non erit eius populus qui eum negaturus est*: simul concedendo, quòd ille populus suus erit, & quod in æternum permanebit, qui eum confitebitur: tam illius hebrææ, ipsum fidelem & verum populum significantis, quàm omnium aliarum nationum. *Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo.* Hoc est, quia populus ille incredulus, verum suum regem & ducem Christum negando, & ei violenter mortem inferendo, conformiter ei quod prophetatum erat, (*Qui enim habitabant Ierusalem*, (vt scriptum est) *& principes eius hunc ignorantes, & voces prophetarum quæ per omne sabbathum leguntur, iudicantes impleuerunt*) consequenter, *Et ciuitatem & sanctuarium* (vt dicit) *dissipabit populus cum duce venturo*: in quo sanctuario, ipse sanctus sanctorum figuratus erat. quasi diceret: Completa per ipsos prophetia, & cessauit figura: populus, Ciuitas & sacrificium simul. *Et finis eius vastitas*, (procedit dicens) *& post finem belli statuta desolatio.* Hoc est, Titi bello finito finita erit destructio. Neque enim apparet amplius memoria illius quod erat ipse populus, templum, & sanctuarium, quā illa quæ Romæ in arcu ipsius Imperatoris Titi inuenitur, vbi sculptus est in illo triumpho destructionis Ierusalem, miserabilis populus ligatis manibus, simul cum hebdomadali candelabro templi & sanctuarij, ante currum portato: integrè per Danielem prophetatum completum est: ipsius destructionis causam anteponentem, vt dicit: *Occidetur Christus. Confirmauit autem pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium*: &c. Hebdomada vna. Vna est hebdomada: quæ, in omni visibili, & inuisibili, rationali, & irrationali, significata est. Non est angelica septem angelorum, qui in maiestatis Dei præ-

Ioan. 19.

Dan. 9.

Col. 2.

Act. 13.

sentia

sentia astant in qua totum cœlum includitur. neque est humana in Adam, per vnionem innocentiæ: & hac ratione, virtualiter, vt singulari creatoris imagine, cœlum & terram, & illud quod hoc ambitu inclusum est, continente. sicut scriptum est: *Et dedit illi virtutem continendi omnia.* Sap. 10.
Neque est illuminans materialis ipsius candelabri septem distinctorum luminum, quod ante arcam testamenti ardebat, influentiæ septem cœlestium planetarum correspondens: cum angelica, correspondentem lucem omnis sacrificij in Verbo incarnato, luce mundi, oblati, testificante. Quia, neque angelus, neque homo, neque candelabrum sacrificij, in igne amoris et lucis alicuius creaturæ, in ponderationem integram offensionis peccati, oblati, poterat pactum reconciliationis cum creatore offenso confirmare, in redemptionem & euacuationem ipsius culpæ, nisi figurata diuina & humana ipsius Verbi incarnati: veri solis iustitiæ Christi, et verè lucis mundi. quam, vnicam hebdomadam (sicut dicit, vna) Euangelista et Propheta sanctus Ioannes in visione vidit: et ab ipsa principaliter omnes diuinas reuelationes habuit, quas scribit. sicut dicit: *Et conuersus sum, vt viderem vocem quæ loquebatur mecum. Et conuersus vidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorum aureorum similem Filio hominis.*, &c. & *facies eius sicut sol.* etc. *Noli timere: ego sum primus & nouissimus.* Apo. 1. Apo. 1.
etc. Et hac ratione, dicitur: *Confirmauit autem pactum multis hebdomada vna.* quia vna est hebdomada in Christo, diuina et humana simul: in ipsis septem candelabris aureis significata: qui solùm, vt homo et Deus simul, lux et sapientia æterni Patris, obedientiale sacrificium offerre potuit patiendo, in igne æterni amoris et lucis, in integram peccati ponderationem, et confirmationem pacti totalis reparationis naturæ humanæ. In quo secundo Adam, non in imagine, vt in primo, cum principium & finis esset rei omnis creatæ, sed essentialiter continetur immensitas, esse & substantia Patris. sicut dicit: *Ego sum A, & O, principium & finis dicit Dominus Deus qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens.* Dan. 9. Apo. 1.
Et in medio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: id est, in medio vitæ suæ: inquantum homo, & hebdomadalis Dei imago, hebdomadaliter ordinata. *Dies annorum nostrorum* (dicit scriptura) *in ipsis septuaginta anni.* (Id est, loco septem, septuaginta: ratione decimalis legis diuinæ, semper seruatæ) *Si autem in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum, labor & dolor.* &c. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.* Tempus hebdomadalis plenitudinis multùm abbreuiatæ, homini datum in commemorantem occasionem pœnitentiæ & doloris significatæ plenitudinis perpetuæ vitæ, quam per peccatum perdidit, & eam per hanc viam recuperandi & meritum ipsius hebdomadalis humiliationis Christi saluatoris, in gloria æterna. sicut dicit: *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, vt consummetur præuaricatio*, &c. Hoc est, totam vitam mundi maioris & minoris humani, hebdomadaliter ordinatam, comprehendendo. *Si autem in potentatibus, octoginta anni.* In potentatibus, significatiuè, non inquantum ad potentes opulentos: per ipsam viam, tam communiter pigram, quàm dolorosam & infirmam: sed inquantum ad eos qui venerunt per contrariam, ad perfectam plenitudinem gloriæ & vitæ æternæ resurgentes in ipso effectu primi gradus Dominicalis, & primi diei creationis, in octauo resurrectionis Christi, vnius cum primo, resurgentis, & simul, in imaginem & testimonium ipsius æternitatis & sacramenti, ipsum principium & finem euacuantis, testificatum. octauo numero, in octogesimum, decimaliter multiplicato ratione legis obseruatæ. *Et amplius eorum, labor & dolor* Hoc est, inquantum ad ipsius legis transgressores, reprobatos: loco ipsius Dan. 9. Psal. 89. Dan. 9. Psal. 89.

requi-i & veræ lætitiæ & pacis in gloria æterna, Labor, & dolor (vt dicit, in corporis & animæ distinctionem) consequentes, in pœnam æterna. circulus & numerus hebdomadalis æternæ obedientiæ in Christo, inquantum ad materiam ipsius obedientis peccatoris & iustificatæ naturæ humanæ, octauum, & decimum simul continens, inquantum ad formam ternariæ iustificantis naturæ diuinæ, trini & vnius Dei, cum humana vnitæ, simul concurrentis. sacramentum & mysterium decimalis numeri diuinæ legis, & fundamentum. lex decimalis, & circulus hebdomadalis simul obedientiæ, homini data, sicut angelo in principio, inquantum communis materia & occasio, vt salui esse possint in merito Christi, obedientis. qui *Humiliauit semet ipsum*, (vt scriptum est) *factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestiũ, terrestriũ, & infernorũ.* etc. vnde intrat: *Cõfirmauit autem pactũ multis hebdomada vna:* (hoc est, vnicè & perfectè obediendo) *& in medio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium.* et cetera. Defecit in cœlo & in terra hostia & sacrificium in principio, quando à diuino Spiritu creatore, naturæ angelicæ, & humanæ, vniuersalis obedientiæ sacrificium, pro eorum conseruatione necessariæ, propositum fuit, si volebant, illa cœlesti, & hæc terrestri paradiso frui. & hoc, vsque ad effectum incarnationis Verbi, (mysterium, angelicæ reuelatum) per pactum perpetuitatis hebdomadæ vnius, in ipso Deo & homine, perpetuam vitam huius, sicut æternam alterius sæculi, continentis: in merito cuius, vt dignæ hostiæ, per hanc viam ab ipsis, cum debita adoratione & obedientia, perpetuò oblatæ, ipsa perpetua, & æterna vita & gloria eis communicata fuisset. Quia natura angelica in cœlo, in illo temporis interuallo in deliberatione vtrum deberent, aut non deberent obedire, & aliam naturam multò ipsis inferiorem adorare, vltimò dimidium angelorum, pro tam superba, quàm voluntaria inobedientia cadendo: & similiter humana, in breui, ab illa inuidiosè instigata, non permanendo, defecit pactum, & simul hostia & sacrificium. Vnde multa cum ratione, *In nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum.* id est, quia Humiliauit semetipsum hebdomada vna, factus obediens vsque ad mortem: id est toto vitæ suæ tempore, in ipsa hebdomada intellectæ: quod non fecit angelus in cœlo, neque homo in terra: *Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod est super omne nomen:* id est, quia per hanc viam inquantum homo, hebdomada vna, (hoc est Vsque ad mortem) in ipsius damni reparationem, humiliter obediendo, Confirmauit pactum multis voluntariè obedientiæ, vt à principio propositum fuit, in nouam ipsius vitæ communicationem, per gratiam, & gloriam: æternæ confirmationi intra in hebdomada vna, inquantum Deus, correspondendo: videlicet, Sicut in manifestatione extra, in imaginem et testimonium, septem cœli et planetæ, hebdomada vna: et septem angeli, tres nominati, et quatuor non nominati, hebdomada vna: & in homine, vt singulari Dei imagine, (vltra decimalem hebdomadam annorum vitæ suæ) tres concordatæ potentiæ, & quatuor elementa per innocentiam obediente, hebdomada vna perpetuæ vitæ & paradisi, ipsum pactum & promissio (ipse homo obediendo) hebdomadæ vnius æternæ vitæ & gloriæ in cœlesti, testificatum erat: sic in manifestatione intra ipsius testificatæ vitæ Dei, in æternum et voluntariè ab ipso incarnato Verbo effectus incarnationis & mortis acceptatus, fuit ipsum pactũ per hebdomadam vnam & esse

Phil. 2.

Dan. 9.

Phil. 2.

Dan. 9.

hebdo-

hebdomadale trium personarum diuinarum, & attributorum, in ipsis hebdomadibus, cœlestibus, angelica, & humana, testificatam, ab ipso trino & vno Deo in æternum confirmatum: *Et in medio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: & erit in templo abominatio desolationis: & vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio. In medio hebdomadis.* Ideſt, in medio hebdomadis annorum cõmunis & terminatæ vitæ humanæ poſt peccatum, (vt dictum eſt) in ipſius culpæ redẽptionem moriendo: in ætatis vitilis flore, totam ipſam hebdomadam integram annorum vitæ ſuæ, perfectè & voluntariè ſe ferendo. Quod conformiter in Iſaac figura eius obſeruatum fuit, ſe à ſene & debilita-

Gen. 22. to patri ligare ſinente, vt ſacrificaretur: cũ iuuenis robuſtus eſſet in ætate virili triginta ſeptem annorum. Vnde Iudæi, in maioribus ſuis neceſſitatibus & periculis, Deũ rogabant, vt per Iſaac vincula liberaretur: hoc in precibus ſuis ſeruantes, vt magis efficax, prouiſumo eorum ꝓmedio. Ita quod, In medio hebdomadis vitæ ſuæ, & voluntariè: iuxta prophetiam: *Oblatus eſt quia ipſe voluit.* Et tunc, *In medio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium.* quia eum eſſet in Ieruſa-

Iſa.53. Dan.9. lem candelabrum vniuerſalis ſacrificij totius mundi: & lux cognitionis veri Dei, & ſpes figurati candelabri, templi & altaris Chriſti ſaluatoris: venientis & ab eis non recepti, ſicut ſcriptum eſt, *In propria venit, & ſui eum non receperunt:* imò ab ipſis occiſi, & nõ

Ioan. 1. vt iuſtus, ſed vt peccator oblati, Deficiet hoſtia, vt dicit: *deficit hoſtia et ſacrificium ſimul.* Vnde intrat conſequens myſterium figurãtis ſacrificij, *Leuauit Abraham oculos ſuos*, (vt

Dan. 9. dicit) *vidit quę poſt tergum arietem inter vepres*

Gen. 22. *hærentem cornibus: quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio. Appellauit que nomen loci illius, Dominus videt.* Quia, ſi non inquantum ad illum populum cœcum, quia, *Et non erit eius populus qui eum negaturus eſt:* Dominus videt, inquan-

Dan. 9. tum ad figuratum populum & ſaluationẽ fidelis ſeminis Abrahæ in ſpiritu, qui ſimiliter, & cum propria morte eum confeſſuri erant. *Arietem inter vepres hærentem cornibus:* Hic aries eſt Chriſtus, agnus innocens, pro ariete peccatore iudicatus, inter peccatorum ſpinas hærens. & conformiter, in ipſius figuræ complementum: *Et plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius.* Vnde Mat. 27. intrat id quod ſequitur Danielis: *Et erit in templo abominatio deſolationis.* Ideſt, non de fi- Dan. 9. gurante Ieruſalem, & deſtructione eius, ſed de figurato & vero Chriſti templo hoſtia & altari loquendo. Similiter ab ipſo ſaluatore ſignificatum, ipſis dicente: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* & Ioan. 2. à diſcipulo ſuo dilecto declaratum dicẽte: *Ille autem dicebat de templo corporis ſui.* Itaque Chriſtus in quantum homo, eſt verum Dei templum, vbi ipſa diuina maieſtas, trinus & vnus Deus habitat ex puncto quo Verbũ incarnatum fuit: & in æternum habitabit. & hæc in veritate & myſterio, *Et erit in templo* (vt dicit) *abominatio deſolationis.* & per ſanctũ Dan. 9. Matthæum: *Cum ergo videritis abominationem* Mat. 24. *deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantẽ in loco ſancto (qui legit intelligat)* &c. Cum myſterio dicit: *Qui legit intelligat:* quia dicendo conforme Danieli, *Cum ergo videritis in templo abominationem deſolationis:* intelligendum erat non ſecundùm quod litera ſonat, deſolationem, loco abominationis accipiendo: ſed è contrario: & ad differentiam originalis deſolationis in primo, ad ſecundam, in ſecundo Adam Chriſto: in ipſius humani templi reædificatione, (vt dictum eſt) & vniuerſali ipſius damni reparatione effectã. Itaque Abominatio deſolationis ad literam, in Adam, vt originali cauſa peccante, ipſius vniuerſalis damni: & è contrario in Chriſto: cũ eſſet ipſa abominabilis deſolatio ignominioſæ mortis ſuæ, in templo ſãcto humanitatis ſuæ ſanctiſſimæ effecta, in innocentia ſua fundata, in vniuerſalẽ ipſius culpæ reparationẽ & redemptionẽ. il-

Psa 31. la abominabilis in vniuersali, vt pœna peccati: vt scriptum est, *Mors peccatorum pessima:* & hæc, non tam abominabilis in causa a-

Psalm. tibus peccatoribus, quàm *Preciosa, in conspectu Domini,* (per eundem) in patientissimo innocente, vniuersali redemptore. *Et vsque ad consummationem & finem* (concludendo) *perseuerabit desolatio.* Hoc inquantum ad originalem desolationem: à principio, secundùm communem sententiam, *Morte morieris, vsque ad consummationem & finem,* (vt dicit) continuatam. & secundùm literam: desolationem, (vt dictum est) loco abominationis accipiendo: vt causam in primo, tanti damni: & è contrario, in secundo Adam Christo: vnde intrat, *Qui legit intelligat:* à puncto cuius desolationis sacri templi pretiosi corporis sui, opprobriosè moriente, à bono latrone incipiendo, vniuersalis reædificatio per gratiã ipsius tẽpli naturæ humanæ incepta fuit: particulariter in ipso redẽptore, tertio die resurgẽtis: Et vsq; ad cõsummationẽ & finem, tũc vniuersaliter in iustis, similiter per gloriã resurgẽtibus, perseuerabit reædificatio. mediantib. hebdomadalib. sacramentis, & cõmunicata virtute ipsi' ædificãtis saluatoris, in hebdomadã vnã, distinctè & vnitè cõcurrentibus, effectum. Et considerandũ est, q̃ ratione ipsius reædificationis per gratiam, dicendo, *Et vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio:* hæc cõsummatio & finis naturaliter in consummatione & fine vniuersalis redemptionis humanę includitur,

Ioan. 19. Christus moriendo: (Vnde, *Consummatũ est*) vt finis peccati, per iustitiam, naturaliter: & principium simul reædificationis per gratiam, & vltimò per gloriam, accidẽtaliter. Sicut dicit: *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt, &c. vt consummetur' præuaricatio, & finẽ accipiat peccatũ. &c.* quæ vltima reædificatio per gloriam resurrectionis, & iudicij vniuersalis, futura erat in ipso puncto resurrectionis particularis saluatoris, vt dictum est: in quo cõsistit abbreuiatio decimalis hebdomadę quã dicit, vitam mũdi, sectũ leges: innocẽtiæ, ante peccatũ, & decimalẽ post peccatum tẽpus constitutum, & prolõgatũ, cõprehẽdẽdo. Et hoc Dominꝰ significat, quando à Caipha interrogatur, dicente: *Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei. Dicit illi Iesus, Tu dixisti.* Matt. 26. *Verumtamen dico vobis amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.* Tu dixisti: particulariter, interroganti: & vobis dico, vniuersaliter: omnes homines præsentes, & futuros comprehendendo: qui, cum præteritis, à principio, vsque ad ipsum mundi finem, & punctum vniuersalis iudicij quod significat, comprehenduntur: cum sit quod vtrique, secundùm liberum arbitrium, & leges datas, rectè operantes, in virtute ipsius futuræ, & præteritæ redẽptionis, salui esse' potuerunt. *A modo videbitis filium hominis sedẽtem à dextris virtutis Dei,* inquantum ad proximũ effectum ipsius vniuersalis redemptionis. *Et venientem in nubibus cæli,* inquantum ad vniuersale iudicium, & finem accidentalem: quod efficiendum erat, vt dictum est, in ipso puncto plenitudinis temporis hebdomadalis, mortis & resurrectionis saluatoris ipsius: & propter impedimentũ zizaniorũ peccati, inquãtũ ad iustorũ numerũ, secundùm multiplicatũ humanũ semen (vt dictũ est) iustorũ, & iniustorum vsque tũc, fuit ab ipso pio & iusto iudice ipse finis, & iudicium, ad aliud tẽpus maioris rigoris, accidentaliter prolongatum: numero non excesso. Vnde per Salomonem: *Attingit* Sap. 7. *ergo à fine vsque ad finem fortiter,* (iam allegatum) *& disponit omnia suauiter.* A fine, naturaliter. Vsque ad finem, accidentaliter. *Ego sum A, & O,* (ipse dicit) *principium & finis.* Apoc. 22. incepit mundus in Christo, inquantũ Deo, creante: & desijt in ipso, inquantum Deo & homine, redimente: & ipsum hebdomadalem circulum formante. imaginem æternitatis, augmenti & diminutionis in-

capa-

spacem, vt dictum est: omnem aliam accidentalem temporis additionem, includentem. *Attingit ergo à fine vsq; ad finem fortiter.* Hoc est, A fine, naturaliter: vsque ad finem accidentaliter. *Ego sum A, & O, principium & finis.* Itaque quod dicit, Vsque ad finem: excluſiuè intelligitur., quia ipſe finis noni termini, in hoc alio termino principij & finis mundi in Chriſto, intelligitur: adſum. in mundum aduentum exactè adimpleto: in illo dicto, *Plenitudine temporis*, ſignificatum. Igitur, quomodo leuiter tangere, ſicut dicit, Attingit: & fortiter ſimul? Quia, eadem virtute & fortitudine qua diuinitatis ſuæ radios oſtendit, ſeipsũ in mortali corpore transfigurando, eos retinuit (in hoc myſterio) in corpore glorioſo, poſtquam reſurrexit, per quadraginta dierum ſpatium, vt tractare poſſet cum mortalibus diſcipulis ſuis, & fidelium Eccleſia: numeratorũ ab ipſo die reſurrectionis ſuæ, & finis mundi, vſq; ad ipsũ quadrageſimũ terminũ, aliũ accidentalem finem huius prolongari temporis ſignificantem. & hoc cũ virtute & potẽtia inquãtũ Deus: ſicut dicit, *A fine vſque ad finem fortiter*: ne ipſa dilecta Eccleſia periret. Sicut prolongatio ſignificati temporis, & finis mundi, etiã propter ſeminis humani conſeruationem, & numeri iuſtorũ complemẽtũ determinati. Vnde intrat concluſio, *Et diſponit omnia ſuauiter.* Vſque ad finem fortiter, excluſiuè: quia tunc, non ſuauiter redimẽdo, ſed duriter, repẽtè apparendo, & totam ipſam naturam humanam, bonos & malos, in reſurrectionem vitæ, aut in reſurrectionẽ iudicij reſuſcitando, omnib. totaliter demõſtrabitur. qui finis & punctus iudicij & reſurrectionis vniuerſalis, in illo glorioſæ ſuæ aſcẽſionis ſignificat⁹, ſimiliter in pũcto illo à miniſtris ſuis angelis, naturæ humanæ ſignificatus fuit. Sicut dicit: *Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum.* Cum myſterio dicit: *Et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.* Quia ſi in illo puncto, ſe mortalibus abſcondendo, & integrè cœlo manifeſtando, in ſua virtute & æterna luce, ſic ſuper terram appãreret, omnes mortuos reſuſcitaſſet. Vnde intrat myſterium verborum eius, de vniuerſali reſurrectione tractando: *Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.* Non congregatæ fuerunt aquilæ iuſtorum, quorum corpora terra poſſidebat, vbi pretioſum Domini corpus erat, dum in ſepulchro fuit: & dum ſtetit per quadraginta dierum ſpatium poſt ſuã glorioſam reſurrectionem, vt dictum eſt: quia reſpectu ad ipſam retẽtionem radiorum fuæ lucis, erat tamquam ſi non fuiſſet ſuper terram. Sed quando veniet, *Cum virtute multa* (vt dicit) *& maieſtate: Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ*: glorioſum corpus ſuum ſoli, & illud reſuſcitantium iuſtorũ ſuorum, aquilæ comparando, propter peculiarẽ naturalem virtutem eius firmiter ſolem aſpiciendi: quod, in carne mortali ipſi figurato ſoli Chriſto, impoſſibile erat. Schae in veritate & myſterio, per ipſummet, ſoli ipſa Patris ſapiẽtia comparata eſt, ante quam dicat, *Attingit ergo à fine vſque ad finem fortiter*: in fine præcedentis capituli dicẽdo. Eſt enim hæc ſpecioſior ſole, & ſuper omnẽ diſpoſitionẽ ſtellarũ, luci cõparata inuenitur priũs. illi n. ſuccedit nox, ſapiẽtiã autem non vincit malitia. & poſtea ſubdit, *Attingit à fine vſque ad finem fortiter*, &cæt. Eſt enim hæc ſpecioſior ſole. Hoc eſt, comparatiuè differentiam & diſtinctionem faciens ſecũdi, ad primũ Adam: quẽ, propter magnam lucem ſapientiæ infuſæ, quam à Deo habebat in illo principio, & ſtatu innocentiæ, ſoli comparat. & hoc, inquantũ ad illam vitam præſentẽ perpetui paradiſi, & gloriæ terreſtris. Sicut inquantum ad cõſequentem paradiſi cœleſtis ſe cõferuans, in æterna regeneratione per gloriã, ipſe & tota ſua generatio humana, addit dicendo:

Act. 1.

Et ſuper

Et ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarũ in quo octauo cœlo, & innumerabili ſtellarũ numero, vt dictum eſt, propter promiſſionem & teſtimonium, à Deo Abrahæ datũ, ipſa glorioſa regeneratio, & iuſtorum reſuſcitatorum multitudo, ſignificatæ ſunt. Et ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum: quia tota ipſa varietas graduum lucis & gloria iuſtorum, ſecundùm vniuſcuiuſque vaſis capacitatem, in varietate magnitudinis & diſpoſitionis lucis vniuſcuiusq; ſtellæ, ab ipſo materiali ſole illuminatæ, ſignificatum, ſimiliter à figurato ſole iuſtitiæ & fonte lucis Chriſto communicata erit. *Ego autem in medio veſtrum ſum* (hoc in myſterio dicit) *ſicut qui miniſtrat.* Ideſt, ſeipſum figuranti ſoli, in medio cœlorum & planetarũ ſuam lucem miniſtrantem, comparando. & ad hoc propoſitum addendo: *Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus, regnum: vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael.* Concludit igitur, conformiterdicẽs: *Luci comparata inuenitur prior.* Hoc eſt, ſecundũ primam comparationem ſolis terreſtris Adæ, imaginis in illo innocentiæ, ſtatu huius alterius veri ſolis & ſapientiæ æternæ Chriſti: de ipſo dicendo: *Eſt enim hæc ſpecioſior ſole.* quod in ſubſequenti concluſione declarat, dicens: *Illi enim ſuccedit nox, ſapientiã autem non vincit malitia.* Succeſſit luci ſolis Adę, nox peccati, & correſpondenter ab ipſis tenebris obſcuratus & victus eſt. Sed ipſæ tenebræ & malitia non viderunt bonitatem ipſius æternæ lucis & ſolis ſapientiæ Chriſti, morientis & reſurgentis in ipſius culpæ redemptionem. quia, *Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* imò per hanc viam ipſe figuratus ſolſue occumbentẽ ſolẽ diei & temporis conſtituti innocentia, peccatorum tenebris occupati, in diem lucis gratiæ, in totalem victoriam ipſorum inimicorum & mortem prolongat: (*Stetit itaque ſol in medio cæli,* (vt dicit) *& non feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei*) & ipſum finem reſurrectionis & iudicij vniuerſalis, ad aliũ finem & tempus opportunum complementi numeri iuſtorum determinati, differt. *Attingit ergo* (vt dicit) *à fine vſque ad finẽ fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.*

Luc. 22.

Sap. 8.

Ioan. 1.

Ieſ. 10.

CAP. X.

MAgnus fuit ſplendor faciei Moyſi, Ita vt nõ poſſent (dicit Apoſtolus) *intendere filij Iſrael in faciem Moyſi propter gloriã vultus eius.* Ideò absque comparatione, maior fuit ſplendor figurati, & trãsfigurati Chriſti: qui, non ſolùm in facie, ſicut ſol reſplẽduit, ſed in toto corpore integrè ſe diuinũ & glorioſum monſtrauit. Solus Moyſes ad montem aſcendit: quia ſic illi Dominus præceperat dicens: *Nullus aſcendat tecum.* & conſequenter nullus, præter ipſum illuminatus fuit, & tam propinquè ipſam figuratiuam lucem vidit. Aſcẽdit figuratus Chriſtus ad montem, non ſolus, ſed tribus apoſtolis, Petro, Iacobo, & Ioanne comitatus: qui, myſteriosè videre potuerunt, & lucem & ſplendorem faciei eius viderunt, & cum Moyſe & Elia, gloriæ pretioſi corporis ſui transfigurati participes fuerunt: ita quod apoſtolorũ Princeps ſanctus Petrus, quaſi extaſi correptus (*Erant enim* (vt dicit) *timore exterriti*) incogitanter diceret: *Domine, bonum eſt nos hic eſſe.* Clarum eſt myſterium. Aduenerat iam cũ Chriſto ipſa plenitudo gloriæ octaui diei, quam natura humana conſecutura erat, poſt ipſum hebdomadale tempus legis innocentiæ, ſe conſeruãdo: in hebdomadalibus diebus, & requie ipſius operis, vt dictum eſt, ſignificatum: in quo, redemptionis opere completo, cum in ſepultura ſacrum corpus ſuum poſitum eſſet, exactè completum fuit: & ipſa conſequẽs vniuerſalis regeneratio per gloriam, tertio & octauo die, vt dictum eſt, gloriosè reſurgente, incepta. Nullus cum Moyſe aſcendit, neque gloriæ faciei ſuæ particeps fuit, quia non erat Moyſes propriũ

2. Cor. 3.

Exo. 34.

Mat. 17.

ſaluator

saluator: neque venerat tempus, quo mittendus erat. Id est, sextus dies creationis se incarnando, & moriendo, & octauus resuscitando. Sextus creationis, quo hominem creauit, se incarnando, & in ipsius redemptionem moriendo: & restitutionem per gratiam in pristinam dignitatem, quam per innocentiam habebat, vt consequi posset ipsum secundum beneficium regenerationis per gloriam, in totali ipsius creatoris manifestatione, nouiter obediendo & operando: & octauo die, vno, Dominicali, cum primo, vt declaratum est, inquantū ad effectum ipsius secundi beneficij, gloriosè resurgendo. & hæc duo beneficia, per gratiam, & gloriam, toti ipsi naturæ humanæ inquantum ad creatorem, & hominis dispositionem, immutabiliter concessa: in multiplicatis, vt dictum est, in ipsa plenitudine temporis, quamuis non omnes indispositione, effectiuè concurrentes, propter quod, ab ipso immutabili Deo terminus prolongatus fuit, inquantum ad numerum, immutabiliter intellectæ. Vnde sancta Romana Ecclesia, semper à Spiritu sancto illuminata, in memorabilem gratitudinem tot beneficiorum, præteritorum, præsentium & futurorum, ab ipso vniuersali redemptore in ipsa hebdomadalis temporis plenitudine, morientè & resurgente nouiter & indifferenter concessorum & acquisitorum, celebrat, & obseruat festiuitatem sabbathi & diei septimi sepulturæ Domini, in octauo sequenti gloriosæ suæ resurrectionis: in quo per ipsum humanæ redemptionis opus perfectè completum fuit, & manifestatio extra ipsius Dei: totam imperfectionem & non esse legis & status præteriti euacuans. *Ego sum A, & O, (vt scriptum est) principium & finis, dicit Dominus Deus qui est, & qui erat, qui venturus est omnipotens.* Et hoc est mysterium sanctificationis sabbathi, & diei septimi, & obseruationis suæ, loco octaui: videlicet. Sicut ipsa hebdomadalis temporis plenitudo, in naturæ humanæ multiplicationem, per innocētiam, secundùm numerum determinatum, concessa fuit: & hoc in occasionem consequētis plenitudinis regenerationis per gloriā, quæ illi non peccanti parata erat: sic sanctificauit Deus diem septimum, sextum sequentem, quo hominem creauit, vt vltimum gradum hebdomadalem plenæ & perpetuæ obedientiæ & sacrificij debiti, ante peccatum, & in dispositione, secundùm alias leges, post peccatum, ad consequendam plenitudinem gratiæ & veniæ ipsius culpæ, in constituti temporis plenitudine, quando ipse saluator in mundum venit: & intrandi in octauum gradum & possessionem plenitudinis per gloriam, in quo octauo die, ab ipso Christo, glorioſè resurgente acquisita fuit: & mediantibus sacramentis ministrata. Vnde, Apostolus: *Notam autem facimus vobis fratribus gratiam Dei, & cætera. deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, qua ministratur à nobis in Domini gloriam.* Igitur secundùm Mosaicam legem figuratiuè penultimus gradus celebrabatur, loco vltimi gradus octauæ: in creatore, vt dictum est, primi & vltimi simul. Et hoc, non obstante quòd ipse septimus dies sabbathi prosequenter in sua octaua celebraretur. quia cum non esset in primo Dominicali septem dierum fundata, resurgente in octauo, primo & vltimo simul, non erat in ratione perfectæ plenitudinis: quia cum penultimus esset, non est capax vt primus, octaui gradus: nisi, cum errore dicere velimus, quòd duæ hebdomades sunt: quod dicere esset, quòd duæ æternitates sunt. Vna est hebdomada, quæ in sua tam continuata circuitione, quàm interminata circūferentia, primus, in octauo gradu resurgens, est tam primus & vltimus simul, quam ipsum principium & finem euacuans, restat in imaginem ipsius esse Dei æterni & infiniti. 2. Cor. 8.

infiniti. Hebdomadalis Dei imago in homine, super res omnes creatas, secundū singularem suā vnionem rationalē materiā & formæ, quatuor elemēta, & tres potentiæ: vnde hebdomadalis numerus: & resurgēs plenitudo vnionis potentiarum & seminū corporalium, secundùm diuinā legem rationaliter operando: vnde septimus, & octauus simul. & quia nō operante natura humana, ad effectum consectionis præsētis plenitudinis gloriæ & vitæ æternæ, donec saluator in mundum venit: *Ego sum resurrectio & vita*, ipse dicit) hoc in mysterio, non octauus, vt dies ipsi Deo & homini reseruatus, sed septimus vt vigilia ipsius festi, loco illius sanctificatus erat. Vnde, conformiter, inquantum ad hoc vniuersalis resurrectionis mysterium: *A quintodecimo die mensis huius septimi*, (vt dicit) *erunt feriæ tabernaculorum septem diebus Domino.* & subitò consequenter inserit perfectam plenitudinem per gloriam, quæ illam innocentiæ secutura erat, & illam gratiæ sequetur, incipiens à primo die Dominicali creationis, in octauo resurgente, principio & fine hominis, dicens: *Dies primus vocabitur celeberrimus atque sanctissimus:* &cætera, *Dies quoque octauus erit celeberrimus atque sanctissimus*: eadem verba repetendo, sicut dicit, *celeberrimus atq; sanctissimus*, quia, vterque res eadem est. Dicit de primo gradu, *Vocabitur*: & de resurgente octauo, *Erit. Vocabitur*. Idest, primus non erit, sed celeberrimus atq; sanctissimus vocabitur, eo quod mūdus ad suam plenitudinem peruenerit. sed quia peruēturus est cum aduētu saluatoris, morte & resurrectione sua, Erit: natura humana in ipso Christo, & octauo die particulariter, & in vltimo vniuersaliter resurgendo. Et tunc, illi qui erunt de regeneratione Israel Spiritus sancti, per gratiam, totaliter à peccati captiuitate liberāti, & continuata mortali ipsius culpę desolatione, iucundè & nouiter in tabernaculis propriorum corporum suorum, habitabunt, gloriosè resurgentes. Sicut dicit: *omnis qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis: vt discāt posteritas vestri, quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerē eos de terra Ægypti.* Non septem diebus, in septimo & penultimo gradu terminatis, inquantum ad imperfectionem & defectum ipsius futuræ plenitudinis per gratiam, & gloriam in venturo saluatore, quam sperabāt: sed in primo & octauo simul, in ipso Christo resurgente, *In virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Idest, perfectè secundùm vniuscuiusq; capacitatem, integrè intelligendo & amando. *In mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Videlicet, distinctè, in mensuram, & plenitudinem numeri, in Christi ætate, completi: propter quod exactè tunc à Patre missus fuit. Plenitudo, non secundùm temporis quantitatem, sed numeri hominum bonorum & malorum, vsque tunc multiplicatorū: quia nō numerus propter tēpus, vt dictū est, sed tempus propter numerum constitutum fuit: & communiter concessum: quia omnes, vt dictum est, salui esse possent. qua in ratione intellectus est iustorū numerus, in numero hominum, qui in ipso hebdomadali circulo quinque millium & centum & nonaginta nouem annorum, quā à mundi principio fluxerunt, donec ipsius saluator venit, multiplicati fuerunt. in qua plenitudine temporis & numeri, simul ipsa gloriæ plenitudo peruenit: consequenter in octauum diem vniuersalis suæ resurrectionis, propter impedimentum zizaniorum peccati, & numeri nō cōpleti, dilata, in Christo particulariter, vt arra ipsius futuri vniuersalis effectus, consecuta. Sicut dicit: *Sinite vtraque crescere vsque ad messem.* Sicut declaratum est. Reliquum est vt tractetur, quòd natura angelica à Deo creata fuit, in correspondentiā numeri illi naturæ humanæ: cum ad hominis i-

Exod. 23.

Eph. 4.

Matt. 13.

magi-

maginem, sicut omnia alia, hebdomadaliter ordinata esse: quod gratia Dei opitulante consequenti capite declarabitur.

CAP. XI.

Sicut hæc cælorũ & terræ machina, & reliquũ omne rationis expers in ipsa cõtentum ad hominis imaginem hebdomadaliter creatum & ordinatum fuit: & sicut homo in duas partes & regiones distincta est, videlicet, partem elementalem, inquantum ad corpus: caliginosam, & alterationibus, generationibus, & corruptionibus subiectam: & partem cœlestem, inquantum ad animam, similiter lucidam, incorruptibilem & perpetuam: sic hoc in ordine & mysterio naturæ angelica hebdomadaliter in hominis imaginem creata & ordinata fuit. & non solùm septem angelis qui in Maiestatis Dei præsentia astant, incarnationis Verbi mysterium repræsentantes, vnita, & subordinata: sed similiter in duas æquales partes, & sub duobus principibus, distincta: qui sunt, Princeps sãctus Michael Archangelus, cum suis angelis, inquãtum ad animã: & princeps Lucifer cũ suis angelis, inquãtũ ad corpus. tot animæ, tot corpora. *Omnia in mẽsura* (per Salomonẽ) *et numero et pondere disposuisti.* Princeps sanctus Michael Archangelus cum suis angelis, inquantum ad animam, sicut nos Spiritus sãctus docet per dilectam suam sponsam sanctam Romanam Ecclesiam quæ sic canit: *Archangelo Michael constituit te principem super omnes animas suscipiendas. Ne cadant in obscurum:* (similiter in sancta Missæ sacrificio dicit) *Sed signifer sanctus Michael repræsentet in lucem sanctam: quam olim Abrahæ promisisti, & semini eius.* & princeps Lucifer cum alio dimidio angelorum, inquantum ad corpus: qua in ratione princeps huius mundi & regionis elementalis nominatur, ex quibus elementis ipsum corpus formatum fuit, quod nos Dominus docet, dicens: *Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi ejicietur foras.* Et conformiter Apostolus, vniuersaliter, & de ipso capite, & de toto ipso figurante corpore angelico, & tenebrosis angelis suis, qui cum ipso ceciderunt, dicendo: *Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus mundi rectores tenebrarum harum: contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus.* & per sanctum Ioannem conformiter, ipsa natura angelica, in hominis imaginem, & corporis & animæ distinctionem, vt dictum est, sub ipsis duobus principibus distinctè subordinata, dicit: *Et factum est prælium magnum in cœlo. Michael & angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius: & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cœlo.* Itaque à principio fuit hoc prælium in cœlo inter naturam angelicam, in hominis imaginem, vt dictum est, sub his duobus principibus, animam, & corpus significantibus, distincta, & subordinata, in prodigium perpetui prælij carnis, & spiritus, quod futurum erat in terra in significata natura humana vsque ad sæculi finem. *Et proiectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt.* & hoc factum, & scriptum etiam cum mysterio, secundùm significationem eorum corporalem, vt prodigium mortis significati corporis humani. sicut dicit. *Et proiectus est in terram:* secundũ originalem sententiam, *Quia pulvis es, et in pulverem reverteris.* Vnde, duæ æquales partes, in animæ & corporis distinctionem, in hominis imaginẽ: tot animæ, tot corpora. & in vtriusque vnione, in vniuersali resurrectione: consequenter, tot iusti, tot angeli boni. quia in distinctiõe, erit induplicato numero natura humana, respectu ad resurgentẽ partẽ corporalẽ additã, in cadẽte parte angelica cum Lucifero significatã: cadentem etiam ipsam, secundùm sententiam datam, & donec ipsorũ iustorũ cõplet̃ etum

Ioan. 12.

Apoc. 12.

Sap. 19.

Genes.

durat, vtfit de nouo simul per gloriã in vno corpore, in virum perfectum in Christo, reformata: sicut pars spiritualis, post vniuersalis redemptionis effectum, est cũ angelica sua significante in cœlum erecta. Et hæc est ratio euidẽs certissimę veritatis, secundùm ipsam sacram scripturam, & veram lucem. quia si nulla res in angeli imaginem, & ipsa natura angelica & alia omnia creata in hominis imaginem fuerunt in ex creando, in testimonium quod Deus se hominem facturus erat, *In mensura & numero & pondere*, vt scriptum est, hebdomadaliter dispositæ: clarum est, quod si In numero & mensura, vt dicit, imago, vt imago, nõ est excessura imaginatũ maximè imaginatum, vbi singulariter, secundùm rationalem vnionẽ in vno subiecto, (quod non est in angelo) potentiarum & elementorũ, vbi tres personæ diuinæ, & attributa ipsius trini & vnius Dei significata sunt, ipsius creatoris imago in numero & essentia singulariter consistit. Vltra quod secundùm principalem finem manifestationis Dei in carne, (*Nusquam enim angelos apprehendit* : (dicit Spiritus sanctus) *sed semen Abrahæ apprehendit*) si natura angelica in numero humanam excederet, procul dubio hac in parte non esset in carne particulariter manifestatus. Huc facit prę allegatus locus Salomonis, secundũ hunc finem principalem manifestationis Dei in carne : *Omnia in mensura & numero & pondere disposuisti.*

Sap. 9.

Heb. 8.

CAP. XII.

OMnia creata, ad has duas naturas, angelicã & humanã, vt intellectiuas & simul permanẽtes reducuntur. Quæ angelica natura, vt forma hebdomadalis in quantum intellectiua, omnium aliarum rerum creatarum irrationalium, quę simul cum ipsa fuerunt in hominis imaginem & propter seruitium suum, in numero & mẽsura hebdomadaliter dispositę, & distributæ: consequenter, in eadem ratione cõmunis numeri & mensuræ, vniuersalis, antequam per superbam inobedientiam cadẽdo, diminuta fuisset, est cum humana (& nõ humana natura cum angelica, nullo modo) in numero & mensura concordata. in qua natura humana, particulariter, vt sola ad creatoris imaginem & similitudinem creata, esse ipsius Dei manifestatur. Sicut scriptum est: *Manifestatus est in carne.* quod nõ fuit, neque integrè in angelo esse poterat omisso, quòd *Nusquam angelos apprehendit; sed semen Abrahæ apprehendit* : Sed in quantum ad numerum: deficiente parte inferiore corporis, in Lucifero, mundi principe, cum suis angelis cadente, significata. Vnde considerandum est, quòd quamuis natura angelica in dimidio angelorum cadentium diminuta non fuisset: non propter hoc in numero humanam superaret, quia ratione vnionis ipsarum duarum rerum distinctarum, & simul vnitarum, corporis & animæ, in ipsis duabus æqualibus partibus angelicis significatarum: ipsæ similiter in vnione perseuerantes, erant etiã veraque natura in æquali numero & mensura. Vnde intrat mysterium complemẽti sedium, quæ angelis cadentibus vacuæ mãserunt, Idest, in significationem partis corporalis quam resuscitatæ sedes corporum iustorum resuscitatorũ possessuræ sunt in seipsis resurgentium. vt in resurrectionis materia declaratum est. Et hæc certissima veritas æqualitatis numeri vtriusque naturæ, à spiritu sancto significata est, de cœlesti Ierusalem, natura humana tractante, ex ipsis viuis iustorum lapidibus ædificata: in noua & indissolubili carnis & spiritus vnione resurgente, & simul, in æquali numero & mensura cum angelica concurrente, ipsum defectum angelicum significantis partis corporalis cadentis, in seipsa adimplente. Sicut dicit : *Et qui loquebatur mecum habebat mensuram arundineam*

1. Tim. 3.

Apo. 21.

grandine eam duxeram, vt metiretur ciuitatem & portas eius, & murum. &c. *Et mensus est murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis quæ est angeli.* Qui numerus similiter in capitulo septimo allegatur, ad distinctionem dicente: *Et audiui numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati.* &c. Numerus duodecimus, carnis resurrectionem significans: consistens vna quinta (inquantum ad quinque sensus corporales) super septimam, & in vnione primi, vltimi & octaui gradus, resurgens. Qui numerus duodecimus, concordanter in hoc vigesimo primo capitulo allegatus est, his verbis: *Et mensus est ciuitatem de aurea per stadia duodecim millia. Et longitudo, & altitudo, & latitudo eius æqualia sunt.* Hoc est, æqualis correspondentia obedientialis trium potentiarum animæ. sicut inquantum ad corpus, & distinctionem in homine vtriusque, antea dicit. *Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est quanta & latitudo.* Hoc est, inquantum ad concordantiam & æqualitatem quatuor elementorum, in corpore humano virtualiter & realiter consistentium. concludens inquantum ad vtriusque vnionem, corporis & animæ, & numerum ipsorum iustorum, dicendo. *Et mensus est murum eius centum quadraginta quatuor millia cubitorum*: quod est numerus iustorum resuscitatorum, filiorum Israel Spiritus sancti, allegatus (vt dictum est) in septimo capitulo, dicendo. *Et audiui numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel.* Numerus duodecimus, carnis resurrectionem significans, & animæ & corporis vnionem resurgendo. murus, vt dicit, tam inexpugnabilis, quàm purificata materia omnis rubiginis peccati, & præteritæ concupiscentiæ humanæ: cum ad pristinam innocentiæ plenitudinem, & numeri constituti reducta esset, *Mensura hominis* (vt dicit) *quæ est angeli*, gloriosè resurgendo. quæ communis mensura hominis & angeli, intelligitur inquantum ad iustorum numerum; & distinctam corporis & animæ vnionem, à principio, in ipsis duobus distinctis partibus angelicis, vt dictum est, significatorum: & non inquantum ad potentiarum, & elementorum distinctionem, & concordantem eorum æqualitatem, in ipso nouo ædificio & architectura Ierusalem cœlestis significatum. sicut dicit: *Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est quanta & latitudo.* hoc, inquantum ad dictam concordantiam æqualitatis elementorum, sicut inquantum ad dilatatum spiritum ternarium & suas potentias, imaginem trini & vnius Dei creatoris, primùm, ternariè dicit: *Et longitudo, & altitudo, & latitudo eius æqualia sunt.* Nihil huius est in angelo: inquantum incorporeo. Igitur quo modo est hominis mensura, & angeli simul inquantum ad distinctionem solùm, & corporis & animæ vnionem: in ipsis distinctis partibus angelicis significatorum. numerus humanus à principio multiplicatus, vt dictum est, secundùm creatoris ordinem dicentis, *Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* quæ repletio intelligitur in temporis plenitudine, vt dictum est, à principio, vsque ad saluatoris aduentum in mundum: & ipse numerus & mensura iustorum, in hominibus iustis, & iniustis, vt dictum est, in ipsa temporis plenitudine multiplicatis, intelligitur: manifestationi tanti Dei in carne, conueniens. Ita quod dicendo, *Mensura hominis quæ est angeli*, intelligitur, inquantum ad creatum esse in hominis imaginem, in correspondente numero & mensura: in qua natura humana particulariter creator manifestandus erat. Mensura hominis, natura humana vsque tunc se in innocentiæ statu conseruans: quæ est angelicissimiliter se natura angelica conseruans in ipsa significante vnione, numero & mensura hominis, in essentiali vnione perpetua & immortali creati, animæ & corporis simul, in vno

subiecto: (vbi indissolubilis vnio humanæ cum natura diuina in Christo significata est) quod in angelo esse non potest, quia nõ in essentia, vt dictum est, ad Dei imaginem, sed in numero, ad hominis mensuram, secundùm seminis humani multiplicationem, creatus fuit. sicut primum dicit, Mensura hominis, & postea, Quæ est angeli. Vbi angelo, & similiter homine in peccatum cadentibus, homo integrè restauratus in vnionem suam perpetuam & immortalẽ, numerum & mensurã multiplicationis seminis humani determinatæ, resurgẽdo: angelus autem nõ restauratus. Ex quo clarũ est, quòd in vniuersali resurrectione, nõ solũ natura humana, ratione vnionis corporis & animæ, in æqualẽ numerũ cũ angelica cõcurret, respectu ad partem saluam angelicã, spiritualem animę partem significantẽ: sed ratione distinctionis ipsarum duarum rerum distinctarum, carnis & spiritus, in duplicato numero erit, respectu ad defectum partis cadentis cum Lucifero, ipsam carnẽ & corpus humanum significãtis. Vbi fundatur hoc proprium dictum, *Mensura hominis*: id est, respectu ad ipsam perpetuã vnionem corporis, cum rationali spiritu, bene operando: propter quod realiter & integrè est homo: et consequenter angeli mẽsura. Hoc est, similiter in ipsomet ordine vnionis duarum partium angelicarum distinctarum, in quibus, à principio, rationaliter & communiter obediendo, ipsum corpus & anima significata erant. et hoc in ordine, *Mensura hominis quæ est angeli.*

quod superiùs allegatũ est, credendo hanc tertiam partem stellarum quas draco cauda sua trahebat in terram, esse illam angelorum, qui cum Lucifero ceciderunt: intelligendũ est, quòd realiter de angelis nõ tractat, sed de hominibus malis cõdemnatis naturæ humanæ resurgentis: propriè, vt corporeæ, corporeis stellis plurimis in locis à Spiritu sancto comparatæ. & ipsi damnati similiter in hac prophetia, & à Christo in euãgelio, de ipsa vniuersali resurrectione & iudicio tractãte, stelliscõparati, respectu ad ipsum repentinum lapsum de tam alto gradu habendi tunc, sicut iusti habebunt, corpora gloriosa & vt stellæ resplendentia. *Qui vicerit*, &c. (per ipsummet) *Et dabo illi stellam matutinam*: de ipso glorioso iusti corpore, resurrectione & iudicio, tractantem quas cadentes stellas cõdemnatorũ, draconis in terram trahet cauda extremitatis dominatus sui, in ipso mundi fine terminati, & hoc, respectu ad nouam corporis & animæ vnionem, & nouam pœnam, & mortem secundam additam. Et hac in ratione dominatus sui super attractam partem naturæ humanæ, per peccatum, dicit, *Habens capita septem*, in quantum ad septem peccata mortalia: imaginem peccati in homine, & nõ in angelo, inquantũ ad discordãtes potentias & elementa, in quam homo peccando se transformat. Vnde in signũ ipsius cõmunis victoriæ vltimæ perpetuæ possessionis spiritualis, & corporalis, dicit: *Et in capitibus eius diademata septem.* & cõsequenter, Cornua decem, inquantum ad transgressionem decẽ præceptorum legis diuinæ, quæ naturæ humanæ data fuit, quæ est illa quæ resurgit, & non angelicæ, vbi ipsa vltima victoria, & blasphemia fũdatur. Vbi considerãdũ est, ad maiorẽ declarationẽ: quòd tractãs post hoc, in eodem capitulo, de prælio in cœlo inter naturam angelicã, origine peccati, & totius huius damni: nihil de ipsa hydra dicit, quæ est ratione hebdomadalis naturæ humanæ peccantis: quia tunc, in illo principio,

CAP XIII.

Apo. 12. ET visum est aliud signum in cœlo, (sacra scriptura dicit) *& ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decem, & in capitibus eius diademata septem, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli, & misit eas in terram* etc. Et quia secundùm hanc scripturã, facilè persuasio nasci posset contra id

cipio, nondum hominem peccare fecerat,
Apo. 12. nec creatus erat. sicut dicit: *Et factum est prælium magnum in cælo. Michael & angeli eius prœliabantur cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius: & non valuerunt, neque locus inuentus est eorũ amplius in cælo.* &c. & non dicit, quòd cauda trahebat, sed dicit, *Et proiectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt.* id est, vt dominatus & victus in illo principio: ad differentiam huius alterius mysterij vltimæ victoriæ suæ in fine mundi & principatus sui, in ipsa caudæ extremitate significato: cum qua, non tunc, in principio dominatus cadẽdo simul cum suis angelis trahebat naturæ angelicæ: sed naturæ humanæ, dominanter in fine gloriosè resurgentis, inquãtum ad dãnatos, *Et cauda eius* (vt dicit) *trahebat tertiã partem stellarum cæli, & misit eas in terram*: ratione ipsius tã repentini lapsus, quã resurrectionis simul, non consecutæ lucis & gloriæ, sicut aliæ stellæ iustorum cũ duce stella Christo in cœlum ascendentium: sed tenebrarum confusionis & pœnæ æternæ, cadentium cum trahente monstro in infernum. Igitur, si damnati sine comparatione iustorum numerum excedunt, quomodo intelligitur in tertia parte inclusos esse? Hoc
Matt 13. modo. *Simile est regnum cælorum fermẽto*, (dicit Dominus) *quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.* Hæc mulier natura humana est: quæ recepit fermentum legis innocentiæ, in principio, vt multiplicaret & cresceret vsque ad finẽ quo ipse saluator in mundum venit. sicut scriptum est, *Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* & ipsum granum ad cremẽtum suum non veniens, propter impedimentũ zizaniorum inobedientiæ peccati, habuit secundò ipsum obdientiæ fermentum, secundùm legem scriptam: in qua præcedens lex naturæ inclusa est. postea vltimò aduenientе ipsa luce & redemptione in mundum, *Factus obediens vsque ad mortem*, tertiò natura humana obedientiæ fermentũ habuit, secundùm legẽ euãgelicã, per obediẽtiam, & non per intelligentiam, (hæreticẽi intelligite) fideliter credendo, & in pœnitentia operando: vniuersaliter, à suo præcursore prædicata. & quia omnes aliæ leges, & crementum fermenti, per malitiam & inobedientiam peccati impedita fuerunt, vt tam infructuosum opus præsens ad vitam æternam, quam fructuosa spes ipsius futuræ plenitudinis gratiæ Christi quam sperabant, in ipsius culpæ remissionem, ad hanc tertiam mensurã fermenti legis euangelicæ, reducta sunt: vbi consistit effectus cremẽti ipsi⁹ obediẽtialis fermẽti euangelici per gratiã, & vltimò per gloriam, resurgendo: sicut dicit, *Donec fermẽtatum est totum.* & hac in ratione & ordine tertiæ mensuræ fermenti obedientiæ in Christo, secundùm legẽ suam euangelicã, vbi iusta sua sententia æterni præmij gloriæ bonis, & pœnæ malis fundatur: tam ipsa damnatorum multitudo, draconi suppositа, quã respectiuè ipse paruulus grex suorum electorum, ratione tertiæ partis, sicut tertiæ mensuræ, legis euangelicæ, intelligitur. sicut dicit. *Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli.*

Damnati stellis à Spiritu sancto comparati sunt, sicut iusti, resurgẽdo, inquantum ad corpus, nouiter receptum, cum esset inquãtum ad resuscitantem Christum, eiusdem massæ, agilitatis & subtilitatis corporum iustorum, sicut amplè gratia Dei, in resurrectionis materia declaratũ est: qui, in testimonium ipsius vltimæ regenerationis in gloria, perpetuæ & incorruptæ, fuerunt à principio, & in innocẽtiæ statu, in ipsis lucentibus stellis significati. quæ immobiles stellæ in firmamento fixæ sunt, & ab ipso octauo cœlo, rationalẽ animæ partem significante, sunt motæ & gubernatæ: sicut immobile corpus humanũ est ab anima motũ & gubernatum. Et similiter, quia ipsum cœlum octauum, & cæteri simul, animã repræsentãtes & omnes iustorũ animas, in ipso perfecto numero inclusas, sũt cœli diaphani & trãsparẽtes: & stellæ, ipsa glo-

sa gloriosa corpora significantes, sunt tam densa, quàm capaces in qualitate & dispositione ad recipiendam lucem à sole: sicut erunt iustorum corpora ad recipiendam lucem lucernæ agni & solis iustitiæ Christi, qui in hoc ordine & mysterio resurrectionis carnis, inquantum homo, à Spiritu sancto stellæ comparatus est, dicente: *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel.* Iacob, aut Israel, tertius patriarcha est, Spiritum sanctum significans. quia dicens DOMINUS: *De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à Deo dicente vobis, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob?* vult dicere, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, vnus Deus. cui viuificanti Spiritui sancto, ipse resurrectionis effectus particulariter attribuit ut. ita quod dicendo, *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel*, non solùm inquantum ad carnem intelligitur, sed inquantum ad spiritum: non de ipso tertio patriarcha, sed de significato suo, tertia persona Spiritu sancto: duas distinctas generationes, (sicut dicit, Iacob, & Israel, Stella, & Virga) per gratiam, & gloriam, simul comprehendendo. Hæc pertinet mysterium continuatæ luctæ nocturnæ ipsius patriarchæ cum angelo vsque mane: illam tam perpetuam carnis & spiritus, quàm nocturnam, secundùm originalis peccati tenebras significantis. Vsque mane. Hoc est, vsque mane ipsius nouæ regenerationis per gloriam resurgendo: ab ipso resuscitato, & resuscitante saluatore, conformiter significatum dicentes: *Exurgam diluculo.* vnde intrat consequens mysterium, dicendo, *Tetigit nervum femoris eius, & statim emarcuit.* quod est cessario ipsius mortalis generationis humanæ, in illo puncto vniuersalis mortis, & resurrectionis suæ terminatæ. Quæ generatio humana, visibilis & mortalis, in ipso femore & parte exteriore significata est, cum sit corpus, pars exterior hominis. Vnde de ipso Christo inquantum homine: *Et vestitus erat veste aspersa sanguine.* etc. Hoc inquantum ad præcedentem regenerationem per gratiam, Christo moriente *Et habet in vestimento, & in femore suo scriptum, Rex regum & Dominus dominantium.* Hoc, inquantum ad regenerationem per gloriam particularem, et vniuersalem ipsius generationis humanæ, Christo resurgente: & postremò vltimo octauo die & mane vniuersalis resurrectionis et iudicij, repentè apparente, et tunc, *Emarcuit*, id est cessabit. similiter, significatum in membri genitalis circuncisione in octauo die: quod est in significationem cessationis ipsius generationis humanæ, in octauo et vltimo die vniuersalis resurrectionis, vt dictum est, in noua regeneratione per gloriam, et plenitudine numeri iustorum gloriosè resurgentis: similiter in octauo cœlo, vt dictum est, et innumerabili stellarum numero significatum. in quo magno stellarum numero, iusti intellecti sunt, et non damnati, quamuis illi in minore numero, et vtrique, sicut ratione tertiæ partis, secùdùm ipsam tertiam mensuram euangelici fermenti obedientiæ, iudicati, sic etiam in testimonium vniuersalis electionis naturæ humanæ inquantum ad Deum, sunt communiter stellis ab ipso iusto iudice comparati. sicut dicit, eorum Ipsum in ipso vltimo die prædicendo: *Et stellæ cæli erunt decidentes.* Non de stellis ipsius octaui cœli, quarum minima, cum nonagies terram magnitudine superet, eam recipere non posset, sed de stellis corporum humanorum. loquendo: in ipso octauo die vltimo resuscitatorum, et à principio, vt dictum est, in stellis octaui cœli significatorum. vtraque vniuersaliter stellæ, inquantum ad communem materiam corporalem, et nouam elementorum reunionem: sed non inquantum ad formam reintrantis animæ rationalis et tenebrosi spiritus, in damnatis, in illo vnionis puncto, cum apparentibus tenebris interiorum culpa rum et confusionis, ipsum transparens vas & stel-

Num. 24. *Mat. 22.* *Num. 24.* *Ps. 107.* *Apo. 19.* *Mat. 13.*

& stellam corporalem obscurantis, et non uiter de alto cœlo ipsius gratiæ & gloriæ Christo decidentis. & conformiter per dilectum discipulum, et prophetam : *Et Solfactus est niger*, etc (hoc est, inquantum ad animam, in illo vnionis puncto, suas interiores tenebras et confusionem, vt dictum est, exteriùs demonstrantem) *& stellæ de cœlo cecidernnt super terram, sicut ficus emittit grossos suos cum à vento magno mouetur.* et ipse Christus, de ipso iudicio tractando: *Ab arbore autem fici discite parabolam.* cui arbori fici ab ipsa luce sæpe natura humana cõparata est: et conformiter per Micheam desiderãtem hunc diem secundi aduentus Domini, et nouum fructum arboris fici naturæ humanæ, dicentem: *Præcoquas ficus desiderauit anima mea.* Itaque, stellæ naturam humanam significant, et non angelicam: declaratum per arboris fici comparationem, ipsam naturam humanam significantis, et ipse fructus et multiplicatum semen humanum resurgendo, in stellis significatum. Quia nihil (vt dictum est) Deus ad angeli imaginem creauit: et omnia ad hominis imaginem, in testimonium, quod Deus se hominem facturus erat, et solus homo ad imaginem Dei creatus fuit. Et si aliquando in scriptura angeli in creatis rebus irrationalibus significati sunt, vt in stellis, id factum est, quatenus sunt intellectiui, et in hominis imaginem: inquantum quod angelus et homo solùm intellectuales creaturæ sunt: quod nos Spiritus sanctus docet dicens. *Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea. Septem stellæ angeli sunt septem ecclesiarum. Et candelabra septem: septem ecclesiæ sunt.* Quia secundùm scripturam, ante quam homo creatus esset, omnia creata fuerunt. et in hominis imaginem, hebdomadaliter creati et ordinati cœli, planetæ, cum omnibus alijs stellis, et angelis: sicut ibidem dicit, *Et habebat in dextera sua stellas septem: septem angelos* qui in maiestatis diuinæ præsentia astant, significantes: similiter in imaginem hominis et hebdomadalis naturæ humanæ, in ipsis stellis, & stellato cœlo propriè significatæ, in conseruationem suam, sacrificanter incarnationis Verbi mysterium repræsentantes. Ad quam hebdomadam angelorum, vt intellectualem, refertur hebdomada stellarũ in hominis vita triumphante: sicut hebdomada candelabrorum, ad septem ecclesias, in vita militante. Stellæ, et angeli, in imaginem hominis, in gloria resurgentis. videlicet, in stellis, pars irrationalis corporum: et in angelis, pars rationalis animarum significatur: protector princeps eius Michael Archangelus, cum toto angelorum exercitu, in ipsa hebdomada angelica inclusus. quæ, inquantum numerus septimus, vniuersalitatem, significans; & inquantum imago hominis, significantem hebdomadam stellarum, similiter vt hebdomadalis, non angelicam, sed naturam humanam significans: & ipsa significata natura humana, vt essentialis creatoris imago, omnia continens. quia non in numero vt in omnibus alijs rebus, vt dictum est: sed in essentia vnici subiecti rationalis vnionis hebdomadalis potentiarum & elementorum, in ipsa Dei imago consistit: & ipsa natura diuina, ternariæ vnionis personarum, inquantum ad res potentias, (vt dictum est,) & quaterna attributorum, inquantum ad elementa, singulariter significata est. sicut in omnibus alijs rebus creatis, ipsa natura humana continens omnia, imaginata. Vnde, per omnes has rationes, & scripturam allegatam, pro cui dubio, tertia pars stellarum, quas draco caudâ trahebat in terram, non est angelicæ: sed resurgentis naturæ humanæ, & partis damnatæ: vt gratia Dei apertè declaratum est: & consequenter resurrectio & innumerabilis iustorum numerus, in ipso octauo cœlo stellato, & innumerabili stellarum numero significatur. Et quòd in stellis à principio regeneratio in gloria corporum

Apo. 6:

Mich. 7:

Apo. 1.

iustorum præfigurata est: Spiritus sanctus, in principio proximi duodecimi capituli, Apocal. vltra sequens allegandum, tractãs de pretiosissimo corpore glorificato iusti iustorum Christi, & incipiens ab exemplis signorum cœlestium solis, lunæ, & stellarum, altè & mysteriosè significat, quod ipsa gratia mediante, sequenti capite, & vltimo huius primæ partis tractabitur.

CAP. XIIII.

Apo. 12. *ET signum magnum apparuit in cælo: (dicit sacra scriptura) mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim: & in vtero habens, & clamat parturiens, & cruciatur vt pariat.* Et subitò inserit aliam visionem expositam draconis, qui cauda sua trahebat tertiam partem stellarum: & procedendo dicit: *Et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura: vt cum peperisset filium eius deuoraret: Et peperit filium masculum, qui rector erat omnes gentes in virga ferrea: & raptus est filius eius ad Deum & ad thronum eius, & mulier fugit in solitudinem vbi habebat locum paratum à Deo, vt ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta.* &c. Hæc mulier amicta sole, et luna sub pedibus eius, et stellis duodecim coronata, est natura humana Verbo vnita, in vita præsenti simul cum voluntaria passibilitate præsenti, virtutem & qualitatem suam occultam, in futura vniuersali regeneratione in gloria manifestatã resuscitãdo, demonstrans. Est amicta sole naturæ diuinæ: propter quod, cum esset Deus, quamuis homo simul, lunam sub pedibus tenet, ratione quod subiectus non sit, vt cæteri homines, fluxis influentijs, corruptionibus, et mutationibus: immò, ratione ipsius visionis, possidet in præsenti eandem permanentiam immutabilitatis incorruptionis vitæ futuræ: possidens eandem virtutem et resuscitandi potentiam vt multos resuscitauit, et ipsum in corpore æterno et impassibili, et alios generaliter, in die vniuersalis resurrectionis, in præsentis sæculi fine. Quo in mysterio virtualis resurrectionis propriæ & alienæ vniuersalis, duodecim stellis coronata est: inquantum stellæ, & duodenus numerus simul, vniuersalem carnis resurrectionem significantes: iam sæpius declaratum: in quibus stellis densis & incorruptibilibus, gloriosa resuscitatorũ iustorum corpora, vt dictum est, significata sunt. *Et in vtero habens.* Optimè. Quia cõceptus æternus et principalis ventris propriæ comprehensibilitatis Dei, est suipsius manifestatio, cum esse, vt dictum est, secundùm suam æternam bonitatem & naturam propriam, in æternum communicabilis. In quo modo & ratione generat in æternũ Filium & secundam personã, tam in æquali & integra comprehensibilitate cum sipsa, quàm à reciproco amore Spiritu sancto, similiter in tertia persona, & tam distincta, quàm æquali comprehensibilitate, in vnione æternæ vitæ Dei, ab vtroque procedente manifestè & in æternum testificatus est. *Et in vtero habens.* Quis est vter° huius mulieris naturæ humanæ Verbo vnitæ? Est ipsa natura diuina, Verbum incarnatum, Dei Filius: in æquali cum Patre comprehensibilitate, vt dictum est, & reciproco amore Spiritu sancto, sufficiens ad digerendam, & exaggeranter euacuandã peccati grauedinem & offensam diuinam, inquantum homo patiendo, in ipsius naturæ humanæ saluationem, qua in ratione passionis humanæ, addit dicens: *Et clamat parturiens, & cruciatur vt pariat.* Et sicut vidit gloriosus Euangelista & propheta assistens: sic mysteriosè scripsit, dicens: *Et clamat parturiens.* Et conformiter per sanctum Lucam: *Et clamans voce magna Iesus, ait, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens expirauit.* Luc. 23.

Quid habemus, dici solet in partu iudiciorum causarum magni momenti: sicut hæc inter Regem gloriæ Christum, & Lucifer, mundi principem, inter vitam & mortem. Quid habemus, filiumne an fi-

liam?

Nam Filium benedictionis. *Qui soluens maledictionem* (vt de eo canit Ecclesia) *dedit benedictionem: & confundens mortem, donauit nobis vitam sempiternam.* Et sic, conformiter dicit: *Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea.* Hoc erit in ipso vltimo die vniuersalis resurrectionis & iudicij: & in infernum in æternum condemnatis: *In virga ferrea*, vt dicit, secundùm suæ iustitiæ rectitudinem, tam seuerè, quàm durè & asperè iudicando, & castigando. *Et raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius.* Duo distincta. Raptus ad Deum: hoc est, Non obstantibus circunstantibus custodijs, & graui lapide signati sepulchri, Raptus est ad Deum, repentè resurgendo: Et ad thronum eius, in cœlum gloriosè ascendendo, & simul in glorioso throno ascendentis corporis sui, & paterna dextera misericordiarum suarum infinitarum in æternum sedẽ-

Mar 16. do. sicut per sanctum Marcum: *Assumptus est* Apo. 12. *in cœlum, & sedet à dextris Dei. Et mulier fugit in solitudinem vbi habebat locum paratum à Deo, vt ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta.* &c. Hæc mulier, natura humana, particulariter Verbo vnita, nunc in Ecclesia catholica, fideli sponsa ipsius Christi, vniuersaliter intellecta est: quæ cum mortalibus doloribus & tormentis peperisset ipsum filium benedictionis in Christo, vniuersalis suæ redemptionis: & cum ab ingrato populo hebræo, in sua doctrina euangelica recepta non esset, post suam in cœlum ascensionem, imò, sicut ipse vniuersalis redemptor, persecutionem passa: ad solitudinem gẽtium fugit. qui populus gentilis metaphoricè à Spiritu sancto solitudo & desertum nominatus est, eò quòd tunc syluestrem & bestialem vitam viueret, extra omnem viam & lucem salutationis: quot homines, tot arbores syluestres & infructuosæ: & tot animalia venenata, secundùm varia venena diabolicorum errorum idololatriæ. At, ipsa vera & illuminante luce euangelica recepta, illud propheticum completum fuit: *Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans.* etcætera. *Ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri.* &c. *Vt ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta.* Isa 35. *Mille ducentis*: quod est numerus duodecimus: duodecim stellis, quibus corona erat, correspondens: carnis resurrectionem, vt dictum & declaratum est, significans: Addit insuper sexaginta dies: sex diebus vniuersalis creationis correspondendo: decimaliter multiplicatis, ratione legis obseruatæ, & simul pœnitenter operando: in ipso senario numero laborioso, inquantum ad sex dies creationis, vitæ, & mortis saluatoris, & decimali simul, inquantum ad legis obseruationem, significatum. per quam viam solùm, ipsum præmium & corona acquiritur, ad gloriam & vitam æternam resurgendo. Et vt cum hac notabili figura concludatur: (quamuis aliquantum à continuata materia diuertatur) cum antea dixisset: *Et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura: vt cum peperisset, filium eius deuoraret*: Quibus verbis significatur diligentia qua dæmon vsus in puncto partus mortis redemptoris in cruce, dubitans vtrum esset aut non purus homo: ad hoc mysteriũm rediens, concludendo dicit: *Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquam flumen: vt eam faceret trahi à flumine.* Hæc aqua tanquam flumen, quod ex multis & varijs aquis causatur, est ipsa mors spiritualis & corporalis hominis: quæ, ex omnibus peccatorum aquis (sicut flumẽ) causatur: qua, & in omnibus ipsis peccatis, ipse immaculatus agnus, & incognitus Deus et homo, ab ipso astuto dæmonio assiduè tentatus fuit. Et hoc vniuersaliter facit ipsi Ecclesiæ & sponsæ, in vita. et in morte. *Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen quod misit draco de ore suo.* &c. *Et adiuuit terra mulierem*: Mirabiliter. Quã mulierẽ? Ipsã Ecclesiã suã sponsam: per quã ipse

sumebatur. *Et aperuit terra os suum, & absorbuit flumen quod misit draco de ore suo* in vltimo ictu effectum, quando crudeliter, post mortem ferro lancex sacrum latus ei apertum fuit: de quo exiuit sanguis, & aqua. Sanguis, & aqua. duo distincta, in testimonium. Videlicet, sanguis inquantum ad pœnas corporales: & aqua, inquantum ad spirituales animæ: formam corporalium: (sicut in sacramentorum materia declaratum est) superiore diuinæ naturæ & igne charitatis suæ æternæ simul concurrente, ipsam aquam & flumen peccatorum consumente. sicut dicit: *Et aperuit terra os suum, & absorbuit flumen quod misit draco de ore suo. Et absorbuit flumen.* id est, *absorpta est mors in victoria*: ipsum flumen mortis, & omnes peccatorum aquæ, ipsam mortem causantium. 1. Cor. 15

Huc pertinet: *Aperiatur terra, & germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul.* Aperiatur terra (sicut per sanctum Ioannem: *Et aperuit terra os suum, & absorbuit flumen*, &c.) Et à clausulæ principio incipiens, vt veniat ad conclusionem eius quod ad hoc propositum admirabiliter accommodat, sicut dicit: *Rorate celi desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul.* &c. *Rorate celi desuper.* sanctissima Trinitas, Deus creator, vltra quod significatur in tribus suprà positis cœlis, super stellatum, vt dictum est, cœlum nominata est, metaphoricè, pro sua subtilitate & luce incomprehensibili. vnũ cœlũ est & vna essentia: & tres sunt, in personarum distinctione: qua in ratione, pluraliter, dicit, Rorate cœli desuper. quod est dicere, illud quod ipse spiritus sanctus dicit, inquantũ ad effectum: *Descendit de cælis. Et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine: Et homo factus est.* totum hoc. Et quãuis, secunda persona solùm se incarnare tratione quod fuit communis determinatio ipsius concilij æterni, cõmuniter dicit. *Rorate celi desuper.* prosequitur dicens: *Et nubes pluant iustum.* iam de regione elementali tractat. sicut de cœlesti, inquantum ad naturam diuinam: nunc de elementali, inquantum ad naturam humanam: corpus, & animam concipientis & parturientis virginis, matris luæ. sicut dicit: *Et nubes pluant iustum.* id est, dux lucidissimæ nubes, à puncto suæ purissimæ conceptionis, sine paterno obstaculo originalis peccati, à supernaluce Patris misericordiarũ Dei, *vt dignum Filij sui habitaculum effici mereretur*, (vt dicit Ecclesia) *Spiritu sancto cooperante*, plena luce & gratia, indeficienter illuminatæ. *& nubes pluant iustum.* quia ipsa sola iustum peperit: cum omnes alij per gratiam & meritum eius iusti essent: & ipse solus, per naturam. Peperit iustum Christum, Dei viui filium: hominem factum, in homi nis redemptionem. & hominem mortalẽ: & vt talem, semper patientem: in præspinatum, vsque ad crucem, morientem. *Aperiatur terra.* sicut per sanctũ Ioannem: *Et aperuit terra os suũ.* ita in Christo terra culta est: & durarum virgarum in strumentis, (vltra alapas, & sputa) spinarum, arundinum, & clauorum, sufficienter rupta: & simul, cum formali tristitia & agonia orante, proprio sanguineo sudore, completè impinguata. restat nũc, vt germinet & nascatur semen seminatum ab ipso seminatore cœlesti, ad fructum perfectæ plenitudinis gratiæ, iustitiæ, & gloriæ æternæ, vt ei vltimus & effectiuus cultus detur, efficienter moriente: cum alio maiori ferro additorum crudelis cuspidis in homine mortuo, quàm pene trantis ligonis. Quod ferrũ est istud? ferrũ lancex. Sic scriptum, et superius ordinatũ est, dicendo: *Aperiatur terra, & germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul.* & conformiter per Danielem: *Et adducatur iustitia sempiterna.* & per Dauidem: *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis: donec auferatur luna.* Omnia vt per sanctũ Ioannem: redeũdo ad figurã & signum cœleste mulieris stellis coronatæ, & luna sub pedibus eius, quod declaratur: conformiter dicentem, *Et aperuit terra os suum, & absorbuit flumen quod misit draco de ore suo.* &c. *Et absorbuit flumen.* Id est, ipsum

Isa. 45. Apo. 12. Isa. 45. Isa. 45 Dan. 9. Psal. Apo. 12.

ipsum mortis flumen, vt dictum est, & omnes peccatorum aquas, ipsam mortem causantium. *Et iratus est draco in mulierem*: (Hoc est, contra naturam humanam in Christo, cum diuina vnitam, ipsius redemptionis & victoriæ instrumentum) *& abijt, facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi.* (Hoc clarum est) *Et stetit supra arenam maris.* Hoc est, in effectu eius quod proponit: vniuersaliter ipsam militantem Ecclesiam persequendo: in ipsis arenis maris intellectam.

Gen. 22. Sicut alio in loco Deus ad Abraham: *Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli.* Videlicet in vita triumphante, per gloriam, resuscitando: & velut arenam quæ est in littore maris, Idest, in vita militante. Similiter per sanctum Ioannem dicitur, de persequente dracone: *Et stetit supra arenam maris*: & in hoc alio loco, in declarationem, dicendo: *Quæ est in litore maris*: ipsam multiplicatam Ecclesiam resuscitatorum iustorum, in vita triũphante, stellis, & militantem arenis litoris maris, metaphoricè comparando: per ipsa viam perpetui prælij & crucis multiplicatam. quæ, sicut ipsa arena, ab amaris & impetuosis vndis maris & superuenientibus tempestatibus, perpetuò agitata: sic ab impetuosis vndis & amaris tribulationum aquis, & superuenientibus tempestatibus multarum persecutionum particularũ & vniuersalium, est perpetuò, & vsque ad finem conturbata erit. Itaque ipsa mulier quam sanctus Ioannes in cœlo, vidit amictam sole, & luna sub pedibus eius, stellis duodecim coronatam, est natura humana, Verbo vnita: in vita præsenti, simul cum voluntaria passibilitate, qualitatem & virtutem suam occultam, in futura regeneratione per gloriam manifestatam, demonstrans: in qua stellarum corona, & duodenario numero, ipsa vniuersalis resurrectio, esse & qualitas corporum resuscitatorum iustorum, vt dictum est, significatur. & in ipso numero, innumerabilis ipsorum iustorum, inclusus est; sicut in octauo cœlo, & innumerabili stellarum numero testificatum: qua in ratione, cum alijs euangelicis allegatis, tertia pars stellarum quas draco cauda trahebat in terram, non est naturæ angelicæ, neque nullo modo esse potest, nisi condemnatorum naturæ humanæ: in ipsa tertia mensura, & efficiente fermento legis euangelicæ inclusæ: cùm esset natura humana solùm, & non angelica, ab ipsa decimali lege comprehensa. & consequenter, hac in ratione & ordine, nõ tertia pars, sed dimidium angelorum cum dracone in terram cecidit. Videlicet, ex duabus partibus, ex quibus homo consistit, corporalis: in ipsa cadente cum dracone significata: sicut spiritualis, in alio dimidio vincentis Principis Michaelis cum suis angelis, similiter sicut alia, in hominis imagine repræsentata: ex tunc constituti perpetui & particulis protectoris animarum fidelium & omnium animarum, contra ipsos naturæ humanæ inimicos, vsque ad sæculi finem. in qua parte rationali totus homo intelligitur. Vnde, in hoc ordine certissimæ veritatis, in sacra scriptura, & euangelica luce principaliter fundatæ, natura humana, in puncto plenitudinis suæ numeri & regenerationis in gloria: inquantum ad corporis & animæ distinctionem, erit procul dubio, vt dictũ est, in duplicato numero plusquam angelica: & consequenter, inquantũ ad duarum rerum distinctarum vnionem, in Christi virtute resuscitando, in æquali numero ipsæ duæ naturæ erunt: tot iusti, tot angeli, vt sic esse conuenit. Quia *Omnia in mensura* (vt scriptum est) *& numero et pondere disposuisti.* Sap. 11.

Secunda pars tractatus, de æquali numero hominum electorum, & angelorum bonorum: in qua breuiter remouendo rationes communes difficultatis, quę in contrarium moueri possent; adducuntur de nouo particulares rationes, ex sacra scriptura, in huius veritatis confirmationem.

CAP. XV.

Dan.7. *Millia millium ministrabant ei* (dicit scriptura, de Christo) *& decies millies centena millia assistebãt ei.* &c. Hæ, duæ partes sunt: videlicet, vna ministrãs, & alia assistẽs. Duæ naturæ, angelica, & humana. Id est, *Millia millium ministrabant ei*, inquantũ ad angelicã ministrãtẽ, & *decies millies centena millia assistebant ei*, inquantũ ad naturã humanam assistẽtẽ. Igitur, quomodo in maiori numero humana assistẽs, quã angelica ministrãs? Quia cum nondũ bonorum, & malorũ sententia pronunciata esset, sicut proponit dicẽdo, *Iudicium sedit, & libri aperti sunt*: omnes simul in cõfuso ponit. Vbi cum malorũ numerus tã excessiuus & magnus esset: & respectu, bonorũ numerus, multo inferior, & vnus idem cũ angelico ministrãte, sicut declaratũ est, dicit hac in ratione de angelis ministrãtibus in minore numero, *Millia millium ministrabãt ei*: & de hominibus bonis, & malis assistentibus, in maiori numero, *Et decies millies centena millia assistebant ei*. Quia hoc modo dicendo, quod vtrãq; partes angeli sunt: vniuersalis resurrectio & iudicium, de quo Daniel in hoc septimo capitulo tractat, euacuatur. Quæ natura humana resurgẽs, in pũcto, & assistẽs, Christo apparẽte, est cum mysterio secundùm decimalem legem diuinam, sicut dicit: *Et decies millies*, decimaliter numerata: per quam, boni & mali, rigidè iudicandi sunt. quæ lex, sicut numerus, non angelicam naturam, sed humanam singulariter cõprehendendo. Et ad maiorem declarationẽ, notandũ est: quòd tã natura angelica, quàm humana, correspõdenter à principio, vsque ad ipsũ finem & ad pũctũ vniuersalis iudicij, ex vita actiua, & cõtemplatiua cõsistit. & quamuis generaliter hæ duæ vitæ simul erant, tamen, & in cœlo & terra sunt in minore numero illi vitæ contẽplatiuæ assistentes, quã sunt illi actiuæ ministrantes. sicut inter duodecim tribus vna sola Leui sacerdotalis. Et hoc, à septem angelis, ante Deũ astantibus incipiendo, qui, nisi in particularib. negotijs magni momenti mittũtur. vt Raphael ad Tobiam illuminandum missus: Gabriel ad præcursorem Zachariæ annuntiandum, & sanctissimæ virgini Verbi incarnationẽ, semper assistũt, & sunt simul cũ alijs tribus choris propinquæ & supremæ hierarchiæ (similiter assistentibus) vitæ cõtemplatiuæ collectum, ex interpretatione ipsorum trium chororum: Ideſt, Seraphin, id est Ardentes: Cherubin. Scientia: Throni, Sedes Dei. Omnes alij angeli aliarum duarum inferiorum hierarchiarum sunt vitæ actiuæ, & significant ministrationes ordinationũ Dei, secundùm quod habent reuelationes & lucem à septem angelis, in maiestatis diuinæ præsentia, in vita contemplatiua quasi septem lampades, astantibus. & hoc in ordine, clarè in minori numero sunt assistentes, quàm ministrantes. Vnde è contrario scriptura dicendo, *Millia millium ministrabant ei*, quod est minor numerus: *Et decies millies centena millia assistebant ei*: quod est maior numerus: clarè colligitur, quòd de duabus naturis, angelica, & humana tractat. Sicut dicit: *Millia millium ministrabant ei*, inquantum ad naturam angelicam, in ipso iudicio vniuersaliter tunc ministrantem: *Et decies millies centena millia*, inquantum ad naturam humanam, bonos & malos in cõfuso, præsentialiter assistentẽ, vt sit secundùm ipsam decimalem legem diuinam, in ipso decimali numero, Decies millies, vt dictum est, mysteriosè significata, ab ipso tremendo iudice vniuersaliter iudicata. *Sic erit in consummatione seculi, dicit Dominus*, (inquantum ad partem ministrantem) *exibunt angeli, & separabunt malos de media iustorum*. hoc, in distincto, post ipsius sententiæ publicationem, & in ipsius iudicij executione: sicut concludit dicẽdo: *Et mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Omnes enim stabimus* (per Apostolum) *ante tribunal Christi*. Hoc, in con-

Matt. 13.

Rom. 14.

confuso: ipsam innumerabilem turbam bonorum & malorũ simul comprehendẽdo: in ipso maiori numero. Decies millies centena millia assistentium intellectam. Sicut dicit, *Assistebant ei.* & conformiter per Apostolũ: *Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.* Omnis hæc bonorũ & malorum pars assistens erit: quia, vt dicit Dominus, *Venit nox* Ioan 19. *quando nemo potest operari.* Idest, de particulari, & vltima vniuersali morte humana loquẽdo. & hac in ratione, *Decies millies cẽtena millia assistebãt ei*, inquantũ ad assistẽtẽ naturã humanam: *Et millia millium ministrabant ei*: inquãtum ad ministrantẽ naturam angelicã. Quòd in hoc minori numero tota natura angelica includatur: & consequenter in illo alio maiori natura humana: alio in loco comprobatur, in eodem numero dicen- Apo. 5. do. *Et vidi, & audiui vocem angelorũ multorum in circuitu throni & animalium & seniorum: & erat numerus eorum millia millium.* & non dicit, Assistentes: sed In circuitu throni, & Ministrãtes: & de natura humana, Assistebãt ei. alio in loco comprobatum, dicendo: Apo. 7. *Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum.* &cæt. & quia hæc iustorum multitudo est iam In resurrectionem vitæ, ab altera malorum multitudine distinctè separata, non est, sicut primùm erat in confuso cum ipsa, decimaliter, inquantum ad legem, sed duodenaliter, inquãtũ ad ipsã resurrectionẽ in gloria, numerata: sicut dicit. *Et audiui numerum signatorum cẽtum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Iuda duodecim millia signati.* &cætera, *Post hæc vidi turbam magnam &c.* quæ innumerabilis iustorũ turba, est similiter in ipso multiplicato numero duodeno filiorum Israel Spiritus sãcti inclusa, cui viuificanti amori, vt dictum est, effectus ipsius nouæ vnionis resurrectionis ad vitam & gloriam æternam attribuitur. Itaque in ipsis duobus numeris, minore, & maiore, duæ naturæ, angelica, & humana intellectæ sunt. *Millia millium ministrabant ei*: distinctè, inquantum ad angelicam ministrantem: *Et decies millies cẽtena millia assistebant ei*: in confuso, inquantum ad naturã humanã assistentẽ: bonos & malos simul: super quos ipsum separationis & iudicij ministerium cadit. ab ipso iusto iudice declaratum, dicente: *Cum autem venerit filius hominis, in maiestate sua, & omnes angeli cum eo.* (Idest, Millia millium) *tunc sedebit super sedem maiestatis suæ: & congregabuntur ante eum omnes gentes.* (idest, Decies millies centena millia, boni, & mali, in confuso) *& separabit eos ab inuicẽ, sicut pastor segregat oues ab hædis.* Et hoc, per angelicum ministerium: sicut in decimo tertio capitulo, dicendo: *Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum.* qui iusti, in distincto, in ipso minori numero angelico. *Millia millium*, comprehendũtur. *Mẽsura hominis, quæ est angeli.* Sicut scriptum, & declaratũ est: & in ipso maiore numero humano, *Decies millies centena millia*, mali comprehẽsi sũt. in confuso cum bonis simul mixti: vtrique, sicut angeli, inquantum ad Deum electi: & maiori cum ratione, humanum semẽ, cum Deus in carne manifestandus esset. Sed nõ propter hoc electi iusti innumerabiles nõ sunt. vnde ad Abraham: *Multiplicabo semẽ tuum sicut stellas cæli*, (idest, in vita triũphante) Gen. 22. *& velut arenam quæ est in litore maris.* Idest, in vita militante. Quod semen Abrahæ, secũdùm ipsum promissum veri & immutabilis Dei, non secundùm carnem intelligitur: hac in parte, ab Adam peccante incipiendo, vsque ad vltimum hominem qui in mundo nasceretur, de ipso humano semine, in originali peccato cõceptũ, ab esse pristini status innocẽtiæ, ad nõ esse peccati, ab esse vitæ, ad nõ esse mortis pertẽtum est, & hac in ratione, totũ est idipsũ semẽ humanũ. & ratio non est, quod esse possit promissio illius qui solus est Deus æternus, in re quæ non fit, & simul cum ipso in æternum futura sit, ratione indissolubilis vnionis in Christo secundo Adam,

Dei

Dei & hominis simul: vero Deo, & vero homine. Sed intelligitur ipsam promissionem fideli Abrahæ factam esse, secundùm spiritum, in omnibus fidelibus credentibus, qui per ipsam fidelem viam ex semine Abrahæ sunt, credendo, & operando. semẽ humanum, quod habet esse in Deo, qui solus est: cum esset in Christo, non secundùm carnem, sed secundùm spiritum, in fidelibus credentibus, per gratiam, moriente, & per gloriam resurgente, restauratum. Itaque Christus filius Abrahæ est, secundùm carnem: & hac in parte, homo mortalis factus, & cum ipso, & cum omnibus alijs hominib. hominis Adæ filijs, cõnumeratus: & Dauidis simul filius est per promissionem, vt facta fuit Abrahæ, secũdùm spiritum: in noua generatione per gratiam, in vita militante: ipsam carnem, secundùm spiritum, pœnitenter crucifigendo. *Qui autem sunt Christi,* (per Apostolum) *carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.* & hoc est semẽ Abrahæ, & populus Dei: non secundùm carnem, sed secundùm spiritum, multiplicatum: & ab ipso Christo crucifixo secundo Adam, hoc modo, per gratiam regeneratum. Vnde Spiritus sanctus, per os sancti Moysis, dixit ingrato populo Iudaico, secũdùm spiritualem suam significationem populi electi à Deo, in credentibus, tam veteris, quàm noui testamenti, totam ipsam generationem humanam, ab ipso Christo redemptam comprehendendo: *Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui,* &c. *Deum qui te genuit,* Deut. 32. Idest, non hominem Abraham, secundùm carnem: sed Deum Christum, secundùm spiritum. cui naturæ diuinæ, ipse effectus spiritualis multiplicationis, & regenerationis per gratiam, & gloriam attribuitur. & hoc in ordine, *Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam quæ est in littore maris:* Gen. 22. vtranque multiplicationem, vt dictum est, per gratiam, & gloriam, comprehendendo. Mysteriosè dicit, *Velut arenam quæ est in littore maris:* ad differentiam Oseæ, dicentis: *Quasi arena maris quæ sine mensura est, & non numerabitur:* quia Oseas, de vita triumphante tractat: & hic de vita militante tractatur. & dicendo, In littore maris: multiplicationem & statum & vitã ipsorum multiplicatorum iustorum in spiritu, comprehendit. tunc, *Quasi arena maris* (inquantum ad numerum tantũ) *quæ sine mẽsura est, & non numeratur.* & non In littore maris, inquantum ad præteritam vitam militantem: cùm essẽt in omni pace liberi à perpetua inquietudine interiori & exteriori vndarum maris mortalis vitæ præsentis: quas odio habiti iusti particulariter patiũtur, Quasi in littore maris: & cum similibus persecutionibus continuè ab ipsis perpetuis inimicis, & mari mundanorum inquietati sunt. *Omnes qui piè volũt viuere in Christo Iesu:* (dicit Apostolus) *persecutionem patiũtur.* & ipse vniuersalis dux & caput persecutionem patientium Christus crucifixus: cõformiter: in vniuersalem eorum consolationem, cum ipsis persecutionem passis iustis, & discipulis suis particulariter loquẽdo: *Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati estis, cùm vos oderint homines, & cùm separauerint vos, & exprobrauerint & eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cælo.* & tunc, (vt concludatur) cum esset ipse iustorum numerus, & semen Abrahæ plenè completum: non Velut arena quæ est in littore maris: in vita militante: neque secundùm carnem, vt declaratum est: sed *Erit numerus filiorum Israel, quasi arena maris quæ sine mensura est: & non numerabitur.* Idest, erit ipsa natura humana à figurato Israel Spiritu sancto, cum Patre, & cum Filio, ab vtroque in manifestatione extra efficiẽter procedente, secundùm spiritum, sicut in vita militante per gratiam, in triumphante per gloriam regenerata. Dicit, *Et non numerabitur:* hoc est, inquantum ad creaturam: & nõ inquantum ad creatorem. *qui Numerat multitudinem stellarum: & omnibus eis nomina vocat.*

Ose. 2.

Tim. 3.

Luc. 6.

Ose. 2.

Ose. 2.

Psal. 146.

de na-

de natura humana resuscitata, & non de angelica, loquendo. sicut alio in loco. *Nihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus nimis con fortatus est principatus eorum. Dmumerabo eos & super arenā multiplicabūtur:* (id est nō de angelica, sed de humana natura loquendo: in ipsa vltima die multiplicata. sicut concludit dicendo) *Exsurrexi, & adhuc sum tecum.* Psa. 138.

CAP. XVI.

IN quantum ad rationes particulares, cō trarias cōmunes remouētes, quæ inueniri possent in persuadendo, quod natura humana in puncto suæ regenerationis in gloria resuscitanda, in æquali electorū numero, cū angelica angelorū cōcurret, notādum est: Quā multo pauciores sint in fidelū & scholarū ecclesia, (quia de reliquo nō tractatur) illiquos mūdus præ oculis habet, & magnoperè honorat & reuerentur: vt est pars nobilis & diues, cū aliis qui bonis temporalib. abūdāt, & de ipsis augmētis & lucris tractātes quā illi, quos ipse superbus mūdus despicit, & fugit: vt sunt illi qui bonis temporalib. carētes, miserè & pauperrimè labore manuū suarū viuunt: & pro magna felicitate reputant in anni fine, hoc modo familias suas sustentauisse, in quibus nullūs ociosus est, (sicut ordinariè accidit in domib. & familijs diuitū & magnorū, vbi perpetuū otiū perpetuò omnia vitia fouet, in notabile reipublicæ damnū, & maiorē eorū cōfusionē) quia aliter necessariò discedere oportet, & alias regiones quærere. inter quos beatos pauperes, cū virgo fit matura viro, alia dos nō fit, quāquòd pars aliqua ordinarij sumptus auferatur: ita, quod propter illud quod impenditur in illo miserolecto & solita supellectile pro spōsa, oēs in domo ieiunaturi sunt, & omnes alij filij perpetuò nudi & sine calceamētis ituri sunt. Vnde Spiritus sāctus per sapiētissimū Salomonē: *omnes dies pauperis mali,* & fōs omnis sapiētiæ Christus: *Veritatē te vobis dicentibus, qui habetis consolationem vestram. Va vobis qui saturati estis: quia esurietis.* Quomodo, *Va vobis qui saturati estis?* Quia sicut pauperes de necessariis victu & vestitu auferunt, vt extraordinarijs necessitatibus occurrāt collocandi suas filias in matrimonio, vt dictū est, ne ipsa simplex ouis, ab ipsis lupis eis ablata & deuorata sit: sic opulentus diues, similiter posset aliquid de suo superfluo cibo & vestitu subtrahere, & facilè ipsis manifestis necessitatib. occurrere: & nō è cōtrario, vt accidit, indeoccasionē sumere, ipsa stupra committendi, & ipsi ignitæ libidini satisfaciendi, ab ipsa cibi & potus superfluitate causatæ. vnde, *Vā vobis qui saturati estis: quia esurietis.* Et notandum est, morē multum laudabilem inter pauperes gentes esse, in multis Christianitatis partibus consuetum, præcipuè in Italia: quòd quando in paupercula familia pater moritur, & filijs hæreditatem relinquit, domum solùm vbi habitant, cum panco supellectile, aut aliquam paruam vineam, in locis desertis & communibus, communi labore & sudore plantatā, & nutritam, si sorores inter ipsos matrimonio iungendæ sint, omnes masculi per scripturam publicam partem sibi cōpetentē sororibus cedūt, vt in matrimoniū collocatæ sint: & libenter ipsam nouā crucē amplectūtur per aliorū domos peregrinando ire, & (sicut ipsos magno cū labore sustentādo, veri pauperis Iesu imitatores: qui ad exemplum nostrūde nota sua pauperare gloriando, dicit: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis nō habet vbi caput suū reclinet.* Non hic mos est inter diuites, fratres, sororibus viro maturis, renūcia re, id quod ipsis paternæ hæreditatis cōpetit, vt eas collocare possint: nec parum, nec multū, nullo modo: imò ordinariè, & ab antiquo, fratres maiores, maximè si matrimonio iuncti sint, ipsis minoribus solēt auferre, quantum ex eorum parte possunt: Vnde leges valdè in fauorē sūt taliū derelictorū, orphanorū, & viduarūm respectuquerū pauperū particularij diuitū, & nō de pauperū Matt. 5. Luc. 6.

citudine inter ipsos ón habét & auferre, aut dare possunt, ipsæ particulares leges factæ fuerunt. quia, sicut pauperes vniuer saliter patiũ contẽtatur: è contrario diuites, vniuersaliter, cũ notabili pauperũ dãno, (omnibꝰ hoc notũ est) quò magis habẽt, eò plus habere cupiũt: & sic de dignitatibus & honoribus: & eò magis dubia est eorum salutio. præter illos qui honesto contenti sunt.

1. Tim. 6. *Est autem quæstus magnus* (dicit Apostolus) *pietas, cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quòd nec auferre quid possimus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* (hoc pauperum multitudo dicit) *Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria multa & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitũ & perditionem.* Vnde, cùm sit, vniuersaliter pauperũ multitudo, perpetuò ipsis laqueis libera, verè credere debemus, & quasi oês saluãtur, & pauciss imi sũt illi qui cõdẽnantur. & hoc in ratione, per Dapidẽ: *Parcet pauperi & inopi: & animas pauperũ saluas faciet.* quia, non propter crucis defectũ, pauper saluus nõ est. sine qua, Christũ sequi nõ possumus, & cũ ipso in gloriã suã intrare. Omnia onera nouarũ inuentionũ, vectigaliũ (vltra receptũ morẽ) regnorũ & dominiorũ mũdi, pauperibus imponuntur. Sicut omnes aliæ leges, in pauperes & miserabili, & nõ in diuite, sine aliqua venia executioni demandãtur. itaq; si pauper venialiter, peccet, cadit sub lancea & dominio ministri iustitiæ, in criminali, aut diues qui cũ cõtra rationẽ in foro ciuili persequitur, nõ eũ relinquit donec totaliter exhaustus sit. Vnde Spiritus sanctus: *Diues pauperibus imperat: ibi moritur, & ab omnibus perpetuò obliuiscitur.* (saltẽ, inquãtum ad effectum) nemo est qui eũ prosit, ne diuitẽ offendat. Sed non obliuiscitur Deus: *Quia liberabit pauperem à potente:* (per Dauidem) & *pauperem, cui non erat adiutor. Quoniam non in finẽ oblitio erit pauperis:* (per eundem) *patientia pauperum non peribit in finem. Paratus in iudicio thronũ suum, &c. Et factus est Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus in tribulatione.* &c. *Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum. Exurge Domine Deus.* (clamat iustitia diuina) *exaltetur manus tua: ne oblitiscaris pauperum.* & cætera. *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.* Quæ tanta protectio & particulare pauperũ auxiliũ? Quia ipsi sunt qui in generali, magis partioulariter Christũ & crucẽ suam sequũtur, vt dictũ est, in vniuersalẽ saluationem, quod è sancto Euangelio colligitur: vt sequenti capite dicetur. Vnde cum sit in Ecclesia Dei, per particularẽ prouidẽtiam suam, magna pauperum multitudo: multi sunt qui saluãtur: vltra diuites: qui, vt pauperes spiritu cum illis vniti sunt, vtentes bonis tẽporalib. ad subuentionem similium indigentium proximorum patiẽtum, vt æterna habeant: sic à Deo ordinatum, vt omnes salui sint.

Psal. 71.

Luc. 24

Psa. 12.

Psal. 71.

Esa. 9.

CAP. XVII.

QVòd magna pauperũ multitudo, vt plurimũ saluatorẽ & ducẽ nostrum Christũ secuta sit: ex sancto Euangelio colligitur, dicente: *Factũ autem die, egressus ibat in desertum locum: et turbæ requirebãt eum, & venerant vsque ad ipsum: & detinebant illum, ne discederet ab eis.* & cætera. *Et turbæ requirebãt eum:* quia non est impedimentum in pauperum gentium turbis, sicut in gente potenti & diuite, ad quærendum Dominum. sicut mysteriosè subiungit: *Et venerunt vsque ad ipsum:* in quantum ad ipsius gratiæ consecutionem. *Et detinebant illum ne discederet ab eis.* Idest, in quantum ad perpetuã æterni doni Dei possessionem. Et per sanctum Marcum, cõformiter inquãtũ ad ipsã cõtinuatã fectionẽ, Dominus discipulis suis dicẽdo, *Venite seorsũ in desertũ locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant et redibãt multi: et nec spatiũ manducandi habebant. Et ascendentes in nauim abierunt in desertum locum seorsum. Et viderunt eos abeũtes et*

Luc. 4.

Mar. 6.

cognouerunt multi: & pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, et preuenerunt eos. &c. non diues gens equestris, & commoda: sed pedestris pauper: tanto in maiori numero, quàm alia, quanto minus ab ipsa potenti æstimata, & in suis notis necessitatib. adiuta: & vtinam non esset, sicut est vniuersaliter in spiritualib. necessitatibus, minus dire &a. Vnde Spiritus sanctus: *Beatus vir qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.* Ideſt, vtramq; indigentiã (sicut dicit, Egenum & pauperem) spiritualem, & corporalem comprehendendo. Egenus, secũdũ vocabularium, dicitur, qui aliquid habet, & aliquo indiget: Pauper, qui nihil habet. & sic inter pauperũ multitudinẽ interuenit: & quãuis multis, quãuis miserè, sustentatio corporalis nõ deficiat, omnes pastu animæ & sustentatione spirituali indigẽt. Et quãuis iuquantũ ad corporalẽ sustẽtationem, sit cõmunis obligatio eorũ qui bonis tẽporalibus abundant: (*Esurire enim*: (dicit Dominus vniuersaliter loquẽdo) *& nõ dedisti mihi manducare*) vtrunq; pondus, spirituale, & corporale, particulariter super pastores spirituales & homines ecclesiasticos onerat, qui bona ecclesiastica habẽt, quæ bona pauperum sunt. Vnde, hac in ratione, hic locus, *Beatus qui intelligit super egenum & pauperẽ, in die mala liberabit eũ Dominus*, à Spiritu sancto vniuersali pastori Sũmo põtifici Romano applicatus est: siquidem Ecclesia, applicat illi sequentem cõclusionẽ, *Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatũ faciat eum in terra: et non tradat eum in animam inimicorum eius*: in præcedenti, *Beatus vir qui intelligit super egenum & pauperem*; omnia fundãdo: & in ipso vniuersali, omnes alios pastores, & gentem spiritualem ecclesiasticam, quæ bona ecclesiastica possidet, proprium pauperum patrimonium, vniuersaliter includendo. quia alioqui, redderentur ex ministris, & sacerdotibus pauperis Iesu, veri Dei, & veri hominis, ministri, & sacerdotes idolorũ ipsius auaritiæ & superbiæ: ipsam *intelligentiã* solũ in gẽre nobili, diuite & abundãte applicãdo: intrã gressibiles terminos sacræ legis diuinæ & cõgelicæ, auarè & superbè transgrediẽdo. (Faciat Dominus Deus, vt nihil vnquã fiat huiusmodi rei in sãcta sua Ecclesia) De quibus, per Ezechielẽ: *Hæc dicit Dominus Deus: væ pastoribus Israel: qui pascebãt semetipsos: nonne greges à pastoribus pascũtur? Lac comedebatis, et lanis operiebamini: & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis.* &c. tera. *Et quod crassum erat, occidebatis*: & cõsequenter cõcludendo, *Gregẽ autẽ meum non pascebatis.* Quia hic est finis non intelligendi super egenum & pauperem, sed super diuitem & abundantem, confectio ipsorum bonorum temporalium, in vita & in morte: sicut dicit, *Et quod crassum erat, occidebatis*: miserabili pauperum multitudini terga vertendo, qui non habent quod dent, neque in vita, neque in morte: verus Christi grex, & pastor simul. *Mihi, vel non mihi fecistis*, ipse dicit: omnia, bonum, & malum, in persona propria recipiẽdo. *Gregem autem meũ nõ pascebatis.* & conformiter, ad sanctum Euangelium redeundo, *Et exiens vidit turbã magnã Iesus: & misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorem, & cepit illos docere multa.* Quare cœpit illos docere multa? Quia *erãt sicut oues non habentes pastorẽ.* Quia de his talibus, de quibus pauci cogitãt, Dominus particulariter æmisfeciordiã habet: & in his particulariter, vt bonus pastor, ea generaliter de mõstrat: & ũ admirabiliorib. effectib. suorũ inauditorum miraculorum, interiores, & exteriores eorũ infirmitates sanãdo, ipsã manifestat. quę miracula, ab ipsa mulcta turba amatorũ pauperum suorũ, maiori cum sua laude publicata sũt. sicut dicit: *Pauperes euangelizantur*: cum primũm dixisset, *Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt*: concludendo, *Pauperes euangelizantur.* Quia, quãuis in pauperibus peccata sint: & apud diuites, quasi ex carne nõ essẽt pauperes, & fragiles vt ipsi, multũ notati: & à iustitiæ ministro, non vt dives, piè, aut nihil, vt accidit, sed tri-

gi.lè,& irremissibiliter punit:apud Deũ,è cõtrario est.*Exiguo.n.* (dicit Spiritꝰ sãctus) *cædetur misericordia; potẽtes autẽ potenter tormẽta patiẽtur*,& hoc nõ absq; ratione.quia,vt pauper,magis humiliter pœnitẽs est,& ad ipsã veniã & gratiã præparatus. Vnde, *Desiderium pauperũ exaudi,it Dominus: præparationẽ cordis eorũ audiuit auris tua*.& eò magis in fine laboriosæ vitæ eorũ,malis diebus plenæ.*Præparationẽ cordũ eorũ audiuit auris tua*: in vniuersalẽ eorũ saluationẽ ipsis nõ deficiẽs,sicut sæpius diuitibus,prõptum & necessariũ auxilium additũ sacramentorum,quia vnusquisque, absque vllo respectu dicit infirmo pauperi,mortis periculũ in quo inuenitur:Sednõ sic diuiti,& homini magno & potẽti. quia in domo diuitum & hominum magnorum, vbi per consuetudinem,perpetuæ hõtionis tenebræ sunt,& omnem superioẽ lucẽ obscurant, dicere in similibus occasionibus, quando Dominus infirmatur,q̃ est in mortis periculo, pro delicto grauissimo reputatur:& nihil esse dicere oportet,quanto magis infirmꝰ? Vnde,inter alios similes casus, qui in his temporibus eueniunt , accidit quòd princeps quidã, qui magni regni gubernationem habebat, & magna negotia gerẽdã, & multa declarãda & subscribẽda magni momenti, ab ipso prouisa & ordinata,vltra id quod magis præcipuum est animæ suæ & testamento prouidere:cũ omnibus suis propinquis & domesticis in palatio suo notũ esset,per med:corũ certificationem, quòd moriebatur,& velociter vita deficiebat,& similiter omni populo,nemo id ei audebat indicare:donec cũ quasi in extremis esset, intrauit medicus, ab his ad quos attinebat coactus, & tacto pulsũ eius dixit:Domine,dispone animæ tuæ,& negotijs tuis,& si quid obligatus es perfice, notũ enim tibi facio,quòd non amplius, quã horas tresviginta habituruses.cui ipse magna cũ angustia & dolore respõdit:O magnam maligniratem: nõ amplius quã trium horarum spatium mihi vitæ concedere? Adest, dicere voluit, quòd cum tam mũltis negotijs prouisurus esset,vt dictum est:molestè ferebat quòd ei prius dictum non fuisset.& sic factum fuit: & cùm id ad quod tenebatur complere non posset: voce deficiente, breui è vita migrauit. Sed non sic accidit pauperi ciui artifici , cum reliqua campestrium gentiũ multitudine, quæ opera & labore manuum suarum viuit:vnusquisq; quando infirmatur, satis maturè eum admonet vt confiteatur. quod ipse animo facit libentissimo: quia mihil ad restituẽdum est:nec substantia generaliter, occurrẽdo, ex qua restitutio fieri possit. quia vt plurimum,quando in artificis & rusticidomo, patri familias panis deficit, omnia deficiũt.Videlicet,panis sanis;& infirmis medicinæ,et charitatis vicino diuiti;vt ei in nota sua necessitate subueniat. neq; etiã ex eo quod pauperi dare tenetur(vt accidit)propter laborẽ,et seruitiũ ipsi factũ:et vtinã è cõtrario nõ accipiat inocasionẽ perpetuò in ipso sudore remanendi.Sed non obliuiscitur Deus:et eò magis disponit eum per ipsam viam,ad maiorem vnionẽ cum ipso, in suam saluationem.Vnde,quis pauper ex numero eorum qui opera et labore manuum suarũ viuũt in mundo inuenitur,cui si parochianus dicat,post auditã confessionẽ, quòd ei sanctum viaticum ferendũ est, qui cordialiter non lætetur,et simul se non exinaniat,et ad ipsum recipiẽdum disponat, patienter infirmitatem suam,et quod patitur ferendo,vt maioris salutis et gloriæ suæ causam? Nemo. Ergo, piè credere debemꝰ, quod nullus condemnetur,et quasi omnes saluentur.quia,*Si omnes dies pauperis mali*: clarum est, quòd in paupertate sua et in eo quod patiuntur,perpetuò Christum crucifixum,et pauperem Iesum saluatorẽ imitãtur,in saluationem.et sic correspõdẽter, hi perseuerantes,et perpetuò patiẽtes,sũt illi quos Dominus pascit: et nõ vult eos suorũ donorũ gratiæ et gloriæ expertes esse.id q̃ in ipsis duobus vniuersalib.cõmuni gẽtis pau-

Sap. 6.

Psal 9.

Pro.13.

peris et Pede-

pedestris, significatum, sicut testificatur dicens: *Misereor turbæ: quia triduo iam perseverant mecum, & non habent quod manducent, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via.* Et dimittere eos ieiunos nolo. Non vult Dominus suos amatos pauperes ieiunos dimittere. Quare iã id declarat dicens: *Ne deficiant in via.* Vt non deficiant, & perdantur in via salutionis præsentis vitæ militantis. Vnde infrà, *Esurientes implevit bonis.* qui sunt illi esurientes, quos Dominus bonis suis æternis implet? Ipsa turba multitudinis fine numero suorum amatorum pauperum, prout in consequenti conclusione declaratur, dicendo: *Et divites dimisit inanes.* Quia à bonitate & iusti creatoris Dei rectitudine, aliud expectari non debet nisi, quòd postquam eos, mœstam & mortificatam vitam, diebus malis plenam, pati dimiserit, & diuiti è contrario, in pauperis conspectũ, vitam lætam, diebus bonis plenam concesserit, vtriusque sors mutanda est. Vnde diuiti auaro dicit: (de quibus similibus tractatur, & non de liberalibus & pijs;) *Fili recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.* in quo Lazaro vlceribus pleno & mendico, secundũ ipsam declarationem, *Quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala,* tota ipsa laboriosæ gentis pauperis multitudo intellecta est: à qua vt magis dilatata, Christus quæritur, & ipsa, quamuis peccatrix, ab illo quæsita est: & ipsi generaliter, infirmitates suas corporales & spirituales sanat, & de ipsa paupere discipulorum turba, qui eum sequebantur, duodecim Apostolos elegit, sicut dicit: *Vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis, &c. Et descendens cum illis stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius,* (de quibus, duodecim elegit: quos & Apostolos nominauit) *& multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Ierusalem: & maritima & Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eum & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabas omnes.*

Matt 15.

Luc. 1.

Luc 16.

Luc. 6.

Quare considerandum est: quòd non solùm sancta paupertas est mater sacri collegij duodecim Apostolorum, de ipsa paupere turba discipulorum Domini electorum: sed ad exemplum nostrũ, ab ipsomet eligente Christo saluatore, in quantum homines, de paupere matre nascente, & pauperis fabri sponsa, qui manuum suarum labore viuebat, & ipse Christus, & discipuli sui, fidelium charitate primùm exculta & approbata est. & consequenter, sancta paupertas & pauperum gentium turba est vniuersalis mater & exemplum omniũ sanctarũ religionum, quæ sub hoc crucis vexilla & Christi paupertate militant, in vita aspera & pœnitenti, vt testatur omnes volentes arias afflictiones, quibus superiores religiones vtuntur, calceatæ, & discalceatæ, rustici vestitus, & duri lecti: simul cum cõtinua abstinentia parcæ & malè instructæ mensæ, quod illud est quod maioris est põderis, comitata, in quo ipsa non solùm omnes religiones, sed omnia deserta, & vitam eremiticam complectitur. Quia in multis partibus innumerabiles pauperes sunt, qui perpetuò seipsos herbis sustentant: & loco panis radicibus vescuntur. & in multis etiam, qui nunquam triticeum panem comedunt: sed ex castaneis, milio, vel hordeo costum, in quinq; panibus hordeaceis testificatum, quibus Dominus eos in deserto pauit: multum contenti & consolati restantes. quod si pauperes non fuissent, de hoc querimonia fecissent: quia, panis hordeaceus, diuitum, & hominum nobilium, & mundanorum pastus non est. Vbi cum tanti sit ponderis pro humana saluatione, sancta abstinentia: vt reparamen medicinalis sacrificij in hoc corpore & ecclesia fidelium, contra diuitum & sensualium crapulam: semper sunt religiones, quæ rationibus & sacrificijs additis, hanc machinam sustentant, ab inuidioso inimico è contra-

rio tentatæ & impeditæ: propter quod fuerunt, & erunt donec stabit mundus sæpius reformatæ, et ad pristinum suum ritum reductæ, sed hæc antiqua & venerabilis eorum mater turbę gentis pauperis, et primorum sequentium discipulorum pauperis Iesu saluatoris, nunquam reformata fuit: Sicut ipso Deo permittente, nunquam fuit, nec erit in sua miseria, à gente diuite et abundante totaliter adiuta et restaurata: immò, in diuitum, sustentationem et abundantiam, vt dictum est., perpetua est penuria rei omnis humano victui bonæ: quam pro diuite seruat, & in seruitium suum, toto vitæ suæ tempore fatigata est. quia bonum frumenti semen, pro diuite seminatur, cui annalem agri sui censum soluit: et ipse pauper cum familia sua viuit ex eo quod postea deterius seminat: vt dictum est. et sic, cætera omnia animalium quæ nutrit, vsque ad gallinam et ouum pauperis illius viduæ, omnia pro diuite sunt. Vnde multa cum ratione, *Omnes dies pauperis mali.* et ipse sapientiæ fons et lux mundi Christus: *Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis: quia esurietis.* cùm prius, in pauperum fauorem dixisset: *Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini.* Et hunc finem sancti habuerunt, sacrarum religionum fundatores, videlicet homines de lata via et deliciosa, quæ ducit ad perditionem, quæ multum à diuitibus calcata est, ad hanc aliam asperam, gentium pauperum attrahere, quæ ducit ad vitam. idque in multis regibus, et magnis hominibus, potentibus, et diuitibus, diuina mediante gratia effectum, qui libenter ipsa regna et transitorias delicias relinquentes, vt æternas habeant, in sacras religiones, ingressi sunt. Vnde, cum in mundo, magnus pauperum numerus sit, et multo maior absque comparatione, quàm numerus diuitum et commodorum, quorum multi etiam, vt pauperes spiritu, et erga indigentes benefici, salui erunt: secundùm hanc certissimam Christi veritatem, *Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei* vltra alias allegatas: multi sunt qui in Ecclesia Dei saluantur.

Pro 15.

Luc. 6.

CAP XVIII.

De hac veritate, quòd magnus sit illorum numerus, qui in Ecclesia Dei saluantur, & æqualis ipsorum numerus cum sanctis angelis, in vltimo die vniuersalis resurrectionis & iudicij, magnum testimonium & ipsiusmet Dei significationem in sacra scriptura habemus: omnem aliam contrariam opinionem euacuantem: Deus Eliæ dicens, qui post vniuersalem suorum prophetarum occisionem, se solum remansisse credebat, *Vade*, &c. *Et derelinquam mihi in Israel septem millia vniuersorum virorum, quorum genua non sunt incuruata ante Baal.* Et hoc, post tam repentinam, quàm notabilem sacrificij ipsius Eliæ combustionem, sicut dicit: *Cecidit autem ignis Domini, & deuorauit holocaustum, & ligna & lapides, pulueremque & aquam quæ erat in aquæductu lambens:* vniuersalem vltimi diei combustionem, et vltimum baptismũ per ignem significantem: vniuersalem aquam originalis peccati, & fomitis ipsius culpæ, totaliter labẽtẽ ipsum humanum ædificium, templum, & altare Dei, sicut primùm per gratiam, per gloriam reædificando. à Spiritu sancto, mysteriosè significatum dicente: *Curauit altare Domini quod destructum fuerat. Et tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum filiorum Iacob, ad quem factus est sermo Domini dicens, Israel erit nomen tuum.* &c. cui Israel Spiritui sancto, in ipso tertio patriarcha significato, à quo multiplicatum Abrahæ semen, in duodecim tribus, propagatum est, significatum semen secundùm spiritum, attribuitur. postea sequitur vniuersalis falsorum prophetarum occisio: vniuersalem falsorum dogmatistarum, in vltimo die, omnium hæresum capitum, significans. Sicut per Dauid, *Conquassabit capita in terra multorum.* Vnde, cum Elias in veri Dei spiritu & zelo omnes falsos prophetas occidisset, & po-

3. Reg. 19.

3. Reg. 18.

Ps. 109.

3. Reg. 18.

ctea, oratione adiuncta, ab ipsa bonitate in finita obtinuisset, quòd desiderata pluuia super terram veniret: (vt ad difficilioris huius scripturæ declarationem veniatur) *Et manus Domini* (vt dicit) *facta est super Eliam, accinxitque lumbos currebat ante Achab donec veniret in Iezabel.* &c. Vnde cum ei impia Iezabel, ipsius regis Achab vxor, mortem minaretur, quæ similiter omnes Dei prophetas primùm occidi fecerat: naturali timore vitam perdendi commotus, & eò magis se solum remansisse credens, *Timuit ergò Elias*, (vt dicit) *& surgens abijt quocunque eum ferebat voluntas*: &c. Hoc est, non cum illo spiritu, & securitate, qua primus currebat ante Achab, post signa cœlestia contra falsos prophetas, & victoriam vniuersalis eorũ occisionis, quia, *Et manus Domini facta est super Eliam*: sed à naturali timore commotus, vt dictum est, *Et surgens, ab jit* (vt dicit) *quocunque eum ferebat voluntas: venitque in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerum suum.* &c. Hoc est, *Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua.* solus ire voluit: vt securior esset, *& pertransit per desertum viam vnius dici.* id est, in quantum ad transitorium diem vitæ mundi, & desertum infructuosæ operationis humanæ, post peccatũ, donec venit ipsa cul pæ redemptor, & nouus ipsius lucis & gratiæ dies. *Cumque veniffet & sederet subter vnam iuniperum petiuit animæ suæ vt moreretur, & ait, Sufficit mihi Domine, tolle animam meam.* Hoc est, Pellem pro pelle, etiam, vt dictum est: datam potius voluntariè in morte naturali, quàm eam perdere violenter in morte accidentali. *Timuit ergo Elias: & propter hoc, Petiuit, &c. Proiecitque se, & obdormiuit in umbra iuniperi.* postea, (vt ad præsuppositi conclusionem veniatur) excitatus, & ab Angelo bis pastus, *Ambulauit in fortitudine cibi illius*, (vt dicit) *quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vsque ad montem Dei Horeb.* Videlicet, quò ad prolongatum tempus vitæ mundi, per gratiã, vt dictũ est, & sacramentorum virtutem: numeri instorũ complemento, & consecutioni ipsius finis primæ & secundæ excitationis & resurrectionis per gratiam, & gloriam, conueniens. *Cumque veniffet ille, manfit in spelunca*: (Hoc est, vt se magis abcõderet, & securior esset) *& ecce sermo Domini ad eũ, dixitque illi, Quid hic agis Elias?* (Id est: Quasi nihil facis) *zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel: altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam vt auferant eam.* &c. Vnde, volens Dominus, per vnius piæ correctionis viam, & exemplum timul terroris sui diuini, in Elia commotionem & timorem naturalem humanum aliquantũ euacuare: vltra præsens subuersionis montium, & cõtritionis petrarũ, ei significat & in memoriam reducit stupenda signa præterita & futura, super naturalia repentini ignis de cœlo demissi, & tedioſæ pluuiarũ retentionis, spiritui & zelo suo diuino, magis quã humano, quẽ habuit in reprehẽdendo & minãdo præsẽtialiter idololatræ regi Achab, correpondentia: hoc in ordine, *Et ait ei, Egredere, & sta in monte coram Domino: & ecce Dominus trãsijt, & spiritus grandis & fortis subuertens montes, & conterens petras ante Dominum non in spiritu Dominus. & post spiritum commotio: non in commotione Dominus, & post commotionem ignis non in igne Dominus, & post ignem sibilus auræ tenuis.* &c. *Quid hic agis Elias?* Hoc est, Quid rimes Eliæ? Quare cõmotus es, & conturbatus? Quia, quãdoquidem spiritu & zelo meo diuino, quasi alter ego, cũ regi Achab, proximũ flagellũ sterilitatis pluuiarũ minatus esses, nõ te cõmouisti, neq; cõturbasti fugiẽdo: imò egoute ab omni periculo liberaré dixi tibi, *Recede hinc, & vade contra orientẽ, & abscondere in Torrente Carith, qui est contra Iordanẽ, & ibi de torrẽte bibes: corui quoq; præcepi vt pascãt te ibi.* postea, Oriẽtis aqua deficiente, similiter dixi tibi, *Surge & vade in Sarepta Sidoniorũ, & manebis ibi præcepi enim ibi mulieri viduæ vt pascat te.* &c. Igitur, quomodo propter vnius mulieris minas, ita commotus & conturbatus es? Hic commotionis & timoris spiritus, (sicut dicit,

Timuit

Lib. 2. 9

Lib. 2.

3. Reg. 18.

3 Reg. 19.

Timuit ergo Elias, & surgens abijt quocunque eum ferebat voluntas) non est spiritus meus supernaturalis & diuinus, quem tunc habebas: sed spiritus naturalis humanus: quia non in spiritu Dominus, minando: & post spiritum commotio, fugiendo. Sicut, non in commotione Dominus fugiendo, & post commotionem ignis sacrificando, quia, non in igne Dominus, & post ignem sibilus aurę tenuis, refrigerando: imo è contrario, suo vehementi feruore, ipsam refrigerantem aquam lambente, & simul ipsum sacrificium, ligna, & petras in puluerem, educente, et consecutiuè tu in spiritu & zelo meo omnes ipsos falsos prophetas occidendo. Sicut vltimo die in ipsius figurę complemento, similiter ignem super terram vniuersaliter mittendo, omnis ipsa generatio humana in puluerem & cinerem conuertetur. *quia Non in igne Dominus, & post ignem sibilus aurę tenuis*: & in huius testimonium, *Et ait ei Egredere, & sta in monte coram Domino: & ecce Dominus transijt, & spiritus grandis & fortis subuertens montes, & conterens petras ante Dominum.* Id est, ipsos montes reguu, & petras ipsius generationis humanę, quam nunc noniter times. *Commota est* Psal. 17. *& contremuit terra*: (dicit scriptura) *& fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis.* Vnde, *Vade, & reuertere in viam tuam per desertum in Damascum*: &c. Hoc est, in solitam viam pristini spiritus, & zeli mei. *Et derelinquam mihi in Israel septem millia vniuersorum virorum, quorum genua non sunt incuruata ante Baal, & omne os quod non adorauit eum osculans manum.* &c. Qui sunt isti vniuersi viri, ipsi creatori Deo derelicti? Ipsa vniuersalis suorum amatorum pauperum turba, simulque innumerabilis martyrum exercitus, derelictum in cruce Christum, vniuersale eorum caput, Psal. 9. in martyrij vita, & morte consummata, sequentium. *Tibi derelictus est pauper*, dicit Spiritus sanctus: ab ipso paupere Iesu saluatore, pauperum, & martyrum capite, incipiendo. et ipse Christus, conformiter, hoc in mysterio, inquantum homo: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Quia mihi derelictus est pauper, dicit Pater suus Deus, secundùm Spiritum sanctum, per Dauid: vtrosque in ipso Christo comprehendendo. & hoc in ordine ad Eliam, *Et derelinquam mihi in Israel septem millia, vniuersorum virorum*: per hanc viam derelictionis voluntariæ paupertatis et martyrij, ad maiorem protectionem, et electorum multiplicationem, laudem & gloriam ipsius: Dei, derelictorum. et hoc: à suo præcursore, secundo Elia incipiendo, vltra Apostolos, & vniuersalem martyrum exercitum, cum alijs Paulis, Antonijs, Hilarionibus, et Brunonibus, et alijs sanctis aliarum religionum fundatoribus, qui deserta, et cœlum simul repleuerunt: post ipsius saluatoris aduentum in mundum, particulariter completum: omnes, quamuis variè, ipsum vniuersalem ducem et paupertatis, et martyrij exemplum, imitantes, Christum crucifixum, vniuersaliter imitantes. Vnde, hoc in nouo ordine et mysterio, nouus Elias Ioannes, in eodem spiritu zeli et virtutis Dei, secundùm quod ab Angelo prædictum erat, audacter regem Herodem reprehendebat: non obstante quod sciebat quod ab ipso adultero capiendus, et occidendus erat: et quòd adultera Herodias, non per minas, sicut Iezabel Eliæ, sed efficienter suam mortem procurabat. *Herodes autem tetrarcha* (dicit sanctum Euangelium) *cum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui, & de omnibus malis* Luc. 3. *quæ fecit Herodes adiecit et hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcerem Herodias autem* (inquit Marcus) *insidiabatur illi: et volebat occidere eum*, etc. sed non propter hoc, timuit Ioannes, nec fugit ipse nouus Elias: *quia non in* 1. Reg 19 *spiritu Dominus, & per spiritum commotio. Illum* Ioan. 3. *oportet crescere*: (iam de Christo dixerat) *me autem minui*: vtrunque martyrium prophetando. Et hoc in mysterio, Christus Ioanni non

ni non dixit, ficut Eliæ dictū fuit. *Recede hinc* Ioan. 21.
sed dereliquit eum. Imò, dixit Petro, *Sequere me*. qui ab Andrea fratre suo maiore, & Ioānis discipulo adductus fuit: & vterque, sicut ipse Christus, postea crucifixi, & martyrium passi fuerunt. Vnde intrat, *Et ipse* Mar. 1.
præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ: &c. *parare Domino plebem perfectam*. Hoc est, perfectionem, proprij sacrificij voluntariæ paupertatis & martyrij, consummatam: & commune puri hominis exemplum, (vltra vniuersale Christi, Dei & hominis) præcedenter mundo datum. & hoc in ordine Ioannes derelictus fuit, sicut ipse Christus, & saluus Elias: conforme fuit ei ab ipso Deo prædictum, quando ipsam mortem & martyrium effugere volebat: sicut scriptum est, *Et ait Dominus ad eum, Vade, & reuertere in viam tuam per desertum*, &c. *Et derelinquam mihi in Israel septem millia vniuersorum virorum, quorum genua non sunt curuata ante Baal*. Id est, ante ipsa idola, & idololatras reges mūdanos, Achab, & Herodem: ipsam paupertatis & martyrij crucem, intrepidè amplectentes: & se ipsos, & omnia terrena, in veri Dei confessione, & simul verarum diuitiarum et regni æterni acquisitione dereliquentes. *Septem millia vniuersorum virorum*. Hoc est, non numerabiliter, inquantum ad ipsum terminatum numerum in homine: sed innumerabiliter, inquantum ad mysteriosam significationem ipsius interminati circuli hebdomadalis in Christo Deo, & homine, secūdùm hebdomadales naturas, diuinam & humanam, vniuersalem redemptionem efficientes, ipsam vniuersalitatē multiplicatorum virorum electorum in suo sanguine, comprehendēdo. Vnde, in eodem mysterio hebdomadali, & non casu, Dan. 10
alibi dicit: *In septuaginta animabus descenderunt patres tui in Aegyptum: & ecce nunc multiplicauit te Dominus Deus tuus sicut astra cæli*. Id est promissionē à Deo Abrahæ factam (filiūs ſ ũ vnigenitū sacrificanti) multiplicationis in ſpiritu ſui ſeminis, per ipsā martyrij viā, in Chriſto, ſicut ſtellas cœli, et harenam ſimul de Aegypto captiuitatis peccati, commemorando, in ipso figurato Isaac, efficienter moriente, et reſurgente, vniuersaliter acquiſitum, ſicut poſtea ipsa gratia, in maiori fidelium multiplicatione, per eandem viā, vt dictum eſt, derelictionis paupertatis & martyrij, cum multo ſanguine ſparſo, communicata, et ſimiliter ipsa gloria & vita æterna, in vltimo die vniuerſalis reſurrectionis et iudicij, per præcedēs martyrium & mortē vniuerſalem, et maiorem tribulationem, vt dicit Dominus, et iuſtorum derelictionē conſecuta: & ſimul, ipſa promiſſio multiplicationis ſeminis ſpiritualis, ſicut aſtra cœli, vt dicit, toraliter completa.

CAP. XIX.

QVando rex Herodes, repentinum trium Magorum nuncium audiēdo, qui iudæorum regem nouiter natum, adorare veniebant, & nouum ſignum cœleſte ducentis ſtellæ, *Turbatus eſt*, (vt ſanctum Mat. 2.
narrat Euangelium) *& omnis Ieroſolyma cum illo*: &c. & ab inuidioſo dæmonio inſtigatus, omnes pueros in Bethlehem, & in omnibus finibus ſuis natos occidi fecit, per hanc viam Regem & regnum ſuum ſimul deſtructum iri credens: Quid ex hac vniuerſali innocentium morte reſultauit; ſimul cum ipſo Chriſto in cruce, derelictorum? Illud quod perpetuò reſultat ex alia innumerabili filiorum multitudine, qui in innocentiæ ſtatu moriuntur. Hoc eſt, cōtrarium illius, quod ipse rex Herodes, & inſtigans dæmonium prætendebant: *Sinite par-* Mat. 19.
uulos, & nolite eos prohibere ad me venire: (dicit Dominus) *talium eſt enim regnum cælorum*. Quia ex his, magna regni ſui pars conſiſtit. Quantus, vobis fratres fideles, videtur, erit horum paruulorum numerus, in innocentiæ ſtatu mortuorum, filiorum iuſtorum, qui à mundi principio fuerunt, donec Chriſtus ipſius ſaluator venit? Et quanti baptizati, catholicorum filij, ex tūc, vsque nunc, et illi qui vſque in finem erūt, ſimiliter in innocentiæ ſtatu mortui? In-

ſū telle-

tellectus oculos aperite, et benè considerate: quia extra illud, quod verè à scriptura colligitur, et verificatum est, hoc solùm pro persuasione sufficeret, quod ipso vltimo die, vtrique electi, angeli et homines, in æquali numero futuri sunt. Regnum sine vnione stare non potest: neque vnio sine sacrificio: tàm vniuersali, quàm in vniuscuiusque, in particulari. Vnde, in vnione intrà, trium personarum diuinarum, ipsi Verbo incarnato, *Tu es sacerdos in æternum*: sacrificanter, in igne vnitiui amoris Spiritu sancto, & æterna charitate diuina, Patrem, & Filiali, ipsam nouam & singularem vnionẽ, in manifestatione extrà, ipsius trini & vnius Dei, ab æterno acceptans: Sicut neque etiam stare potest, gloria futura, in vita triumphãte, absque præcedente cruce præsente, in vita militante. Vnde, per particularẽ prouidentiã diuinã, natus nobis innocens paruulus saluator: & datus nobis cum effectu Dei Filius, homo factus, in vniuersali hostia & sacrificio vniuersalis redemptionis: correspondenter in sacrificium ipsi Deo incarnato, multi paruuli dati & oblati fuerunt, ab impio rege Herode, vt dictum est, martyriũ passi. & no sine cruce, ipsæ victimæ, imò cum apparẽte pretio per exteriores lachrymas, in timorũ maternorum dolorum lactantiũ matrum, emptæ, & in primitia præcedẽter oblatæ, & receptæ. Crucis præsentis sacrificiũ, ad gloriam futuram: aut vita absque passione aliqua, quã consecutura est, in vniuersali resurrectione, & regeneratione sua ad vitam æternã. (in quo, & inomni re, hoc in volumine scripta, nunc, & semper, scriptor, ad illud quod tenet & credit sancta Romana Ecclesia, se submittit) Velum naturæ humanæ in Christo, tẽpli Dei: & naturæ diuinæ operimentum in ipsa parte innocẽte, & in suæ innocẽtiæ testimoniũ nascẽte, & in ipso, efficiẽter moriẽte. *A summo vsque deorsũ, in duas partes scissum, & separatũ.* Id est, à violẽta morte, animã à corpore separãte, et simul, ipse Dei Filius, pro homine peccatore iudicatus, à suo æternoPatre, per hoc & alia stupẽda signa, esse suũ diuinũ manifestãte, sicut scriptũ est. *Iesus autẽ iterũ clamans voce magna emisit spiritũ. Et ecce velũ tẽpli scissum est in duas partes a summo vsq; deorsũ. & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumẽta aperta sunt: & multa corpora sanctorũ qui dormierãt surrexerũt, &c. Et ecce velũ tẽpli scissum est in duas partes à summo vsq; deorsũ.* Hoc est, in ipso pũcto vniuersalis resurrectionis & iudicij, totaliter scissũ & oblatũ erit ipsũ velamẽ, ipsius tẽpli Dei Christi, repẽte apparẽtis: cũ tunc ab omnib. fidelibus, & infidelibus, pro vero Dei Filio cognitus sit. sicut tũc, in testimoniũ, pro tali, ab incredulo populo gẽtili pronũtiatus fuit. *Centurio autẽ & qui cũ eo erãt cũstodientes Iesũ,* (sãctũ dicit Euangeliũ) *viso terræmotu & his quæ fiebãt, timuerũt valdè dicẽtes, Vere filius Dei erat iste.* Sicut eũ tũc vniuersaliter timebũt & alio modo. Et hoc in mysterio, *A summo vsq; deorsũ*: Videlicet, à summo sublimiũ altitudiniũ empyrei cæli, vsq; ad profundas inferni abyssos: in principio à cadẽtibus angelis incipiẽdo, vsq; ad vltimos cadẽtes homines, in fine, vtrãque naturã cõprehẽdẽdo. Vnde intrat: *Et incurvabitur sublimitas hominũ, & humiliabitur altitudo virorũ: & eleuabitur Dominus solus in die illa, & idola penitus conterẽtur.* Id est, ipsa superba idola cadẽtia angelica & humana, vtriusq; populi, suã mortem causantia: & à principio, vsq; in finẽ, sicut dicit, Asũmovsque deorsũ, debitã ipsius veri Dei adoratiõnẽ, superbè vsurpãtia, declaratũ, adiũgẽdo, *Et introibũt in spelũcas petrarũ, & in voragines terræ à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius cũ surrexerit percutere terrã, &c. Quiescite ergo ab homine,* (cõcludẽdo) *cuius spiritus in narib. eius est quia excelsus reputatus est ipse.* Hoc est, simile illi quod alibi dicit, *Et cũ sceleratis reputatus est:* è cõtrario dicẽdo, *Quia excelsus reputatus est ipse.* Reputatus, et Reputatus, de præsentiide illo breui tẽpore tractãdo, q̃ durãbat in illo præsẽti spiritus Domini in se separãdo, & simul ipsũ opprobrij velũ in se tũpẽdo: cũ mysterio eadẽmet dictione, Reputatus vtendo, sicut dicit: *Et cum sceleratis reputatus est.*

Ps. 109.

Esa 9.

Isa. 2.

Isa. 2. Isa. 53.

Sabac. 2.

quò ad primũ: &, *Quia excelsus reputatus est ipse* quò ad secundũ: *Quia ex-celsus reputatus est ipse.* Videlicet, non ipse homo, sicut in quantum homo, ante quã expiraret, procedit dicẽs: *Cuius spiritus in naribus eius est*: sed ipse Deus: pro tali, in puncto illo expirãdo manifestatus. Quod in vltimo die perfectè completũ erit, repetèt apparẽdo: & simul ipsũ vniuersale velũ humanũ, ab ipsa cõmuni morte, A summo vsq; deorsum, bonos & malos includẽdo, vniuersaliter scissum, & in duas partes, (eodẽ in puncto reunitũ, refusicitãdo) *Sicut pastor segregat oues ab hædis*, vt dicit, ab ipso tremendo iudice separatũ. Hoc est, ad gloriam, aut pœnam æternam, suorum electorũ triticum, ab impedientibus reprobatorũ zizanio distinguẽdo: cũ sit tunc secũdũ suã copiosã redẽptionẽ, & spatiosũ horreũ cælestẽ, & æternã gloriã, sicut astra cœli, multiplicatum. *Quia excelsus reputatus est ipse.*

Matt. 25

PROLOGVS IN EXPOSITIONEM PRIMI capituli Osææ prophetæ: qua erit huius tractatus conclusio, & præsentis libri finis.

CAP. XX.

TAm certi sunt æternarum Dei ordinationum effectus, quam quòd à tam diuina, quàm indiuisibili luce æternę sux sapientiæ procedentes, cum omnibus alijs attributis, omnes tenebras interiores, & exteriores, diurnæ lucis fugacis vitæ præsentis, præteriti, & futuri temporis, euacuante, contrarium impedimentũ in æternũ recipere nõ possunt: cũ sithoc in ordine res omnis ipsi æterno & immutabili Deo, tam præsens, quã effecta, quod aliter: nõ esset esse sapientiæ Dei, & lucis diuinæ. Et hoc differt creata tẽporalis mundana, ab increata & æterna luce diuina, quod illa, ad lumina re magnũ & lucis fontem reducta, quamuis in imagine & testimonio æternitatis, & æternæ lucis Dei, in suo interminato ambitu in seipsa, tã perpetua, quam indiuisibilis sit: tamẽ, à cõtrario corporeæ rei impedimẽto, tantũ est diuisa, quantũ & quotidianè à cõsequẽtibus tenebris terminata: ipsã tẽporũ diuisionem (quæ apud Deũ non est) diurni, & nocturni, præteriti, & futuri, causantibus. *Fiant lumina-ria in firmamẽto cæli.* (Deus in principio dixit) *& diuidant diem & noctem: & sint in signa, & tẽpora, & dies, & annos*: &c. *Et fiant in signa & tempora.* Id est, in signũ proximæ diuisionis perpetuæ vitæ humanæ in innocentiæ statu, & supernaturalis lucis diuinæ, in principio manifestationis Dei extrà: homini, secũdũ humanam capacitatem, communiter & indiuisibiliter communicatæ: & breui, vtraque interrupta: cùm esset ipsa vita et lux, à contrario terrenæ partis corporalis impedimẽto, inobedientiæ peccati inftrumẽti, (consequẽtem noctem mortis, & tenebras ignorãtiæ ipsius culpæ causantis) perpetuò impedita. Vnde ipsa æterna lux Verbum incarnatum: *Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. venit nox, quando nemo potest operari.* Videlicet, ad exemplum: breuẽ diem præsentis vitæ humanæ, et consequentem noctẽ tã certæ quã impedientis, mortis in operari, significando. Et per eundem, de ipsa lucẽ diuina: *Erat lux vera, quæ illuminat om-nem hominẽ venientem in hunc mundũ*, &c. *Omnem hominem.* Hoc est, non diuisibiliter, secũdùm ipsum immutabilem creatorem, & figuratum solem Christum illuminantem: sed variè, post accidentales peccati tenebras, secũdùm capacitatẽ et propriã creaturæ rationalis dispositionẽ est cõmunicata et recepta: aut per fragilitatẽ, aut malitiã, impediẽdo relicta: in omnibus rebus, inquantũ ad æternarũ ordinationũ diuinarũ effectũ, immutabiliter permanẽdo. Vnde, *Ex parte enim cognoscimus*, (per Apostolũ) *& ex parte propheta-mus. Cùm autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.* &c. *Videmus nunc per speculũ in ænigmate: tunc autẽ facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.* Hoc est, sicut à Deo cognitus sum. non ex parte, secundũ contraria impedimẽta diuidẽtiũ tenebrarũ, interiorum, et exteriorũ à nocte mortis peccati causatarum:

Ioan. 1

1. Cor. 13

varietas præteritorum, præsentium, & futurorum temporum huius pertransientis sæculi, & tam corruptibilis, quàm fugacis vitæ humanæ: quod non est apud æternum Deum, vt dictum est, & lucem suã diuinã. Videlicet, *Secundùm propositum suum & gratiam,* (vt scriptum est) *quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora sæcularia. Manifestata autem nunc per illuminationem salvatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem per Euangelium,* &c. Quomodo, Illuminauit vitam et incorruptionem? Quia destruxit mortem, (vt dicit) obediẽter moriendo: & simul illuminauit vitam & incorruptionem tertio die, absque præcedẽte corruptione, sicut prophetarũ erat, gloriosè resurgendo: & hoc modo ipsa proposita vita & incorruptio obediẽdo, in arbore vitæ testificata, & per inobediẽtiã, & diuidentes mortis peccati tenebras, de altera arbore prohibita comedẽdo, interrupta & obscurata: cũ nouo testimonio in seipso figurata arbore vitæ Deo, maioris præmij gloriæ & vitæ æternæ, illuminãdo. Et hoc, ab ipso immutabili Deo, *Secundùm propositum suum & gratiã,* (vt dicit) *quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora sæcularia,* extra omne impedimentũ, prout dubio completũ. *Ante tempora sæcularia.* Id est, secundùm ipsũ propositum & legẽ voluntariè obedientiæ tã sunum, quàm ab ipso Filio & æterno sacerdote est ab æterno ipsa obedientia, incarnatio, & mors, inquantum homine, (præuisa hominis inobedientia) in vna volũtate cũ Patre, & reciproco amore Spiritu sancto, volũtariè acceptata: & æternò oblata. sicut dicit, *Ante tempora sæcularia.* omnia, ad interminatum circulũ fuæ æternitatis, & æternę lucis diuinæ, præsẽtialiter omnia comprehendentis, reducendo: & simul ipsam figurã & vmbram transitoriæ mundi machinæ, tã vacuæ, quàm fugacium temporum, & sæculorum varietate repletæ, euacuando. *Cælum & terra transibunt:* (dicit ipsa æterna lux) *verba autem mea non præteribunt.* Itaq; tã certi sunt æternarũ Dei ordinationum effectus, (vt dictũ est) quàm certum est quòd à tã diuina, quàm indiuisibili luce sux æternæ sapientiæ, potentiæ, iustitiæ, & bonitatis infinitæ, procedentes, præsentialiter omne cõtrarium occidentalium tenebrarum impedimentum, præteriti, & futuri temporis, euacuante, ab æterno tam præsentes quàm effecti sunt.

2. Tim. 1.

Mat 24.

Vnde, secundùm supradictum æternum ordinem, aliqua dubia & difficultates oriuntur: videlicet, si homo non peccasset: Deus homo factus esset? non accidit. Deus, hominem se fecit? immutabiliter se hominẽ facturus erat. Et si homo factus, hominem non patiẽdo, saluare poterat? Christus pro homine mortuus est? Immutabiliter moriendo, hominẽ saluaturus erat. Et adiũgere: (vt ad propositũ veniatur) Si homo nõ peccãdo, maior iustorũ numer⁹ fuisset: & si talẽ ob causã, secundẽ cõmunẽ opinionẽ, multo inferior iustorũ angelorũ numero erit: minùs accidit. Est rationi consentaneũ, quòd cũ Deus se hominẽ facturus esset, & pro homine moriturus, fuisset in cœlo humana natura resurgendo, in æquali numero cum angelica, in ipsius redẽptoris Dei incarnati præsẽtia, qui *Nusquã angelos apprehendit: sed semẽ Abrahæ apprehendit.* Procul dubio erit. Dei ordinationes, in manifestatione sua extrã, qualis est Verbi Incarnatio, libertate sunt, & cũ libertate diuina, naturali ordini manifestationis suæ intrã, correspondo, æternò & liberè ordinatæ: & cũ iusta distinctione diuinæ, ab humana natura, in ipso Christo indiuisibiliter vnitæ, ab æterno disposítæ. Huc spectat illa mysteriosa sãcti prophetæ Moysis petitio, in Christi figura petentis, vt de libro vitæ Deo deleretur, si illi figuratiuo populo nõ parceret, vsque ad intrãdũ in terrã promissionis, præsẽtes, & futuros simul coprehendendo. Quod in figurato Christo est cõpletũ. qui Agnus innocens, de libro vitæ hominis per innocentiã, deleri voluit, (& temporis plenitudine, pro sua multiplicatione cõstituti, *Vt eos qui*

Heb. 2.

Gal. 4.

sub lege erant redimeret) tempore quo ipse in mundum venit completa: cum in ipso impeccabili secundo Adam, de nouo in choare deberet: vnde meruit, quod tempus, naturæ humanæ nouiter prolongatum esset. & hoc, vsque ad intrandum in figuratã terram promissionis & Hierusalem cœlestem: similiter, præsentes, præteritos, & futuros, comprehendendo: & simul cum ipsa innocente morte, voluntariè passa, & consequente resurrectione: omnia ipsa tenebrarum peccati impedimenta, vt dictũ est, mortalitatem, & mortem, euacuando. Hoc est, ipsa redempta natura humana, simul cum ipso Saluatore, si non in noua regeneratione per gloriam, & integro iustorũ cremẽto, in ipsius resurrectionis possessione, in ipso iusto Christo, & in noua regeneratione per gratiam, in eodem mẽte electorum numero, ab ipso Deo & homine similiter ad gloriam & vitam æternam totaliter redemptorum, concurrendo. Quò pertinet tam profundum, quàm mysteriosum illud Spiritus sancti: *Principium loquendi Domino in Osee: & dixit Dominus ad Osee, Vade, fume tibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationis: quia fornicans fornicabitur terra à Domino.* &c. Videlicet, similiter, omnes ipsos iustos, originalis fornicationis peccati filios, comprehendendo. & in ipso tam mysteriosо, quàm impropriè loquendi principio, (secũdùm literalem sensum futuræ peccandi fornicationis: quæ, non in fine, quando ipse saluator in mundum venit, sed in principio ipsius loquendi Dei, hominidantis legem, in ipsius transgressione incepta fuit: & fine intermissione, ab ipsa peccante natura humana, perpetuò continuata) totam ipsam mortalitatem varietatis temporum, vt dictum est, præsentis, præteriti, & futuri, post peccatum, quæ, apud Deum non est, sed ab ipsis diuidentibus tenebris interioribus ipsius culpæ, accidentaliter causata, euacuando: & ad vnum solùm finem tam repentinæ mutationis, quàm naturalis cõmunicationis æternæ lucis & gloriæ, in Deo, absque principio & fine, reducendo. Sicut gratia mediante, in sequenti & vltimo capitulo, quo hæc materia terminabitur, & præsenti libro finis imponetur, declarabitur.

CAP. XXI.

IGitur, dicit Spiritus sanctus: *Principium loquendi Domino in Osee: Et dixit Dominus ad Oseе: Vade, fume tibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationis: quia fornicans fornicabitur terra à Domino.* &c. vt ad huius mysteriosi dicti intelligentiam veniatur, gratia mediante: seruato proposito ordine diuino euacuationis temporum, & distinctionis naturarum in Christo, diuinæ, & humanæ: & omnia ad præsentiam, & esse ipsius æterni Dei absque principio, & fine, reducẽdo: primùm considerare oportet, quis ille est qui loquitur: & cui loquitur. Quia, dicendo: *Et dixit Dominus ad Osee: Vade, fume tibi vxorem fornicationum.* &c. non intelligitur quod tunc incipit, & loquitur Deus Osee: sed æterne Osee, id est Christo, inquantum Deo: & in figura, Osee: ipsius Verbi incarnati personam, inquantum hominis, particulariter: (& non inquantum Dei) effectiuè, & exemplariter repræsentanti. Sicut dicit: *Principium loquendi Domino in Osee.* Hoc est, nõ Osee: sed Domino (vt dicit) in Osee. quod in eodem met ordine est, quòd per Dauid in centesimi noni Psalmi principio, huius libri materia & vniuersalis fundamento, dicitur: *Dixit Dominus Domino meo*, gratia mediante, sufficienter est declaratum. itaque, nõ loquendi Domino, inquantum Deo, seu incarnanti: quod esset in errorum abyssum incidere: sed inquantum homini, & morienti. Sicut declaratum est. Dicit Spiritus sanctus de Christo: per sui præcursoris os loquendo: *Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. illum oportet crescere, me autem minui.* Generatum Verbum Deus, Dei Filius, sponsam non habet: neque habere potest, neque ipse,

neque vlla trium personarum diuinarum. quia vnus est Deus: & non duo: trinus in personis, & vnus in essentia. ita quod, in manifestatione ipsius Dei, intrà, ab æterno sponsa non est, neque sponsalitium; nisi virtualis ipsius vnionis & sponsalatij perfectio: in manifestatione extrà, & originali sponsalitio duorum primorum parentũ,
2. Cor. 15. Adæ & Euæ, testificata. ipse primus sponsus Adam, de terra terrestris, imago secundi, Verbi incarnati, de cœlo cœlestis, & prima sponsa Eua, vtriq; ex eadem natura, nõ cõfusè, sed distinctè, in tam distincti, quàm communis amoris vnione, à communi obiecto, & naturali cognitione procedentis, in carne vna simul concurrentes: causæ supremæ, correspondentes. Sic, similiter in manifestatione intrà, Pater, æternè Filium generando, sed non in carne vna: cum Deus spiritus sit: sed in Spiritu vno, & sine carnali copula, vnde, Spiritus sanctus, & tam distinctus, quàm communis amor, à communi obiecto & integra intelligentia, & esse vnius solius Dei, procedẽs, ipsa diuina vnio, & diuinum sponsalitium
Osee. 1. est. Quòd ad humanum sponsalitium. *Et dixit Dominus ad Osee, Vade, sume tibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationis.* &cætera. Hoc nomen Osee, sicut Iesu, (Iehoua, Tetragrammaton) est interpretatũ saluator. mysteriosè quatuor literis constat, inquantum ad quatuor attributa diuina, in quatuor elementis, vt dictum est, ex quibus primus, & secundus Adam Christus formatus fuit, significata. Igitur, primo Adam formato, dixit Deus: *Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi.* &cætera. *Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam: cumque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam: Hoc nunc, os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur virago, quoniã de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne*
Gen. 2. *vna.* &c. Itaq; primò ille, sponsus formatus fuit: & postea, sponsa fuit formata, & factũ sponsalitium, in omni perfectione: (sicut dicit: *Et erunt duo in carne vna*) causanti & efficiẽti vnioni superiori, triũ personarũ diuinarum, & attributorum, correspõdentem in ipsa singulari vnione ternariæ formę spiritualis, & quaternæ materiæ corporalis significata, taminenarrabilem, quàm indiuisibilem vnionem in Christo vtriusq; naturæ, diuinæ, & humanæ, testificantis. Similiter diuina, ex trinitate personarum, & quaternitate attributorum, quasi materia & forma, cõsistẽs. Et hoc in ordine, figurata vnio particularis immutabiliter cõpleta & effecta fuit: & sponsalitium vniuersale in Christo, per medium soporis triduani suæ mortis & sepulturæ, & consequentis resurrectionis particularis: in arrha, & possessionali testimonio futuræ resurrectionis, & sponsalitij vniuersalis, effectæ. Immisit igitur Dominus Deus mortis soporem in secundum Adam Christũ, inquantũ hominẽ, in cruce, pro humano genere patiẽtem, & simul ipsam morientis humanæ naturæ costam, in vniuersalem suam sponsam, per gratiam in sanguine suo innocente, ædificantem. (tertia die, ipse Deus & homo gloriosè resurgendo) sicut in vltimo die vniuersalis suæ mortis, erit ab ipso sponso, in parte electa, per gloriam ædificata: in eodem pũcto, replẽs carnem pro ea, resuscitando, & tunc, *Erunt duo in carne vna.* Hoc est, ipse vnicus & vniuersalis sponsus Christus, & vnica sponsa humana, sua fidelis Ecclesia. cui tunc ipse figuratus nouus Adam dicet, in ipsius mysterij complemento: *Hoc nunc, os ex ossibus meis, & caro de carne mea,* (& multa cum ratione adiungendo) *& vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est.* Videlicet, nõ de primo viro, puro homine, per superbam inobedientiam, immortalis separationis laqueum, à peccato causatæ, perpetuò cadente: sed per me verum Virum, Deum & hominem redẽptorẽ,

per

per humilem obedientiam, iustam ipsius culpæ pœnam, & sempiternum damnum, innocente morte mea redimentem: ad nouum sponsalitium per gratiam; & cum maiore & perfectiore vnione vltimo die, per gloriam & vitam æternam, subleuantem: & simul, cum sempiterna ipsius mortis victoria, ipsam tam mortalem, quàm perpetuam humani ædificij destructionem, interrumpentem. Quia si Morte morieris, natura humana, in quocunque die comederis ex eo: similiter vita viues in sempiterno, quando verbo Filio meo vnita, per viam noui Adæ, & nouæ generationis per gratiam, & gloriam, in quocunque die, innocenter morte moriceris: vt tam dignum, quàm æternum sacrificium, in ipsius culpæ redemptionem: à sempiterno redemptore, in quantum homine, & æterno sacerdote simul, inquantum Deo, æterno oblatum. Vnde inter at mysteriosa vox præcursoris;

Ioan. 3. *Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum gaudio gaudet propter vocem sponsi.* & cætera. *Qui habet sponsam, sponsus est.* Videlicet, Non sponsus, cum sponsa, in carne vna, Verbum æternum, ante suæ incarnationis effectum: quia proportio & conuenientia non est, inter sponsum naturam diuinam, & sponsam naturam humanam: nisi post suæ incarnationis effectū: & tūc, formato sponso, & nouo Adam, (sicut primus, in secundi imaginem, & testificanter, sine humano semine) & vnita diuinæ cum humana natura, in animæ & corporis vnione in Adam, testificatum, habuit pro sponsa in carne vna, ipsam met naturā humanam, ante peccatum: (in concipiente, & parturiente virgine, restauratam: cū pro tali effectu, sine peccato originali concepta esset) & consequenter obligationem, & voluntariè obligatus fuit, secundùm ipsam legem, in charitate fundatam, ipsi dāno remedium dare: vt proprius & naturalis sponsus, inquantum homo: (quam obligationem primùm non habebat, inquantum Deus) & facere nouum & consummatum sponsalitium per gratiā, in vniuersali, cum ipsa vniuersali formicaria: sicut efficienter fecit, voluntariè, in vniuersalē ipsius culpæ redemptionem moriendo: & cum arra futuri sponsalitij per gloriā, tertia die gloriosè resurgendo. Vnde, meritò dicitur, *Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum.* & cætera. qui stat: videlicet ad differentiam primi hominis, & primi amici ipsius cœlestis sponsi in terra, qui, breui cadendo, quasi inimicus, potius serpentis vocem audiendo: in illo innocentiæ statu, parum mansit: consequenter, illud perpetuæ vitæ & paradisi gaudium, quo fruebatur, Propter vocem sponsi, (vt dicit) obediendo: in perpetuum planctum conuertendo. Vnde Spiritus sanctus per Apostolum: *qui se existimat stare, vi deat ne cadat.* 1. Cor. 10. Et per Dauid de hoc mysterio distinctæ formationis sponsi & secundi Adæ Christi, & distinctis sponsalitijs, per gratiam, & gloriam, mirabiliter dicentem: *In sole posuit tabernaculum suum:* (quò ad præcedentem formationem) *& ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* (quò ad sponsalitium per gratiam) *Exultauit vt gigas ad currendam viam: à summo cælo egressio eius. Et occursus eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius.* Hoc: quò ad vniuersale sponsalitium per gloriam: vltimo die, quo ipsa humana sponsa ad suum crementum (sicut dicit, *Vt gigas*) numeri iustorum veniet. in parte electa effectum, resuscitando. Quò ad primum. *In sole posuit tabernaculum suum,* Ideſt, in effectu incarnationis verbi Dei filij, & secūdi Adæ formatione, inquantū hominis, ex ijsdem quatuor elemētis formati, quòd primus in vētre virginali formatus fuit (vt dictum est) in omni perfectione & concordantia virtualiter consistentibus, posuit in sole naturæ diuinæ, tabernaculum naturæ humanæ, Ita quod, *Non conuerſione diuinitatis in carnē*

Athan. in symb. (per Athanasium) *sed assumptione humanitatis in Deum.* quia, dicendo: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum:* mediante concurreti ignis amoris diuini dispositione, à superueniente Spiritu sancto causata, in personarum distinctione, (vnde, *conceptus est de Spiritu sancto*) & altissimi obumbratione, in essentiæ vnitate, trinus & vnus Deus: in corpus formando, & in ipsum, animam rationalem infundendo, Descendit de cœlis eodemmet puncto ipse Christus, & Messias promissus, Deus & homo: & ipsum Verbum æternum, permedium ipsius rationalis spiritus, simul cum ipso, non discedens ab empyreo cœlo, descendendo, in suum sacrum corpus infusum fuit: & caro factum, ratione ipsius indissolubilis vnionis Dei & hominis simul, in vno subiecto. Sicut iam declaratum est. Vnde ipsa lux: *Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo.* Hoc est, ratione ipsius indissolubilis vnionis, ipsius Verbi æterni, cum humana natura, permedium ipsius spiritus & animæ rationalis effectæ: ascendere in cœlum filium hominis, sicut ascendit, postquam resuscitatus fuit, qui descendit de cœlo, inquantum ad animam, à Deo immediatè creatam, & simul cum Verbo in suum sacrum corpus infusam, & erat in cœlo, postquam incarnatus fuit, (secundùm spiritum & animam rationalem, in quo consistit esse hominis, & vnio) in re omni, semper & nihilominus, inquantum Deus, & essentiæ vnitas, immobiliter in cœlo permanens. & hoc in ordine qui descēdit, & ascendit in cœlum, vltimo die in terram veniet ad mundum iudicandum, inquantū homo: sicut dicit: *Quis filium hominis est*: semper & nihilominus, inquantum Deus, immobiliter in cælo permanendo. Itaque, secundo Adam formato, vt dictum est, ipsi cœlesti sponso Iesu Christo Dei filio, de cœlo descendenti, nascenti, & morienti, inquantum homo est, in hominis redemptionem: & consummato spōsalitio per gratiam, sicut postea per gloriam, tertio die, inquantum Deus resurgenti, dicit Spiritus sanctus: *Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* &c. *Tanquam sponsus*, Hoc est, ratione ipsius nouæ vnionis. & nouæ obligationis voluntariæ, inquantum homo, vt dictum est, secundùm diuinam legem, in charitate fundatam: quam primùm non habebat, inquantum Deus. *Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas* (ipse dicit) *non veni soluere: sed adimplere.* Hoc est, *Tanquā sponsus* (Deus & homo simul) *procedens de thalamo suo*: & hoc in ordine, Pater, Filio, inquātum homini dicebat, *Vade, sume tibi vxorē fornicationum, & fac tibi filios fornicationis.* Idest, Tanquam sponsus: vtrunque sponsalitium, per gratiam, & gloriam, hac in ratione, fundādo. Cum mysterio dicit: *Sume tibi vxorē fornicationum*, in plurali numero, inquantum ad sponsalitium per gratiam, in ipsarum culparum remissionem, per Christi mortem: *& fac tibi filios fornicationis*, in filiorū, inquātum ad permanens peccatum originale: etiam Christus, in arra sponsalitij per gloriam, resuscitādo: omnes iustos redemptos, qui in cœlo & in terra sunt, comprehendendo. filij fornicationis vtrique, inquantū ad defectum ipsius vniuersalis reunionis carnis & spiritus per gloriam resuscitādo: & numeri determinati plenitudinem, in totali manifestatione in carne ipsius Dei. quæ, secundùm irreuocabilem sententiam, *Morte morieris*, à peccato originali impedita est: & ipsa mors, & perpetua carnis & spiritus colluctatio, in vita militante, & perpetua originalis potentiarum & elemētorum discordantia, iusto Dei iudicio, communiter causata: in quo peccati originalis permanentia consistit: culpam ipsius communis damni, spiritualis, & corporalis, parti rationali attributam; ipse Christus per gratiam, & medium innocentis mortis lux, ad futuram resurrectionem per gloriam, redimēdo. & simul, inquantum Deus resuscitando, cum sempiterna ipsius mortis

Luc. 1. Psal. Mat. 5. Iud. 1. Ioan. 3. Ioan. 3.

tis victoria, vt dictum est, ipsam vniuersale damnum perpetuæ ruinæ ipsius ædificij humani interrumpendo: & omnibus operationibus humanis, vsque tunc, ab ipsa iusta mortis pœna, & mortali culpa, quasi mortuus homo, pro tali effectu, euacuatus: simul cum ipsa morte, in ipso Christo operante, & moriente, adviteæternæ fructum valorem dando.

Quando Dominus Deus populum suum de Aegypti captiuitate liberare voluit, vt nouersalem peccati captiuitatem significaret, Exod. 4. Moysi dixit: (vt scriptum est) *Vade & reuertere in Aegyptum: mortui sunt enim omnes qui quærunt animam tuam.* & cæt. *Cumque esset in itinere, in diuersorio, occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. Tulit illico Sephora acutissimam petram, & circumcidit præputium filij sui, tetigitque pedes eius, & ait, Sponsus sanguinum tu mihi es. Et dimisit eum postquam dixerat, Sponsus sanguinum tu mihi es, ob circumcisionem.* & cætera. Non volebat Dominus Deus obedientem seruum suum Moysen occidere: sed sicut Patriarcha Iacob in redeundo ad suos, similiter fratris sui Esau timidus, per contrarium signum præcedentis Luctæ cum angelo, vsque mane, perpetuam carnis & spiritus, vt dictum est, significantis, consequenter ab ipso, securus factus fuit. Sic fugitiuum Moysen, voluit Deus per illam viam contrarij signi repentinæ occisionis, & consequentis dimissionis, securum facere ab omni dubio similiquod ipse haberet: & simul Spiritus sanctus significare, quòd figurata à captinitate peccati liberatio, per præcedentem mortem, & cõsummatum sponsalitium per gratiam, in innocente sanguine figurati Moysis Christi, similiter efficienda erat. Sicut dicit: *Et dimisit eum postquam dixerat, Sponsus sanguinum tu mihi es.* in qua Sephora, Moysis vxore, peccans, & redepta natura humana significata est: & ipsa est acutissima petra (cum esset in Christo cum diuina vnita) in effectu vniuersalis circuncisionis ipsius carnis: per gratiam, Christi morte comparata, & per sacramenta, in remissionem peccatorum, effectæ. Sicut posita per gloriam, erit etiam per præcedentem vniuersalis mortis circumcisionem, ipsa reproba petra Christo repente apparente, & eodem met puncto ipsa natura humana, in sua virtute & potentia resuscitante, consecuta. Et hoc in mysterio, hoc nomen Sephora, duas interpretationes habet. Hoc est, Auis, aut Passer: vt ramque naturam, inquàntum ad rationalem spiritum, comprehendentes. Id est, Auis, inquantum ad angelicã & Passer, inquantum ad humanam. Vnde per Iob: *Semitam ignorauit auis; nec intuitus est eam oculus vulturis.* Iob. 28. Videlicet, de particulari aue Lucifero loquendo: peccati origine, inter aliòs suos sequaces. qui, superbè volendo nimis altè volare. & Deo similis esse: humilitatis semitam ignorauit; quam, Verbum incarnatum Dei filius sequuturus erat: quem non voluit adorare. in quem superbiæ laqueum in quem ipse cecidit, similiter hominem cadere fecit, & perpetuò cadere facit ipsam elatam & superbam auẽ, cum alijs similibus cadentibus, ipsam generationem humanam. Vnde ipse humilis saluator: *Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam: quam angusta porta, & arcta via est quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eam.* & cætera. Mat 7. *Pauci sunt qui inueniunt eam.* Quare? Quia. *Semitam ignorauit auis:* ab eleuatis spiritib. angelicis, Lucifero, & alijs cadentibus incipiendo. *Nec intuitus est eam oculus vulturis.* Iob. 28. Idest, de caliginoso carnalium, & sensualium hominũ oculo loquẽdo: ipsi carniuoræ aui, propter suam corporis magnitudinem, vt dictum est, & volatus tarditatem, comparatorum. Passer, inquantum ad naturam humanã & spiritum rationalem. Vnde per Dauid. *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* Psal. 123.

Itaquè, interpretatæ Sephora, Moysis

vxor,(vt ad propositum veniatur)fornicariam naturam humanam(vt dictum est)significans:in illo instanti, quod occurrens Deus in itinere,cum mysterio futuræ mortis saluatoris,ostẽdit se velle Moysen spõsum suũ occidere:filiũ circuncidẽdo, *Tetigitque pedes eius*,(videlicet,in subiectionis signum,post peccatũ&ipsius culpæ confessionis:quia *sub viri potestate erit*:vt scriptũ est) *Gen. 3.* *& ait,Sponsus sanguinum mihi es*:Id est,in nomine figurati sponsi,& innocentis saluatoris Christi,Dei filij,vt filij ipsius naturæ humanę,inquantũ hominis,circuncisum filium, & innocentem sanguinẽ tunc sparsum acceptantis,& offerentis in vniuersalem saluationẽ.Vnde in ipsomet mysterio,per Osee,ipsi figurato spõso,in Osee,significato, *Osee 1.* *Vade.sume tibi vxorem fornicationum.* Quam ob causam ? Dicat ipsamet fornicaria natura humana in Sephora,Moysis vxore figurata:*Sponsus sanguinum mihi es*.Hoc est,vt Deus& homo simul,in vniuersalẽ ipsorũ delictorũ remissionem.Hæc est causa. Et hoc in mysterio,nõ dicit,sponsus sanguinis,inquãtũ ad innocentẽ sanguinem proprũ particularem:sed sanguinũ:sicut per Osee,fornicationũ:inquãtũ ad vniuersalẽ effectũ ipsius sacrificij et redẽptionis alienarũ culparũ,(per gratiam)& vniuersalis sanguinis humani,à communi morte,à peccato causata,vniuersaliter sparsi,per gloriam vltimo die resuscitando:in ipsa circuncisione, in octauo die facta,significatũ:omnia peccata,præterita,præsentia,& futura, comprehendendo.sicut dicit:*Quia fornicans fornicabitur terra à Domino.A Domino.* Id est, ante quã terra,et terrena natura humana creata fuisset,iam in præsentia diuina fornicabatur à Domino:et ipsa culpa,in determinata sua redemptione euacuata erat: et ipsa manifestatio vniuersalis extrà,in numero suo conueniente,extrà omne impedimentum,quod apud Deum non est,tã præsens, quàm effecta. & hac in ratione,à Domino: vt quod ab ipso Domino, Deo & homine redemptore, omnia dependebant. Quia: quamuis sunt peccatorum fornicationes contra Deum, in essentiæ vnitate: sunt ab ipso Deo & homine,Verbo incarnato,ab æterno, particulariter redẽptæ, in personarũ distinctione:cũ ab æterno, sua incarnatio determinata esset. Vnde,ratione ipsius singularis vnionis,& vinculi spõsalitij, ad spõsum pertinet,sicut dicit,à Domino,ipsius damni remediũ.& hoc in ordine, *Vade, sume tibi vxorem fornicationũ*,vt dictum est,inquantũ ad sponsalitium per gratiam.(sicut inquantũ ad sponsalitium per gloriam, in vltimo die vniuersalis resurrectionis & iudicij effectum,in sequenti capitulo dicit:*Et sponsabo te mibi in sempiternum: & sponsabo te mibi in iustitia & iudicio*,&c.) *Et abijt, & accepit Gomer filiam Debelaim*:&c.proprium nomen,secũdùm suã significationẽ,& ipsi fornicariæ sponsæ naturæ humanæ conueniens. Sicut illud sponsi Osee,interpretatũ Saluator:è contrario Gomer,interpretatur Consummans,aut deficiẽs:inquantũ ad ipsam communem peccati originalis fornicationem, vitam humanam consummãtis:& per consequentem mortis separationem,deficientis.vtrunque,consummans,& deficiens,separando ab originali & propagata elemẽtorum discordantia,procedens: irrationales carnis & spiritus concupiscẽtias,ratione ipsius vnionis, accidentaliter causantes: originaliter homo cum authoritate diuina, prohibitum fructum superbè & voluntariè comedendo: & in ipsam mortalem,perpetuamq; separationem,subintrãdo.in quo perpetua peccati originalis permanẽtia consistit. Non per voluntatem diuinam,ipsa mors, & perpetuum præiium causatur: neque ab ipsa originali malitia spirituali, cui essentiale ipsius culpæ, vt dictum est,attribuitur:iam ab æterno, in futura ipsius innocentis agni morte,ad nouam generationẽ per gratiã & gloriã, euacuatæ:quia *filius non portabit iniquitatem patris*: et è contrario: sed ab accidentali discor- *Ezec. 18.*

dantia

dantia elementorũ & concupiscentiarum carnis, (in peccati consummatione comedendo, simul concurrentis, & in futuro, ratione ipsius vnionis, discordantiam potentiarum rationalis spiritus, causantis) causata est: & ipsa originalis maledictio, sicut dicit: *Maledicta terra in opere tuo*, per ipsius carnis viam, cõmunicata. Vnde Spiritus sanctus per Apostolum: *Si enim secundùm carnem vixeritis: moriemini. Si autem Spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis*. quia, peccatorum effectus, nouiter ad futuram mortem æternam, commissorum: non concupiscentijs carnis, & mortali elementorum discordantiæ, in quo peccati originalis permanentia consistit, attribuuntur: per viam ipsius generationis carnis communicati: neque originali primorum patrum iniquitati: iã à Christo, ad futurã vitã æternam, vniuersaliter redẽptæ: quia filius nõ portabit iniquitatem patris: sed iniquitati & malitiæ proprię rationalis spiritus: cũ ipsamet authoritate & potestate diuina, originati, cum libero arbitrio, à principio, perpetuò & immutabiliter homini data, de nouo ipsam propositam vitam perpetuã, in æternæ occasionem, originaliter concessæ, renuntianti: & simul ipsam secundam mortem æternam acquirenti. quæ secunda vita, & secunda mors æterna: non cõcordantiæ, & discordantiæ significantium potentiarum, & elementorum, secundùm naturalem imaginem, attributa est: vnde intrat prima interpretatio, consummans: sed significeat æternæ diuinæ, & imagini supranaturali, secundùm tres personas, & attributa, in ipsis potentijs, & elementis, significata, & homini, ad hunc finem communicationis vitæ æternæ, & mortis, ad beneplacitum suum, in totali creatoris manifestatione, communicatis, attribuitur. Vnde intrat, *Qui viuerit, non lædetur à morte secunda*: inquantum intellectibili, non carni, & elementorum discordantiæ, (sicut dicit, consummans) præteritæ vitæ, & mortis primæ terminatæ, & ipsi mortali corpori attributæ: sed immortali spiritui rationali, (vnde interminabilis) ab ipso, consensè vsque in finem in suis cõcupiscẽtijs nõ manẽtis. Vnde intrat secũda interpretatio huius nominis Gomer, Dẽficiẽs. Ideſt, à prima culpa incipiendo, primã, & secundã mortem cõprehendendo: ipsi naturæ humanæ peccãti, in parte reprobata, vtraque vita, perpetua, & sempiterna, deficiens. Et hoc in ordine mysterioso, ipse sponsus cœlestis, Deus & homo, in Osee significatus, *Et abiit*, (vt dicit) *& accepit Gomer filiam Debelaim*: interpretati, massæ ex filius compactæ. Hoc est, bona primi hominis massa, ipsius generationis humanæ patris: in ipso Debelaim intellecti: fructus cõpactus per innocentiam perpetuæ vitæ, & vnionis cum creatore Deo, suam sanctam legem obseruando. Vnde, hoc in mysterio, ab ipso redemptore, sæpius arbor fici, ipsi naturæ humanæ comparata est. quia, sicut homo inter animalia: ficus inter arbores fructiferas, præter oliuam, & palmam, misericordiam, & creatoris æternitatem significantes, principatum obtinet. Et hoc est massæ ficorum mysterium, qua prophẽta Isaias, lethalem regis Ezechiæ morbum curauit, videlicet vnio fidelium in Christo, per gratiam, mediante pœnitentia: in tenebris ipsius sancti regis lachrymis significata: vero medicamẽto plagę mortalis diſunionis peccati. Sicut dicit: *Afferte massam ficorum. quam cum posuissent super vlcus eius, curatus est*. Et *concepit, & peperit ei filium. Et dixit Dominus ad eum, Voca nomen eius Iezrabel: quoniam adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrabel super domum Iehu, & quiescere faciam regnum domus Israel. Et in illa die conteram arcum Israel in valle Iezrabel. Et concepit adhuc, & peperit ei filiam. Et dixit ei, Voca nomen eius, Absque misericordia, &c. Et ablactauit eam quæ erat absque misericordia. Et concepit, & peperit filium. Et dixit, Voca nomen eius, Non populus meus, quia vos nõ populus meus, & ego non ero vester Deus.*

Gen 3.

Rom. 8.

Rom. 10.

Luc. 9.

4. Reg. 20.

Ose. 1.

in lit. erit numerus filiorū Israel quasi arena maris.
&c. Tres generationes mysteriosè Spiritus
sanctus in hac prophetia proponit, prima,
ipsimet Verbo incarnato redęptori, attri-
buitur: cū dolore à natura humana parturi
to morięti, in ipsius redęptionis effectu. a-
liæ duæ, redemptæ naturæ humanæ attri-
buuntur, vtroq; sexu, consistenti: populo
Israel, carnē significanti. & hac in ratione
distinctionis, non dicit de prima generatio
ne, sicut de alijs duabus, *Vocanomen eius Absq;*
misericordia & Non populus meus: & c *sed Vo-*
ca nomē eius Izrahel: nomē multū differēs, se-
cundū suā interpretationem. Videlicet, se-
men Dei. *Semen est verbū Dei*: ipse dicit. *Et cō-*
cepit, & peperit ei filium. &c. Natura humana,
in Maria virgine, ad pristinum esse innocē-
tiæ reducta, cōcepit, & peperit sine dolore,
imò cum gaudio, per virtutem Spiritus sā
cti, Verbum incarnatum: à natura diuina
conceptū: sicut dicit, *Et concepit*. quia venter
(vt dictum est) naturæ humanæ in Christo,
est natura diuina: ab æterno, incarnationis
verbi mysterij, & ipsius redęptionis effe-
ctū, moriētis, & resurgētis, in manifestatio
ne ipsius Dei extra, cōcipiēs. Sicut per sanctū
Ioannē, de ipsa natura humana loquēte, na
turæ diuinæ vnita in Christo, in effectu ipsi
us spōsalitij per gratiā, in cruce patiente, &
parturiēte, dicētē: *Et in vtero habens, & clamat*
parturiens, & cruciatur vt pariat. &c. (q̄ suprà,
in ipsius figuræ expositione declaratum est)
Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes
Gentes in virga ferrea. Quod in vltimo die erit,
vniuersaliter iudicando. sicut per Osee: *Et*
peperit filium. Et dixit Dominus ad eum, Voca nomē
eius Izrahel: quoniam adhuc modicum, & vltiabo
sanguinem Izrahel super domum Iehu, & quiesce
re faciam regnum domus Israel. Ideſt, ipsa caro,
in ipso odioso regno Israel significata: to-
taliter deficiēs, (sicut dicit, Deficiēs) vniuer
saliter morię do: & eodēmet pūcto, in par-
te electa, à præteritis cōcupiscētijs humāis,
& cōtrarietate, libera, (sicut dicit, cōsum-
mās) in quo peccati originalis permanētia
cōfixit, in æternæ pacis vnione cū suo Spi-
ritu, & numero determinato, manifestatio
ni in carne tāti Dei, conueniente, ad gloriā
& vitā æternā resuscitando. Sicut cō ludit
mysteriosè & incogitatè in instanti, prose-
quutā materiā odij, indignationis, & iræ, in
terrūpendo: (& simul omne impedimentū
interrumpentiū tenebrarū interiorū, & ex
teriorum, vt dictum est, præteritū, & futurū
tēpus enucuādo: & omnia, ad præsentā vi-
nius esse æternitatis: vnius solius Dei redu-
cendo) *Et erit numerus filiorum Israel quasi arena*
maris quæ sine mēsura est, & nō numerabitur. &c.
Quod separatus populus Israel, carnē figni
ficat (sicut populus Iudæ, spiritū) à suæ sepa
rationis causa colligitur: cū per sensualem
carnalitatis viā causata esset: *Rex ante Salomō*
(sacra scriptura dicit) *adamauit mulieres alie-* 3. Reg. 11.
genas multas, &c. de gentibus super quibus dixit Do-
minus filijs Israel, Non ingrediemini ad eas, neque de
illis ingredientur ad vestras: certissimè enim auertēt
corda vestra vt sequamini deos earū. His itaq; copu-
latus est Salomō ardētissimo amore. Fuerūtque ei
vxores quasi reginæ septingētæ, & totidē concubinæ treceta.
& auertērunt mulieres cor eius. Cumque iam esset se-
nex, depravatum est cor eius per mulieres, vt seque-
retur deos alienos: nec erat cor eius perfectum Do-
mino Deo suo, sicut cor Dauid patris eius. Sed colebat
Salomon Astharthen deam Sidoniorum, & Camos de-
um Moabitarum, & Moloch idolum Ammonitarum.
&c. *Dixitq; itaque Dominus Salomoni, Quia habuisti*
hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & præ-
cepta mea quæ mādaui tibi, dirumpens scindam regnū
tuum, & dabo illud seruo tuo. &c. Quod procul
dubio ad impletū fuit, cū præcedenti signo
conformi, per Abiā prophetā, scissuræ pal- 3. Reg. 11.
lij serui Salomonis, Ieroboam: cū, separati
ipsius populi Israelis, nouum regem eligē-
do: qui postea, simul cum ipso ingrato re-
ge, & sponte sua idololatra factus est, & in
ipsa separatione permansit. Sicut scriptum
est: *Nec secutus est quispiam domum Dauid præ-*
ter tribum Iudæ solam. et hoc est mysterium de
monstrationis odij & iræ Dei, contra ipsum separatum populum Israel: ideſt, car
nalis significatio, contra spiritum: cum esset
separa-

Luc. 2.

Apoc. 12.

separatio eius vt dictum est, per sensualem carnalitatis viam causata: & in carnalis Salomonis idololatriâ permanenter subintrans. Et cõformiter dixerũt derelicto regi Roboã, Salomonis filio: *Quenobis pars in David? vel qua hæreditas in filio Isai?* Sic caro dicit, & carnales, perpetuò, contra spiritum. Vnde Spiritus sanctus, per Apostolum: *Hoc enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, (quod est idolorum seruitus) non habet hæreditatem in regno Christi & Dei.* &c. Igitur, si separatus populus Israel non pars in Dauid, (vt dicunt) neque hæreditas in filio Isai: *Voca nomen eius, Non populus meus*, (per Osee) *quia vos nõ populus meus, & ego non ero vester Deus.* &c. Quare non vester Deus? Quia filius Dauid, (id est Christus) à quo vos separati estis: *Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium.* spiritus, & anima, (sicut sponsus, de tribu Iudæ) vniuersalis corporis ipsius Ecclesiæ & fornicariæ sponsæ, naturæ humanæ, (in qua tribu ipse spiritus humanus & anima rationalis, etiam significata est.) à principio, sicut à superbo Lucifero in cœlo, est similiter in terra, ab ipsa carnis superbia, de fructu vetito comedentis, impugnatus. Pallium nouum per innocentiam, ipsa natura humana, & operimentum in Christo, naturæ diuinæ: à communi peccati originalis morte, in Adam, ab ipso Spiritu Deo, separata: & à iustitia diuina, in Abia propheta, figuificata, iusto Dei iudicio, secundùm consequentem diuisionem hebdomadalem discordantium potentiarum & elementorum, & ternarij Spiritus Dei, in sanctæ suæ legis obseruatione derelicti, in decem scissuras diuisum, & separatum. vnde, in ipsius vniuersalis damni remedium, & suæ vniuersalis medicinæ testimonium, per medium incarnationis Verbi, & consequentium sponsalitiorum per gratiam, & gloriam, effectum, ipsa vniuersalis lex voluntariæ obedientiæ, post peccatum, decimaliter ordinata fuit. in qua decimali obseruatione, & effectu per ipsam viam ipsius vniuersalis gratiæ, ipsi maiori carnis inimico resistendo: via diuinæ, cum humana natura, secundùm prima tria præcepta, ad trinam diuinam iustificantem, & septem ad iustificatam humanam, pertinentia, testificata est. Vnde, hac in ratione peruersæ carnis rebellionis, contra spiritum, in talibus cõmunis saluationis effectibus, resistentis, *Voca eam absque misericordia.* secundùm irreuocabilem sententiam, *Morte morietur*, inquantum ad ipsam mortalem partem, donec fiabit mundus, absque misericordia, vt dicit, irremissibiliter executam. & in eodem met ordine, ab ipso sponso Christo, in effectum ipsius cõsummati spõsalitij vniuersalis per gratiam, inquantum homine pro peccato moriente, & ipsam in nocentem carnem propriam, in ipsius culpæ remissionem, crudeliter crucifigente, absque misericordia tractata fuit. & sic nos fideles, ipsam, per operantis pœnitentiæ viam crucifigere debemus, & non eiindulgere, suis concupiscentijs resistentes. quod aliter, *Voca nomen eius, Non populus meus: quia vos non populus meus*, (id est, inquantum ad illos qui secundùm carnem viuunt, cum alijs iustis, inquantum ad communem peccati originalis permanentiam) *& ego non ero vester Deus. Et erit numerus filiorum Israel qua si arena maris quæ sine mensura est, & non numerabitur, Et erit in loco vbi dicetur eis. Non populus meus vos, dicetur eis, Filij Dei viuentis.* &c. Quomodo tam repentina mutatio? Quia, *In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim tuba) et mortui resurgẽt incorrupti: & nos immutabimur.* &c. Et hac in ratione repentinæ euacuationis corruptionis, & mortalitatis præteritæ, cũ omnibus alijs concupiscentijs, resuscitando, in quo peccati originalis permanentia consistit, vt dictum est, vsque ad illum punctum, & incertum diem & horam continuata, & hanc ob causam, ipsa numeri iustorum plenitudo impedita, & illo in puncto, per sectè plena, repentè dicit, *Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris quæ sine mensura est, & non numerabitur.* &c. quia, in puncto,

 causa

Eph. 5.

Osee. 1.

2 Reg. 4.

1. Cor. 15.

causa continuatæ rebellionis corporalis cessando, simul continuata indignatio & odium spirituale cessabit. & hac in ratione, *Et erit: in loco vbi dicetur eis, Non populus meus vos, dicetur eis, Filij Dei viuentis. Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter:* (id est, spiritus, & caro) *& ponent sibimet caput vnum,* (id est Christum) *& ascendent de terra,* (videlicet, quia, non separatè, inanimatum corpus, sed vnitè cũ reunito spiritu, ascendent de terra, resurgendo. & concludendo) *quia magnus dies Iezrahel.* Hoc est, tremendus secũdùm vltimam suæ iustæ sententiæ conclusionem, ad reprobatos directæ, dicente: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Vnde per Sophoniam: *Iuxtà est dies Domini magnus: Vox diei Domini amara.* Et ad propositũ redeundo, vt cõcludatur, verba tam repentinæ, quàm mysteriosæ mutationis, considerare oportet, *Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris quæ sine mensura est, & non numerabitur*: per quæ Spiritus sanctus, innumerabilem iustorum numerum, naturæ humanæ, significat. Quæ: si, *Omnia in mensura & numero & pondere disposuisti*: quæ a ratione *sine mensura est, & non numerabitur*? Ratione distinctionis partis irrationalis corporalis, quæ est illa quæ surgit, & partis rationalis spiritualis, cui esse hominis attribuitur: ex quibus duabus rebus, simul vnitis, singulare suppositum rationale humanum consistit: qua in ratione vnionis, & vnici suppositi rationalis, cui rationali spiritui, essentiale ipsius mẽsuræ numeri, & ponderis attribuitur: ipsa pars terrena corporalis vt irrationalis, sine mẽsura est, & non numerabitur. quia si numeranda esset: ratione animæ & corporis distinctionis, esset natura humana (vt dictũ est) in duplicato numero, maior quã angelica: respectu ad partem quæ cum Lucifero ceciderit: in qua, vt dictum est, ipsa pars corporalis significata erat: similiter, peccando, per communem mortem, cadens vsque ad finẽ & punctum suę vniuersalis resurrectionis. sed cum illa, vt reprobata, exclusa esset: & hæc, vt irrationalis, non numerata: cum esset cũ rationali in vno subiecto vnita: duæ naturæ electæ restant, angelica et humana, in æquali numero et mensura. Hoc est, *Mensura hominis, quæ est angeli.* sicut scriptum, et declaratum est. quia, *omnia in mensura & numero & pondere disposuisti.*

Matt 25.

Sophon. 1.

Sap. 11.

Apo. 21.

Sap. 11.

FINIS.